Digitized by Google

14
73
TECA NAZIONALE
NALE - FIRENZE

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

LIBRI
DONATI DAL
DOTTOR ANNIBALE GIULIONI
GIURISTA
Nato a Firenze il 7 Febbraio 1807
e morto il 1° Dicembre 1895 in Firenze.

16 Maggio 1896

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D. D. BARTHOLOMÆI
CÆPOLLÆ
TRACTATUS
DE SERVITUTIBUS,

Tam Urbanorum; quàm Ruſticorum Prædiorum.

ACCEDUNT

D. MARTINI LAUD. & JO. SUPERIORIS

Commentarii ad Leges ſingulas de SERVITUTIBUS:

Item

ANTONII MATTHÆI

Diſputationes VII. de SERVITUTIBUS;

Et huic Editioni, quæ in hactenus Editis non habentur

GOTTLIEBI GERHARDI TITII

DE SERVITUTE FACIENDI

ET

CHRISTIANI THOMASII

DE SERVITUTE STILLICIDII

DISSERTATIONES.

COLONIÆ ALLOBROGUM,

Sumptibus MARCI-MICHAELIS BOUSQUET & Sociorum.

MDCCLIX.

Digitized by Google

5
B 14 - 173

Digitized by Google

BIBLIOPOLÆ LECTORI.

CUR ſæpius recuſum Opus denuo ſubjecerimus prælo, illi protinus intelligent, qui plures Officinas Librarias eo dudum carere ſciunt. Et hi Juris inter cultores numero ſunt plurimi. Quis namque Pragmaticus non requirat ſollicite Librum uſus quotidiani, ac auctoritatis in Foro tantæ, ut doctiſſimorum alias Juriſconſultorum ſcripta ejuſdem argumenti ei loco ceſſerint? Fruſtra autem pleroſque Cæpollam venalem quæſiviſſe, compertum eſt. Unde vel eo nomine quod parabilis jam opera noſtra futurus ſit, gratiam eorum iniviſſe ſperamus. Maxime vero quod præter eximium illum Auctorem *Martini Laudenſis*, *Joannis Superioris*, & *Antonii Matthæi* Commentariis ſtipatum, uti prodierat Lugduni anno 1688. exhibeamus hic celeberrimorum Germaniæ Juriſconſultorum Opuſcula duo, nempe TITII *de Servitute faciendi*, & THOMASII *de Servitute Stillicidii* Diſquiſitiones: dignæ prorſus hoc loco, cum plura dent ad generaliores Juriſconſultorum Regulas circa Servitutes, vel illuſtrandas, confirmandaſque, vel juſtiori prætio, ac vulgo fit, cenſendas, penſitata curatius, & ad Juris Gentium ſimplicitatem exacta. Cujus artis peritia quantum pollerent hi Duum

Viri, neminem niſi in Juriſprudentia hoſpitem latere poteſt. Accedit, quoad Thomaſianam Diſputationem, peculiaris hæc obſervatio, quod Cæpollam identidem luce nova colluſtret, ac aliquando refellat: unde conſulentibus utrumque, nihil ad ſaniorem amplectendam ſententiam luminis deſideretur neceſſe eſt: quod quantum ſtudiis Juventutis conducat, gratumque ſit provectioribus, ſincerioris Juriſprudentiæ Sacerdotes ſatis intelligunt. Hæc qui, ut par eſt, æſtimabit, jure meritoque recte a nobis factum dicet, quod Opuſcula minime obvia extra Germaniam, huic collectioni addenda cenſuerimus; quibus utique utilitas ejus augetur inſigniter. Unum ſupereſt non tacendum Lectori, ne fucum ſibi factum queratur: Scilicet, ad Cæpollam duntaxat pertinere *Rerum Indicem.* Conſilium ſane nobis erat, & quæ in *Antonii Matthæi* extant notabiliora ſuis in hoc *Indice* locis infarcire. Verum inſtante prælo ſat otii non fuit ad novum plane conficiendum Indicem, uti videbatur neceſſe, res ut omnes congrue collocarentur. Sed vix quicquam Lectori perit hac omiſſione; ſiquidem cuique cujuſvis Operi hujus collectionis capitulo adſcripta ſint *Summaria*, quæ volventi Libellum facile ſiſtent rerum argumenta.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

QUO CONTINENTUR

CAPITA ET ARGUMENTA

BARTHOLOMÆI CÆPOLLÆ

DE

SERVITUTIBUS URBANORUM

& Ruſticorum Prædiorum, ordine alphabetico diſpoſitus;

Ut Numerus primus Lib., *ſecundus* Caput, *tertius* paginam *denotet.*

A

De ACTUS ſervitutibus, 2. 2. 256
Aditu ſeu itinere, 1. 43. 143
Aere, 2. 45. 459
Aggeribus, 2. 37. 451
Alluvione, 2. 35. 445
Altius tollendi & officiendi luminibus vicini ſervitutibus, 1. 26. 69
Altius non tollendi ſervitutibus, 1. 27. 71
Altius tollendi ſervitute, 2. 11. 398
Alveo, 2. 34. 442
Aquæductu, 1. 69. 206
Aquæ projectu ſeu aliarum rerum, 1. 68. 205
Aqua, 2. 25. 420
Aquarolo ſive canali, 1. 67. 204
Aqua pluvia arcenda, 2. 5. 359
Aquæ hauſtus ſervitute, 2. 7. 366
Aquæ ductus ſervitute, 2. 4. 292
Arboribus, 1. 81. 223
Armatura, 1. 73. 213
Aucupatione, 2. 21. 407

B

De BAlneo ſive Stuſa, 2. 52. 164

C

De CAlcis coquendæ & arenæ fodiendæ ſervitutibus, 2. 10 397
Camino, 1. 64. 197
Canali ſive aquarolo, 1. 67. 204
Ciſterna, Puteo, & Lavello, 1. 47 149
Clauſtro ſeu conclavi, 1. 44. 144
Cloaca. 1. 48. 151
Cloacis purgandis, 2. 6. 362
Cloacæ ſervitute, 2. 22. 400
Collibus, 2. 23. 418
Columbario, 1. 77. 218
Cultura terrarum, 2. 17. 403
Curia ſive curte, 1. 46. 148

D

De DIviduis & individuis ſervitutibus, 1. 10. 23

F

De FEneſtris, 1. 62. 190
Ferratis, 1. 55. 170
Fiſtula, 1. 49. 155
Fluminibus, 2. 31. 433
Flumine privato, 2. 32. 438
Fonte, 2. 40. 455
Fovea, 1. 80. 222
Fornace, 1. 51. 163
Fumo, 1. 53. 166
Furno, 1. 50. 156

H

De HAbitationis ſervitute, quæ tertia ſpecies mixtæ ſerv. 1. 6. 17
Horreo, 1. 72. 212
Horto, 1. 76. 216

I

De IGne, 2. 44. 461
Ingreſſu ſeu introitu, 1. 75. 214
Innominata ſervitute, 2. 14. 401
Inſulis, 2. 33. 438
In quibus poſſit ſervitus conſtitui, 1. 16. 36
Itineris ſeu actus ſervitute, 1. 38. 112
Itinere ſeu aditu, 1. 43. 143
Itineris ſervitutibus, 2. 1. 231
Juris paſcendi ſervitute, 2. 9. 372

L

De LAcu, 2. 30. 432
Lavello, Puteo & Ciſterna, 1. 47. 149
Littore Maris, 2. 27. 428
Luminum ſervitute, 1. 35. 101

M

De MAcerie, 1. 79. 219
Mari, 2. 26. 420
Meſſe & Vindemia, 2. 20. 406
Miniſterii ſeu operarum ſervitute, an ſit realis vel perſonalis, 1. 7. 20
Mixtis ſervitutibus, 1. 3. 10
Mœnianis, 1. 61. 187
Montibus, 2. 22. 411
Muro ſeu pariete, 1. 40. 122

N

De NAvi, 2. 29. 431
Neceſſario, 1. 65. 200
Ne luminibus officiatur, ſervitute, 1. 36. 104
Nominatis & innominatis ſervitutib. 1. 9. 22
Ne proſpect. officiatur, 1. 33. 98

De Obli-

O

De OBligationibus quibuſdam, an illæ dicantur ſervitutes, 1. 8. 20
Onere ferendo, 1. 8. 174
Oneris ferendi ſervitute, 1. 37. 108
Oſtio ſeu porta, 1. 42. 140

P

De PAriete ſeu muro, 1. 4. 122
Pecoris ad aquam appulſus ſervitute, 2. 8. 221
Penu, 1. 45. 170
Perſonali ſervitute, 1. 1. 1
Picturis ſeu incruſtationib. 1. 71. 208
Piſcatione, 2. 42. 457
Ponte, 1. 70. 207
Ponticello, 1. 60. 183
Portu, 2. 28. 429
Protecti ſeu prætorii ſervitute, 2. 13. 400
Proſpectus ſervitute, 1. 34. 99
Protegendi ſervitute, 1. 32. 96
Projiciendi ſervitute, 1. 31. 93
Puteo, Ciſterna & Lavello, 1. 47. 149

Q

QUaliter quis uti debeat ſervitute, 1. 23. 57
Quando & qualiter & quomodo ſervitutes ammittantur, 1. 24. 61
Quando ſervitus acquiratur, 1. 21. 55
Quæ impediunt ſervitutem conſtituendam, 1. 18. 39
Quæ ſint neceſſaria ut ſervitus conſtituatur & ei quaſi poſſeſſio acquiratur, 1. 17. 37
Qui poſſint acquirere ſervitutem, ſeu quibus poſſint ſervitutes concedi, 1. 15. 35
Quis poſſit conſtituere ſervitutes reales, 1. 14. 30
Quomodo & qualiter & quando conſtituatur & acquiratur & retineatur ſervitus, & quæ ſervitutes dicantur habere cauſam perpetuam ſeu continuam & quaſi continuam ſeu quaſi perpetuam, & quæ cauſam diſcontinuam, & quanto tempore hujuſmodi ſervitutes præſcribantur, 1. 19. 41
Quomodo & qualiter & quando & per quem ſerv. retineatur, 1. 22. 56
Quot ſint neceſſaria ad inducendam præſcriptionem in ſervitutibus habentibus cauſam continuam, vel quaſi an requiratur tit. & bona fides & an de jure inter jus Canonicum & Civile ſit differentia in præſcriptionibus, & an ſervitus poſſit conſtitui ſub conditione, & duplici conditione videlicet extincta & exceptiva, 1. 20. 47

R

De REali ſervitute, 1. 2. 3
Realibus & prædialibus ſervitutibus, & in quo ſimul conveniant, & quæ ſit earum natura, 1. 12. 26
Refectione, 1. 59. 176
Ripa, 2. 36. 446
Rivis, 2. 41. 456

S

De SErvitute vel jure ſervitutis & in quo conſiſtat, 1. 13. 29
Scalis, 1. 54. 167
Seclario, 1. 66. 203
Seminatione plantarum, 2. 18. 405
Sepulchro, 1. 82. 228
Solario. 1. 56. 172
Solo ſeu area, 1. 39. 117
Speciebus ſervitutum urb. 1. 25. 68

Specu-

Digitized by Google

Specularibus, 1. 63. 196
Stabulo, 1. 74. 214
Sterquilinio, 1. 78. 218
Sterquilinatione, 2. 19. 406
Stillicidii avertendi & non avertendi ſervitute, 1. 28. 73
Stillicidii non avertendi ſervitutibus, 1. 29. 82
Stillicidio ſeu tecto, 1. 41. 136
Stufa ſive balneo, 1. 52. 164

T

De Terræ ſervitute, 2. 15. 401
Tigni immittendi ſervitute, 1. 30. 83
Tigno injuncto, 1. 57. 173
Torrente, 2. 38. 453
Turgutio, 2. 10. 403

V

De Valle, 2. 24. 418
Vallibus aquoſis, 2. 39. 354
Viæ ſervitute, 2. 3. 259
Urbanis & ruſticis ſervitutibus & quæ dicantur etiam ſervitutes urbanæ, 1. 11. 24
Uſusfructus ſervitute quæ mixta dicitur, 1. 4. 12
Uſusfructus ſervitute, quæ ſecunda ſpecies, mixtæ, 1. 5. 14

TRACTA-

Digitized by Google

TRACTATUS
DE
SERVITUTIBUS
TAM URBANORUM,
QUAM RUSTICORUM PRÆDIORUM.

CAPUT I.

De ſervitute perſonali.

1 *Servitus perſonalis quæ dicatur?*
2 *Servitus quo jure introducta fuerit?*
3 *Servitus propter peccatum ortum habuit.*
4 *Bello capti inter Chriſtianos ſervi non efficiuntur.*

NECESSARIUM eſt, ſicuti polliciti ſumus, ut prius quædam videamus, quæ ſervitutibus communia ſunt: quo facilius intelligi poſſint in hoc libro de ſervitutibus quæ ſcribuntur. Servitutum tria ſunt genera: quædam enim ſunt ſervitutes perſonales: quædam reales, & quædam mixtæ.

1 Servitus * perſonalis *a* dicitur illa,
a quæ debetur à perſona perſonæ: *de qua habetur in tit. de ſtatu hom. & Inſt. de jure perſonarum.* Et ubicunque fit mentio de ſervis, & dicitur mere perſonalis, *ut not. glo. in rub. de ſerv. tit. generali.* Et iſta ſic definitur: Servitus eſt conſtitutio juriſgentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur, *ut dicitur Florentinus Juriſconſ. in l. 4.* §. 1. *de ſtat. hom. & Imperat. Inſt. de jure perſonali*, §. 1. Et de hac definitione videtur quod ſervitus mere perſonalis ſit inventa de jure gentium. Idem probatur, *in l. manumiſſiones, ff. de juſt. & jure, & Inſt. de uſu, & habit.* §. *fin. & not. Bar. in l. ex hoc jure gentium. in fi. & ibi per Dd. de juſt. & jure, & eſt text.* 1. *diſt. jus gentium, & not.* 12. *quæſt.* 2. *longinquitate.* Sed in contrarium videtur, quod immò ſit inducta
de jure naturali per ebrietatem: *b* quia b
non eſſet hodie ſervitus, ſi ebrietas non fuiſſet, ut ſcribit B. Ambroſius *in ſermone de jejunio, & habetur*, 35. *diſt. ſexto die & not. gloſſ. in d. c. jus gentium & gloſſ. in capite ita quorundam verſ. ſerv. & ibi per Canoniſt. text. de Judæis.* Nam Noë primo vineam plantavit:

Digitized by Google

bibenſque primo vinum, inebriatus eſt: & cum Cham vidiſſet pudibunda patris ſui Noë denudata, non cooperuit: immò vocatis fratribus ea deridendo patrem ipſis oſtendit: qui ſtatim patris pudibunda cooperuerunt. Et cum Noë hoc poſtea intellexiſſet, non Cham, ſed Chanaam ejus filio maledixit, dicens; Maledictus Chanaam puer ſervus erit fratribus ſuis, & hoc habetur *Geneſ. 9. & eſt text. cum gloſ. 1. quaſt. 4. §. is ita verſ. item Cham, & 23. quaſt. 3. §. ſed qui verſ. item Noë. & ibi gloſſ. & 2. q. 1. qualis, & ibi Archid in c. ſententia, & 5. q. 5 de crimine, in fin. in d. c. ſexto die 25. diſt.*

2 Et propterea dicitur Servitus * inducta à jure naturali, quia incœpit à Noë propter ebrietatem, & hoc voluit gloſ. *in d. l. manumiſſiones, ff. de juſt. & jur.* Quæ dicit, quod ſervus oritur ab ebrietate, & nihil allegat: ſed eam intellige, *ut ſupra dixi.* Dixit etiam Philoſophus 1. *Polit.* quod aliquis poteſt eſſe ſervus naturaliter: quod declarat, *ut ibi habetur; & per dom. Ant. de Roſa. 1. diſt. jus gentium.* Quidam voluerunt, quod ſervitus ſic inducta ex præſcriptione ſeptennii, *ut not. gloſ. in d. c. jus gentium*, quod intellige, *ut habetur per gl. 6. diſt.* §. 1. Alii vero dicunt, quod ſervitus eſt de jure Civili, *ut Inſt de his qui ſunt ſui vel alieni jur. §. fin. & hoc not. glo. Inſt. de his qui ſunt ſui vel alieni jur. §. fin. & hoc not. glo. Inſtit. de jure perſona.* §. 1. Item quod eſt de jure Canonico *ut in c. cum multa. 15. quaſt. ult. in c. ita quorumdam, de Judæis, & ibi hoc not. per glo. & Dd.* Sed illa jura quæ videntur contraria, poſſunt intelligi ſecundum gl. 1. *diſt. jus gent.* hoc modo videlicet, quod ſervitus dicatur inventa de jure naturali tempore Noë, per jura ſupra allegata ad hoc: ſed de jure gentium & civili fuit confirmata: & poſtea de jure canon. & ſic ſervitus inventione ſeu origine eſt de jure naturali: confirmatione poteſt dici de jure gentium, civili & canonico. Secundo modo poſſunt concordari: videlicet, quod ſervitus ſit inventione de jure gentium, & de jure naturali ſecundario, quod etiam jus gentium appellatur, *ut in §. ſingulorum Inſtit. de rer. diviſ. & in l. 1. ff. de acq. rer. dom.* ſed confirmatione eſt de jure civili & canonico, *& ita not. glo. Inſt. de jur. perſona.* § 1. Ad idem allegato, quod de matrimonio c dicitur. *Inſtit. de jure natural. in princ. in glo. in verb. appellamus:* Tertio modo alii concordant: quia dum dicitur, ſervitus eſt de jure naturali, tempore Noë inducta, non intelligitur de ſervitute, qua quis liber eſſe deſinat: quia de jure naturali omnes homines liberi naſcebantur: nec tunc ſervitus erat cognita, *ut dixit text. in d. l. manumiſſiones.* Sed intelligitur de ſervitute, qua quis ſubjicitur regimini alterius, ſicut inſipientes prudentibus, vel ſubditi dominis: iſti tamen ſubditi liberi ſunt, *l. fin. C. de ſer. fug.* & dicuntur ſervi, id eſt, ſervientes: & illa fuit introducta de jure gentium: quia utile eſt homini imperito ut regatur à perito: & ſecundum hoc habita ratione ad utilitatem, poteſt dici, quod fuerit introducta jure naturali: *ut dicit do. Dominicus de S. Gemin. in d. c. jus gent.* & de iſta ſervitute intellexit Philoſophus 1. *Politic.* ſed poſtea dicit, quod ſervitus eſt inventa de jure gentium, intelligitur de ſervitute, quia quis liber eſſe deſinit: quæ quidem ſervitus eſt approbata de jure civili, & canonico, ut dixi. Quarto modo alii concordant.

3 Quod ſex * modis eſt inducta ſervitus. Primo eſt una ſervitus quæ ortum

tum habuit propter peccatum: & hæc dicitur inventa de jure divino: quia peccans ſervus eſt peccati, tam in pœna, quam in culpa, *ut eſt text. 2. q. 7. §. quia ergo*. Et ab iſta ſervitute liberati ſumus per incarnationem Domini noſtri Jeſu Chriſti: quoniam eramus ſervi propter peccatum primi parentis: *ad Galat. 4. & habetur. 12 q. 2. cum redemptor*. Secundo. Servitus etiam habuit ortum propter ebrietatem, *ut 35. diſt. ſexto die*. Tertio eſt introducta propter bella, quando hoſtes capiuntur in bello juſto, *ut d. l. manumiſſiones, & d. c. jus gentium.*

3 Sed* inter Chriſtianos de conſuetudine non ſervatur, ut capti in bello, efficiantur ſervi capientium, ut notat Bart. *in l. hoſtes, in fi. de capti. & verum dicit*. Quarto eſt de jure Civili, *ut Inſtit. de jure perſona. §. penult.* & licet quidam addant alium modum, videlicet ex voluntate hominis, quæ inducitur quando quis patitur ſe venundari ad pretium participandum, *l. ut ſervorum, de ſtat. hom.* iſta tamen dicitur eſſe de jure Civili, *ut eſt text. Inſtit de jure perſona. §. ſervi* & eſt in effectu una, & eadem cum præcedenti. Quinto de jure Canonico, quæ habuit ortum à delicto Eccleſiaſtico: ex quo aliquando quis fit ſervus de jure Canonico, *ut ex text. 15. quaſt. ult. c. cum multæ &c. ita quorumdam, extr. de Judæ, & ſecundum Joan. de Fan. in d. c. cum multæ,* derogatum eſt illi c. contraria conſuetudine. Sexto & ultimo propter mortem Chriſti, *ut in cap. ſi Judæos in fin. de Judæis,* magis eſt ſervitus confirmata, & nos liberi facti ſumus, *ut ibi*. Et ſic ex prædictis patet quod diverſis reſpectibus poteſt dici, quod ſervitus ſit introducta jure divino naturali, gentium civili, & Canonico. Hæc tantum de ſervitute mere perſonali diximus: quoniam requirebatur ad declarationem diviſionis ſervitutum: nunc videamus de ſervitute reali, quæ in hoc libro plenius tractabitur.

ADDITIO.

a *Servitus.* Adde Corn. *conſ.* 154. *in 2. vol.*

b *Ebrietatem.* Adde Joannem Chryſoſt. *homil.* 54 *incip. Mala res eſt, &c.*

c *Matrim.* Adde Alex. de Imol. *conſ.* 97. *in 1. vol. in penult. colum. in fin.* & an inter ſervos poſſit eſſe matrimonium, & quomodo.

CAPUT II.

De ſervitute reali.

1 *Servitus realis quæ dicatur?*
2 *Prædii nomen immobilia tantum complectitur.*
3 *Servitutis realis definitio quænam ſit?*
4 *Servitus quædam qualitas eſt, non autem ſubſtantia.*
5 *Servitutes reales, vel prædiales quando ſint, quomodo cognoſcantur?*
6 *Actio perſonalis fundum non ſequitur.*
7 *Conceſſionis verba quando ſonant in jus, quæ ſervitus eliciatur?*
8 *Conceſſio quæ in jus ſonat, quando eſt reſpectu incerti, ſed certificandi per eum cui fit, qualis ſervitus colligatur?*
9 *Colligere pomum ex arbore mea, vel ex ciſterna mea aquam haurire, an ſervitus perſonalis eſſe dicatur?*
10 *Juriſdictio, & multa alia incorporalia quæ perſonæ, & non rei debentur, ad hæredem tranſeunt.*
11 *Intelligere, an aliqua ſervitus ſit realis, vel perſonalis, quæ utilitat ſequatur?*

12 *Actio confeſſoria datur contra quemlibet impedientem, vel turbantem, ubi ſervitus exiſtat.*

13 *Servitus realis active & paſſive ad hæredes transfertur.*

a REalis dicitur *a* illa quæ debetur à re rei, ſicut eſt Servitus urbana & ruſtica: quia non debetur perſonæ; ſed prædio, ut eſt text. ad litteram *in l. ſi unus ex ſociis, de ſervit. ruſtic. præd.* Et propterea libellus & ſententia debent ferri in prædio non in perſona, ut eſt text. *in l. qui aliena, §. fin. ibi ſententia prædio datur. de negot. geſt. & in l. 2. § 1. ibi, cui ſervitutem dicit deberi. ff. ſi ſervit. vend. & not. gloſs. in l. fin ff. de novi oper. nunc. & not Baro. in l. ſi prius, in 6. opoſ. ſecundæ partis princ. eod. tit. in l. fin. §. ſin autem ibi per Dd. C. de bonis qualib.* De quo dicendum eſt, ut dicam infra, ubi de libello & ſervitutum ſententia tractabimus.

1 Et * eſt advertendum, quod iſta ſervitus quam realem eſſe dicimus, non ſolum realis eſt, ut dicitur ex text. *in l. 6. ff. de ſervit.* ſed etiam prædialis appellatur, *ut probatur in rubric. ff. de ſervit. verb. præd. & communia prædiorum, cum ſimil. cum dicit Azor. in ſum. C. de ſervit. in princ.* Quod melius dicuntur prædiales, quam reales, quia rei appellatio eſt nimis larga, complectens & mobilia & corporalia: *Inſtit. de rebus corpor. & incorporal. & in l. 1. ff. ſi cert. pet. & l. rei appellatione, de verborum ſignif.*

2 Prædii vero nomen * immobilia tantum complectitur, *ut l. quod eſt fundus, prædium ff. de verb. ſignif.* Tu dic, bene Juriſconſultum dixiſſe *in l. 1. §. de ſervit.* dum appellat ſervitutes reales ad differentiam perſonalium, ut ibi dicitur: tamen iſtæ reales etiam dicuntur prædiales, ut not. gloſſ. *in l. ſi quis unas alias binas: in verſic perſonæ. ff. de uſufruct.* quia ſine prædio eſſe non poſſunt. ut eſt text *in l. 1. ff. communia prædiorum & Inſtit. de ſervit. §. in ruſticorum, verſic. ideo autem.* Hæc ſervitus realis ſeu prædialis diſtinguitur, quia una eſt urbana, ut probatur *eodem titulo ff. de ſerv. urb. prædiorum.* & ruſtica, *in toto tit. ff. commun. præd. cum ſimilib.* Definitur autem illa ſervitus realis prædialis pluribus modis, licet Bart. *in l. 1. ff. de ſerv.* dixerit, quod ejus definitionem non repererit.

Primo, ſecundum Odofredum ſic 3
definitur: * ſervitus realis eſt quoddam onus a prædio debitum, vel à re rei legitimæ conſtitutum. Vel ſecundo, eſt jus quoddam introductum quo prædium prædio ſervit, ut colligitur *in l. via in princ. de ſervit.* Tertio, ſecundum Baldum, Servitus eſt accidentalis habitudo & extrinſeca qualitas prædii, *l. quid aliud, de verb. ſignificat.* Ita dicit Baldus, *in authent. ei qui. C. de bon. auth. judic poſſid. in 14. col.* & hanc ſentit Azo. *in ſumma, inſtit. de ſervit.* ubi dicit, quod ſervitus poteſt dici habitus prædii. Sed certe iſta potius eſt quædam deſcriptio, quam definitio. Quarto, ſecundum Azor. *in loco primo allegato;* poteſt definiri ad ſimilitudinem ſervitutis perſonalis qua homo fit ſervus hominis: ut ſicut illa dicitur conſtitutio jurisgentium, quia quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur, *ut dictum eſt ſupra in princ.* ita & iſta dicitur conſtitutio, qua domus domui, & rus ruri ſubjungatur. Quinto aliter definitur ſecundum Bart. & *melius in l. 1. de ſervit.* hoc modo ſervitus eſt quoddam jus prædio inhærens & ipſius utilitatem reſpiciens, & alterius prædii jus, ſive libertatem diminuens. Quod autem iſta definitio juri in omnibus conveniat, ſic declaratur: Nam

Nam dum dicit eſſe jus, probatur *in* l. 1. *& l. hæc autem jura ff. de ſervit. urb. prædior.* & eſt caſus *Inſtit. de rebus corpor. & incorp. § fin. & in l. 1. in fin. ff. de rebus dub.* Et dicitur jus ad differentiam facti: quia tunc non eſſet, ſi factum verſaretur, ut realis ſive perſonalis, *ut l. apud Julian. §. ſi quis alicui, de legat.* 1. de quo dicendum eſt, ut ſtatim declarabitur. Ideo dicitur prædio inhærens, & non perſonæ, *ut l. qui aliena. §. fin. de negot. geſt. & l. unus ex ſociis, ff. de ſervitut. urban. prædio.* Et dicitur inhærens, quia ſignificat eſſe quamdam qualitatem prædii, non inhærentem ipſi prædio principaliter, ſed acceſſorie, *ut l. ſervi in pr. ibi* & ſi corporibus accidunt, *d. l. ſerv. & l. quid aliud. de verſ. ſignif.*

4 Servitus etenim * eſt quædam qualitas, non autem ſubſtantia, *ut d. l. quid aliud.* & hoc vult. Bart. *in l. data opera in 8. col. C. qui accuſ. non poſſ.* Item dicitur prædio inhærens, ut per hoc ſignificatur ſervitutem ineſſe prædio dominanti active, *ut l. arbor. §. fin. commun. divid.* & prædio ſervienti paſſive, & privative, *ut in leg. 3 de ſervit.* Nam jus prædii ſervientis non dicitur augeri, ſed minui: ideo ſervitus non eſt, quantum ad ipſum ineſſe, ſed deeſſe: ſicut ſi cui deſtrueretur oculus, non proprie diceretur ineſſe cæcitas, ſed prius ei lucem deeſſe, & licet ſervitutes non ſint in bonis noſtris, nec extra bona, *ut l. 1. ff. de uſufructu legat. & l. rem. in bonis de acqu. rer. dom.* Tamen dicitur ineſſe prædio non principaliter ſed acceſſorie, ſicut qualitas ineſſe ſubjecto, & hoc modo dicitur eſſe in bonis noſtris, id eſt, in prædio dominante, *ut habetur in d. l. 1. & in d. l. rem in bonis*, de quo vide omnino per Bart. *in l. Mævio §. fundo in fi. de leg.* 2. Item dicitur ipſius utilitatem reſpiciens: quia niſi utilitatem prædii dominantis contineret, non poſſet conſtitui ſervitus, *ut eſt text. in l. quoties, l. 1. in prin. de ſervit.* Item dicitur & alterius prædii jus ſeu libertatem diminuens, ut probatur, *in l. ſtipulatio iſta §. ſi quid forte, ff. de verb. obligat.* Quandoque tamen libertas ſervitutum appellatur propter ſimilitudinem, quam habet in quibuſdam cum ſervitute, *ut not. gloſſ. magna in l. 1. ff. de ſervitut. urban. prædiorum.* Et è contra interdum ſervitus appellatur libertas, ſicut eſt ſervire Deo, *ut not. ibi Paulus de Caſtro.* Et dicitur in definitione, Alterius prædii: quia non poſſet eſſe prædium ſerviens ſine prædio dominante, *l. 1. commun. prædio.* Item verbum, Alterius intelligitur ſcilicet domini: *ut l. 1. ff quemadmodum ſervit. amit. l. 2. §. 1. ſi ſervit. vend.* & intelligitur etiam Alterius in totum, vel quandoque pro parte, *ut habetur in l. pro parte ff. de ſer.* & per hoc apparet, quod definitio ſervitutis realis ſeu prædialis, eſt vera & perfecta, quam etiam tenet & ſequitur Flor. *in d. l. 1. de ſerv.* & communiter ibi ſequuntur Doct.

Sed * dubium eſt pulchrum, & ſubtile: quomodo cognoſcatur quando ſint ſervitutes reales, ſeu prædiales. In hoc diligenter animadvertendum eſt: quia multi non intelligunt, & eſt utile hoc ſcire propter multa, *ut in fine hujus primæ quæſtionis dicetur.* Et omiſſa longa diſputatione, quæ fieri poſſet, diſtinguendo quatuor caſus principales, breviter ſic dicas: Aut conceſſio ſive promiſſio fit alicujus juris de uno prædio ad aliud, & exprimitur jure ſervitutis, aut non exprimitur jure ſervitutis, & verba conceſſionis ſonant in factum vel non factum, aut non ſonant in jus, aut in potentiam, Primo caſu principali non 5

eſt dubium, quod eſt ſervitus realis, & prædialis per prædicta. Secundo caſu principali, quando conceſſio fit non expreſſo jure ſervitutis, & verba ſonant in ſimplex factum, vel non factum; & tunc ſubdiſtingue, aut eſt ſimplex factum ex parte ejus cui fit conceſſio, aut ex parte concedentis. Si ex parte ejus cui fit conceſſio, ſonant in factum: puta concedo tibi ire, agere per fundum meum, vel aream, vel ſaxum vellere; iſta enim verba infinitiva ſonant actum: & tunc non eſt conceſſio, aut ſervitus realis, ſeu prædialis, etiamſi facta fuerit occaſione prædii: ſed eſt perſonalis conceſſio, & obligatio, *l. apud Julianum*, §. *ſi quis alicui*, *& ibi hoc not. de leg.* I. & ita not. Bart. *in l. pater ff. de ſervit. leg.* & Paul. de Caſtr. *in l. Lucius, de ſerv. ruſt. præd.* qui dicit, quod hoc etiam probatur *in l.2.§ item ſi in facto. de verb. obligat.* Ubi dicit, quod eſt ſtipulatio facti, non donationis. Sed ſi contineret ſervitutem, diceretur etiam donationis: quia ſervitus datur, & in alium transfertur, ſicut dominium, ad quod etiam vide quod not. Bart. *in l.* I. *Paragrapho ſi quis ita eod. tit.* Si vero verba ſonantia in ſimplex non factum, differantur in non factum ex parte concedentis, exemplum, promitto tibi non tenere vel non facere feneſtram in pariete meo: & idem, quia non eſt ſervitus realis vel prædialis, ſed eſt quædam obligatio perſonalis, & ideo ſi poſtea alieno fundum meum, emptor poterit tenere vel facere feneſtram in eodem muro, & Albert. Papienſ. dicit ſe ita obtinuiſſe in quæſtione facti: ut refert Specul. *de contrah. empt.* §. I. *in ver. pone, placuit.* Qui ſubdit: quod cum talis conceſſio non ſit ſervitus, ſed obligatio perſonalis tantum, emptor non tenetur, ſed tunc poteris agere contra me: pro hoc allego, *l. fin.* §. *fin cum ibi not. ff. de contrahend. emp.*

Et ratio eſt, quia * actio perſonalis non ſequitur fundum, *l.* I. §. *ſi hæres. ad Trebel.* Aliud ergo eſt ſervitus, aliud obligatio perſonalis ſervitutis, quæ rei annexa, arctèque affixa eſt, quia ab ea non ſeparatur, etiamſi per plures manus ambulaverit, ſicut lepra ſequitur leproſum, *ut not. gl. in l frater à fratre de cond. indeb.* ſed perſonalis actio *b* ſive obigatio perſonam non excidit, *C. de ſerv. & aqua l. & in provinciali*; *& in* §. *ſi hæres.* Quod autem dicta conceſſio non ſit ſervitus, ſed perſonalis obligatio, apparet ex forma obligationis, in qua non continetur cauſa qua ego caverim, ſeu promiſerim, & hoc tenet Bart. & Doct. *in l. fin. ff. de novi oper. nunc & in l.* 3. § *opus ff. de alienat. jud. mut. cauſ. fact.* & Flor. *in l. ut pomum*, *ff. de ſervit.* & habetur per Doct. *in* . *ſi una* §. *fin. de verb. oblig.* Si autem cauſa aliqua exprimatur, puta ne aliquis uſus domus tuæ impediretur: tunc dicit Specula *in d. verſ. ſed pone*, quod hujuſmodi conceſſio ſervitutis eſſe præſumeretur, & ita tenet Bart. *in d.* §. *opus* etiam Flor. *in d. l ut pomum.* quod eſt bene notandum. Et ideo ſis cautus in concipiendo verba inſtrumenti, ut ſemper tu, cui fit ſimilis promiſſio, facias addere cauſam concernentem utilitatem fundi tui: videlicet promiſit non ædificare, vel non tenere feneſtram in domo ſua, ut officiatur luminibus domus meæ, quia tunc ſervitus realis, & tranſibit domus obligata ad quemcumque poſſeſſorem, etſi per mille manus tranſiret: quod non eſſet, ſi cauſa non exprimeretur per prædicta.

Tertio caſu * principali, quando verba conceſſionis ſonant in jus: & tunc

tunc ſub diſtingue tres caſus. Aliquando reſpectu certi, aliquando reſpectu incerti, aliquando non habito reſpectu ad aliquem fundum illius cui fit conceſſio. In primo caſu, quando fit conceſſio reſpectu certi fundi. Exemplum, Concedo tibi jus eundi per fundum meum ad talem tuum, vel aquam ducendi ex fundo meo ad tuum certum hortum; & tunc dicitur ſervitus realis & prædialis ab utraque parte, *ut l. pecoris. cum l. ſequenti, & ſequitur etiam l. cum fundo, de ſervit. ruſtic. præd. & l. ſi fundum de ſervit. legat. & c. cum veniſſent extra de inſtit.* niſi ex qualitate perſonæ, cui conceditur, & qualitate rei conceſſæ aliud præſumatur: ut eſt caſus *in l. pater de ſervit. leg.* & ibi not. Bart. & Paulus de Caſtr. *in l. Lucius, ff. de ſervit. ruſtic. prædiorum.* Et dum dixi eſſe ſervitutem realem & prædialem, quando fit conceſſio reſpectu certi fundi per verba ſonantia jus, procedit ſine dubio, quando fit actu ut non finiatur cum perſona, puta relinquitur vel promittitur alicui jus aquæ ducendæ, qui habet vicinum prædium, ut non finiatur cum perſona, & non habet dubium, quod eſt ſervitus realis & prædialis, & tranſit cum prædio, *per ea quæ ſupra dixi.* Sed ſi relinquitur habenti prædium vicinum, ut finiatur cum perſona, eſt dubium an ſit ſervitus realis, vel perſonalis, & Joannes & Azor, dicunt, quod eſt ſervitus realis, quæ tamen per exceptionem finitur cum perſona perempta, *ut not. gloſſ. in l. Mela. §. final. ff. de alim. & cibar. legat. & in l. ut pomum, de ſervit. & in l. ſi quis binas, de uſufr.* & not. Bart. *d. l. Mela. §. final.* qui dicit, quod hæc probatur *in l. 3. ff. de ſervitutib.* & illa eſt veritas per illum textum.

8 In ſecundo caſu * quando conceſſio quæ ſonat in jus, fit reſpectu incerti, ſed certificandi per eum cui fit. Exemplum, Concedo tibi jus hauriendi aquam portandi ad fundum meum, vel ubicumque vis: & tunc dicitur conceſſio perſonalis, & non ſervitus realis vel prædialis: ut eſt caſus not. *in l. Lucius.* quæ eſt lex penultim. & ibi hoc not. & tenet Paulus de Caſtr. Idem tenet Bald. ibi, qui dicit ſe prius contrarium reſpondiſſe, antequam vidiſſet illum textum, & hoc etiam ſequitur Ludovic. de Roſat. *in ſuo ſingulari* 68. quod incipit, Concedo tibi jus hauriendi, qui dicit, quod ille textus eſt unicus in jure, ideo memoriam tuam nunquam exeat.

In tertio * caſu, quando verba conceſſionis ſonant in jus, & non fit habito reſpectu ad aliquem fundum ejus cui fit conceſſio: quia non habet fundum vicinum. 9

Exemplum: * Concedo quod poſſis cœnare vel ſpatiari, aut venari in fundo meo, aut quod poſſis haurire aquam ex puteo meo, vel ex ciſternâ, vel quod poſſis colligere poma ex arbore mea & in hoc eſt dubium, an illa ſit ſervitus realis, vel perſonalis: an vero ſit obligatio perſonalis tantum, & non ſervitus. Et Rog. gloſſ. *in d. l. Mela §. fin. de cibar. legat. & in d. l. ut pomum.* tenet quod ſit ſervitus perſonalis, & hanc opinionem tenet Petr. & Cyn. *in rubr. C. de ſervit.* Sed gloſ. Accuſ. tenet ſecundum Joan. quod immò non ſit ſervitus, ſed obligatio perſonalis, & hanc opinionem tenet Bart. *in d. §. fin. in d. l. ut pomum.* & iſta eſt communis opinio, ut per gloſſ. *in d. l. ut pomum.* & eſt vera. Nam quod non ſit ſervitus realis, patet: quia non diminuit de jure prædii ſervientis ad utilitatem dominantis; quod fieri debet, ſi eſſet realis, ut dixi ſupra in definitione ſervitutis 10

realis

realis, ſecundum Bart. item quod non ſit ſervitus perſonalis, probatur, quia ire, & ſpatiari per fundum alienum, in eo cœnare, vel ſimilia facere, non diminuit de fructibus rei alienæ, adeo quod alteri acquiratur, ad cujus commodum tendit ſervitus uſusfructus, vel uſus illius fundi, ut dictum eſt, & ita tenent Flor. & Paulus de Caſtr. *in d. l. ut pomum.*

9 Sed * ſecundum hoc videretur, quod poſſe colligere pomum ex arbore mea, vel haurire aquam ex ciſterna mea, ſit ſervitus perſonalis uſus, ſcilicet illius arboris, vel ciſternæ? quia tendit ad diminutionem fundi, ſeu ciſternæ, vel arboris meæ. De arbore non eſt dubium. Sed de ciſterna etiam idem eſt, quando hauriendo evacuaretur, ſicut contingit in civitate Venetiarum tempore æſtivo, quo ſæpiſſime propter frequentiam hauſtus, ciſternæ evacuantur, & deſiccantur. Tu tamen dicas, quod nec iſta poteſt dici ſervitus uſusfructus vel uſus, quoniam ad uſufructarium pertinent, vel omnes fructus, vel quota pars, ſed in hoc caſu ad iſtum cui facta eſt promiſſio, non ſpectat, niſi certa quantitas: ergo non poteſt dici ſervitus uſusfructus. Item nec etiam ſervitus uſus poteſt dici: quoniam ad uſuarium pertinet poſſe ſumere, quantum expedit ſibi & familiæ ſuæ, *ut l. plenum, in fin. ff. de uſu, & hab.* Sed prædicta conceſſio de qua in propoſito, reſtringitur ad certam quantitatem, non ad neceſſitatem: & ideo tale jus non dicitur ſervitus realis, vel perſonalis, ſed jus perſonale tantum, & ita tenet gl. quam ſequuntur ibi Doct. *in d. l. ut pomum.* Et propterea eſt dicendum, quod ſi dicta promiſſio, vel conceſſio hauriendi aquam ex ciſterna mea, vel colligendi poma ex arbore mea eſſet facta non ad certam quantitatem, ſed pro neceſſitate tua, & familiæ, diceretur eſſe ſervitus uſus perſonalis, *per d. l. plenum.* §. 1. *& Inſtitut. eod* § 1. *quod eſt not.* Quod autem dixi talem conceſſionem hauriendi aquam, vel colligendi poma factam, non ad neceſſitatem eſſe, jus perſonale intellige: id eſt quod debetur perſonæ in illa re, non autem debetur alteri rei. Sed an ſit adeo perſonale, ut non tranſeat ad hæredem ejus cui ſit conceſſio?

Et videtur * quod ſic, *per l. apud Jul.* 10 *§ ſi quis alicui, de leg* 1. In contrarium videtur, quia juriſdictio, & multa alia incorporalia, quæ debentur perſonæ, & non rei, tranſeant ad hæredem, de hoc dic, ut per Bart. plene, *in l. pater, de ſervit. leg. & per Joan. de plat. in l. ſordidior. C. de excuſ. mun. lib* 11. *& per Imol. in l. ſi ſub una* §. 1. *de verb. oblig. & per Canon. in c. cum veniſſent de inſtit.* Quarto & ultimo caſu principali, quando verba conceſſionis ſonant in potentiam, puta, promitto tibi quod poſſis, vel non poſſim. Ita concludendum eſt. Aut illa verba ſunt negativè prolata: ut puta concedo tibi: ut ego non poſſim ædificare in meo altius, ne luminibus tuis officiam: & tunc erit ſervitus realis, ſecundum quam auffertur mihi potentia altius ædificandi, *l. altius. C. de ſervit.* Et hoc intellige ſecundum ea quæ dixi in ſecundo caſu principali: Aut affirmative verba ſunt prolata, & tunc ad pronomen, quod ſignificat ſubſtantiam, ſeu jus, puta concedo tibi jus aquam ducendi de fundo meo: & idem cum diſtinctione tamen, quam poſui ſupra in tertio caſu principali, per verbum, quod ſignificat actum: ut concedo tibi quod poſſis ire, agere per fundum meum, & tunc non erit ſervitus, ſed conceſſio perſonalis, *ut in l. 2. §. Item ſi in facto,* *de*

de verb. oblig. & *l. apud Julianum*, *§. ſi quis alicui de leg.* 1. Idem ſi fiat per verbum facultatis: ut concedo tibi facultatem eundi per fundum meum, ſecundum Paulum de Caſtr. *in l. Lucius*, *in fine de ſervit. ruſt. præd.* qui ad hoc nihil allegat, ſed tu allega Bart. qui hoc dicit in terminis *in l. pater*, *ante fin. de dot. prælеg.* Idem credo, ſi fiat per verbum licentiam, vel poteſtatem. Exemplum, concedo tibi licentiam vel poteſtatem eundi per fundum meum, & moveor potiſſima ratione, quia illa verba magis ſonant in factum quam jus. Nam prædicta verba ſignificant hic, volo quod poſſis, & valeas ire per fundum meum, & ſic potius ſignificant factum quam jus, & hoc etiam vult, Bartol. *in d. l. pater.* qui dicit quod illa verba, concedo tibi facultatem eundi, & quod poſſis ire, & ſic verba magis referuntur ad factum, quam ad jus, & ita eſt conceſſio perſonalis: quod tamen intellige ſecundum ea quæ dixi ſupra *in ſecundo principali.* Et prædicta perpetuo tene menti: ſunt enim neceſſaria pro fundamento totius materiæ ſervitutum: ac etiam quia per ea cautus eſſe poteris, qualiter verba ſervitutum concipi debeant in favorem promittentis: vel ejus cui fit promiſſio vel conceſſio. Idem prædicta ſunt magni effectus, ſcilicet intelligere, an ſit ſervitus realis, vel perſonalis obligatio tantum: nam ex hoc ſequuntur multæ utilitates.

11 Prima utilitas, * quia ſi ſervitus poteſt agi actione confeſſoria contra quemcunque impedientem vel turbantem, *ut in l. 2. §. fin.* & *in l. ſi quis diuturno ff. ſi ſervit. vend.* quæ dicitur vendicatio ſeu actio realis, *ut l. ergo*, *in prin. ff. de ſervit. ruſtic. prædio.* & *in l. uti frui. . verum*, *ſi uſufruct. pet.* & *Inſt. de act. in §. æque*, de qua actione vide plenè per Fl. *in l.* 1. & 2. *ff. ſi ſervit. vend.* Sed ſi non eſſet ſervitus, ſed obligatio perſonalis tantum, actio confeſſoria non competeret, ſed ſolum actio perſonalis.

Secunda utilitas, * quia ubi eſt ſervitus, actio confeſſoria datur contra quemlibet impedientem, vel turbantem, ut ſuprà: quia illa obligatio ſequitur rem ſicut lepra leproſum, ſed ſi eſſet actio perſonalis, non poſſet agi, niſi contra concedentem, vel ſe obligantem, *ut in l. fin. §. ult. de contr. empt.* & ita tenet Bart. in doct. *in d. l. ut pomum.* de quo dic ut ſuprà, *in ſecundo caſu principali.* Hoc tamen intellige, ſecundum Paulum de Caſtr. *in d. l. ut pomum.* quando ille cui facta eſt conceſſio perſonalis, non poterat aliquid propria auctoritate percipere, ſed habebat carpere de manu concedentis *d. l. fin.* & *d. §. fin.* & *l. Cujus de ann. leg.* ſecus ſi poterat propria auctoritate percipere: puta pomum ex fundo vicini, vel lapidem evellere, quia tunc licet non ſit ſervitus perſonalis, habet tamen ſimilitudinem cum ea, & ideo competit utilis confeſſoria, ſicut pro jure conſervandi juriſdict. vel pro jure eligendi prælatum, ut notat. Inno *in c. abbate, de verb. ſign.* & *in c. bonæ*, *de poſtul. prælat.* Et etiam competit officium judicis pro recuperanda quaſi poſſeſſione juriſdictionis, *l. Attilius*, *in fi. de don. ubi eſt text. not.* & etiam competit utile interdum, uti poſſ. vel unde vi, *ut l. quoties 2. in fin. ff. de ſervit.* & *l. ſicuti*, *§. Ariſtot. ſi ſervit. vend.* 12

13 Tertia eſt utilitas: quia * ſi eſt ſervitus realis, tranſit illa ad hæredes activè, & paſſivè, id eſt, ad hæredem concedentis & conceſſionarii, *ut. l. pecoris, ff de ſervit. ruſt. præd.* & hoc ibi not. gloſ.

gloſ. & ſequitur fundum dominantem & ſervientem, & ſic tranſit etiam ad ſingularem ſucceſſorem; ut eſt tex. *in l. ſi aquæductus, ff. de contrahend. empt.* Et ratio eſt, quia jus prædii eſt, *ut leg. ſi mibi §. fin. ff. de ſervitut. ruſt. præd.* & tranſit fundus cum ſua cauſa, *ut l. 1. §. ſi fundus eodem tit.* & ideo nec capitis diminutione perit, *ut l. 3. ff. quemadmod. ſervit. amit.* Et quod dixi ſervitutem tranſire ad omnes ſucceſſores, intellige verum, quando ſervitus eſt realiter conſtituta, quia tunc realis promiſſio non afficeret ſingularem ſucceſſorem, *ut l. 3. §. opus. ff. de alien. jud mut. cauſ. facta, & leg. fin. § fin. ff. de contrahend. empt.* ſecundum Mar. Syl. Cyn. & Bald. qui ita notant *in l. & in provinciali C. de Servit.* Item ſecus eſt in quibuſdam aliis caſibus, quæ nominantur per gloſſ. *d. l. pecoris.* Sed ſi eſſet ſervitus perſonalis ſicut uſuſtructus, non tranſiret ad hæredem ejus cui eſſet facta conceſſio: *ut l. corruptionem C. de uſufruct.* & periret capitis diminutione, *ut inſt. de uſufruct. §. finitur* licet non pereat per mortem concedentis, vel ulterius, ut eſt caſus not. *in l. 2. C. de bonis matern.* Idem ſi eſſet obli-
c gatio c tantum perſonalis, non ſervitus; quia non tranſiret ad hæredem, ut eſt caſus; & ibi plene ponitur *in l. apud Julia. ſi quis alicui, de leg. 1. & l. Mela. §. fin. de alim. leg.* nec ad ſingularem ſucceſſorem; *ut l. Cajus, de ann. leg. & in d. l. fin. ff. de contrahend. empt.* quod nota Hic quæri poſſet de quibuſdam obligationibus, an ſint ſervitutes reales ſeu prædiales, an verò obligationes tantum perſonales: ſed quia melius conveniet poſt materiam ſervitutis mixtæ: de qua ſtatim dicemus, ideo ibi tractare conſtitui, &c.

ADDITIO.

a *Realis dicitur.* Adde Corn. *conſ. 287. in 4. vol. incip. dominus & conſ. 196. in 4. vol.*

b *Perſonalis actio.* Adde Corn. *conſ. 110. incip. videtur, in 1. vol. & in 4. vol. conſ. 79. in l. licet.*

c *Obligatio.* Adde Alex. *conſ. 2. in 4. column. verſic. 3. in 4. vol. & Corn. conſ. 44. vol. 2.*

CAPUT III.

De ſervitutibus mixtis.

1 *Servitutes mixtæ quæ dicantur?*
2 *Servitutis mixtæ ſpecies quot ſint?*

Poſtquam viſum eſt de Servitutibus realibus & perſonalibus, conſequens eſt, ut nunc de mixtis tractemus, ſicut eſt ſervitus uſuſfructus, uſus & ſimiles: * quæ ideo mixtæ dicuntur, quia non ſunt merè perſonales, quæ debentur a perſona perſonæ: ſicut ſunt illæ de quibus primo loco diximus: nec mere reales, ſicut ſunt illæ quæ debentur à re rei, de quibus proxime dictum eſt: ſi de utriſque participant ex eo, quod debentur à re perſonæ, ipſæ etiam perſonales appellantur; *ut l. 1. ff de deſer.* quia cum perſona ſemper finiuntur: *ut l. non ſolum 3. §. tale 8. de lib. leg. & not. gloſ. in rubr. ff. de ſerv. & l. ſi quis unas 32. ff. de uſufr. & Inſtit. de ſerv. in princ.* & tanquam reales etiam ipſæ dicuntur, & tanquam jura realia vendicantur: *ut l. uti frui. in princ. ff. ſi uſufr. de ut not. Cyn. in rub. C. de uſufruct.*

Sed proprie* mixtæ dicuntur, *ut* 2
habetur in dictis jurib. Species autem hujus ſervitutis ſint tres, uſusfr. ſuſus,

&

& habitatio, & ſecundum aliquos eſt etiam miniſterium, ſive opera ſervorum. De ſingulis modo dicamus.

CAPUT IV.

De ſervitute mixta, videlicet de ſervitute uſusfruct.

1 *Uſusfructus formalis, & cauſalis qui dicantur?*

2 *Uſusfructus quid, & quotuplex ſit?*

3 *Dominium quotuplex eſſe dicatur?*

4 *Fundus ad uſumfructum, vel ad uſufructuandum ſi alicui relinquatur: an tunc uſusfructus, vel proprietas relicta videatur?*

5 *Domus, vel fundus in gaudimentum ſi alicui legetur, an ipſa proprietas relicta videatur?*

6 *Maritus ſi reliquerit uxorem dominam, & uſufructuariam, ſicut communiter fieri ſolet, an proprietas, vel uſusfructus, vel alimenta relicta videantur?*

7 *Legatum uſusfructus à legato reditus numquid differat.*

8 *Legatum fructuum annuorum talis fundi, vel legatum fructuum ejuſdem fundi in quo differant.*

9 *Legato, vel conceſſione uſusfructus quid veniat?*

10 *Uſumfr. formalem alicujus fundi ſi quiſpiam emerit, & poſtea ſterilitas contingat, an mercedis remiſſionem petere poſſit?*

11 *Uſusfructus, vel uſus legatus quanto tempore duret?*

CIrca quam imprimis ſciendum eſt quod duplex ex Uſufr. * unus eſt cauſalis, alius formalis. Cauſalis dici-
1 tur, quia ex perſona cauſatur, quando habet mixtam cauſam dominii, ſecundum Flor. *in rubr. ff. de uſufr.* Vel dic quod cauſalis dicitur, quia eſt conjunctus cum ſua cauſa, id eſt proprietate, *ut l. ſi tuus, §. antepen. ff. de pact. & l. recte dicimus, & ibi not. ff. de verb. ſign.* Et iſte uſusfr. non eſt ſervitus, nec pro eo competit confeſſoria, ſed negatoria: quia dominus negat alteri jus eſſe fruendi, & de iſto hic non eſt tractandum: quia non eſt materia noſtra. Alius eſt uſusfr. formalis, de quo loquuntur jura noſtra de ſervitutibus, qui dicitur formalis: ideo quia habet diſtinctam formam à proprietate. *ut no. in d. l. rect. dic. de verb. ſig.* & ille uſusfr. appellatur ſervitus, quæ ita definitur.

Uſusfruct. eſt jus utendi, & fruendi, ſalva rerum ſubſtantia, & eſt jus corporale, quo ſublato ipſum tolli neceſſe eſt, *ut eſt tex. in l. 1. & 2. ff. de uſufr. & Inſt. eo in pr. & dic. ut ibi.* & adde cum dicitur, ibi, & fruendi, etiam propria auctoritate: quia fructuarius poteſt fructus capere propria auctoritate, *l. fundi Æbutiani. 38. & ibi not. ff. de uſufr. leg.* quod non eſt in emptore fructuum etiam pendentium, *l. qui pendentem vindem. 25 ff. de act. empt.* Et ratio eſt ſecundum Flor. *in d. l. in princ.* quia vendens fructus, videtur vendere corpora, quia autem vendit uſumfr. videtur jus vendere; *ut l. vacca 43. ff. de vict.* cenſetur enim uſusfr. pars integralis rei, & pars dominii: *ut l. 4. ff. de uſufr. & l. recte dicimus de verb. ſign.* & ideo ſicut proprietatis dominium eſt, ita etiam eſt dominium uſusfr. *ut eſt gl. in l. proprietatis dom. C. de prob.* quæ ſemper allegatur, quod uſufr. poteſt dici dominus reſpectu uſusfruct. & ſentit hoc gloſſa *in rub. de ſurt.* dum dicit: ſequitur de dominio incorporalium, & ibi hoc tenuit Guliel. de Cun. & *hic eſt textus in leg. in venditione in princ. ff. de bon. auto. jud. poſ.*

Et propterea uſufructuario datur realis actio, & confeſſoria, & negatoria, quæ domino dantur, ut *l. uti frui*, *ff. ſi uſufr. pet.* de quo vide plenè per Bart. *in l. qui uſumfr. de verb. oblig.* & ibi per Dd.

3 Unde etiam dicit Bart. * *in d. l. proprietatis*, quod dominium eſt multiplex. Primo quoddam directum eſt, iſtud etiam proprietas appellatur, *ut ibi.* Secundo eſt quoddam utile, & illud non dicitur proprietas, interdum eſt ſub proprietate ſubſtantialiter, ut dominium emphyteutæ, & vaſalli, ut *l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager. vectig. vel emphyt. pet. etiam not. in l. ſi ut certo, §. ſi duobus, vehiculum ff. commod. & per gl. fin. in c. cum Bertold. de re jud.* Interdum utile dominium contrariatur directo ut dominium præſcribentis, ut habetur *in authen. niſi tricennale. Codic. de bon. mater.* de alio multiplici dominio Bart. *in l. curatoris*, 17. *Codic. de neg. geſt.* Tertio quoddam eſt dominium adhuc magis diſceſſivum, ut dominium uſusfructus, & uſus, & dominium cujuslibet ſervitutis. Item habentes præeminentiam in ſubditos,
a appellantur domini *a*, & hoc vocabulum in libello prolatum debet intelligi ſecundum qualitatem perſonæ, *ut l. ſed ſi poſſeſſori. 1. §. 1. de jure jurand. ſecundum Bald. in d. l. proprietatis, in prin.* Hinc eſt quod dicitur dominium utile, ſed habet ſe ad directum ad inſtar cujuſdam ſervitutis, quia per ipſum incommodatur proprietas, *ut l. ſi tibi homo, §. fin. & hoc ibi not. de legat.* 1. & alibi etiam dicitur, quod dominium utile ſe habet ad ſimilitudinem uſusfructus, *ut l. 1. §. quia autem 6. ff. de ſuperficie. & l. 1. in princ. ibi, in quos jus fructuſque transferretur, Digeſt. ad Treb.* quia ſicut uſusfructuarius totam commoditatem habet ut notat. Cyn. *Cod. uſufr. in rubr.* ita & habens utile dominium & ſicut extincto uſufructu proprietas impinguatur, ita extincto utili dominio, etiam impinguatur, quoniam utilitas revertitur ad ipſum, & ex hoc ſequitur unum notabile, quod ſtatutum loquens de uſufructuario, extenderetur ad habentem jura utilia, ſi materia, de qua loquitur, hoc pateretur, & ſi comprehenderet emphyteutas, & vaſſallos, & filios, ſecundum Paul. de Caſtr. *in l. 1. in princip. ff. ad Trebel. quot. not.* Quandoque tamen ſub nomine uſusfruct. continetur proprietas *ut l. 1. in fin. & ibi per gloſſ. & Dd. de uſufruct. earum rerum quæ uſu conſum. & l. ſpecies auri 15. de auro & argen. leg. & nota in leg. Titia cum teſtamento. §. fin. ff. de leg. 2.* Aliquando tamen minus valet proprietas, 2
quam uſusfructus, & è contra, ut notat gloſſ. *in l. omnium bonorum, de uſufructu.*

Sed * eſt dubium, quid ſi relinquitur alicui fundus ad uſumfructum vel 4
ad uſufructuandum, an tunc videatur relictus uſusfructus, vel proprietas? Dic proprietas, quia aliud eſt dicere, relinquo uſumfructum, & dicere relinquo ad uſufructuandum, ſicut aliud eſt dicere, relinquo alimenta ex prædiis, & dicere, relinquo prædia: *ut leg. libertis, in principio, & ibi per Bar. & alios. ff. de aliment & cibar. legat.* Sed numquid tranſeat ad hæredes? Dic plene ibi per Barthol. & de iſta quæſtione vide *lege. Titia cum teſtamento paragrapho Titia, de leg. 2.* & per Dio. Bartol. & Doctores *in leg. donationes in concubinam, paragrapho ſpecies, ff. de donat.* & per gloſſ. & Dd. *in l. cum is §. cui de tranſact.* & per Flor. *in l. Proculus, ff. de uſufructu.* & per Angel. *in lege ſi quis ità legaverit, eodem tit.*

Quid

5 Quid autem, * ſi legatur domus vel fundus in gaudimentum, an videatur eſſe relicta proprietas, an vero uſusfructus tantum? Et multi conſuluerunt, quod videatur eſſe relicta proprietas, *per d. l. Proculus.* Sed dicit Flor. quod hoc videatur contra propriam naturam verborum: & propter id noluit ſe ſubſcribere: ſed dicebat attendendum eſſe, qui erant hæredes, ut ſi eſſent extranei, penitus hæc opinio, quod intelligatur relicta proprietas, poſſet ſalvari, ſecus ſi filii eſſent inſtituti, & ſic à patre prædilecti, quæ opinio æqua eſt. Et de iſta quæſtione vide per Dyn. *in conſ. ſuo*, quod incipit, quidam in teſtamento ubi dicit, quod legatarius habet quaſi uſumfruct. & vide Bald. *in l. ſi habitatio. de uſu & habit. & in apoſtil.* qui tenet tale relictum transferri ad hæredes legatarii: *per not. in d. l. libertis* quia modus favore legatarii non reſtringit legatum, de quo etiam vide *ff. de donat. l. donationes*, *§. ſpecies.*

6 Item quid * ſi maritus relinquit uxorem dominam, & uſufructuariam
b *b* ſicut communiter fieri ſolet: an videatur relicta proprietas, vel uſusfruct. vel alimenta? Dic, ſola alimenta filiis inſtitutis: ſecus ſi extranei, *ut eſt glo. in authen. quod locum C. ſi ſecundo nub. mul.* ubi per omnes, & plene per Bart. *l. Titia cum teſtamento. §. fin. de leg.* 2. & Bald. *in l. filia C. de indict. vidui.* quod intellige ſuperſtitibus filiis inſtitutis: ſecus ſi filii moriantur viva matre, quia tunc efficeretur proprietaria, ut notat ſingulariter Bart. per illum tex. *in l. ſicut in annos quibus modis uſusfruct. amit.*

7 Numquid * autem differat legatum uſusfruct. à legato reditus, & in quolibet? Dic quod ſic, *ut eſt tex. in l. fundi Æbutiani, & ibi not. de uſufruct. leg.* & habetur, *in l. ſi quis ita legaverit*, *ff. de uſufr.* Differentia etiam eſt inter uſumfruct. & facultatem fructuum percipiendorum, quam vide per Old. *in ſuo conſ.* 200. Aliud eſt enim uſusfruct. qui eſt jus, ut dixi in ejus definitione, & aliud eſt perceptio fructuum, quæ eſt quid facti, non juris & ideo uſusfr. non recte fructus appellatur, *ut not. Ang. in l. dominus*, *ff. de uſufr.* Aliquando tamen capitur uſusfruct. pro facultate fructuum percipiendorum *not. Ang. in l. Pomp. ff. quib. modo, uſusfr.*

Sed an ſit differentia, ſi quis * legaverit fructus annuos talis fundi, vel uſumfr. ejuſdem fundi, *vide tex. & ibi gl. ord. & Dd. in l. ſi quis ita legaverit. ff. de uſufruct.* 8

Dubium eſſe * poteſt, quid veniat in legato, vel conceſſione uſusfruct. Dic quod venit patientia promittentis vel ejus hæredis, quia clare intelligitur quis uſufructuarius, quando patitur quem uti frui, *l. 3. §. dare de uſufruct.* Item legato uſufruct. veniunt boves aratori, quos hæres non poteſt removere de fundo, ut probatur in *l. item ſi fundi 9. §. ſeminarii 6 ff. de uſufr.* & ibi hoc not. Ang. & Flo. item legato uſufruct. fundi videtur legatus uſusfruct. frumenti ad ſeminandum deputati: *ut ex text. in d. §. ſeminarii & ibi hoc etiam not. Angel.* Item uſufructuarius debet habere omnes fructus, etiamſi uſusfructus non duraſſet per unum diem: quod ſecus eſt in viro & uxore, *ut not. Barthol. in l. divortio*, *ff. ſol. matr. ad quod vide not. in l. defuncta ff. de uſufruct.* Item uſufructuarius poteſt facere pingere, vel ſculpere arma ſua, in quo habet uſumfr. *ut l. ſi cujus, alias l. æquiſſimum.* 13. *§. ſed ſi ædium 7. verſi. ſigilla ff. de uſufr. & ibi hoc not. Ang. & Flo.* 9

 Et

Et eſt ratio, quia per hoc non efficeretur deterior conditio rei, nec mutatur ejus ſubſtantia: aliàs ſecus eſſet, *ut l. monumentorum 6. C. de reli. & ſumpt. & l. ne quis vela regia. C. ut nem. privat. l. repeti. §. rei mutatione. ff. qui uſu fruct. amit.* Item adde, quod vendita gabella fructuum, non videtur venditus uſusfruct. hominum, quia naſcentur, pro quibus aliquid ſolvitur, *ut l. vetus eſt quæſtio 67. de uſufruct. & ibi hoc tenet. Ang.*

10 Et quæſtio * pulchra, an ille qui emit uſumfructum formalem alicujus fundi, ſi poſtea contingat ſterilitas, poſſit petere remiſſionem mercedis? Et videtur quod ſic: *per l. licet. C. locat. &c. propter ſterilitatem. tex. de loc.* Et pro hoc, quia emptori fructuum futurorum fit talis remiſſio, *ut not. Bald. in d. l. licet in 5. q.* dicas contrarium, ſcilicet, quod non debeat fieri remiſſio aliqua, quia jus utendi eſt pro conceſſione juris: non autem pro fruitione facti obligavit concedens uſumfr. *pro hoc l. 3. §. dure. ff. de uſufruct.* Et ideo refert, utrum concernat perceptionis effectum, & tunc fiat remiſſio: aut primum remiſſionis actum, & tunc non fiat remiſſio, quia non eſt impedimentum, ſecundum Bal. qui ita not. *in d. l. licet, in 5. q. in ver. ſed quid de eo qui emit. Cod. loca.*

11 Quanto autem * tempore duret uſusfruct. vel uſus legatus: Reſpondeo, dic, quod centum annos: quia iſta eſt vita longævi hominis, *ita dicit gl. 16. q. 1. c. poſſeſſiones, & movetur per text. in l. an uſusfruct. ff. de uſufr. probatur in l. ſi uſufr. municipib. ff. de uſufruct. leg.* Idem dicat in legato uſusfr. relicto civitati, vel caſtello ut duret centum annos, ut eſt caſus in dict. jurib. Ultimò adde quod ſicut uſusfr. conſtitutus finitur morte uſufructuarii, *ut §. finitur. Inſtit. de uſufr.* ita etiam finitur ſpecies uſusfr. conſtituendi, *ut probatur in l. Sempronius Attalus de uſufr. leg. & l. qui uſumfr. in verb. hoc ita ſe ff. de uſu fr. quos tex. allegat ad hoc jud. pro notabil. in 462. ſingulari quod incipit uſusfr. conſ.* cætera circa iſtam materiam vide per Azo. *in ſum. C. de uſufr. & toto illo tit. ff. eod. & in c. fin. & ibi per glo. cano. extr. de pigno.* quia non intendo ipſam hic latius declarare, &c. quia longiſſima eſt.

ADDITIO.

a *Domini.* Quomodo accipiatur verbum Dominus, *vide Alex. in 2. vol. in conſ. 129. in ult. col. per totum & in 4. vol. conſ. 5. in 2. colum. & Corneum conſil. 129. incip. viſis, in 3. volum.*

b *Uſufruct.* Adde Alex. *conſ. 66. per totum in 3. vol.* & utrum, & quando ſi teſtator relinquens uxorem uſufructuariam, inſtituit hæredem utilem poſt mortem uxoris, & unum alium in re certa, an valeat legatum uſusfr. *vide conſ. 58. in 1. & 2. col. in 5. vol.*

CAPUT V.

De ſecunda ſpecie ſervitutis mixtæ, de ſervitute uſus.

1 *Uſus definitio quænam proprie ſit?*
2 *Uſus quotuplex exiſtat?*
3 *Uſus quot modis capiatur?*
4 *Uſus in quantum ſervitus eſt, quid in ſe continent?*
5 *Uſus domus, vel ædium in ſpecie quid comprehendat?*

6 *Uſus*

6 *Uſus ædium, habitationis, fundi, ſervitutis pecoris, boum, armenti, & equi, quid ſint remiſſivè?*

AD ſecundam itaque ſervitutem mixtam, quæ eſt uſus, accedamus: & ita definitur.

1 Uſus eſt * jus alienis rebus utendi ſalva rerum ſubſtantia, *ut probatur in l.* 1. *cum glo. in verb. utendi ff. de uſufruct.* nam non dicit fruendi, ad differentiam uſusfr. & ibi not. Definit autem aliter uſum Arc. *in c. quamvis de off. deleg. lib.* 6. ubi dicit ſecundum Auguſtinum, quod uti, eſt id quod in uſum venerit, referre ad id quod fruendum eſt, ſecundum eum uti, eſt quæ ſunt ad finem ordinata in finem referre, & illicitus uſus abuſus vel abuſio potius nominandus eſt. Ita definitio ponitur etiam *in l. b. ſenten. in princip. in* 2. *c.* ſed non convenit proprie uſui qui ſervitus dicitur, ideo primam teneas, & eam declara, *ut per gl. & Dd. in l.* 1 *ff. de uſufruct. & per Cyn. C. eod. in rub.*

2 Et ſcias * quod uſus eſt duplex, ſicut etiam eſt uſusfruct. unus ſcilicet facti & alius juris: *ut not. Bal. & Ang. in l. ſi unus ff. de cond. inſt.* Ex quo ibi inferunt ad quæſtionem ingredientis in monaſterium, & reſervantis ſibi uſumfr. videlicet, quod talis ingreſſus non utatur: quia cum uſusfr. ſit duplex juris & facti, intelligitur ingrediens ſenſiſſe uſumfr. facti, qui retinetur convenientibus oculis Abbatis. *Et, allegavit extravagantem Jo.* 22. *quæ incipit ad conditorem.* de qua quæſtione *vide per gl. in l. per ſervum ff. de uſu & hab. & auth. ingreſſi; C. de ſacro. Eccl.* Item ſcias quod verbum uti, ſpectat ad uſuarium, verbum frui, ad uſufructuarium capiendo, frui, eo quod eſt juris: *ut eſt text. in l.* 2. *in princ. ff. de uſu hab.* non autem pro eo quod eſt perceptio fructuum, *ut dixi ſupra de uſufr. differt à fructu, l. vaccæ de evict.* ſed jus fruendi utendi ſpectat ad uſumfructum, *ut eſt text. in l. uti frui, in princip. ff. ſi uſusfruct. pet.* patet ex definitione etiam uſusfructus quam ſupra retuli, quod fallit ſimpliciter, quando concederetur uni res plēno jure cum clauſula ad utendum & fruendum. Nam tunc clauſula non continet ceſſionem. *ut l. donationes in concubinam.* §. *ſpecies de donat.* niſi adjicietur, ad utendum & retinendum in vita ſua, *ut l. cum hi* §. *uni de tranſact. ità not. Bald. in l.* 1. *in* 2. *col. verſ. nota quod fructus, l. quando C. de fruct. & lit. expenſ. quod not. bene.* Item adverte quandoque quis habet jus utendi fruendi & alter habet facultatem percipiendorum fructuum, *leg. ſi uſusfruct. ff. de jure dot. & leg. ſi uſusfruct. ff. ſol. matr. & not. Joan. Andr. in addit. ad Spec. in rub. de præb ad fin.* Et adverte: quia principalis differentia inter uſumfructum, & uſum eſt, quod ſervitus uſusfructus eſt pleniſſima. Nam ad uſufructuarium omnes fructus pertinent: *ut l. uſufr. legato ff. de uſuf.* ſed uſuarium illi tantum pertinent regulariter, qui ſunt neceſſarii, *ut inſt. de uſu, & h.b. in princ. & l. plenum* §. 1. *eo tit. &c.* Iſta tamen verba uti frui, per ſe ſumpta, vel ſimul, aliter capiuntur apud Theologos, *ut per Aug. lib.* 1. *de doctrina Chriſtiana, & lib.* 10. *de Trinit.* & habetur etiam *lib.* 1. *ſentent. c.* 2. *lib.* 22. *c.* 1. *de quo ut ibi.*

Capitur * autem uſus multis modis 3
primo pro jure ſervitutis ſicut dictum eſt, & ita loquitur totus titulus, *ff. de uſu & habit. & inſtit. eod. cum ſimil.* Secundo capitur quandoque pro uſufructu, *ut eſt text. gloſſ. in authen.*

de hæred. quæ ab inteſt. de ſir. §. *ſi vero cum aſcendentibus*, & *in authen. de non elig. Secundo nub.* §. 1. & §. *proſpeximus.* Tertio capitur pro commoditate utendi, cum tamen vere non ſit uſus, *ut l. ſi is. qui binas* 30. *ff. de uſufructu*, & *l. ſi alii* 42. *ff. eod. titul.* Quarto capitur pro eo quod quis pro ſuo uſu habet, vel ſui uſus cauſa paratum eſt, *in lege cenſoria.* 203. *ff. de verb. ſign.* & *leg. cum in teſtamento de auro* & *argen. legato.* & *per Ang. in l. ex facto la.* 2. *ff. de hæred. inſtit.* ubi dicit, ea, quæ ad uſum noſtrum referimus, ſemper intelliguntur eſſe illico ubi ſumus, niſi aliter appareat, *Allegat. no. in l. ſed non inducta Codic. in quibus cauſis pign. taci. contra.* Quinto & ultimo capitur pro eo, quod dicitur uſus communis, ſicut eſt conſuetudo, *ut l.* 2. *C. quæ ſit longa conſuetu.* & *in capit.* 1. *in titul. de feu. cogni.* Et propterea dicitur communis uſus loquendi & intelligendi, *de quibus vide plene per Bart. in l. Labeo. ff. de ſupell. leg.* & *habetur in l. librorum.* §. *quod tamen Caſſius de legat.* 3.

4 Sed ſciendum * eſt, quid contineat in ſe uſus in quantum eſt ſervitus. Dic in genere, ut colligitur de definitione, quam ſupra tradidi, & *habetur inſt. de uſu* & *habit. per totum.* & *ff. eo per totum* & *d. l. plenum* §. 1. & *l. per ſervum.* §. 1. *uſque ad finem l. divus* §. 1. *eod. tit.*

5 Sed * in ſpecie, quid contineat in ſe uſus domus vel ædium? Dic. *ut l.* 1. & 2. *ff. de uſu* & *habit.* & *inſt. eo. titul.* §. *item is qui ædium*, &, *in l. divus* §. 1. *ubi eſt caſus nota in l ſi domus* & *in l. ſi filiusfa. eo. titul.* & *in d. l.* 2. *eſt gloſſ. no. quod not.* quod non poteſt inducere ganeas ſeu meretrices uſufructuarius vel uſuarius, nec etiam ſcholaris ſocius in domo conducta: ſicut nec vicinus poteſt invita vicina meretricem in domo, *ut notat. Guil. de Cun.* & *D d. in l.* 2. *de ſumma Trinit.* Item nec ſocius poteſt tenere concubinam, *ut not. Bal. in l. ſi convenerit pro ſocio.* nec inimicum ſocii, *arg. l. ſi pendentes* §. 1. ibi vel contumelioſe *de uſufruct.* nec aliquam perſonam, per quam poſſit inferri contumelia ſocio vel domino proprietatis, per illum text. quem bene notat.

Quid autem * contineat uſus ædium ſeu domus, *vide in l. arboribus. alias l. æquiſſimum.* §. *ſed ſi ædium, cum ſequent. uſque ad finem de uſufruct.* Item quid contineat uſus habitationis vel habitatio, *a vide l. cum antiquitas* & *l. habitatio. C. de uſufruct.* & *inſtitu. de uſu* & *habita.* §. *ſed ſicut habitatio.* & *l. ſi habitatio. ff. eo. tit.* de quo dic. ut plenius dicam in ſequenti ſervitutis ſpecie mixtæ. Item quid de uſu fundi, *vide in d. l. ſi habitatio.* § *ſi uſus* & *l. fundi ff. de uſu* & *habit.* & *Inſtit. eo in princ.* Item quid de uſu ſervi. *vide Inſt. eod.* §. *item is ad quem, in l. per ſervum in princ.* & *l. ſervus* & *l. ſi ita legat.* 16. §. *ſervo* 3. *ff. de uſu habit.* Item quid de uſu pecoris, *vide in l. plenum.* §. *ſed ſi pecoris ff. de uſu* & *habit.* Item quid de uſu boum & armenti, & equi, *vide in d. l. plenum*, §. *ſed ſi boum*, & §. *equitii.* Item quid de uſu aquæ *vide in l. divus Adria eod.* Item quid de miniſterii uſu & operarum ſervi, *vide in d. l. plenum*, §. *ſi uſus* & §. *operas cum l ſeq. ff. eo.* de iſtis duobus dicetur in ſequentibus. Hæc de ſervitute uſus, quæ eſt ſecunda ſpecies ſervitutis mixtæ, dixiſſe ſufficiant. 6

ADDI-

ADDITIO.

a *Habitatio.* Ad Alex. *in* 1. *vol. conſ.* 1. *in* 1. *col & in* 2. *vol. conſ.* 20. *per totum* & Corn. *conſ.* 154. *in* 4. *vol.*

CAPUT VI.

De tertia ſpecie ſervitutis mixtæ, videlicet de ſervitute habitationis.

1 *Habitatio ab uſu in quo differat?*
2 *Si legaverit, & promiſerit quiſpiam alicui habitationem, an proprietatem relinquere videatur?*
3 *Domus ad habitandum, vel pro ſola habitatione ſi alicui legetur, vel etiam alimenta, quid juris?*
4 *Domus commoditas multis modis legari, vel concedi poteſt.*
5 *Teſtator ſi uxori domus habitationem reliquerit, de qua non liquet, cum plures domos habeat de qua ſenſiſſe videatur?*
6 *Teſtator ſi domus ſuæ habitationem, vel uſumfr. uxori reliquerit, deinde eodem teſtamento eamdem domum alteri legaverit, an ex hoc legato uſuſfr. vel habitatio eidem uxori adempta videatur?*
7 *Teſtator ſi dixerit, relinquo uxori meæ habitationem in domo cum filiis ſuis, numquid talis ex tacita defuncti voluntate etiam alimenta habere debeat?*

Dicemus nunc de alia ſpecie ſervitutis mixtæ, quæ eſt ſpecies tertia, & vocatur habitatio. Iſta habitatio eſt jus proprium, ſpeciale, diverſum ab uſufruct. & uſu, *ut eſt text. in l. cum antiquitas, C. de uſufruct. & Inſt. de uſu & habita. §. ſed ſi cum habitatio.* & eſt ſervitus uſuſfr. & uſus, ut probatur. *Inſt. de uſu & habita. in rub. & in § pen & ibi, hac de ſervitutibus, & in rubr. C. de uſufr.* Nec dicitur ſervitus perſonalis, ſecundum Azo. *in ſumma, C. de uſufruct. verſ. nunc de habitatione videndum eſt*, ſecundum Cyn. *in rubr. C. eo. tit. probatur in l. 1. ff. de ſervi. & not. gl. in l. ſi ii qui binas.* 30. *ff. de uſufr.* Sed proprie dicitur mixta, ut dixi, quæ habetur à re perſonæ, *ut not. glo. in rubr. ff. de ſervit. gloſſ.* 2. *inſt. eod.* & conſtituitur hæc habitatio, ut uſufruct. in domo, ſecundum Azo. *in ſumma, Cod. de uſufruct.* non tamen eſt uſuſfruct. nec uſus, ſed eſt quoddam jus proprium, ſpeciale, & diverſam habens naturam *ut dicit text. in d. l. cum antiquitas*, licet in quibuſdam conveniant.

Nam * differt habitatio ab uſufr. in hoc, quia uſuſfruct. capitis diminutione perit, & non utendo, *ut l. corruptionem. C. de uſufruct. Inſt. eo. §. fin.* Habitatio autem numquam niſi per ſolam mortem, *ut l. ſi habitatio. in prin. Digeſtis de uſu, & habitat. & l. habitatio. C. de uſufruct.* Et eſt ratio: quod habitatio non perditur capitis diminutione: quia eſt ſpecies alimentorum: & in alimentis potius attenditur factum, quam perſonæ conditio, *ut l. legatum. Dig. capi. dim.* item quia non perit non utendo. Dic, ratio eſt propter favorem alimentorum, ex quo pars alimenti, ut dixi. Item eſt alia ratio, quia uſuſfructus recipit denominationem ab actu, & abuſu: & ideo per non uſum tollitur, ſed habitatio prout eſt jus, eſt ſervitus, & non recipit denominationem ab actu: ſed ab habitu, & potentia habitandi. Item habitatio recipit magis denominationem 1

 nem

nem à perſona, ſecundum Guil. de Cun. & Bald. *in d. l. cum antiquitas.* Sed in hoc concordat uſusfructus, & habitatio: quia ſicut uſufructuarius poteſt alteri locare uſumfructuar. *Inſt. de uſu, & habita. in fi. princ.* ita & qui habet habitationem, *ut ex text. in d. l. cum antiquitas, Inſt. de uſu & habitatio. §. & ſed ſi cui habitatio.* Item ſervitus habitationis differt ab uſu, ſeu ſervitute uſus, quia uſuarius locare non poteſt, *ut inſt. de uſu, & habitatio. in fin. princ.* ſed ille qui habet habitationem ſic, *ut dicit l. cum antiquitas, & Inſt. eo §. ſed cui.* & etiam commodare poteſt, *text. eſt in l. 1. §. inter commodatum, & ibi Dd ff. commoda.* Uſusfructus autem habitationis ſignificat idem quod habitatio & idem importat unum ſicut aliud, ut eſt caſus, *in d. l. cum antiquitas.* & ideo quod de uno dicitur, de alio dictum eſſe intelligatur.

2 Sed numquid * legando, vel promittendo quis habitationem, videatur relinquere proprietatem? Dic ſecundum gloſ. *in d. l. cum antiquitas*, quod ſi legans vel promittens erat ſolitus domum ſuam vocare habitationem, ſicut ſunt quidam qui fundum appellant poſſeſſionem, reſpiciendo potius ad proprietatem, quam ad nudam poſſeſſionem: *ut l. interdum 78 de verbor. ſign.* Nam tunc proprietatem videtur legaſſe, vel promiſiſſe, alias non, prout ibi dicit Bart. eſſe menti tenendum. Vel dic ſecundum Bald. & Dd. ibi. Aut vocabulum attribuitur toti rei, verbi gratia teſtator dicit, lego habitationem meam, & conſignat domum, & tunc videtur legata proprietas. Aut non attribuitur hoc vocabulum toti rei, ſed cuidam juri in re: ut quia dixit, habitationem talis domus, tunc non videtur legata proprietas, *alleg. l. Seia. §. Caio Seio. 2. de ſun. inſt. & l. concubin. §. qui quatuor. de leg. 3. & idem habetur per glo. Bart. & Dd. in leg. 1. ff. commoda.*

Quid * aut ſi legatur domus ad habitandum vel pro ſua habitatione, vel alimenta? *a* vide plene per Bar. *in l. donationes in concubinam. §. ſpecies de donatio. & per glo. Bart. & Dd. in leg. cum. hi. §. fi. de tranſactio. & in l. ſi mulier. C. de jur. dot. & per Flor. in l. Proculus, & in l. ſi quis ita legaverit. de uſufruct.* 3 a

Ex * prædictis omnibus collige, quod commoditas poteſt multis modis legari, vel concedi. Primo quando relinquitur uſusfructus domus, & tunc idem quod in aliis rebus, in quibus relinquitur uſusfructus. Secundo relinquitur aliquando uſus domus. Et quid in hoc contineatur dixi ſupra, *in materia ſervitutis uſus in fine.* 4

Et * adde quod ſi teſtator relinquit uxori habitationem domus, de qua non apparet. Dic quod ſi habet unam in domicilio, aliam extra, in dubio videtur ſenſiſſe de illa, quæ eſt in domicilio, ut probatur, *in l. quæ conditio 39: § 1 ff. de condit. & demonſt.* & ita tenet Bald. & Imol. *in l. ſi domus de legat 1. in princ.* Et ſi plures eſſent in domicilio, electio eſſet hæredis, *ut d. l. ſi domus in princ.* Tertio ſolet relinqui habitatio talis domus, quam habeo in tali loco, & tunc non venit dominium ſed commoditas, quæ eſt jus ſeparatum ab uſu, & ab uſufructu. *l. cum antiquitas. C. de uſufr.* niſi ex communi uſu loquendi legantis aliud appareret, *ut ſupra dixi.* Item in tali legato habitationis non veniret hortus, licet aditum ad illum haberet per illam domum, *ut eſt tex. in l. Olympico. ff. de ſerv. urban. præd.* Et ibi hoc notant Dd. quod intelligit ibi Floria. niſi judicaretur domum accedere, *ut l. prædiis de leg. 3. §. ult.* 5

penult. Et adde quod dicam in verſic. dubitari poteſt. Quarto nonnumquam relinquitur habitatio, quam quis habet in tali loco, vel dicitur, relinquo habitationem meam: & tunc venit proprietas, *ſecundum Guliel. Bal. & Dd. in d. l. cum antiquitas* Et propterea ſit cautus teſtator vel notarius, quomodo loquatur. Quinto quandoque relinquitur uſusfructus habitationis, & tunc idem eſt, ac ſi relinquatur habitatio talis domus, & tunc non eſt proprie uſusfruct. *caſus eſt in de l. cum antiquitas &c.* Sexto ſæpe relinquitur domus ad habitandum, vel pro ſua habitatione, & tunc dic per Bart. *in l. libertis de alimen. & cibar. leg. & in aliis locis, de quibus ſupra.* Septimo & ultimo relinquitur aliquando domus
b in *b* gaudimentum, & de hoc dic ut dixi in materia uſusfructus.

6 Sed * contra prædicta dubitari poteſt. Quidam reliquit uxori habitationem vel uſumfructum domus ſuæ: deinde legavit in eodem teſtamento eamdem domum alteri, an per iſtud legatum videatur ademptus uſusfructus uxori vel habitatio? Dicas quod non, caſus eſt no. *in l. Sempronio. in princ. de uſufr. legat.* & ibi probatur: quod legato generali uſusfructus vel habitationis non derogatur per legatum ſpeciale ipſius rei, & dicit ibi Bart. quod judicio ſuo ille tex. non eſt alibi. Idem tenet Ludov. Ponta. *in ſuo ſingulari.* 461. quod incipit, an legato generali, qui allegat etiam ad hoc legem, *ſi alii in prin. eo ſit. quod. not.*

7 Item * dubitari poteſt, quid ſi teſtator ita dixit. Relinquo uxori meæ habitationem in domo cum filiis ſuis, *juxta l. ſi mulieris cum liberis. de uſufr. accreſc:* an iſta debeat habere alimenta ex tacita voluntate defuncti, quæ in obſequio filiorum eſſe debet? *ut l. ſed ſi hoc 62. §. ff. ſi. de cond. & demonſt.* ergo debet ab eis ali: etiam propoſito, quod eſſet alia quam mater: puta amica, quia hoc eſt in recompenſationem laboris, *ut l. Seio de ali. leg. l. in rebus. §. antepen. ff. commod. & l. idemque. §. Labeo. ff. manda & l. quoniam liberi. C. de teſti.* ſecundum Bald. *qui ita not. in l. fin. in 2. colum. in prin. de indi viduitate.* Poſtremo ſcias quod ille qui habet habitationem, dicitur poſſidere etiam ſi non habeat aditum ex publico *l. ſi duo, §. cæterum, ff. uti poſſ.* Et ita hoc not. Bart. per illum tex. qui dicit quod ſæpe contingit, quod teſtator relinquit uxori habitationem certæ partis domus, etiam dicit quod illam partem poſſideat etiamſi non habeat aditum ex publico, quod eſt notabile.

ADDITIO.

a *Alimenta.* Utrum alimenta debeant præſtari de fructibus, an vero de proprietate, *vide Alex. conſ.* 100. *in ult. col. in* 1. *vol.* Et utrum ille cui debent præſtari alimenta in domo hæredum debeat operari ad commodum hæredum, & quomodo intelligatur talis diſpoſitio. *Ale. in conſ.* 2. *in* 1. *col. in* 4. *vol. & in* 1. *vol. conſ.* 100. *in* 1. *col.* per totum. ubi concludit, quod debet præſtare ſervitia in domo, ſecundum qualitatem ſuæ perſonæ.

b *Domus.* Adde Corneum, *in* 2. *vol. conſ.* 244. *incip. videtur prima.* & domus ſumitur in jure variis modis, *in conſil.* 55. *in* 1. *volum.* Et Alexand. *in conſil.* 48. *in ult. col. in fin.*

CAPUT VII.

De ſervitute miniſterii, ſeu operarum, an ſit realis vel perſonalis.

1 *Quoddam quid eſt, quod in facto conſiſtit?*

2 *Opera, ſeu miniſterium ſervorum qualiter, & in quibus conſtituatur: & qualiter reſtituatur, & amittatur? remiſſive.*

TRia ſervitutum genera eſſe diximus, de quibus hactenus tractatum eſt. Quidam tamen dixerunt aliud genus ſervitutum reperiri, ſcilicet miniſterium, ſive opera ſervorum, de qua dubitatur utrum ſit realis, vel perſonalis, & dicit Cyn. *in rubr. de uſufr.* quoſdam tenere, quod ſit realis, quia perſonalis ſervitus non tranſmittitur ad alium, *ut ff. de uſufruct. legat. l. 2. ergo &c.* Alii dicunt, quod eſt perſonalis: nam ſervitutes reales ſunt perpetuæ, *ut ff. de cenſibus, l. forma.* ſed ſervitus illa non eſt perpetua, ſed mortuo ſervo extinguitur: ergo, &c. Dicit Petr. de Bellapertica *in dict. rub. uſufruct.* ut ibi refert Cyn. ſi volumus tenere, quod ſit ſervitus, tutius eſt tenere quod ſit realis, ſed tamen ipſe credit quod non ſit ſervitus: ſed eſt potius quædam modificatio, quam dominus compellitur pati, ut ſervitutem in ſervo, tamen non eſt ſervitus, & hoc dixit lex: nam in libero homine nulla ſervitus cadit, *de cond. & demonſt. l. Titio, 71. §. Titio centum, 2.* & tamen miniſterium liberi hominis poteſt legari, ut *leg. 3. de uſufructuar. legato.* & videtur innui de operis ſervorum *legat. 1. ubi* dicitur.

Quod eſt * quoddam quid, quod 1
in facto conſiſtit, unde non eſt proprie ſervitus ſecundum eum, & ita voluit in effectu glo. *in l. ſi is qui binas 30. de uſufr.* & ita tenet Cyn. & Bald. communiter Dd. *in d. rubr. C. de uſufruct.* qui dicunt, quod eſt potius quædam obligatio perſonalis, ſeu jus perſonale: & ideo contra impedientem non datur actio confeſſoria, ſed actio perſonalis & injuriarum, argument *l. qui pendentem, de action. empt.*

Et de hac materia, * ſcilicet qua- 2
liter miniſterium ſive opera ſervorum conſtituatur, & in quibus & qualiter reſtituatur, vide plene per Azor. *C. de uſufr. in ſumm. in ult. col. verſ. ſequitur videre de miniſterio uſque ad fin. ubi vide.* qui clare loquitur. Dicitur etiam quod aliud genus ſervitutis reperitur, quæ debetur a perſona rei: ut puta, relinquo Titio centum, ut a monumento meo non recedat, *l. Titio 71. §. Titio centum, ff. de condit. & demonſtr. & not. glo. in rubr. de ſervit. & glo. 2. Inſt. de ſerv. in princ.* Sed illa non eſt proprie ſervitus; prout capitur in materia noſtra: & ideo iſtam præcedentem non connumerari inter genera ſervitutum, &c.

CAPUT VIII.

De quibuſdam obligationibus an illæ dicantur ſervitutes.

1 *Si conſtituat quiſpiam mihi, quod in fundo ſuo omni anno unum frumenti ſtarium recipiam, vel unum pomum in viridario, an hujuſmodi ſervitutes dicantur?*

2 Si

2 *Si promiſerit quiſpiam mihi ſervitutem pecoris appellendi ad fontes, cauſa agri mei ſtercorandi, an hoc ſervitus eſſe dicatur?*

3 *Si promiſerit quiſpiam alicui ſervitutem de coquendo panem in furno ſuo pro tota ejus familia, an hoc etiam ſervitus dicatur?*

4 *Si promiſerit aliquis alicui, quod per pontem ſuum ſine gabella tranſire poſſet, ſicuti promiſere Veneti Placentinis, an hoc ſervitus dicatur?*

5 *Pedagium colligere, an ſervitus debita colligenti exiſtat?*

Hic videndum eſt de quibuſdam, ut promiſimus, obligationibus, an ſint ſervitutes?

1 Et primo, ſi * aliquis conſtituat mihi, quod in fundo ſuo recipiam omni anno unum ſtarium frumenti: vel quod pomum percipiam in viridario ſuo. Et Petr. de Bellaper. rub. *Cod. de uſufruct.* dicit, quod eſt ſervitus innominata, ex qua oritur contra tertium impedientem actio confeſſoria, ut *l. Mela. §. fin. de alimen. & ciba. lega.* & idem tenet Bald. in *l. ſi plures in 4. col. C. de condi. inſer.* Sed idem Bart. *in d. rub.* tenet, quod non ſit ſervitus, ſed obligatio perſonalis: & melius, de quo dic, ut ibi plene, & per Cyn. & conclude, *ut dixi ſupra in illa quæſt.* quo modo cognoſcatur, an ſervitutes ſint reales & prædiales? in tertio caſu principali, ubi plenius hoc declaravi.

2 Secundo, quid * ſi promiſiſti mihi ſervitutem pecoris appellendi ad fontes cauſa agri mei ſtercorandi, an ſit ſervitus? Clo. dicit quod non *l. pecoris ff. de ſervit. præd. ruſt.* Bald. contra in *d. l. ſi plures in 3. col.* de hoc dic, ut Dd. *in d. l. pecoris. & in l. ut pomum de ſervit. & in l. Mela. §. fi. de alimen. & cib. & dixi in d. 3. caſu principali.*

Tertio, quid * ſi aliquis promiſit 3
ſervitutem de coquendo panem in furno pro tota familia? Et Cyn. tenet, quod non ſit ſervitus: quia non concernit res neceſſarias, & ideo vendito per ipſum furno, emptor non tenebitur me pati, quia ſervitutes ſunt inductæ propter neceſſitatem rerum: ſed furnus non indiget pane, ut ibi decoquatur, & male dicit ſecundum Bal. *in d. l. ſi plures. in 4. col. de condit. inſer.* quia ſecundum eum eſt ſervitus, quæ debetur à re perſonæ: ſicut eſt illa, quod poſſim de agro tuo recipere milleſimam fructuum, vel unum corbem, & dic ſecundum Pet. quod erit ſervitus innominata, quia genera ſervitutum multo plura ſunt, quam quæ ſpecialiter enumerata ſunt, & nominata, *l. 3. § genera de acquiren. poſſeſſ.* Ego credo, quod poſſit dici ſervitus uſus, ex quo eſt ad neceſſitatem familiæ introducta: per ea quæ dixi in quæſtio. quomodo cognoſcatur ſervitus realis, & adde quod ſtatim dicam in ſequenti diviſione ſervitutum.

Quarto, quid * ſi promiſiſti, quod 4
per pontem tuum poſſim tranſire ſine gabella? ſicut dicitur quod Veneti conceſſerunt Placentinis tranſitum per quemdam pontem, qui tunc poſſidebatur per Venetos, abſque ſolutione alicujus vectigalis, de hac quæſtione vide per Bald. *in d. l. ſi plures, C. de conditio. inſer. in 4. col. verſ. item ſervitus eſt. ſi per pontem tuum, dic, ut ibi.*

Quinto, utrum * colligere pedagium, ſit ſervitus debita colligendi? 5
Dic, quod non: quia ſervitutis noſtræ eſt pati, non exigere, *ut l. quoties 15. §. 1. ff. de ſervit.* Sed eſt quædam juriſdictio ordinaria conſcripto loco: &

ideo ponte deſtructo ſine ſpe reſtitut. non poſſent exigi vectigalia à tranſeuntibus, niſi locus, ubi erat pons, de novo ſit refectus: quia locus in quo erat juriſdictio limitata, id eſt pons, in rerum natura deſinit eſſe & omnia loca naturalia ſunt libera tranſeuntibus, *ff. quemad. ſer. amit. l. ſi locus*, *§. fin.* Si autem in loco veteri reficiatur pons, tunc vectigal ipſo jure revocatur: ſive reſtituitur in integrum, *ut d. l. ſi locus ut not. Bal. ſingulariter in d. l. ſi plures. in 3. Col. verſ. vidi dubitari C. de condit. inſert quod eſt no.* Explicita eſt prima generalis diviſio ſervitutum, cum his quæ ad eam pertinere viſa ſunt: nunc de reliquis dicemus.

CAPUT IX.

De Servitutibus nominatis & innominatis.

1 *Servitutes urbanæ & ruſticæ quæ dicantur?*

2 *Servitutes innominatæ quænam ſint?*

3 *Servitutes nominatæ quæ appellentur?*

1 SEcunda diviſio * ſervitutum eſt: Nam quædam ſervitutes ſunt nominatæ, quædam innominatæ, *ut notat. gl in penult. §. præd. de ſervit. ruſt. prædio & ibi per Cyn. & Bal. & Dd. rubr. C. de uſufr & per Bal. in d. l. ſi plures in 8. colum.*

Et dic, quod ſervitutes urbanæ nominatæ ſunt illæ quæ ponuntur in *l. 1. in princ. de ſervit. urbano. præd.* innominatæ vero ſunt illæ ruſticæ, quæ ponuntur *in l. 1. §. in præd 1. ff. de ſerv. præſt. ruſt.* Et nominatæ dicuntur ſecundum Paul. de Caſtr. *in l. 1. proxime alleg.* quia ſunt nomina juris, ut iter, actus, via, aquæ ductus & ſimilia; ſed innominatæ ideo dicuntur, quia illa ſunt nomina actus, non nomina proprie, ſicut ſunt aquæ hauſtus, pecoris ad aquam compulſus, jus paſcendi, calcem coquendi, & arenam fodiendi: de quibus fit mentio *in d. §. in prædiis.* Denominantur ergo iſtæ ſervitutes ab ipſo actu utendi ſicut videmus quod quædam ſunt maleficia nominata ut furtum falſum, & ſimilia, quæ ſunt nomina juris.

Quædam innominata, quæ non nominantur: quia denominantur ab ipſo actu, ut percutere, vulnerare: qui actus poſſunt fieri cum dolo & ſine dolo. Primo caſu ſunt maleficia, ſecundo non: ſed prima non poſſunt fieri ſine dolo, *ut not. Bart. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſta. liber. eſſe juſſ. fue. & l. in pr. ver. venio ad tertiam partem ad Trebel.* ubi hæc etiam infert ad quædam alia. Sed licet illa ſint in ſe vera, tamen videtur quod illæ ſervitutes *de quib. in d. §. in præd.* poſſunt dici nominatæ, tum quia habet nomen proprium, & elegans, ſicut aliæ nominatæ *juxta no. in l. juriſgen. in pr. ff. de pact.* tum quia videntur eſſe nomina juris, & nominari à jure non ab actu, ſicut eſt aquæ ductus, quæ videntur eſſe ita nominata, ſicut aquæ ductus. Item jus paſcendi, calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ: nam illa nomina referuntur ad jus, non ad factum. Tamen denique dicit Juriſconſultus *in d. l. 1. § in præd. de ſerv. ruſtic. præd* quod in ſervitutibus ruſtic. præd. ſunt computanda aquæ hauſtus, &c. quaſi dicat iſtæ ſunt ſervitutes quæ ita nuncupantur, ſicut & aliæ, idem probatur. inſtit. *de ſerv. §. inter ruſt.* Et ideo poſſet forte dici, quod illæ, *de quib. in d. §. in præd.* poſſent dici nominatæ: ſed illæ quæ non reperiuntur habere nomen proprium, ſicut eſt, quando conſtituitur aliquid quo poſſit fieri in prædio

prædio, quod de jure non poſſis facere feneſtram in muro communi, vel cum non poſſis id quod de jure poſſes: ut puta promittis non facere feneſtram in fundo tuo proprio, *juxta l. quoties is in princ. ff. de ſerv.* & ſimiles ſunt innominatæ.

3 Illæ vero, quæ reperiuntur habere nomen * proprium, à jure inventum, *ſicut eſt in l. 1. & 2. de ſerv. ruſtic. præd.* dicuntur eſſe nominatæ per notata, *in l. juriſgen. in pr. ff. de pact.* dicit etiam Petr. Cyn. *in rubre C. de uſufr.* quod nominatæ ſervitutes non ſunt plures, ſed bene plures ſunt innominatæ. Quod ſi aliquis concedat mihi, ut in fundo ſuo recipiam omni anno unum ſtarium frumenti, vel unum modium bladi, vel quod pomum ex viridario tuo percipiam: iſtæ tamen ſervitutes ſimiles conſtitui poſſunt, *ut l. ut pomum. 8. ff. de ſer. l. pecoris, & l. ergo de ſerv. ruſt. præd.* Et dici poſſunt ſervitutes perſonales innominatæ. Sed in hoc ego aliter dixi ſupra *in verſic hic. videndum eſt juxta verſ. quid ſi aliquis promiſit ſervitutem ei ſupra in materia ſervitutis realis.* Et ideo teneas id quod ibi concluſum eſt.

CAPUT X.

De Servitutibus dividuis, & individuis.

1 *Servitus uſusfructus dividua eſt, cætera autem individua.*

2 *Ea quæ facti ſunt, diviſionem non recipiunt.*

Tertia diviſio ſervitutum hæc eſt. Nam quædam ſunt dividuæ, quæ-
1 dam individuæ: * nam ſervitus uſusfructus eſt dividua & cæteræ ſervitutes ſunt individuæ, *ut eſt text. in l. 1. §. ſi uſusfructus, 9. ff. ad leg. Falcidiam, & in l. ſtipulationes non dividuntur in pr. ff. de verb. oblig.* Et quæ ſit ratio differentiæ, dic quod eſt iſta ſecundum Doctores in dictis juribus: quia tantam utilitatem affert uſusfruct. reſpectu partis, quantam totum reſpectu totius: quod non eſt in aliis ſervitutibus. Nam uſusfructus conſiſtit in commodo fructuum qui percipiuntur: ut ſi percipiuntur decem corbes frumenti, vel fœni, tantam utilitatem habeo de uno corbe reſpectu unius, quantam de decem reſpectu decem. Sed aliæ ſervitutes tam reales, quam perſonales conſiſtunt in commodo neceſſitatis: nam prædiales debentur juxta neceſſitatem, *ut l. pecoris cum l. ſequen. de ſerv. ruſtic. prædio.* & perſonalis, cum uſus debetur ſecundum neceſſitatem. perſonæ, *ut l. plenum, ff. de uſu & habitatione.* Neceſſitas autem eſt indiviſibilis. Nam ſi ad ſuſtentationem unius neceſſarii ſunt omni die duo panes, non habendo niſi unum continuo: non haberet tantam utilitatem ex illo reſpectu duorum: quoniam ex duobus ſuſtentatur, & viveret in ſolidum: ſed ex illo ſuſtentare, quia non poteſt pro parte vivere, pro parte mori, & hæc eſt ratio, *l. uſus pars ff. de uſu & habita.* Alia ratio aſſignata per Alber. de Roſ. *in d. l. 1. §. ſi uſufr. ad legem Falcid. inter uſumfr. & uſum, quia uſusfruct. ab initio. ff. de uſufruct.* Unde ſicut dominium poteſt dividi & ita uſusfructus, ſed uſus plus habet facti quam juris, & ideo pars in eo venire non poteſt, *d. l. uſus pars.*
Ea enim quæ ſunt facti, non reci- 2
piunt diviſionem, *ut l. ſi is qui quadraginta. 80. §. quædam. 1. ad leg. Falcid.*

CAPUT XI.

De Servitutibus urbanis, & ruſticis, & quæ dicantur etiam ſervitutes urbanæ?

1 *Servitutes urbanæ, & ruſticæ quare dicantur?*
2 *Prædia urbana vel ruſtica quæ nominentur?*
3 *Stabulum an prædium urbanum dicatur?*
4 *Hortus an prædium urbanum vel ruſticum appelletur?*
5 *Horreum an prædium urbanum denominetur?*
6 *Campana an prædium urbanum vocetur?*
7 *Navis an prædium urbanum exiſtat?*
8 *Molendinum an prædium urbanum ſit?*
9 *Area an prædium urbanum dici poſſit?*
10 *Servitus urbana qualis ſit, & quomodo noſcatur?*
11 *Si habeam jus eundi per fundum tuum ad domum meam, an hoc ſervitus eſſe dicatur?*

QUarta diviſio principialis ſervitutum eſt.

Quædam enim ſunt ſervitutes ur-
1 banæ: quædam ruſticæ, *ut probatur in tit. de ſerv. ruſt. prædio. & communia prædio. tam ruſt. & Inſt. de ſerv. in princ. & §. urbanorum cum ſimul.* & dicuntur urbanæ, & ruſticæ, quia non poſſunt eſſe ſine prædio urbano ruſtico, *tex. eſt in l. communia præd. & Inſt. de ſerv. §. inter ruſticorum, verſic. ideo autem, quod intellige, ut not. per gloſſ. & Dd. in dict. leg. 1.*

Quæ autem * dicuntur urbana præ- 2
dia, vel ruſtica? Dic, urbana dicuntur omnia ædificia habitandi cauſa facta, ubicunque ſint ſive in civitate, ſive in villa: quia urbanum prædium locus non facit, ſed materia, *text. eſt in l. urbana prædia de ver. ſig. & not. gl. in l. eo jure, § ſtabula in quibus cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* Ruſtica autem prædia ſunt, quæ fructuum percipiendorum cauſa fiunt, *ut probatur in d. § ſtabula*, ita notat Azo. in ſumma, *Cod. de ſerv. §. 1.*

Sed quid de ſtabulo? * Si eſt jun- 3
ctum domui, & ſic gratia habitandi eſt prædium urbanum, *ut d. l. urbana.* alias diceretur ruſticum, *text. eſt cum gl. in d. l. ſtabula.*

Quid de horto? * Dic ſi pluri- 4
mum in reditu eſt, puta, quia in eo ſunt vites, oliveta, vel in eo ſeminatur frumentum, vel naſcuntur fructus venales; & tunc dicitur ruſticum prædium, etiam ſit in civitate, ſecus ſi eſſet ſicut eſt viridarium, & fructus non vendantur, *ut probatur in d. l. urbana prædia. de verb. ſign.*

Quid de horreo? Dic eſſe præd. 5
urba. *ut l. ſi horreum cum ſeq. in quibus cauſ. pign. vel hypoth. tac. contrah.*

Quid de campana? * dic quod ſi 6
eſt deſtinata ad uſum hominis eſſe prædium urbanum, ut in ea quis non poſſet capi pro debito civili ſicut in domo non poſſet, *l. plerique de in jure vocan.* quia tunc venit appellatione domus. Si autem eſt deſtinata ad alium uſum, puta bonum, vel pecorum, tunc eſt ruſticum prædium, & tunc poſſet in ea capi, *ut probatur, c. 2. ſi duo fratres in titul. de duob Fratribus, de novo bon. inveſti. & notat. Ludov. Roma, in l. 1, §. domini. ad Syl.* quod ego intelligo niſi eſſet juncta domui, vel eſſet campa-

campanea in qua ab una parte eſſet domus, ab alia ſtabulum, *per text. cum gloſſ. in d. l. eo jure*, §. *ſtabula. in qui. cap. pi. 9. tac. contrah.*

7 Quid de * navi? Videtur quod magis urbano, quam ruſtico prædio comparetur, *argum. l. 1. §. ſi quis de navi de vi, & vi arma.* ſecundum Bald. *in l. certi juris in 3. colum. C. loca* & hoc videtur probari *in l. pen. §. fina de his qui dejece. vel effud.* licet non ſit proprie domus quæ conſiſtit ex ſolo recto, & pariete, *ut l. eum qui ædes de uſucap.* de quo vide per Ludo. Fontanum, *in d. §. Domini.* Quid de molendino? *a*

a Dic potius, quod eſt prædium ruſticum, quam urbanum.

8 Idem in * fundo rurali, ſecundum Bal. *in d.l. certi juris, in 3.col.* quod intellige, niſi conjunctum domui, *per no. in d. §. ſtabula.* vel niſi in molendino habitaretur, ſicut multi. faciunt.

9 Quid de * area? Dic, ſi eſt cauſa fructuum comparatum, in quo frumentum excutitur: tunc ruſticum prædium reputatur, *l. ult. §. C. ult. de ſerv.* ſed ſi eſſet area, quæ proprie curtis, ſeu curia appellatur, quæ ſit in domo, vel domus conjuncta, credo, quod urbanum prædium dici poſſet, ex qua pars domus reputatur urbana, pro quo facit quod not. Azo. *in ſumma, C. de ſerv.* §. 1.

10 Sed quomodo * cognoſcetur quæ ſit ſervitus urbana? Dic ex qualitate prædii cui ſervitus debetur, non ex qualitate ejus quod ſervitutem debet. Nam talis eſt ſervitus, quale eſt prædium cui debetur: quoniam ſervitus denominatur à prædio dominante, cui debetur à digniori, *ut probatur in l. 1. §. area. & ibi hoc not. gloſſ. Dyn. & Ange. & Dd. de ſerv. ruſt. præd. Alberic. de Rol. in l. de pupillo, §. & belle de no ope nun. l. qui viam. eo. tit.* 1. & Paul. de Caſtr. *in l. 1. communia præd.* & habetur per Dd. *in §. æque Inſtit. de act.* Sed urbanæ ſervitutes ſunt, quæ prædiis debentur urbanis: ruſticæ, quæ debentur prædiis ruſticis. Nam ad hoc, ut ſit ſervitus urbana, neceſſarium eſt, quod ſit prædium urbanum, cui debetur ſervitus, & quod ei debetur, ut urbano. Si enim iter, vel via, quæ ruſticæ ſervitutes ſunt, *ut l. 1. de ſer. ruſtic. præd.* debentur domui: tamen quia deberi poſſunt, non intuitu ædificii, ſed ſoli, nihilominus ruſticæ ſervitutes dicerentur, *arg. de ſer. ru præ l. certo. generi.* ſimiliter dicendum eſt in ruſtica ſervitute. Nam & illa ideo tantum dicitur ruſtica, quia debetur ruſtico prædio, non intuitu ædificii alicujus, *ut probatur in l. 1. de ſerv. urba. præd.* ubi dicitur, quod ſtillicidium avertendi in tectum, vel in aream vicini, ſervitus urbana eſt: & quandoque poteſt eſſe, quod area ſit prædium ruſticum in villa, vel in urbe, *ut dixi in verſic. quid de area.* Sed tamen quia urbanum prædium, cui ſervitur, dicitur urbana ſervitus. Exemplum, eſt ædificium gratia fructuum percipiendorum, & ei urbana ſervitus debetur, vel ut ipſum liceat altius tollere, vel objicere parieti vicini, vel ut cloaca habeatur per vicini domum, quam aquæ fundi mei ruſtici accedant; dicetur ſervitus ruſtica, *de ſerv. ruſt. præd. l. 2. & not. Azo, in ſumma C. de ſerv.* §. 1.

Sed * quid ſi habeo jus eundi per fundum tuum ad domum meam, an tunc dicetur ſervitus urbana? *b* Et videtur, quod ſic, per prædicta. *Nicol. de Ma. in §. æque Inſt. de act.* tenuit contrarium, ſcilicet quod ſit ruſtica ſervitus, quia debetur a ſolo tuo, meo: ſecus dicit ipſe, ſi debeatur ſuperficiei domus meæ, & ſic ædificio, 11 b

D quia

quia tunc bene diceretur urbana, *allegat. l. ergo, cum ſeq. de ſer. ruſt. præd. l. ſervitus in ſolo, quæ eſt l. 2. de ſer. titul. generali.* Ego autem in hoc ſic puto eſſe dicendum: aut habeo jus eundi per fundum tuum in domum meam, quantum ad ſuperficiem, aut quantùm ad ſolum ſeu aream aut ſimpliciter ad, domum meam. Primo caſu non habet dubium, quod eſt dicenda ſervitus urbana. Secundo caſu, quantum ad ſolum ſeu aream tantum, & tunc aut eſt area gratia fructuum, *juxta l. ſi §. fi. C. de ſer.* puta quia promiſiſti, quod venire poſſem cum plauſtro ad aream meam per fundum tuum? & tunc quia talis area dicitur eſſe prædium ruſticum, ut dixi ſupra, *in verſic. quid de area*, & tunc erit ſervitus ruſtica. Aut eſt area ſeu curia, nec gratia fructuum ſed animalium, ſicut eſt curia animalium, anſerum, & ſimil. & puto, quod etiam judicari debeat ſervitus ruſtica, quia talis curia dicitur potius ruſticum, quam urbanum, etiamſi eſſet in civitate, per ea quæ dicta ſunt ſupra, & hic duobus caſibus poteſt procedere, quod dixi Nicol. de ma. Aut eſt area ſeu ſolum non gratia fructuum, vel animalium, ſed pro uſu domus: ut quia per eam itur ad ſuperficiem, ſic ut communiter ſunt curiæ in civitatibus, tunc teneo, quod ſit ſervitus urbana, quia talis curia, ſeu area debet dici urbanum prædium, ut dixi ſupra *in verſ. qui de area.* Tertio principali, quando ſimpliciter habeo jus eundi per fundum tuum ad domum meam, & tunc teneo indiſtincte, quod ſit dicenda ſervitus urbana, ex quo debetur domui, & ſic fundo urbano, per ea, quæ ſunt ſupra dicta,

ADDITIO.

a *Molend.* Quæ ſit ratio ſtatutorum diſponentium, quod molendina non poſſint fieri niſi dimiſſa certa diſtantia inter unum, & aliud Alex. *conſil.* 22. *in* 2. *col.* ubi ponit de menſuratione fienda hoc caſu, an per aerem, vel quomodo, & ex quo flumine licite poſſit trahi aqua ad molendina, vide Corn. *conſ.* 2. *n.* 2. 8. *in* 4. *col.*

b *Servitus.* Adde Alexan. *conſ.* 167. *in* 2. *vol. Et in conſil.* 142. *in* 1. *colum.* Et quomodo jus ſervitutis acquiratur *conſ.* 13. & *conſ.* 27. *in* 3. *colum. in pr.* & *in* §. & *eſt ratio.*

CAPUT XII.

De ſervitutibus realibus, & prædialibus, & in quo ſimul conveniant, & quæ ſit earum natura.

1 *Natura omnium ſervitutum quænam ſit?*

2 *Aqua cadens in curte tua naturaliter, ſi per ſe ad curtem meam currat, an licitum ſit mihi aliquid facere per quod decurſus impediatur?*

3 *Promittens ſolam patientiam, aut per alia verba ſervitutem conſtituere: non videtur ſervitutem conſtituere ſed perſonaliter ſe obligare.*

4 *Servitus in bonis noſtris non eſt, nec extra bona.*

5 *Servitus numquid locari poſſit?*

Circa iſtas ſervitutes urbanas, & ruſticas, quæ reales ſunt, & prædiales appellantur, ut ſæpe dictum eſt, aliqua videamus, quæ ipſis ſimul conveniunt,

veniunt, & communia ſunt poſtea de his tantum hoc libro dicemus, quæ urbanas ſervitutes contingunt.

1 Et primo * videamus, quæ ſit harum ſervitutum natura. Et dic, quod in hoc eſt, ut quis aliquid patiatur, puta quod poſſim mittere tignum in parietem vicini, aut ut aliquid non faciat, puta altius non tolli: *ut eſt caſus in l. quoties 16. §. 1 ff. de ſervit. & probatur in l. 1. fin. de aqua plu. arc. & in l. teſtamento alias incipit, poteſt, communia præd.* non autem eſt ea natura, ut aliquid faciat quis, ut veluti viridaria colat: aut amœniorem proſpectum præſtet *ut eſt text. in l. quoties, §. fin.* Fallit hoc in ſervitutibus oneris debendi: *ut l. eum debere columnam de ſervit. urb. præd. de quo vide per Flor. & Dd. in l. quoties, & plene per Bart. in l. 2. §. apud Labeonem, de aqua. plu. arc.* Item ea eſt natura harum ſervitutum realium, ut ſi interſit vicinorum, qui ſervitutem ſibi deberi volunt, alias ſi nec hominum, nec prædiorum intereſt ſervitutes non valere, veluti ne per fundum tuum eas, aut ibi conſtituas: & ideo ſi mihi concedas jus tibi non eſſe in fundo tuo uti frui nil agitur; aliter ſi concedas mihi jus tibi non eſſe in fundo tuo aquam quærere minuendæ aquæ meæ cauſa: *eſt text. in d. l. quoties, in princip.* & ideo ſi vendo tibi domum cum pacto, ut non poſſis ibi exercere tales artes, ſi ex hoc conſequor aliquam utilitatem, quia in alia mihi remanente ſimilem artem exercebam, valet pactum: alias ſecus. Non valebit ergo talis conventio tamquam ſervitus, cum non ſit prædium dominans: licet valeat talis conventio, ut obligeris tu & hæredes tui: *ut not Bartol. in l. venditor, communia prædior.* Et eodem modo, ſi conveniſti mecum ut non poſſis facere feneſtram in tuo pariete per quam poſſis inſpicere me in arte mea, vel in camera: valet iſta conventio, ſi mea intereſt propter honeſtatem: quia non poſſum libere uti domo mea, cum homines nolint in omnibus videri, & iſte caſus poterit quotidie contingere ſecundum Paul. *in d. l. quoties.* Sed ſi interveniſſet conventio, licitum eſt facere in ſuo, dummodo non tangeret ex alieno: licet ex hoc alienum incommodaretur, *ut l. altius, Codic. de ſervit.* ad quod dicam infra, de ſervit. altius non tollend. Ex hoc ſequitur.

Quod * ſi aqua cadens in curte tua naturaliter, & per ſe currit ad curiam meam, licitum eſt mihi aliquid facere per quod impediatur fluvius ſeu decurſus aquæ, & remaneat in tua curte *argum. optimum in l. 1. §. ſunt qui putant, 6. ff. ne quid in flumine publ.* dummodo nihil tangam de tuo, facit quod not. *de damno infect. l. Proculus, ſecundum Paulum de Caſtr. ita not. in d. l. quoties 15. in princ. de ſervit. quod eſt not.* Quod autem dixi quod non eſt ſervitus vel conventio, niſi interſit, procedit quando continet non fieri, *in d. l. quoties*, ſecus ſi continet fieri, videlicet ut poſſim aliquid facere in tuo, nam tunc valet: licet tunc ſit mihi inutile: *ut l. ei fundo ff. de ſervit.* Et ratio, quia ſaltem aliquid conſequor penes me: & ſic poſſum habere rem, licet mihi non ſit utilis, *ut dixi text.* & ratio rationis, poteſt intereſſe mea in futurum habere: puta ducere aquam per fundum meum, alias ſecus, ſecundum Odofred. & Floren. ibi. Item dixi, quod natura ſervitutis eſt pati: non credas, quod per ſolam patientiam ſervitus conſtituatur. 2

Digitized by Google

3 Nam * ille non promittit ſolam patientiam, aut per alia verba promittit ſervitutem, non videtur ſervitutem conſtituere; ſed perſonaliter obligare, *ut eſt text. cum gl. in d. l. ſi ſub uno 136. §. 1. ff. de verb. ubi Bald. in c. 1. §. ſi quis de in 5. colum, in princ. in tit. de controverſ. inveſtit.* Item tertia natura ſervitutis eſt, ut hujus juris ſervitutis nulla ſit vacua traditio, ſed patientia de utendo habetur loco traditionis, *text. eſt in l. quoties 20. de ſervitut. & pro hoc l. 3. §. dare de uſufruct. de quo plenius dicam infra in quinta quæſtione principali*, quomodo & qualiter ſervitus conſtituatur, & ex hoc poteſt colligi, quod dicatur tradita poſſeſſio vacua, licet res debeat alteri ſervitutem prædialem, *ut probatur in l. Mævius §. fundo, de legat. 2.* & ibi hoc not. Bart. & Dd. nam dicitur in §. præcedenti, hæredem non liberari, nisi tradat vacuam poſſeſſionem, *& in d. l. ſi fundo,* dicitur liberari, licet tradiderit fundum alteri ſervientem, quod not. pro illis qui tenentur vacuam poſſeſſionem tradere: *ut l. 2. §. 1. de actio empt. & l. 2. Cod. unde vi.* ſecus ſi promiſiſſent tradere vacuam & liberam poſſeſſionem: quia tunc non liberaretur, ſi traderet rem alteri ſervientem, quod eſt not. Item quarta natura eſt, ut in ſtipulatione vel ſervitutis promiſſione *a* veniat jus & factum: jus, in quantum debuit ſervitutem conſtituere: factum: in quantum patientia debet præſtari, *ut. d. l. 3. §. dare de uſufruct. & not. Bart. in d. l. 2. §. 1. de verb. oblig. & not. in l. corruptionem Codic. de uſufruct. & vide Bartol. in leg. ſtipulat. iſta, §. ſi quis ita de verborum obligat.* Item quinta eſt natura ſervitutum realium, ut ſecundum indigentiam prædii dominantis conſtituatur. *text. eſt in l. ergo, §. fin. cum ſequen. de ſervit. ruſtic. prædior. & not. per gloſſ. & Dd. in l. ut pomum de ſervi.* ſed ſervitus uſus ſecundum indigentiam perſonæ cui debetur: *ut inſtitut. de uſu & habitu §. 1. & l. plenum §e 1. ff. eodem & not. Bart. in l. 4. § Caro. in quinta quæſtione principali de verbor. obligat.* Servitus autem uſusfructus non eſt ſecundum indigentiam rei, vel perſonæ: imo ejus naturæ, ut omnes fructus ſpectent ad uſufructuarium, *text. eſt in l. uſufruct. leg. in princ. de uſufruct.* Item ſexta natura eſt, quia ſervitus poſſideri non poteſt, ſed intelligitur poſſeſſionem earum habere qui ædes poſſidet, *ut eſt text. in l. ſi ædes mea. 31. §. fin. de ſer. vi. urbanor, prædio. de quo vide plene per Cyn. in l. 2. C. de ſervi. & pleniſſime per Bald.*

Item * ſeptima natura quia ſervitus non eſt in bonis noſtris, nec extra bona *l. 1. de uſufruct. legat. & ibi hoc declaratur per gloſſ. & Dd. & habetur per gloſſ. in l. ſi his §. fin. ff. de pignor. & per gloſſ. Inſtitut. de rerum diviſ. in princ. in verſic habentur.* Item octava eſt natura ſervitutis, quia ſervitutes ſeu ſervitutum jura non ſunt ſubſtantia, ſed qualitates prædiorum & inſunt prædiis: ſicut juriſdictio dicitur eſſe qualitas territorii, *C. ubi & apud quem l. final. & ineſt territorio, ut ibi not. & hoc vult. Bald. in l. data opera, in 16. col. verſic. ſed numquid jura ſint ſubſtantia vel qualites. C. qui accuſ. non poſſ. & dicit Flor. in l. pecoris de ſervit. ruſtic. prædior.* quod ſervitus eſt in fundo, ſicut forma accidentalis, & ſicut qualitas eſt materia. Item nona, quia ſervitus ſeu jura prædiorum urbanorum non poſſunt pignori dari, nec convenire poteſt, ut hypothecæ ſint. *text. eſt in l. ſiis §. fin. ff. de pigno.* 4

&

Digitized by Google

& ibi aſſignatur ratio in *gloſſ. penulti. ſed ruſticorum prædiorum ſic text. eſt in l. ſed an viæ. eodem. titul. & gloſſ.* ibi aſſignat hanc differentiæ rationem: quia ſervitutes urbanæ debent conſtitui ſub quadam perpetuitate, ne urbs deformetur ruinis, *ut in §. cum in ſuo 29. Inſtitut. de rerum diviſio. & l. final ff. ne quid. in loco publico.* non enim eſſet conveniens, ut poſtquam miſiſti tigna, ſoluto pignore cogaris tollere: quod ſecus eſt in ſervitute ruſticorum prædiorum, quia iſtud ibi ceſſat inconveniens, & iſta ratio placet Bartolo ibi qui dicit, quod ſi forte in ſervitutibus urbanorum prædiorum eſſet eadem ratio, quæ eſt in ſervitutibus ruſticorum prædiorum, conſiſteret obligatio, ut in hoc exemplo: Obligo tibi ſervitutem altius non tollendi, donec tibi credita ſolvatur pecunia: certo iſto caſu ceſſant rationes prædictæ, ideo videtur, quod ſit obligatio.

5 Sed * numquid ſervitus locari poſſit, *vide tex. cum gloſſ. & ibi Dd. in l. 1. §. inter commodatum 1 ff. commod &* dicam in illa quæſtione qualiter quis debeat uti ſervitute. Item eſt decima & ultima natura ſervitutum, qui in earum præſcriptione non conſideratur titulus, *text. eſt in l. ſi quis diuturno, ſi ſerv. vendi. & not. per gloſſ. in pr. in l. 2. C. de ſervi. & aqua & ibid. per Dd.*

ADDITIO.

a *Promiſſione &c.* Promiſſiones intelliguntur rebus ſic ſe habentibus. *Vide Cornetum conſ. 119. in 3. volum.* Et hoc verbum promiſſio, intelligitur per ſtipulationem, *conſ.* 38.

CAPUT XIII.

In quo conſtat ſervitus ſeu jus ſervitutis.

1 *Si lego fundum tuum ſervientem, liberationem legare non videor.*

2 *Servitus ex parte fundi ſervientis in patientia eſt.*

SEcundo principaliter videamus, in quo conſtat ſervitus *a* Et videtur quod conſtat in fundo, *ut l. eorum. ff. de dam. infect. & l. in noxalib ff. de noxalibus, & ita tenet Jacob. de Aret. Sed gl. in l. Mævius §. fundo, de legat. 2.* tenet contrarium Bart. ibi dicit, & iſta eſt veritas quod ſervitus in fundo dominante eſt jus: ei enim debetur iſta ſervitus, & in eo ex hoc aliquid plus ponitur, *ut l. 31. §. fin. ff. de negot. geſt.* Sed in fundo ſerviente non eſt jus poſitum publicum, ſed privatum: quia per hoc illi fundo & juri detrahitur *ut l. arbor. §. finali, ff. commun. dividun.* & ideo dicit Bart. *en d. §. fundo, in fin.* a

Quod * ſi lego fundum tuum ſervientem, non videor legare liberationem: quia in eo nullum jus habeo, quod ponat aliquid non eſſe: ſed illud jus eſt in fundo meo dominante, quod tibi non lego, quod notand. Et adde quæ dixi in definitione realis vel prædialis ſervitutis. 1

Ac etiam addas, quod * ſervitus ex parte fundi ſervientis eſt in patientia, *ut l. quoties 15. §. 1. de ſervit. & l. ſi ego 11. §, 1. de Public. & l. fin. de ſerv. præd.* ut dixi ſupra iu prima & tertia natura ſervitutum, ſicque colligitur optime in quo conſtet ipſa ſervitus, ſeu jus ſervitutis. 2

ADDITIO.

a *Servitus, &c.* Quomodo & quando acquiratur poſſeſſio ſervitutis, vide Alexan. *conſ.* 142 *.in* I. *col.* & quomodo jus ſervitutis acquiratur per præſcriptionem, & quanto tempore, *conſ.* 113. *per totum*, *in* I. *vol.*

CAPUT XIV.

Quis poſſit conſtiture ſervitutes reales.

1 *Dominus qui non eſt verus, ſed quaſi, ſicut eſt bonæ fidei emptor, an prædio alieno per ipſum bona fide empto, ſervitutem imponere valeat?*

2 *Dominium qui utile habet ſicut emphyteuta, vel livellarius, an ſervitutem imponere poſſit?*

3 *Vaſallus utile dominium in fundo habens, an hujuſmodi fundo feudali ſervitutem imponere valeat?*

4 *Superficiarius, an fundo ſuperficiario ſervitutem imponere poſſit?*

5 *Dominus directus, an fundo ſuo ſervitutem imponere valeat?*

6 *Hæres rei legatæ an ſervitutem imponere poſſit?*

7 *Dominus fundi, qui ipſum alteri aut fiſco obligavit: puta, ſi pecunia certo tempore ſoluta non ſit; & vendi valeat, an poſſit ſervitutem ipſe imponere?*

8 *Dominus fundi, in quo alius uſum fructum habet, an illi fundo ſervitutem imponere poſſit?*

9 *Fundo ſuo an quiſpiam ſervitutem imponere valeat, in quo alius habet ſervitutem realem, in ipſius tamen præjudicium?*

10 *Maritus an fundo dotali ſervitutem imponere valeat?*

11 *Uſufructuarius an fundo, in quo uſumfructum habet, ſervitutem imponere poſſit?*

12 *Jus inferendi in ſepulchrum qui habet, an ſepulchro ſervitutem imponere valeat?*

13 *Dominus qui adhuc non eſt, vel quaſi, ſed de proximo vel continuo futurus eſt, an ſervitutem imponere poſſit?*

14 *Imperator, ſeu princeps, vel ſenatus privato concedere poteſt, per viam publicam aquam ducere ſine tamen vicinorum incommodo, & num.* 15.

16 *Servitutem habens alteri eam concedere non poteſt, niſi hoc ei permiſſum fuerit.*

17 *Si conceſſiſti aquam Titio, quæ in fundo tuo oritur, ut eam ad fundum ſuum ducere poſſit e an poſtea eandem mihi concedere valeas?*

18 *Princeps in mari ſervitutem imponere poteſt.*

TErtio eſt principaliter videndum quis poſſit has ſervitutes reales conſtituere, vel imponere. Dic, ille, qui eſt dominus prædii vicini poteſt imponere, & alius quam dominus alterius prædii poteſt acquirere: nemo enim poteſt ſervitutem acquirere urbano vel ruſtico prædio, niſi qui habet prædia *text. eſt in l.* I. §. I *ff. commun. præd. inſtit. de ſerv.* §. *inter ruſticorum verſ. ideo autem*. Et quod dixi de domino, intellige de illo, qui eſt verus dominus prædii & pleno jure.

Sed * quod ſi non eſt verus dominus, ſed quaſi dominus ſicut eſt bonæ fidei emptor, an iſte poterit imponere ſervitutem prædio alieno per ipſum empto bona fide? ſed quid ſi non eſſet 1

vere

vere publiciana? & ſic eſſet quaſi dominus, *ut Inſtit. de act. §. ſed & iſtæ. & in c. Abbate ſane de re jur. in 6.* tunc bene poſſet imponere ſervitutem: *ut eſt caſus in l. ſi ab eo 18. ff. de pignor. & idem tenet Azo. in ſumma, C. de ſervit. §. conſtituit. autem has ſervitutes & habetur in l. ſi ego, §. 1. de publi.*

2 Item, * quid de illo, qui habet utile dominium, ſicut eſt emphyteuta, vel livellarius, *l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectig. vel emphyt. pet. & no. in leg. ſi ut certo. §. ſi duobus vehiculum, ff. commod. & not. Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua verſic.* 45. & dicitur etiam quaſi dominus, *ut not. gloſſ. in leg. 3. de ſervit.* an poſſit imponere ſervitutem emphyteutico? Et videtur quod non, quia emphyteuta non poteſt alienare ſine conſenſu directi domini, *ut l. fin. in princ. C. de jur. emph. & c. potuit, extr. de locat.* ergo nec ſervitutes imponere, quia continetur ſub verbo alienatio: *ut, fin. Cod. de reb. alie. non. alienan.* Contrarium ſcilicet ut poſſit, *eſt text. cum gloſſ. in l. 3. de ſervit.* & ibi hoc tenent Dd. & maxime Flor. & Paul. de Caſtr. & idem tenet Dyn. *Inſtit. de action. §. æque, in 5. quæſt.* & Azo. *in ſumma C. de ſervitut. verſicul. conſtit.* & Bart. *in l. 1. §. fin. de ſuperfic.* & idem tenet Bal. *in c. 1. §. quid ergo, in tit. de inveſtit. ide reb. alie fac. in uſib. feud.* Idem tenet Guid. & Dd. *in l, & in provinciali. C. de ſervit.* Et facit quod proxime dicam de vaſallo, & ſuperficiario: quod intellige durante emphyteuſi, ſeu livello. Sed finita emphyteuſi, quia revertitur ad dominum directum, & conſolidatur cum proprietate, tunc finitur etiam ſervitus, *ut probatur in d. c. 1. §. quid ergo, de inveſt. de rebus alien. fac. & ibi hoc. not. Bald. & Jac. de Alu. & not. Barto. in l. 1. §. fin. de ſuperfic. & probatur in l. is cui, 11. §. 1. Digeſt. quemadm. ſervitus amit. & ibi hoc not. tenet Flor. & idem tenent. Bald. Sali.* & Paul. de Caſtr. *& Dd. communiter in d. l. & provinciali, C. de ſerv. & probatur in l. lex vectigali fundo, ff, de pignorib.* Et per hanc rationem reſoluto jure feudum concedentis reſolvitur jus receptoris, ſeu recipientis, *ut d. l. lex vectigali, & d. c. quid ergo, & d. c. 1. §. fin. & per Bald. in tit. de contr, inveſt. & l. ſi quis dannum, §. fin. ff. loc. & l. pen. §. prædium, de leg. 2. & l. Statius Florus. 48. §. Cornelio, ff. de jur. fiſ. ibi caſus notabilis cum ſimil.* quod eſt notandum, quia quotidie hoc contingit.

Item * quid de vaſallo qui etiam dicitur habere utile dominum in fundo, *ut eſt text. & gloſſ. & ibi Bald. & Dd. in d. §. quid ergo & eſt gloſſ. fin. Inſt. de uſufructu in princ. & eſt gloſſ. 2. extr. in c. cum Bertoldus, de re jud. & habetur per Bald. in l. unica in 6. chart. C. de confeſſ. & in l. 1. in ultim. col. C. ſi plus. una ſent.* an ipſe poſſit ponere ſervitutem in fundo feudali. Videtur quod ſic: *ut eſt caſus in d. c. 1. ver. quid ergo.* quod vult, quod durante fundo, duret ſervitutis impoſitio, ſed eo finito, finiatur ſervitus impoſita: *prout dixi in emphyteuta, ſeu livellario, & ibi tenent. Bal. & Jac. de Alver. & idem tenent. Dd. in l. & in provinciali, C. de ſerv. & in l. 3. ff. de ſerv. tit. generali & Cyn. in l. fin. §. pen. ante fin. C.* communia *de leg. & habetur per Jac. de Bel. in c. 1. §. præterea in tit. de capitulo Contradi in uſib. feudor.* 3

Item * quid de ſuperficiario, qui habet utile domininm? *ut not. gl. 2. inſt. de uſufruct. in princ. & probatur in l. §.* 4

quia

quia autem 6. de ſuperfic. & inducitur quaſi dominus, ut not. gloſſ. *in l. 3. ff. de ſerv.* & videtur, quod ſervitus fundo ſuperficiario imponi non poſſit: quia ſuperficiarius dicitur habere quamdam ſervitutem in ſolo, *ut l. ſi tibi homo §. fin. de leg.* 1. ſed ſervitus ſervitutis eſſe non poteſt, ut eſt text. *in l.* 1. *de uſufr. leg. ergo. &c.* Tu autem dicas contrarium, ſcilicet quod poſſit imponere ſervitutem, ut eſt text. *in l. 3. ff. de ſerv. & ibi hoc tenet gloſſ. & Dd. & idem hoc tenet Azor. in ſumma C. de ſerv. §. conſtituitur, & Bart. in l.* 1. *§. fin. de ſuperficie, & Nicol. de Ma. & Iac. de Alva. in d. c.* 1. *§. quod ergo in tit. de inveſt. de re alie. fact.* Nec eſt verum, quod ſuperficiarius habeat ſervitutem, ut dicit gl. *in d. l.* 3. ſed habet utile dominium quod eſt contrarium ſervituti: nam res mea non poteſt mihi ſervire, *ut l. utifrui. ff. ſi uſufr. peta. & in l. in re communi, de ſervit. verb. præd.* Nec obſtat. *d. l. ſi tibi homo. § fin.* cum dicit de ſervitute intelligitur improprie. Vel dic ſecundum Paul. de Caſtr. & melius, quod eſſe ſuperficiarius habeat ſervitutem & utile dominium. Nam ſi habeo ſuperficiem in ſolo tuo illud tuum ſolum dicitur ſervire ſuperficiei meæ, in quantum habet hoc opus, quod teneatur eam ſuſtinere, & ita loquitur text. *in d. l. ſi tibi homo §. fi.* Sed ſi conſideramus ipſam ſuperficiem, quæ non eſt ſervitus, ſed potius prædium dominans ſolo tuo, dum illud tenetur eam ſuſtinere huic prædio quod in ſuperficie bene poſſet ſervitutem imponere, & non erit ſervitus ſervitutis, & ita loquitur text. *in d. l.* 3. *de ſervit.* Et quod dixi, ſuperficiarium poſſe imponere ſervitutem ſuperficiei intelligitur durante ſuperficie: ſed ea finita finitur ſervitus, ut dixi *de emphyt. & feudatario*, & ita tenet Bart. *in l.* 1. *§. fin de ſuperficie & Dd. in d. l.* 3. *de ſerv. & l. & provinciali. C. eod. tit. & Flor. in l. is cui, §.* 1. *quemadmodum ſervit. amittat.* Item quod dictum eſt, de emphyteuta, vaſallo & ſuperficiario, dicas etiam idem in quocumque alio habente dominium utile, ut not. Bart. *in d. l.* 1. *§. fin. de ſuperfic.*

5 Item quid * de domino directo, an poſſet ſervitutem imponere ſuo fundo? dic ſi eſt dominus directus pleno jure, ita quod nullus habeat utile dominium, & tunc ſive imponat ipſi ſolo ſive ædificio, valet ipſa ſervitus impoſita, *ut l.* 3. *de ſervit.* & dixi ſupra circa princ. hujus tertiæ quæſt. principalis, & afficit ſolum ſicut ædificium, & ideo deſtructo ædificio durat in ſolo, & refecto ædificio reintegratur in eo: *l. ſervitutes quæ in ſuperſi. §. ſi ſublatum, de ſervit. urb. præd. ſecundum. Paul. ibi & in d. l.* 3. Sed ſi quis eſt dominus tantum directus, & alius utilis, qui habeat utile dominium, ſicut eſt emphyteuta ſeu feudatarius, & ſuperficiarius, ut dixi *in quæſt. præcedentib.* & ſic non poſſet imponere ſervitutem, qui habet directum dominium in præjudicium habentis utile, & ita intelligo *d. l.* 3. *de ſervit.* & ita vult Paul. de Caſtr. & ad hoc vide quod dicam de uſufructuario.

6 Item quid * de hærede qui etiam dicitur dominus: *Inſt. de hæred. qualit. & differt. §. pen.* an poſſit imponere ſervitutem rei legatæ alicui ſub conditione? Et dic quod ſic: ſed adveniente conditione extinguitur ſervitus, *text. in l. is cui.* 11. *§.* 1. *quemad. ſerv. amit. & in d. l. ſi fundum, de condit. & demonſtr. pro hoc etiam l. fin. §. ſin autem ſub condit. Cod. communia de leg. & l. ſervo legat. §.* 1. *& quod ibi not. per* Bart. *& Dd. de leg.* 1.

7 Item * quid de dominio fundi, qui ipſum

ipſum obligavit alteri, aut fiſco: puta ſi pecunia non ſit ſoluta certo tempore, & poſſit vendi, an interim dominus poſſit imponere ſervitutem? Dic, quod ſic, *ut eſt text, in l. plerumque in fin, tit. de regul. jur.* & idem dicas in quolibet, qui rem alicui debet ex contractu aliquo, ut antequam tradat, poſſit ſervitutem imponere, *arg. leg. ſi ſciens, in fin. de contrahen. empt. not. gloſſ. in d. l. plerumque*, quod ſemper intellige, ſcilicet ſervitutem durare, donec durat dominium imponentis, & non ultra. Quod dixi dominum poſſe imponere ſervitutem fundo, intellige quando eſt unus dominus tantum fundi. Nam ſi eſſent plures, deberent omnes conſentire in imponenda ſervitute: alias unus tantum non poſſet imponere: *text. manifeſtus eſt in l. 2. ff. de ſervi.* Sed ſi unus ſervitutem concederet, ſine aliis, non teneret ipſius conceſſio jure ſervitutis, tamen ipſe concedens non poſſet prohibere eum, cui conceſſit uti jure conceſſo. Si verò unus primo conceſſit ſervitutem, deinde alter, vel alii domini tunc variis temporibus conceſſerunt, vel ratificaverunt etiam ſingulariter, & de per ſe, tunc confirmatur prima conceſſio per noviſſimam, & trahuntur primæ conceſſiones, vel prima conceſſio ad tempus ultimæ conceſſionis, perindeque ſit, ac ſi omnes tunc concederent. Et ideo ſi tempore ultimæ conceſſionis non eſſet poſſibile primos concedere poſſe, vel quia defuncti ſunt, vel quia patres prædii alienaverunt, pendebit hæc ultima conceſſio donec illi qui ſucceſſerunt in locum prioris vel novi ſocii concedant ſervitutem, & hæc probantur *in l. per fundum, de ſer. ruſt. præd. & leg. ſi commu, præd. & not.* Azo. *in ſumma, ff. de ſer. tit. generali.*

Item quid * in dominio fundi in quo alius habet uſumfructum, an dominus poſſit illi fundo ſervitutem imponere? Dicas quod non, etiam conſentiente uſufructuario, niſi talis ſervus, per quam conditio uſufructuarii deterior non fiat, *ut text. in l. ſed & ſi quid. 25. §. fin. cum l. ſeq. & ibi gl. vide Digeſt. de uſufr.* 8

An poſſit * imponere ſervitutem fundo ſuo in præjudicium habentis aliam ſervitutem realem? dicas quod non, *text. eſt in leg. certo generi, §. 1. & l. per quem de ſerv. ruſt. præd. & ibi per Dd. & habetur per gloſſ. & Dd. in l. præſes, Cod. de ſerv. & aqua.* Poteſt tamen dominus acquirere ſervitutem fundo fructuario, *tex. eſt in dict. l. ſed & ſi quid, §. fin.* ſicut etiam dixi ſupra de fundo feudatario, & adde quod dicam infra verſic. quid de uſufructario. 9

Item, quid * de marito *a* an poſſit imponere ſervitutem fundo dotali? Et videtur quod ſic, quia eſt dominus illius fundi, *leg. in rebus Codic. de jure dot. l. doce ancillam, Cod. de rei ven. contra eſt in l. Julianum cum l. ſeq. de fin. dot.* Ratio eſt, quia non habet liberum dominium, *ut not. Bald. in d. l. & in provinciali. Cod. de ſerv.* quod intelligo de fundo dotali inæſtimato: quia ille reputatur eſſe uxori, *ut d. l. in rebus*, ſecus ſi eſſet æſtimatus tali æſtimatione, qua emptionem faceret: *ut ibi not. & in d. l. doce ancillam:* quod in dubio præſumitur, *ut eſt gloſ. not. in l. ſi. inter virum C. de jure dot. & not. Cyn. in l. 4. in ult. quæſt. C. commod.* 10 a

Item * quid de uſufructuario *b*, an poſſit imponere ſervitutem fundo in quo habes uſumfructum? Et video, quod ſic durante uſufructu, quia uſufructus eſt pars dominii fundi, ſicut 11 b

eſt vaſſallus, & ſuperficiarius. Dicas contrarium, quia minor eſt dominus: quam maritus rei dotalis, & maritus non poteſt, *ut dixi, ergo, &c.* Item quia uſufructuarius meliorem condi, tionem facere poteſt, ſed non deteriorem, *tex. eſt in l. aquiſſimum, §. gn. ff. de uſufruct.*

12 Item an ille * qui habet jus inferendi in ſepulchrum, poſſit imponere ſervitutem ſepulchro? Dic quod non, *l. 1. ff. ſi ſerv. ven. & l. caveri communia præd.*

13 Item quid * de eo qui non eſt adhuc dominus, vel quaſi, ſed proxime vel continuo eſt futurus dominus: an poſſit imponere ſervitutem, ut in hoc exemplo: emo à te prædium, vel ex alio titulo accipio, & in exceptione, vel traditione impono ei ſervitutem ad aliud prædium tuum quod retines, an poſſim? Et dicas quod ſic, *text. eſt in l. qui duas, de ſer. legat. & in l. ſi quis duas, 6. ff. commun. præd. & in. l. ei fundo, de ſer. & ita tenet Azo in ſum. C. de ſerv. §. conſtituitur autem.* Pro hoc facit, quia quod proxime faciendum eſt, habetur pro jam facto, *ut l., penult. de teſtam. milit.* Et quod dixi de emptore, intellige de quocunque acquirente jus, quod ſibi deberetur, poſſe ſervitutem imponere, ſicut eſt livellarius, & vaſſallus, & ſimiles, ſecundum ea quæ ſupra dicta ſunt.

14 Item * Imperator, ſeu princeps poteſt concedere c. privato aquam ducere per viam publicam ſine incommodo vicinorum, *text. eſt in l. ſervitutes 14. §. publico de ſerv.*

15 Item * ſenatus poteſt, *ut l. 2. in princip. nequid in flu. publ. & notat. gloſſ. in d. §. publico*, & intelligitur ſine maximo aut magno incommodo, *ut ibi not. gl. & habetur, in l. quoties, C. de præcip. Imper. offerend. & not. Azo. in ſumma, C. de ſerv. §. conſtit. autem, pro hoc l. 2. §. merito, & §. ſi quid à principe, ne quid in loco publ. & ibi de hoc habetur.* Privatus autem in flumine publico, vel in aliqua alia aqua publica, ad publicum uſum deſtinata, non poteſt concedere ſervitutem, purà aquam per totam tollendam ex flumine, vel hauriendam, nec ſervitutem caſtello imponere, & ſi fiat talis conceſſio, vel impoſitio, non tenet jure ſervitutis: ſed ille cui facta eſt talis conceſſio, vel impoſitio, tuendus eſt in jure ſuo, quod poſſidet contra eum, qui conceſſit, *text. eſt in l. 2. commun. præd.* & caſtellum eſt receptatio publica, l. 1. §. *ante pen. de aqua quotid. & æſtiva, & eſt text. cum gl. in l. ſi vend. §. fin. de act. empt.*

16 Item * ille qui habet ſervitutem, alteri eam concedere non poteſt, niſi hoc eſſet ei permiſſum: quia non poteſt eſſe ſervitus ſervitutis, *l. 1. de uſufruct. leg.* ſi tamen quis habeat ſervitutem aquæ ductus, & aqua poſtquam ingreſſa eſt fundum meum, velim alii concedere, poſſum, niſi noceam fundo ſervienti, *text. eſt cum gloſſ. in l. ex meo, de ſerv. ruſt. præd. in l. 1. §. illud Labeo, de aqua quotid & æſtiva, &* hoc tenet Azo. *in ſumm. C. de ſerv. §. conſtit. in fin.* & idem tenet gl. *fin. ante finem, in l. cum eſſent. §. 1. de ſerv. ruſt. præd. & in dictis jurib. de hoc not. in l. præſes, C. de ſerv. & aqua.* Et prædicta intellige de conſtitutione, quæ imponit ſervitutem. Perſonaliter autem quilibet, qui non habet prædium, poteſt ſe obligare pro ſervitute præſtanda, *ff. famil. hercis. l. hæredes, §. an ea.*

17 Sed quid, * ſi aquam quæ oritur in fundo tuo, conceſſiſti Titio, ut poſſit eam ducere ad fundum ſuum, an poſſis

poſſis poſtea etiam mihi concedere? Et gloſſ. *in d. l. præſes* dicit, quod ſic, ſi tamen abundat, quod utrique ſufficiat, *per l. Lucio, de aqua quot. & æſti.* ita fuit determinatum Bononiæ inter fratres Prædicatores, quibus primo communitas conceſſerat aquam, & Minores, quibus ſecundo conceſſit, quia fuit judicatum & valere ſecundam conceſſionem, ex quo non derogabat priori, *ut not. Dd. in d. l. præſes.*

18 Ultimo not. * quod princeps in mari poteſt ponere ſervitutem: *ut eſt text. juncta glo. in l. venditor, in princ. Cod. commun. prædio, de quo vide omnino quæ dicam in 5. q. principali.*

ADDITIO.

a *Marito, &c.* Adde Corn. *conſ.* 170. *in 4. vol.*

b *Uſufruct.* Adde Corn. *conſil.* 188. *in 2. volum.* & an uſufructuarius teneatur tributa ſolvere, datia, & ſimilia, vide Alex. *conſ.* 4. *in ult. colum. in 5. volum.*

c *Concedere.* Quando aliquid alicui conceditur, licet ad aliquem uſum, an cenſeatur conceſſa proprietas, vide Corn. *conſ.* 195. *incip. videtur in 4. volum.*

CAPUT XV.

Qui poſſint acquirere ſervitutem, ſeu quibus poſſint ſervitutes concedi.

1 *Servitutem alicui fundo qui imponere poſſunt, eidem etiam acquirere valent.*

2 *Prædio communi an unus ex ſociis ſervitutem legare valeat?*

QUarto principaliter dicamus, qui poſſint acquirere ſervitutem, ſeu quibus poſſint ſervitutes concedi. Et dic, quod illi, qui ſunt domini, vel quaſi domini vicinorum prædiorum, poſſunt acquirere ſervitutem fundo ſuo, ſicut poſſunt imponere eadem ratione, *ut l. ei qui pignori, de ſerv. & l. 1. communia præd.* ſecundum Azo. *in ſum. C. de ſervit. §. fuit autem, in princip.*

Ex quo nota * regulam, quod omnes, qui poſſunt imponere ſervitutem uni fundo, eadem ratione & multo magis poſſunt ei acquirere: quia meliorem conditionem regulariter poteſt quis facere, licet deteriorem aliquando non poſſit: *ut ex tex. in c. §. quid ergo, de inveſt. in re alie. ſu. & l. æquiſſimum, §. 1. de uſufruct. & l. fin. de uſu & habit.* Et ideo feudatarius ſeu vaſſallus poteſt acquirere ſervitutem fundo feudatario: *ut eſt tex. in c. §. quid ergo*, & idem dicas in emphyteuta, & ſimil. Imo etiam plus dico, quod ille qui non poteſt imponere ſervitutem fundo, poteſt ei acquirere, ſicut eſt dominus in fundo, in quo alius habet uſumfruct. *ut eſt text. in l. ſed & ſi quid §. 1. de uſufruct.* Item ille qui habet jus inferendi in ſepulchrum ſervitutis viæ, & ſepulchrum acquirere poteſt, licet ſepulchro eam imponere non poſſit, *ff. ſi ſervit. vend. l. 1. commun. præd. l. caveri* & idem dicas de ſimilibus. Et procedunt prædicta, quando eſt unus tantum, cui eſt acquirenda ſervitus: ſi autem eſſent plures domini prædii, cui ſervitus acquirenda eſt: ut omnes conſentiant, vel eorum communis ſervus, & ſi unus tantum mihi acquireret, non 1

non tenet ejus acquiſitio, donec alii vel aliis ſociis concedatur ſervitus, & ult. acquiſitione confirmatur prima ad tempus ultimæ ſicut ſupra diximus in imponenda ſervitute prædio communi, *ut l. ſi unus ex ſociis. & l. unus in prin. de ſerv. ruſt. præd.* Item prædicta de ſuſpenſione primæ impoſitionis ſervitutis vel acquiſitionis, locum habent, ſi fiat acquiſitio vel impoſitio inter vivos.

2 Nam * ſi ultima voluntate unus ſociorum prædio communi legat ſervitutem, non valet legatum: ſed ſi omnes ſocii legarent, & pariter eorum adiretur hæreditas, legatum teneret, idemque ſi uni ſociorum prædii communis ſervitus legaretur: quia tunc non teneret legatum, neque ſuſpenderetur, donec aliis concedatur: quia non ſicut viventium, ita defunctorum actus ſuſpendi poſt mortem teſtatoris vel aditam hæreditatem receptum eſt, *ut eſt text. in l. fin. commun. præd. & ibi per Dd. de ſerv. ruſt. præd. c. ſi unus, & l. unus, & ita not. Azo. in ſumma C. de ſerv. § fiunt autem.*

CAPUT XVI.

In quibus poſſit ſervitus conſtitui.

1 *Servitus an nedum in toto fundo, ſed in ſolo tantum: vel in ſuperficie tantum conſtitui poſſit?*

2 *Ædificio an nedum præſenti, ſed etiam futuro ſervitus imponi vel acquiri poſſit?*

3 *Mari per privatum an ſervitus imponi valeat?*

4 *Gulphus ſive mare Adriaticum: cur Venetorum eſſe dicatur?*

5 *Servitus in re propria vel communi an imponi valeat?*

QUinto principaliter declaramus in quibus rebus poſſit ſervitus conſtitui. Dic in fundo urbano & ruſtico, *& in l. 1. communia prædio. & inſt. de ſerv. §. inter ruſticorum, & in toto tit. ff. de ſerv. urban. cum ſimil.*

Item * poteſt conſtitui nedum in toto fundo, ſed in ſolo tantum vel ſuperficie tantum: *text. eſt in l. 3. ff. de ſervit.* Et ideo certo generi agrorum ſervitus acquiri poteſt, veluti vineis quod ea ad ſolum magis quam ad ſuperficiem pertineat: & propterea ſublatis vineis, ſervitus in ſolo remanebit, niſi aliter actum fuerit, *ut eſt text. in l. 1. & l. certo generi. in princ. de ſerv. ruſt. præd.* Item ad certam partem fundi ſervitus acquiri poteſt. *ut l. ad certam, de ſervit.*

Item * nedum ædificio præſenti, ſed etiam futuro ſervitus imponi vel acquiri poteſt, ut eſt text. *in l. ſi ſervitus §. futuro de ſer. urb. præd.* Et eſt ea ratio quia illud quod adhæret, præſupponit illud cui adhæret: ſecundum Oldra. & dicit Flor. *inſt. futuro* & ideo valet promiſſio ſervitutis facta illi qui ſperat ſua in futurum intereſſe, *text. eſt cum gl. in l. ei fundo ſecundum unam lecturam. de ſerv. & not. Lud. pont. in l. ſtipulationes non dividuntur, in 12. col. de verb. oblig.* Ex hoc ſequitur, quod ſervitus conſtitui poteſt, ut aquam quærere, & inventam ducere liceat, text. eſt *in d. l. ei fundo.* Item poteſt imponi ſervitus, ut boves, per quos fundus colitur, in vicino agro paſcantur. Item ut fructus in villa vicini cogantur coactique habeantur, & ut pedamenta ad vineam ex vicino prædio ſumantur. Item vicino cujus lapicidina tuo immineret fundo, cædere ei jus eſſet.

eſſet. Item in fundo vicini & terram jacere, ſaxa in fundo habere ut in tuum lapides provolantur, ibique poſito habeantur, indeque exportentur, *text. eſt in l. 3. in princ de ſerv. ruſt. præd.* ide & in aliis, de quibus plene dicam in aliis ſpeciebus ſervitutis tam urbanor. quam ruſt. Item in ſepulchro ſervitus acquiri poteſt, *l. ſervitutes §. ſi ſerv. ven.*

3 Item * licet per privatum mari ſervitus imponi non poſſit: quia natura omnibus patet, *ut eſt tex. in l. venditor. in princ. communia prædio.* tamen per principem bene poſſet *ut ibi not. per gl. arg. l. ſervitutes §. publico ff. de ſerv. & ſupra dixi in 3. quæſt. princ. in fin.*

Et ideo * cum mare Adriaticum, quod Gulfus Venetorum appellatur, ſit dominii Venetorum, quia in eo ipſi Veneti prædominati ſunt per tantum tempus quod non extat memoria

a in contrarium, *a* & per hoc dicuntur

b habere juriſdictionem *b* in illo mari: quia illud tempus habet vim tituli, *ut in c. ſuper quibuſdam §. præterea. extr. de verb. ſign. & in c. 1 de præſcript. in 6. & Bart. & Aug. de Peruſio plene in l. ſane ſi maris de injuriis, & Bart. in rub. ff. de rer. diviſione. in 2. colum. & idem Ang. in l. fin. in princ. de uſucap. ff. & in ſua diſpoſitione, quæ incipit, quæſtio ſuper qua conſilium populatur,* dicendum eſt, quod ipſi domini Veneti in ipſo mari poſſint ſervitutem imponere, & non alii; quod eſt not. In loco autem ſacro & religioſo ſervitus imponi non poteſt, *ut l. ſervitutes §. fin. ff. de ſerv.* Item nec in loco publico, *ut l. ſi prim, §. ſi ff. de aqua pliv. arc. cum l. ſed de quo dicam in 6. quæſt. principali.*

5 Item * in re propria vel communi quis imponere ſervitutem non poteſt, *ut eſt text in l. in re communi ff. de ſervit urbanor. prædio. & in l. proprium & quidquid in tit. communia præd.* Et eſt ratio in re propria quia res propria nemini ſervire poteſt ut dictis juribus, *& l. uti frui, in princ. ff. ſi uſufruct. pet.* In re autem communi: quia in re communi melior eſt conditio poſſidentis, *l. Sabinus communi divid.* & quia ſervitus pro parte imponi non poteſt, *ut d. l. pro parte ff. de ſerv. & l. proprium ff. commun. prædio & l. ſi quis §. 1. eod. tit.*

ADDITIO.

a *Memoria in contrarium.* Adde Alex, *conſil. 6. in 1. colum. in 1. volum. & conſil. 7. in 1. colum. etiam in 1. vol.*

b *Habere juriſd.* Quid ſit juriſdictio, & in quot ſpecies dividatur, vide Alex. *conſ. 68. in 2. vol. in antepen. col. in fi. & princ. & in 4 volum. conſ. 33. in 1. col. per totum & in 2. in princ.* ubi ponit de mero & mixto imperio, & quæ dicantur eſſe de juriſdictione. Et an juriſdictio quæratur, & probetur ex conſuetudine, *vide Corneum conſil. 268, in 4. vol.*

CAPUT. XVII.

Quæ ſint neceſſaria, ut ſervitus conſtituatur, & ei quaſi poſſeſſio acquiratur.

1 Servitus neque ad tempus neque ex tempore, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem conſtitui poteſt.

2 *Quaſi poſſeſſio ſervitutis ut acquiratur, duo principaliter requiruntur.*

SExto principaliter aperiamus breviter, quæ ſint neceſſaria ad hoc, ut ſervitus conſtituatur, & ejus quaſi poſſeſſio acquiratur. Multa enim ad hoc ſunt neceſſaria, ut ſervitus conſtitui poſſit. Primum eſt ex perſona conſtituentis: videlicet, ut ſi talis, qui poſſit eam conſtituere: & quis ſit iſte, *vide ſupra in* 3. *q. principali*, ubi plene diſputavi. Secundum eſt ex parte ejus cui conſtituitur, ut ſit habilis ad acquirendam, & de iſto dixi ſupra, *in* 4. *princip.* ita quod prædium requiritur ex parte conſtituentis ſervitutem, & prædium etiam ex parte ejus cui conſtituitur, *ut eſt text, in l.* 1. *de ſerv. ruſt. præd. & Inſt. de ſerv. §. inter ruſticorum.* Tertium eſt reſpectu rei, in qua ſervitus conſtituitur, ut ſit talis, in qua ſervitus conſtitui poſſit quod declara, *ut dixi in præcedenti quæſt. princ.* Quartum neceſſarium eſt, ut res cui acquiritur, ſeu cui acquirere volumes ſervitutem, ſit habilis ad acquirendum: alias ſecus, *ut ſupra dixi in quæſt. ſervitutum ad fin. verſ. hic eſt videndum, & habetur in l. ut pomum de ſerv. & l. pecoris, de ſerv. ruſt. præd & l.* 2. *& l. venditor. in princ. ff. communia prædio.* Quintum, quod ſervitus conſtituatur in totum, non autem pro parte, *ut l. pro parte ff. de ſerv. & l. ſi quis duas, §.* 1. *commun. præd.* licet ad certam partem fundi pro diviſo poſſit conſtitui, *ut l. ad certam de ſerv. & not gloſſ. in d. l. pro part. & ibi per Dd.*

1 Sextum, * quod ſervitus pure conſtituatur: nam ipſo jure neque ad tempus, neque ex tempore, neque ſub a conditione, neque ad certam a conditionem, conſtitui poteſt, *text. eſt in l. ſerv. de ipſo jure quæ eſt l.* 4 *de ſerv.* de quo dic, *ut ibi per gloſſ. & Dd. & dicam infra in* 8. *quæſt. princip.* quomodo & qualiter acquiratur ſervitus. Septimum eſt reſpectu loci, ut locus medius impediens ſervitutem non interveniat: ſicut eſſet Sacer vel religioſus, *ut l. ſervitutes §. fin. de ſerv.* & etiam aliquis aliquando, *ut l. qui ſella* 7. *§. fin. ff. de ſerv. ruſtic. præd.* de quo plenius dicam in proxima quæſtio, quæ impediant ſervitutem conſtituendam. Octavum, ut conſtituatur per verba juris, hoc eſt ſonantia in jus, ut puta, concedo tibi jus eundi per fundum meum: non autem per verba ſonantia in factum, ut puta, concedo tibi ire & agere per fundum meum, quia tunc eſſet potius jus perſonale, *ut l. apud Julia. §. ſi quis aliqua de lega.* 1. *& dixi plene ſupra definitione ſervitutis realis & prædialis & in illa quæſt.* quomodo cognoſcantur, quando ſunt ſervitutes reales & prædiales. Nonum, quod jus inſit in prædio dominante active, & in prædio ſerviente paſſive, ita quod non inſit perſonæ, ſed rei, *ut ibidem bene dixi.* Decimum, quod iſtud jus ſervitutis conſtitutæ reſpiciat & concernat utilitatem prædii dominantis, aliàs ſervitus non eſſet, *tex. eſt in l. quoties* 15. *in princip. de ſervit. & dixi in dicta definitione.* Undecimum, quod alterius prædii ſeu libertatem diminuat, *ut l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis forte. de verb. oblig.* dictam eſt in dicta definitione. Duodecimum & ultimum, quod interveniant verba ſolemnia ad conſtituendum, putà per ſtipulationem, vel in teſtamentum, vel codicillis, vel in contractu, vel in donatione b, & ſimil, *ut eſt text. Inſt. de ſerv. §. fina. & ibi not. & de hoc plene in* 8. *quæſt. princ.*

Ad

Digitized by Google

a Ad hoc autem, * ut quaſi poſſeſſio ſervitutis acquiratur, duo principaliter requiruntur. Primo uſus utentis ſervitute. Alterum, patientia alterius rem poſſidentis, quæ ſervitutem debet, *ut l. 1. §. fin. de ſervi. ruſtic. prædio*, quæ patientia non dicitur, niſi ſciat eum uti quaſi intendentem acquirere ſervitutem, *ff. ſi ſervit. vend. l. quod ſi forte. §. 1. ſecundum Inno. qui not. dicit in c. bonæ. el. 2. in gloſ. & in c. fin. extra de poſtul. præla. & ibi per Dd. & idem notat. alrc. in c. non eſt de conſuetu. lib 6. & vide de hac materia plene per eundem Innoc. in d. c. bonæ, in gl. quæritur. & in c. cum dictus in gl. recuperandæ extra de capel. mona. & in c. in literis, de reſtitut. ſpol. & pleniſſime per Bald. in l. 2. C. de ſervit. & plene per Flor. in d. l. ſervitutes*, ubi ponunt, & examinant, quomodo, & qualiter acquiratur quaſi poſſeſſio in juribus incorporalibus, ubi videre poteris per te.

ADDITIO.

a *Conditio*, Quæ ſint verba importantia conditionem, vide Alexan. *conſ.* 202, *in* 2. *col. §. nam dicta verba in* 1. *vol.* & quando verba poſſunt ſe habere ad conditionem, & modum, quomodo debeant potius capi, *conſ. etiam* 102. *in ea col. §. confirmo, quia & in* 4. *vol. conſ.* 40. ubi ponit quæ verba faciant conditionem.

b *Donatio.* Adde Alex. *conſ.* 25. *in fin. in* 2. *volum. & in* 3. *vol. conſil.* 53. *in ante penul. colum. verſic. venio ad ſecundum* Et quomodo ſtatutum loquens de donatione habeat locum in donatione ob cauſam, vel ſubmodo, *habes conſil,* 53. *in pen. & ult. col. & conſil.* 78. *in fin. in* 3. *volum.* Et an donatio inter virum, & uxorum firmetur juramento, vide Corn. *conſ.* 41. *in* 3. *volum.* & an valeat donatio facta per minorem cum juramento, *conſi. in dicto volumine.*

CAPUT XVIII.

Quæ impediunt ſervitutem conſtituendam.

1 *Locus ſacer, vel religioſus ſervitututem impedit.*

2 *Differentia inter ſervitutes ruſticas, & urbanas, in quibus conſiſtat?*

3 *Locus medius an ſervitutes impediat?*

Sed primò neceſſarium eſt intelligere quæ impediant conſtituendam ſervitutem.

Et * dicas quod locus medius aliquando impedit, *a* puta ſi eſt ſacer, vel religioſus, ut eſt text. *in l. ſervitutes, in fin. de ſervi. & eſt text. in l. ſi prius, §. ſed loco ſacro, de aqua pluviæ arcend. & notat. gloſſa in capite primo de obſervatione jejunii, & ibi per Canoniſtas, & dixi in præcedenti quæſtione principali.* Idem eſt, ſi locus publicus eſt medius, ſi per id quod debet in medio fieri, impeditur publici loci libertas, vel publicus uſus, ut ſi vellem de domo mea in domum tuam immittere trabem: corripiendo viam publicam, vel apponere ponticellum: vel ſi velim de fundo tuo ad meum deducere aquam, faciendo in via publica rivum: his caſibus ille locus publicus medius impedit ſervitutem conſtitui, niſi principaliter lege permittente, ut eſt text. *in d. l. ſi prius, §. fi. cum leg. ſeq. ſequenti, & notat. Bart. in l. fi.* vel niſi permittente, ſenatu ut, *l.* 2. 1 a

in

in princ. ne quid in loco pub. *& dixi ſupra in 3. quæſt. princ. verſicul. item Imperator.* vel niſi hoc mihi liceret ex lege municipali, vel à magiſtratu, cui hoc competeret ex forma ſtatuti, *ut l. prohibere § plane quod vi aut.clam. & not. Flor. in l. qui ſella. §. fin. de ſerv. ruſt. præd.* Item alius locus privatus impedit ſervitutem, quando ille locus eſt extranei, & in eo eſt aliquid faciendum, quouſque etiam in ille ſervitus acquiratur, *ut l. in tradendis §. interpoſitis communia prædio & l. loci corpus §. fin. ſi ſervit. ven.* Cæterum ſi medius locus ſit conſtituentis ſervitutem; vel etiam extranei ſint in illo, non eſt aliquid faciendum propter quod ſervitus impediatur, tunc locus ille medius non impedit ſervitutem conſtitui, *ut n. §. interpoſitis*: & ideo ſervitus eſſe poteſt in urbanis prædiis, etiam interpoſito medio prædio ſervitutem non debente: quia ſi habeo jus ſervitutis altius non tollendi, remotioris domus utilitas erit, donec prœdium meum extollatur, *ut eſt textus in l. & ideo ſi ſervitus, ven.* Eodem modo quod dictum eſt de loco ſacro, religioſo, & publico, medio impediente ſervitutem conſtitui: intellige quando in loco medio requiritur quod alipuid fiat, alias non impediretur, *ut d. §. interpoſitis ſecundum Flo. in d. l. qui ſella. §. fin.*

2 Et ideo * non videtur eſſe differentia, ſed ſolum in hoc conſiſtit differentia inter ſervitutes ruſticas, & urbanas. licet tex. *in l. qui ſella §. ſi tacitè,* videatur differentiam facere, & Azo. *in ſumma, C. de ſerv. § porro* quod dictum eſt, ſed revera non eſt differentia, an prædium meum impediat utilitatem venire de uno prædio ad aliud: quod contingit duobus concurrentibus. Primum, quod prædium meum non ſit conſtituentis ſervitutem. Secundum, quod ad uſum ſervientis aliquid ſit in eo faciendum, vel exercendum, quod fieri poteſt invito domino, *ut leg. invitum, eum leg. præced. in fin. de ſerv. urb. præd.* & tunc impedit conſtitui ſervitutem. Sed nil erat faciendum, vel ſi erat prædium intermedium tamen erat ejuſdem domini prædii dominantis, & etiam quia poteſt facere in illo prædio medio quidquid vult, non impedit ſervitutem conſtitui, quia non impedit utilitatem pervenire, *ut eſt text: in l. ſi cum ſervitus, ff. quemad. ſervit. amit. & in l. ſi ædes meæ. & in l. nemo enim de ſerv. urb. præd. & in l. ſi mihi, §. penult. & l. tria præd. de ſervit. urb. præd.*

3 Et de iſta * materia, an locus medius impediat ſervitutes, *vide per Bartol. in l. ſi prius §. fi. de aqua pluv. arc & per Flo, in d. l. qui ſella §. fin urb. præd. & per Paul. de Caſtr. in l. in tradentis, §. interpoſitis communia prædior. & per Dd. in §. æque. Inſtit. de actio. & per Canon, in cap. 1. de obſervatione jejunii.* Item impedit ſervitutem conſtituendam, quando aliqua eorum quæ ſunt neceſſaria ad ipſam deficiunt, *ut dictum eſt quæſt. præced. ubi videas.* Item quando id ex forma municipalis ſtatuti eſſet prohibitum: *pro hoc vide text. cum gl. & quod ibi nota. in l. qui luminibus de ſerv. urb. præd.*

ADDITIO.

a *Religioſi.* Adde Alex, *conſ.* 80. *in* 1. *colum. in* 6. *vol.* & Corn. *conſ.* 220. *in* 1. *vol.*

CAP.

Digitized by Google

CAPUT XIX.

Quomodo, & qualiter, & quando conſtituatur, & acquiratur, & retineatur ſervitus, & quæ ſervitutes dicantur habere cauſam perpetuam, ſeu continuam, quaſi continuam, ſeu quaſi perpetuam, & quæ cauſam diſcontinuam, & quanto tempore hujuſmodi ſervitutes præſcribantur?

1 *Servitus pactionibus, ſtipulationibus, teſtamentis, & contractibus, conſtituitur.*

2 *Servitutes multiplices ſunt, & quæ ſint ſervitutes habentes cauſam continuam, & quaſi continuam?*

3 *Servitutes habentes cauſam diſcontinuam, quæ ſint?*

4 *Servitutes quibus præſcribitur decem anno inter præſentes, & viginti inter abſentes, quæ dicantur?*

5 *Tempus, cujus non extat memoria in contrarium, quod dicatur, & quomodo probetur noviſſime?*

6 *Poſſeſſio 100. annor. quomodo probetur remiſſivè?*

7 *Venditio non probatur, etiam ſi poſſideretur res alicujus, vel uſuſfr. ejus eo ſciente, & patiente.*

8 *Poſitio allegantì titulum, quod titulum non habueris fieri poteſt.*

9 *Negativa quomodo probetur? remiſſivè.*

10 *Res dicuntur poſſideri, quando cauſam continuam habent.*

Octavò principaliter expedit examinare quomodo, & qualiter, & quando conſtituatur, & acquiratur, & retineatur ſervitus?

Et dic, * quod conſtituitur pactionibus, ſtipulationibus, & teſtamentis, & contractibus, *text. eſt cum gloſſ. Inſt. de ſervit. §. fin. & dixi ſupra in 6. quæſtione princip. verſ.* 12. *& eſt text. in l. poteſt etiam in teſtamento* 16. *com. præd. & l. binas ædes, de ſerv. urb. præd. cum ſimilib.* & voluntate partium conſtituitur ſervitus ab invitis: & invitus dicitur ille qui non conſentit expreſsè etiam ſi non contradicat, *ut l. invitum, de ſer. urban. prædio.* Ideoque licet vadam per prædium tuum, vel aliqua projiciam in tuo, te ſciente, & non contradicente, non ſtatim eſt ſervitus, niſi præſcribam, *ut l. 6. in fin. ff. eod. titul.* de qua præſcriptione ſtatim dicam, ſicut è contra in amittendis ſervitutibus dicitur: nam licet altius tollas me ſciente, non ſtatim domus tua eſt libera, *ut l. hæc autem jura. de ſervitut. urban. præd. & not. gloſſ. in dict. l. invitum.* Item conſtituitur & acquiritur ſervitus per conſuetudinem, *ut l. 1. §. pen. & fin. & ibi per gloſ. & Dd. de aqua plu. arcend.* Item acquiritur per præſcriptionem, *ut habetur per gloſſ. ordin. & mag. in hoc materia, in l. ſervitutes* 14. *la grande, digeſti de ſervitut. & ibi per omnes Dd. & per Azo. in ſumm. Codic. de ſervitut.* Item conſtituitur ſervitus per conſuetudinem, & habetur per gloſſ. & Dd. *in leg. 2. Codic. de ſer. & aqua per Dyn. in c. poſſeſſor malæ fidei, & in ſeq. de reg. jur. in 6. per Barto. in l. 1. §. denique de aqua plu. arc. & per Dd. in §. aquæ Inſt. de actio.*

Circa * quod primo eſt ſciendum, quod ſervitutes quædam dicuntur habere cauſam perpetuam, ſeu continuam 2

quædam quaſi perpetuam, ſeu quaſi continuam: quædam diſcontinuam, *ut not. per gloſſ. & Dd. in dicta lege ſervitutes, & habetur in l. foramen de ſerv. urban. præd. & in d. l. 2. Cod. de ſerv. & aqua.* Et dic, quod illa ſervitus dicitur habere cauſam continuam, & perpetuam, quæ ſemper eſt in uſu actuanter, & potentialiter, ut ſervitus aquæ ductus, & ſervitius altius non tollendi, & ſimiles. Quaſi continuam ſeu quaſi perpetuam cauſam dicitur illa ſervitus habere, quæ perpetuo ſeu continuo potentialiter ſed non actualiter eſt in uſu: ut eſt ſervitus ſtillicidii, vel ductus aquæ ex cœlo cadentis: *ut d. l. foramen de ſerv. urbanor. præd.* Et eſt ratio, quia in iſtis non requiritur ſemper factum hominis ad uſum ſervitutis, licet requiratur aliquando à princ. ad ipſam conſtituendam, ut in aquæ ductu: quia poſtquam aqua eſt derivata per rivum, vel canalem facto naturæ continuatur, & per ſeipſam ſemper fluit, & ita in ſervitute tigni injuncti vel oneris ferendi: nam poſtquam ſemel eſt immiſſum per ſeipſum continuatur. Item in quaſi perpetua, ſeu quaſi continua, ratio eſt: quia licet in illa non exerceatur ſemper: tamen eſt apta ſemper exerceri ſine facto hominis, ut in ſervitute ſtillicidii, quæ eſt reſpectu aquæ ex cælo cadentis, quia non ſemper pluit, ſed cum pluit per ſeipſam cadit, & ſtillicidium eſt ſemper aptum recipere aquam ſine facto hominis, poſtquam ſtillicidium factum eſt.

3 Diſcontinuam * vero cauſam illa ſervitus habere dicitur, quæ non eſt ſemper in uſu actualiter, nec potentialiter, ſed neceſſario requirit interpoſitionem quia in ſui uſu requirit factum hominis, quod non poteſt eſſe continuum, ut ſervitus itineris, viæ, & ſimilium. Nam homo non poteſt ſemper ire, vel ducere currum aut plauſtrum, *lege ſervitutes, 14. in principio de ſervitut.* Eſt iſtud, quod dixi de cauſa diſcontinua, procedit in ſervitutibus realibus, quæ à re rei debentur quia in iſtis ipſa res dicitur tales ſervitutes quaſi poſſidere mediante facto hominis, non autem facto ſuo, & ideo cum in iſtis realibus ubicumque factum hominis requiritur ad uſum & illud non poſſit ſemper eſſe continuam, ſequitur: quod illa res tales ſervitutes non continue poſſidet, & propterea dicuntur habere cauſam diſcontinuam. Sed ſecus eſt in ſervitutibus, vel perſonalibus juribus, quæ debentur à re perſonæ, ut eſt uſusfructus, uſus, juriſdictio, & ſimiles. Nam in iſtis, licet factum hominis requiratur, non ſolum ab initio, ſed etiam ex poſt facto, non tamen dicuntur habere cauſam diſcontinuam quia poſſunt animo poſſideri, ex quo perſonæ debentur, quæ habent animum; licet actus ſint diſcontinui, ut eleganter notat Bartolus *in l. juſte, §. non mutat. de uſucap. & ibi omnino dicas, & notat per Cyn. in leg. 2. in 6. quæſt. Cod. de ſer. & aqua. quod notatur pro hujuſmodi materiæ fundamento.*

His * itaque promiſſis dicas, ſi eſt ſervitus, quæ habeat perpetuam cauſam ſeu continuam, vel quaſi perpetuam, ſeu quaſi continuam; ex his duobus caſibus regulariter præſcribitur longo tempore, videlicet 10. ann. inter præſentes & 20. inter abſentes, exemplo verum immobilium, ut eſt tex. *in l. fin. C. de præſcript. longi temporis, & in l. 2. C. de ſer. & ibi hoc notat. per gloſ. & Dd. & idem notat. gl. ord. in d. l. ſervitutes & ibi per omnes Doctores, & per Azorium in ſumma, Codice de ſervitutibus, §. item conſtituitur,* 4

ſtituitur, & l. 2. in 5. q. eo tit. per Cyn. C. de ſer. & aqua. & in l. 2. in 5. q. eo titul. Sed ſi eſt ſervitus habens cauſam diſcontinuam, tunc regulariter non præſcribitur, ut eſt tex. in d. l. ſervitutes in princip. & ibi per Dd. in d. 5. & 6. q. ſed. illa regula fallit in multis caſibus primo, quando quis fuiſſet uſus jure ſervit. tanto tempore, in cujus contrarium memoria non exiſtit, l. hoc jure §. ductus aquæ. de aqua quoti. & æſti. ſecundum unum intellectum, ſcilicet quod ibi loquatur de hujus ſervitute, arg. l. 1. §. fi. & l. 2. §. antep. de aqua plu. arcen. & not. glo. mag. in ad l. ſervitutes de ſervit. & ibi omnes Dd. & not. gloſſ. in d. l. 2. & ibi per Dd. C. de ſer. Et pro hoc adduco text. in c. ſuper quibuſdam §. præterea extr. de verb. ſig. ubi habetur, quod tempus cujus non exſtat memoria in contrarium, habet vim. privilegii, & eſt text. in c. 1. in fin. de præſcript. lib. 6. ubi dicitur, quod dictum tempus habet vim, tit.

5 Quod * autem dicitur eſſe tantum tempus, cujus non extet memoria in contrarium a, & quomodo probetur, vide plenius per Innoc. in c. quod per novale & in c. veniens & ibi per Canoniſtas, de verb. ſig. per Cyn. in l. 2. in 9. q. quod de ſervit. & aqua per Bart. in l. 1. § Labeo. de aqua plu. arc. & per glo. & Dd. in l. arbiter, de prob. & per Flo. in d. l. ſervitut. in ult. charta circa. princ. & adde quod Cyn. tenuit in d. l. 2. 9. q. quod centum anni dicantur eſſe ſpatium tanti temporis, de quo non extet memoria. Idem tenuit Anton, de But, in c. veniens, in princ. ult. col. extra. de teſti. & Inno. etiam ibi circ. fi. 2. col. in ver. item dicunt quidam, quod ſi conſtet. & idem ſentit. Spec. in tit. de probat. in 2. parte & §. 1. verſ. quod ſi teſtes ad fi. illius verſi & idem tenet Bald. in d. l. 2. ad fin. 1. colum. C. de ſervit. & Cardin. Zaberel. in c. ſi diligenti. in fin. extra de præſcript. & not. per Dd. in juribus præallegatis.

Et * quomodo probetur poſſeſſio 100. ann. vide per Bald. in auth. quas actiones, in ult. in princip. Codice de ſacroſ. eccl. & vide gloſſa & quod ibi notatur in c. cum vobis, extr. de præſcript. Secundus caſus eſt, in quo fallit? quando utens allegaret ſeu habuiſſet titulum conceſſionis ab ipſo domino, & ſic ex aliquo titulo præcedenti dicat ſibi à domino fuiſſe ſervitutem conſtitutam, nec id poſſit probare per teſtes vel inſtrumenta, & in adminiculum ſuæ intentionis inducat conjectum, quia uſus eſt ſervitute prædii domino ſciente, & non contradicentes per 10. vel 20. annos, ſcil. per 10. inter præſentes, & 20. inter abſentes: quia præſumitur ſervitus conſtituta ex cauſa, quæ prætenditur præceſſiſſe, arg. l. 1. in fin. de aqua pluvia arcen. & l. cum de in rem. verſo ff. de uſuris ita ſingula dixit. gl. in ſervitutes la grande. 14. gloſſ. magna in fin. de ſervit. & gloſſ. in l. 1. §. fin. in verſi. quamdiu de aqua pluvia arcenda. Et idem ad literam dicit Azo. in ſumma Cod. de ſervit. §. Item conſtituuntur ſervitutes per conſuetudinem, & idem not. Innoc. in c. ſi diligenti extra. de præſc. & Io. And. & Dd. in c. pervenit de cen. & idem tenet Bart. & Flo. in d. l. ſervitutes, & Dd. Ang. de Are. inſtit. de action. §. æque. Et iſtam opinionem tenent communiter Dd. tam Legiſtæ, quam Canoniſtæ, ut dicit Paul. de Caſtr. in dicta leg. Servitute. Sed Petr. de Bellapert. Cyn. & Jacob, Butr. & Raii. de For in leg. ſi certis annis, Codic. de pact. & Ang. ibi in ſua repet. tenent con-

contrarium dicentes, quod *l. cum de in rem verſo.* loquitur in faciente, hoc eſt in ſolvente per 10. vel 20. annos: contra quem facilius præſumitur cum ci non ſit tantum imputandum. Et pro iſta diſtinctione bene facit quod not. Inno. *in c. olim. el. 3. ad fi. de reſtit. ſpol.* Item pro hac parte ego adduco hanc rationem. Nam ſi opi. gloſſ. & Dd. eſſet vera, lex quæ dicit quod requiratur tantum tempus, cujus non extet memoria in contrarium, eſſet impoſita potius verbis, quam rebus, contra *l. 2. C. communia de lega. & l. fi. Cod. de uſu, &c. commiſſa. §. porro de elect. in 6.* Nam quilibet qui fuiſſet in quaſi poſſeſſione per 10. vel 20., annos, ſemper allegaret titulum à domino: & ſic numquam haberet locum dicta lex, quæ requirit tantum tempus, quod non extet memoria in contrarium. Bar. autem *in dict. leg. ſervitutes,* conatur ſalvare glo. & dictam opin. communem, & reſpondet contrariis, dicens, quod in his quæ ſunt magni præjudicii, procedit opin. Pet. & aliorum ſequentium, quod non habeat locum *l. cum de in rem verſo.* ſicut eſt in acquiſitione dominii, vel partis ejus.

7 Nam * ſi poſſiderem rem tuam tanquam meam, per longum tempus, te ſciente, & patiente, vel etiam uſumfructum ejus, qui eſt pars dominii, *ut l. 4. de uſufruct.* & poſtea dicerem te mihi eam vendidiſſe, vel conceſſiſſe: non probaretur per hoc venditio, vel conceſſio, *facit. l. libertis, 1. de alim. & cib. leg. & l. nullo. Codic. de rei ven.* Sed in his quæ ſunt parvi præjudicii, ſicut ſunt ſervitutes prædiales, per quas non acquiritur dominium, nec pars ejus, & tunc procedit opin. gloſſ. & pro hoc *allegat. l. ſi filius C. de peti. hæred. & l. qui aliena. §. 1. de acquir. hæred & l. quam Tuberonis §. ſunt quædam ff. de pec.* Item pro hoc allegat gloſſ. ſimilem notat. *in l. pen. Communi divid.* ubi contra patientem præſumitur titulus diviſionis, qui eſt parvi præjudicii, *ut ibi notat.* Ad inconveniens quod dixi. videlicet quod lex videatur poſita verbis & non rebus non reſpondet, ſed poteſt dici ſecundum Paul. de Caſtr. *in d. l. ſervitutes,* quod illud tempus, cujus memoria non extat in contrarium, requiritur, quando adverſarius ignoraret. Si autem ſcit, & patitur, & tunc ſufficiat longum tempus, cum allegatione tituli, & iſto modo poteſt ſalvari communis opinio. Poſſet etiam aliter reſponderi, quia licet ſufficiat allegare titulum cum quaſi poſſeſſione longi temporis, & eſſet præſumptio juris & de jure: tamen contra eam admitteretur probatio in contrarium, per partis confeſſionem, *gl. eſt not. in authen. de æqualitate dot. §. illud. in verbo. ſcribat colum. 7.* & eſt alia ſimilis *in l. in contractibus in princ. verſ. nullo C. de non num. pecu.* & not. Dd. *in authen. ſed jam neceſſe de donatio. ante nupt.* & Canoniſtæ *in c. is quis fidem. de ſponſal.*

Et ideo * poſſet fieri poſitio alle- 8
ganti titul. quod non habuit titulum, ſed ſi confitetur, allegatio tituli ſibi non prodeſſet: ideo non credo, quod ſit præſumptio juris, & de jure, ſed juris tantum: ideo poſſet probari contrarium per alias probationes, *juxta not. in c. bonæ memoriæ Maguntini. de elect. & in l. actor. C. de proba.* & per hoc patet, quod lex, quæ requirit tantum tempus, cujus non extet memoria, non erit impoſita verbis quando confiteretur adverſarius, vel probaretur titulum non præceſſiſſe, vel quando adver-

adverſarius ignoraſſet allegantem titulum poſſediſſe. Teneas itaque opin. gloſſ. quæ eſt communis, & eam ſemper obſervari in practica vidi: & eamdem practicam vidi obſervari, quando quis non ſolvit decimam per tantum tempus, quod non extet memoria in contrarium: ſed iſtud non examino, & ad ejus probationem inducit poſſeſſionem, vel quaſi tanti temporis, quod non extet memoria in contrarium, ſed in hoc de decima eſt magis dubium quia tractatur de magno præjudicio: ſed in hoc plus eſt quam in præcedenti caſu: quia allegatur non tempus longum, ſed tempus quod non extat memoria in contrarium. Sed iſtud non examino, quia eſt longa materia, *de qua vide in c. 2. de præſcript. lib. 6. & in c. ſuper. quibuſdam §. præterea de verbor. ſignifi.* Sit ergo cautus ille, qui eſt uſus aliquo ſervitu. jure diſcontinuo, ut ſemper alleget titulum aliquem habilem ad conſtituendam ſervitutem ſibi & probet ſe uſum fuiſſe illo jure ſervitutis per decem annos inter præſentes, & 20. inter abſentes ſciente adverſario & patiente & obtinebit: & ſit etiam cautus in hoc, ut alleget ſe titulum habere ab adverſario, qui poſſit ſervitutem imponere rei: nec alleget ſe titulum habere a quodam tertio, quia hoc non ſufficeret: ſcientia enim & patientia non domini, non faciet reſultare præſumptionem in facto alieno, ſed in facto proprio, ſi ſecundum Paulum de Caſtr. *in l. ſervit. de ſervit.* qui hoc declarat, & bene. E contra ſi cautus etiam adverſarius, ut quærat propoſitiones, vel aliter habere confeſſionem ab altera parte, ſcilicet quod nullum titul. habeat ab ipſo, vel ab alio qui ſervitutem imponere potuerit, vel ſi non poteſt habere confeſſionem, quærat probare contrarium, coarctando dictum titul. ad certum locum & tempus, *juxta no. in l. actor. C. de proba. & in d. c. bonæ. de elect.*

Ubi habetur, * quomodo probetur negativa, quia ſi allegans tit. confitebitur ſe non habere, vel etiam probaretur, illa allegatio titul. ſibi prodeſſet. Et hæc tene menti perpetuo? quia ſunt utilia, & non ita bene declarata alibi reperies. Tertius caſus in quo fallit dicta regula, eſt quando quis probaret ſe habere verum titulum à tertio, nam tunc ſervitus, etiam ſi haberet cauſam diſcontinuam, acquiretur longo tempore, videlicet 10. annis inter præſentes & 20. inter abſentes, *b per text. in. l. fin. C. de præſcript. long. tem. & per l. ſi ego* 12. §. 1. *ibi, item ruſticorum. de Pub.* quod eſt ſingulare, ſecundum Paul. de Caſtr. *in d. l. ſervitutes de ſervi.* Debet ergo illa regula intelligi quando quis non habebat verum titulum à tertio. Et quod dixi verum titulum debere probari, quia non ſufficere ipſum tantum allegare: uſus enim longi temporis non poſſet operari duo ſpecialia, ſcilicet quod faceret præſumi titulum ab extraneo, & ultra hoc quod ſufficiat longum tempus cum tali titulo allegato, ubi alias requireretur tantum, cujus non eſſet memoria in contrarium, *per not. in l.* 1. *C. de dot. promiſſ. cum ſimi.* quia non accedit in titulo allegato à domino adverſario, ſeu ab illo qui ſervitutem, imponere potuit, quia uſus longi temporis etiam hoc caſu inducit unum ſpeciale tantum, ſcilicet probationem tituli, qua facta, ſufficit ne aliud tempus requiratur quaſi poſſeſſionis ad præſcribendum, ex qua præſcriptione juris probatus eſt titulus ejus qui ſervitutem imponere b

imponere poſſet, & immediate conſtituere, *arg. l. ſequitur §. lana de uſucap.* Quartus caſus & ultimus eſt, in quo fallit dicta regula, ſecundum Paul. de Caſtr. *in d. l. ſervi in fin.* ſcilicet in ſervitutibus perſonalibus, quæ debentur à re perſonæ, ut uſusfructus, uſus, juriſdictio, & ſimil. quia licet ad eorum uſum requiratur factum hominis, tamen non dicuntur habere cauſam diſcontinuam: quia animo poſſideri poſſunt, qui continuus eſt licet actus hominis ſint diſcontinui: ideo longo tempore præſcribuntur, cum titulo, tamen verò: quia habet ſimilitudinem cum domino, quod longo tempore non præſcribitur ſine titulo, *eſt caſus in l. fin. circa fin. C. de præſcript long. temp. & l. ſi ego, §. fin de Publ. & no. in l. juſto. §. non mutat ff. de uſuca.* & intellige de titulo habito à non domino; non autem é domino: quia tunc non eſſet opus præſcriptione, *ut l. clavibus de contrah. emp. juncta d. l. ſequitur. §. lana de uſucap.* ſine titulo vero præſcriberet longiſſimo tempore, *ut no. Cy. in l. 2. in 6. C. de ſerv.*

10 Sed prædicta * regula procedit in ſervitutibus realibus & prædialibus, quæ à re rei debentur: quæ res dicuntur poſſideri: quando habent cauſam continuam, *ut l. qui fundum ff. quem. adm. ſer. amit.* ſed ille habens cauſam diſcontinuam, non poteſt dici, quod continue poſſideat, nec per actum hominis: quia ille non eſt nec poteſt eſſe continuus; nec per animum, cum res animum non habeat, *ut dixi ſupra in illa q. quando dicatur ſervitus habere cauſam diſcontinuam.* Iſta autem non eſt proprie fallentia à dicta regula, quæ de ſervitute habente cauſam diſcontinuam loquitur: quoniam ſervitutes perſonales dicuntur habere cauſam continuam & perpetuam: *ut dixi* & licet videatur, quod poſſit dici fallentia reſpectu actus hominis, qui requiritur in ſervitute perſonali, & tamen præſcribitur longo tempore: quod non eſt in ſervitute reali, quæ factum hominis requirit. & eſt diſcontinua: quia longum tempus non ſufficit: tamen dico, quod etiam hoc caſu non eſt proprie fallentia: quia in iſta ſervitute perſonali requiritur tit. à non domino, *ut dixi*, quod ſi interveniſſet in ſervitute reali habente cauſam diſcontinuam, idem eſſet: quia etiam longo tempore præſcriberetur, *ut dixi in tertio caſu præcedenti*, & ſic in effectu quantum ad tempus præſcribendi, non videtur eſſe differentia inter ſervitutem habentem cauſam diſcontinuam, & ſervitutem perſonalem habentem cauſam continuam; quia in utraque ſufficit titulus à non domino cum poſſeſſione, vel quaſi longi temporis. Sed ubi non interveniſſet tit. bene eſſet differentia, quia in ſervitute reali regulariter non præſcribitur, niſi per tantum tempus, quod non extet memoria in contrarium, ſed in ſervitute perſonali ſufficerent 30. anni, quod eſt longiſſimum tempus, *ut not. Cyn. in l. 2. in 6. q. C. de ſervitutib. & aqua & ſupra dixi*, quæ omnia benè not.

ADDITIO.

a *Memoria in contrarium.* An tempus 100. ann. dicantur tantum tempus, cujus in contrarium memoria non exiſtit & an uſu tanti temporis vim habeat conceſſionis & privilegii *Alex. 5. vol. in conſ. 16 in 2 colum. in verſ. ſecundo principaliter, & in conſil.* 24 & ibi, an illud tempus ſufficiat ad præſcribendum merum imperium.

b *Abſentes.* Adde Corneum *conſil.* 35. *incipiente.* In *hac.* Et præſens in civitate ſua quis præſumitur eſſe, & non præſumitur abſentia *conſil.* 50. Et an abſens dicatur ille, qui non eſt præſens in judicio, *conſ.* 58. *in* 2. *vol.* Et quis dicatur abſens, vide Alex. *in* 5. *vol. conſ.* 100. *in* 4. *col. in princ.*

CAPUT XX.

Quot ſunt neceſſaria ad inducendam præſcriptionem in ſervitutibus habentibus cauſam continuam, vel quaſi, an requiratur titulus & bona fides, & an de jure inter jus canonicum & civile ſit differentia in præſcriptionibus, & an ſervitus poſſit conſtitui ſub conditione, & duplici conditione, videlicet extincta & inceptiva.

1 *Servitutis ad præſcriptionem quot neceſſaria ſint?*
2 *Bona fides in præſcriptionibus an præſumatur?*
3 *Bona fides in quibus caſibus allegari debeat?*
4 *Bona fides an in libertate præſcribenda requiratur?*
5 *Præſcriptione quomodo ſcientia & patientia adverſarii requiratur.*
6 *Servitutibus in præſcribendis an titulus requiratur?*
7 *Præſcriptio contra eccleſiam omnino titulum requirit.*
8 *In ſervitutum & jurium incorporalium præſcriptione ſeptem requiruntur.*
9 *Interruptio naturalis longiſſimi temporis in juribus incorporalibus præſcriptionem impedit.*
10 *Servitutes non conſtituuntur, ut aliquid in tuo facias.*
11 *Præſcriptio quandoque plus poteſt, quam pactum.*
12 *Ire per civitates & domos alienas licitum non eſt.*
13 *Servitutes reales & prædiales ipſo jure non recipiunt certum tempus ex parte ante ad originem impediendam, ſed conditionem.*
14 *In jure corporali quomodo quis tradere teneatur.*

Dictum eſt ſupra, quod ſervitus habens cauſam perpetuam, vel continuam, vel quaſi, præſcribitur longo tempore.

Sed * quot ſunt neceſſaria ad d. præ- 1
ſcriptionem *a*? Dic plura. Primum, a
quod volens præſcribere fuerit uſus jure ſervitutis ſcilicet eo animo, ut poſſit ut jure ſuo adverſario invito, non jure amicitiæ vel familiaritatis, quia tunc numquam præſcriberet *l. fin. l. & not. quemadmod. ſervit. amit. & l. qui jure familiaritatis de acquirend. poſſeſſ.* & ideo ſi tranſivit quis per fundum tuum longo tempore per aliam viam ibi exiſtentem: *a* quam publicem eſſe credebat, & cuilibet liceret per eam tranſire, non acquirit ſervitutem. etiam ſi tanto tempore fuiſſet, cujus in contrarium memoria non exiſtit, nec acquirit interdictum, de itinere actuque privat. in ipſa ſervitute habenda ut eleganter not. Paul. de Caſtr. *in d. l. fin,* qualiter autem probetur, quod quis fuerit uſus jure ſuo, ſeu jure ſervitutis, plene habetur per glo. Bart. & Dd. *in l.* 1. §. 2. *de itinere actuque privat.* & per Innot. & Dd. *in cap. bonæ el.* 2. *de poſtulat. prælat. & de cauſa poſſ. & propr. c. cum Eccleſ. in ver. affuiſſe,*

fuiſſe, & per Bart. & Dd. *in d. l. qui jure familiaritatis.* & per Flor. & Dd. *in l. ſervi de ſer. &c.* Secundum, quod requiritur bona fides, quia credebat ſibi ſervitutem competere, *ut not. gloſſ. in d. l. fin. & in l. 2. C. de ſervitut.* quod verum eſt, ſi vult præſcribere longo tempore, ſecus ſi longiſſimo puta 30. vel 40. annorum: quia de jure Digeſt. & Cod. etiam ſine bona fide poterat præſcribi, ſicut dominium, *per l. ſicut de præſcript. 30. annorum.* & not. Cyn. ſecundum Pet. *in l. 2. in ſexta quæſt. C. de ſervit.* hodie vero de jure Canonico nullo modo poteſt, *ut in c. fin. extra de præſcript. & in c. poſſeſſor. malæ fidei, lib. 6.* Sed advertendum quia ubi conſtat vere de mala fide, procedunt prædicta. Sed ubi eſſet præſumpta mala fides tantum, tunc poſt 20. annos talis præſumptio malæ fidei non poteſt allegari, caſus eſt not. & ibi hoc not. Barto. quia ita dicit intelligi *in l. fin. C. unde vi* & idem not. Ant. de Butr. *in c. ſæpe in 5. col. verſ. item hoc verum. extr. de reſtitut. ſpol.*

2 Numquid * autem in dubio bona fides præſumatur? videtur quod ſic, *per l. pen. C. de evictio. & per l. ſi fund. C. de rei vend.* Dicas in hoc, quod ſi quis poſſedit cum titulo, regulariter præſumitur bona fides, niſi probaretur contrarium: quod fallit, quando titul. eſſet improbatus à lege, quia tunc ſemper præſumitur mala fides, *tex. eſt not. in l. quemad. ver. malæ fidei, C. de agri. & ſenſi.* & ibi hoc not. Bar. quem omnino vide. Item fallit, quando fuiſſet ei denunciatum ne emeret, *ut d. l. ſi fundum C. de rei vend.* item fallit, ſi coram aliquibus dixiſſet, ſe ſciviſſe rem eſſe alienam. Item ſi de hoc erat fama in vicinia, & ipſe erat vicinus, *ut not. Bart. in l. Celſus in penult. col. de uſuca.* Item ſi procuravit habere titulum, *ut not. ſingulariter Bal. ſecundum Odoſ. in l. quoties, C. de rei vend.* ſed ſi quis poſſideat, vel quaſi ſine titulo, tunc regulariter præſumitur mala fides, *ut not. in l. fin. Cod. unde vi.* Item ſi quis ſciebat fundum alienum eſſe, nec habebat aliquem titulum conceſſionis ſervitutis, præſumitur mala fides: quia ſciebat vel ſcire debebat, non poſſe uti illo fundo ſine licentia domini. Requiritur ergo, quod credat ſe habere ſervitutem, qua utitur, licet revera non habeat: ſed erravit in facto, quia forte audiverat à patre ſuo hoc dici, vel erat publica vox in vicinia, nam hoc tribueret, juſtam cauſam credendi, & ſic bonam fidem, *ut not. Bald. in d. l. Celſus in 2. col. & in l. 1. §. hoc interdicto. in 3. col. de iti. act. privat. & Bald. in l. indicia ver. ergo quæro. C. de rei vend.*

Adverte tamen, * quia licet aliquando bona fides præſumatur *b*: tamen in caſibus, in quibus requiritur non ſufficit quod præſumatur, ſed ipſa debet deduci & allegari. 3 b *ut eſt caſus ſign. in l. ſi adulterium cum inceſtus, §. idem Pollioni, de adult. ſecundum Ange in l. eum qui §. fin. de Publ.* & vide ad hoc Bart. *in l. cum quidam in ult. colum. in princ. ſi cert. pet.* ubi dicit, quod ſuper non allegatis non cadit præſumptio, & idem not. Bal. *in l. ſi certis annis. in 5. col. C. de pact. quod bene not. in pact.* quia vide multos errare hoc non perpendentes. Et quod dixi de bona fide, intellige quod requiritur in ſervitute præſcribenda.

Sed * numquid in libertate præſcribenda requiratur bona fides? 4 *vide per gloſſ. ordin. in l. fin. quemadmodum ſer. amit. & ibi per Dd.* & dicit quod in præſcri-

præſcribenda libertate perſonali requiritur bona fides, *l. 1. C. de præſcript. long. temp. quæ pro libertate comp.* Sed in præſcribenda libertate diſtingue. Aut loquimur de libertate rei urbanæ, & requiritur bona fides *l. hoc autem jura de ſervit urban. prædio* Aut rei ruſticæ, & non requiritur bona fides, *l. penult. Cod. de ſervit.* Et ratio diverſitatis eſt, quia in ſcribendâ libertate requiritur factum, & uſus præſcribentis, & ideo non mirum, ſi ejus bona fides requiritur, ſed in realibus non requiritur aliquod factum hominis præſcribentis, ſed ſola negligentia ex parte admittentis, ideo non conſideratur in admittendo bona fides adverſarii, *ut not. in d. l. fin. & in d. l. 2. Cod. de ſervitut. & dicam infra plenius in decima & ult. quæſtion. princip.* Tertium quod requiritur in iſta præſcriptione, eſt quod quis fuerit uſus longo tempore, videlicet 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes, *ut not. in l. ſervitutes, ff. de ſervit. & in l. 2. Cod. eod. titul. & ſupra dixi*, quod eſt verum in prædio privati, ſed in prædio Eccleſiæ requiritur tempus 40. annor. ſicut in præſcriptione dominii rerum Eccleſiæ, *ut voluit Innoc. in cap. diligenti, de præſcript. & Dd. Canoniſt. in cap. pervenit de cenſibus & ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. ſervitut.* circa quod adde quod dicam infra, verſic. ſed contra hoc opponitur. Quartum quod requiritur, eſt quod uſus fuerit ſciente adverſario, *l. 2. C. de ſerv. & ibi per gloſſ. & Dd.* & etiam eo patiente, *l. quoties, 15. §. 1. ff. de ſervit.* & in iſta ſcientia & patientia conſiſtit quaſi poſſeſſio jurium incorporalium. Quod limita principaliter duobus modis.

5 Primò, ſcilicet, * ut ſcientia & patientia adverſarii requiratur, volendo præſcribere longo tempore, ſed ſi longiſſimo, ſcilicet 30. vel 40. annis ſecus: nam tunc non requiritur ſcientia, nec patientia adverſarii, ſicut enim operatur titulus, ut poſſim præſcribere adverſario ignorante vel non patiente, ita etiam operatur longiſſimum tempus, quando titulus non intervenit, ut ſingulariter dicit Paul. de Caſtr. *in l. 2. Cod. de ſervit.* Secundo fallit, quando præſcribens haberet titulum à quodam tertio, qui tamquam dominus illius fundi, conceſſiſſet ſervitutem illius fundi, cum non poſſet, tunc præſcribitur etiam ignorante vero Domino, ſicut præſcriberet Dominus ipſius rei, *l. final. Cod. de præſcript. long. tempor.* & hoc voluit expreſſe Petr. ut refert Byn. *in l. 2. Cod. de ſervit.* dum loquitur in ſervitute formata, qua quis habet titulum, & hoc etiam ſequitur Paul. de Caſtr. *in d. l. 2. & in d. l. ſervitutes*, quæ dicit, quod de hoc eſt text. *in l. ſi ego, §. 1. de Publi.* in alternativâ, quæ ponitur ibi, dum dicit, quod per traditionem conſiſtit, vel per patientiam. Nam per traditionem dicitur conſtituta, quando habet titulum à tertio, & non videtur requiri patientia Domini, & dum ſubdit, per patientiam, loquitur quando non habebat titulum, quo caſu bene requiritur, & iſta eſt ſingularis limitatio ad illud quod communiter dici ſolet, quod in juribus incorporalibus non eſt dare quaſi poſſeſſionem: niſi per ſcientiam & patientiam Domini, quod contingere poteſt in multis, ut in paſcuis, & aquæductibus, & juriſdictionibus, & jure piſcandi, de quibus quotidie oriuntur lites in partibus iſtis, & pauci ſunt qui hoc advertunt, quia communiter dicitur, quod quis non poſſet in his, præſcribere, niſi cum ſcientia & patientia adverſarii, & hoc debet probare. Sed

Digitized by Google

tu adverte an habeat titulum *c*, vel non: quia ſi habet titulum, non eſt opus probare ſcientiam, vel patientiam, ſecundum Paul, de Caſtr. *in d. l. ſervit. de ſervit.* quod ſingulariter tene menti.

6 Sed * numquid requiratur titulus in iſtis ſervitutibus præſcribendis; Dicas breviter, quod non, *ut eſt caſus in l. ſi quis diuturno. & ibi gl. & Dd. ff. ſi ſerv. vend. & not. per gl. in d. l. ſerv. & in d. l. 2. C. de ſerv. & ibi per omnes Dd. & not. gl. in l. 1. §. fin. in verſ. quamdiu. de aqua plu. & Bart. in l. fin. quemad. ſerv. amit.* & idem no. expreſſe Innocen. *in cap. ſi diligenti, de præſcrip.* & iſtud teneas, licet aliqui dixerint, quod requiratur ſaltem allegatio tituli. & not. bene. Iſtud tamen fallit in uſufructu & prædiis Eccleſiæ, ut ſtatim dicam, & intellige de titulo non ſolum habito à domino prædii ſervientis, nam de illo dubium non eſt, quod requiritur ad præſcribendum, quia ſi à vero domino titulus haberetur, ſtatim ſervitus acquiſita eſſet, & non eſſet neceſſaria præſcriptio, *l. ſequitur, §. lana. de uſucap.* ſed intelligo etiam de titulo habito à quodam tertio, puta quia Titius tamquam dominus prædii tui, cum non eſſet, conceſſit mihi ſervitutem in eo, & ego credens ipſum dominum eſſe, forte quia poſſidebat, fui uſus ſervitute longo tempore, te ſciente, & patiente ratione illius conceſſionis, nam etiam talis titulus non requiritur ad præſcribendum talem ſervitutem realem. Et ratio, quia in ſervitutibus & juribus incorporalibus titulus non requiritur, ſed incorporalibus ſic, ut eſt iſte, quia iſtæ ſervitutes reales quæruntur rei, quæ ſibi non poteſt de titulo providere, ſed alia jura incorporalia quæruntur perſonæ, quæ ſibi de titulo providere potuit, & iſta fuit ratio Pet. Item eſt & alia ratio, quia in corporalibus agitur de majori præjudicio, ſcilicet de acquiſitione dominii; quam in corporalibus: quia tunc ſola res afficitur, & ejus tantum conditio gravatur, & hæc fuit ratio Dyn, *in cap. 2. de reg. jur. lib. 6.* quam ſequitur Cyn. *in l. 2. in 5. quæſt. C. de ſerv.* & videtur mihi verior, & ideo in præſcribenda ſervitute uſusfructus, requiritur titulus, cum uſusfructus ſit pars domini, *l. 4. de uſufruct.* & per conſequens in eo præſcribendo tractetur de magno præjudicio ad ſimilitudinem præſcriptionis rerum corporalium. Sed contra hæc opp. & imo videtur, quod in præſcribenda ſervitute verus titulus requiritur, nam ille qui ſervitutem præſcribit, habet contra ſe diſpoſitionem juris communis: quoniam omne præſumitur liberum, niſi probetur habere ſervitutem: *l. altius, 8. C. de ſervit.* ergo videtur, quod non ſolum allegatio, ſed etiam tituli probatio ſit neceſſaria, *per cap. 1. de præſcript. lib. 6. Innoc. in cap. diligenti, de præſcrip.* ſolvit hoc contrarium, quod non dicitur contra ſe habere jus commune qui præſcribit ſervitutem: quia jus non prohibet quem habere ſervitutem in prædio alieno, ſed tunc dicitur habere jus commune contra ſe, puta ſi unus epiſcopus exercet juriſdict. in diœceſi alterius epiſcopi, dicit Paul. de Caſt. *in d. l. ſerv.* quod non comprehendit, quid ſit hoc dicere: quia verum eſt, quod in prædio alieno non prohibetur habere ſervitutem volente & conſentiente domino, ſed eo nolente ſic, & eodem modo unus epiſcopus volente alio epiſcopo unde dicit ipſe, quod *c. 1. de præſcriptio. in 6.* loquitur de præſcriptionibus currentibus contra Eccleſiam, vel res Eccleſiæ, ſecus contra privatum,

Et

7 Et ideo ipſo concludit, * quod qui vult præſcribere ſervitutem in prædio Eccleſiæ, cum habeat contra ſe jus commune, neceſſe eſt ut habeat titulum ſaltem à non domino: vel etiam à domino titulum utilem: *juxta quæ habentur in c. quarta. de praſcrip.* quia ſi eſſet utilis, non eſſet neceſſaria præſcriptio, *l. ſequitur*, §. *lana. de uſucapio. quod. not. pro limitatione l. ſi quis diuturno. ſi ſervit. vind.* Poteſt etiam dici, quod Innoc. bene ſolvit, quia volens ſervitutem præſcribere, non habet jus commune contra ſe, quia eſt præter jus commune, & tunc diceretur contra jus commune, quando expreſſe prohiberet præſcriptionem *ut not. in dict. cap. 1. de præſcrip. in 6.* Quintum quod requiritur ad præſcribendam ſervitutem, quando eſt negativa, ut ſervitus altius non tollendi, ſcilicet prohibito uſus, *ut not. gloſſ. in l. qui luminibus de ſervit. urb. præd:* & *in l. 1. Cod. de ſervit.* & *gloſſ. 3. in c. abbate de verb. ſign.* & *Dyn. in l. prius de nov. operis nunc.* Et ideo in iſtis ſervitutibus quæ conſiſtunt in prohibendo, ut eſt ſervitus altius non tollendi, non acquiritur quaſi poſſeſſio, niſi per prohibitionem ex parte prætendentis ſervitutem, & patientiam adverſarii. Sed in his, quæ fiunt in faciendo, ut aquæ ductus, & ſimil, non requiritur prohitio, ſed uſus & patientia adverſarii, quia in his conſiſtunt quaſi poſſeſſio; & in prædictis negativis ſervitutibus ſuficit unus tantum actus prohibitionis ad hoc, ut quæratur iſta quaſi poſſeſſio, putà ne altius tollas, vel per fundum vadas, *ut ſentit gl. in leg. 1. C. de ſerv.* Sed in affirmativis, ut eundi per fundum, vel aquam ducendi. Dic quod ſi ſunt tales in quibus poſſit eſſe uſus per modum facultatis & familiaritatis, ut itineris, quia permiſſum eſt ire per fundum tuum donec prohibearis, *ut l. Divus 16. de ſerv. præd. ruſt.* & tunc requiritur, quod fuerit ſaltem 30. diebus, ad hoc ut conſtituatur in quaſi poſſeſſione, *ut l. 1.* §. & *ibi Bart. de itiner. actuque privat.* Sed ſi non poteſt in eis eſſe uſus ratione familiaritatis, putà ducere aquam per fundum tuum: in iſta quaſi poſſeſſione quærenda, etiam unicus actus ſufficit: *ut in l. 1.* §. *quod autem, de aqua quotid.* & *æſti.* & ita tenet Petr. & Cyn. *in d. l. 2. in 6. quaſt.* C. *de ſervit* & Barth. *in l. 1. eod. tit.* & Bald. *in d. l. 2.* & Flo. *in l. ſervitutes*, *ff. de ſervit.* quod bene not. Sextum quod requiritur, eſt tempus ſcilic. longum, quando ſervitus habet cauſam continuam, vel quaſi: ſed ſi habet cauſam diſcontinuam regulariter requiritur tantum tempus, cujus non extet memoria in contrarium, de quo dic ut plenius dixi *in princ. hujus* 8. *q. princ.* Septimum, & ultimum requiritur, præſcribens ſit dominus fundi, cui ſervitus eſt acquirenda, completa præſcriptione, alias, ſi eſſet ſimplex poſſeſſor, ſic ut non poſſet ei fundum acquirere per pactum: *dixi ſupra in quæſt. 4. princ.* ita per præſcriptionem, ſic ut nec poſſet ſervitutem imponere etiam ſi partem domini in fundo haberet: *ut l. pro parte, de ſervitut.* licet aliquando plus poſſit præſcriptio quam pactum, *ut gl. not. in l. 1. famil. hercisc.* & *in l. ſed ſi inter me. de ſervit. urban. præd.* & *in prædictis juribus not.*

Ex * prædictis autem collige ſecundum Flor. *in d. l. ſervitut* ſeptem ſpecialia in iſta præſcriptione ſervitutum, & jurium incorporalium. Primum eſt, quod non requiritur vera poſſeſſio ſed quaſi, quia juria incorporalia non poſſunt poſſideri, *ut l. ſerv.* §. 8

in-

incorporales, de acq. rer. domini Secundum quod procedit contra poſſidentem: *ut habetur Inſt. de act. §. æquè*, quod non eſt in rebus corporalibus *ut ibi; & l. 2. Cod. de præſcript.* 30. *ann. not. per gloſſ. in l.* 1. *in fin. eod. de ſervo fugi & ibi per Dd.* Tertium, quia non requiritur titulus, *leg. ſi quis diuturno, Digeſtis ſi ſerv. vendi. & ſupra dixi*, ergo ſufficit etiam non ſolemnis, ut habetur *in l. poſt. mortem de adoptio.* facit ad hoc gloſſ. notab. *in l. vinum. in gloſſ. magna, in fin. ſi certum pet.* Quartum, quia requiritur ſcientia ejus contra quem præſcribi-
b tur *b, l. 2. Codice de ſervit.* Quintum, quia requiritur etiam adverſarii patientia *l. quoties*, 20. *de ſervitut.* Sextum, quia aliquando requiritur prohibitio pro adipiſcenda quaſi poſſeſſione: eo quia non cadit aliquis actus alius corporalis pro ea adipiſcenda, qui ſit conformis juri quærendo, niſi prohibitio, ut dixi ſupra in verſic quintum, quod requiritur ad præſcribendam ſervitutem. Septimum, quia præſcriptio longi temporis in iſtis corporalibus interrumpetur per ſolam miſſionem executoris, licet ſecus ſit in corporalibus, *ut Cod. de rei vend. l. motæ litis, & hoc voluit ſingul. gloſſ. ſub. dubio tamen forte, in l.* 1. *gloſſ.* 3. *in fin. C. de ſervitut.* Sed Barthol. limitat hæc procedere, quando præſcribens non habet titulum: quia tunc ſolum ex negligentia non potentis cauſatur ideo inſurgente vigilantiâ impeditur, *Codice præſcript.* 30. *annor. l. ſicut.* ſed ſi haberet titulum, non ſufficeret ſola miſſio executoris, quia illa non cauſatur ex ſola negligentia, *ut habetur in d. l. ſicut.*, & hoc procedit de jure civili, ſed de jure canonico ſecus, quia omnis præſcriptio de jure cano. impeditur per ſolam miſſionem executoris, Ratio quia ſuperveniens mala fides etiam ſine aliquo judicio præſcriptionem impedit, *c. fin. & ibi notat. de præſcript. poſſeſſor. malæ fidei, de regul. jur. lib.* 6. & hoc tenet Bald. *in l. 2. C. de ſervit. in verſic. ulterius quæritur*, numquid præſcriptio, quem ſequitur Angel. de Aret. *Inſtitut. de actio. §. æque* teneo quod illud ſervandum eſſet in foro civili *juxta not. in dic. fin.*

Naturalis * autem interruptio impedit præſcriptionem etiam longiſſi- 9
mi temporis in iſtis corporalibus, *l. ſervitutes & l. 2. Codice eodem tit.* & hoc facit contra eum, qui vult præſcribere molendini clauſam, quam curſus aquarum ſemper interrumpit, ut non videatur præſcribere, quia perditur poſſeſſio, quod eſt verum, ſi deſtruatur in totum, vel pro majori parte, alias ſecus *argument. l. domum. de contrahend. emp.* & tenet Baldus & Angel. *in d. l. ſervitut.* quod notandum eſt. Et per hæc expeditus eſt unus modus acquirendi ſervitutem per præſcriptionem, ac etiam perfecte expedita eſt materia præſciptionis, in acquiſitione ſervitutum. De præſcriptione autem in ſervitute admittenda, dicam *in decima & ultim. quæſt.* Item conſtituuntur etiam omnes ſervitutes non per traditionem veram, quia incorporalia non recipiunt traditionem *ad acquirend. rer. dom. l. ſervus, §. incorporalia*, ſed quaſi traditionem, quæ fit per ſcientiam & patientiam Domini; ipſo me ducente in poſſeſſionem, unde etiam cavet, quod me non impediat utentem *l. 1. §. final. ff. de ſeru. præd. ruſt. de act. emp. l. ratio. §. ſi inter de ſerv. l. quoties.* 20. de iſta cautione habetur, *in l. harum, & l. egi ſi ſervit. vend.*

Item * conſtituuntur ſervitutes, ut 10
patiaris me uti ſervitute per prædium tuum

tuum, non autem conſtituuntur: ut tu aliquid non facias in tuo, putà ne eas per fundum tuum, neve ibi conſiſtas, neque eo fruaris, ſi concederes mihi jus tibi non eſſe in fundo tuo aquam quærere minuenda aquæ meæ gratia: *u. l. quoties*, 15. *de ſervit. in prin.* nec etiam conſtituuntur, ut tu aliquid facias in tuo, putà viridaria tollas, amœniorem reſpectum præſtes, vel in tuo pingas *ut d. l. quoties*, 15. §. *eo ſalvo*, quod in ſervitute oneris ferendi dicitur, ut is debeat ſuſtinere parietem vel columnam, qui debet ſervitutem oneris ferendi in pariete vel columna ſua, *ut l. eum debere columnam, de ſerv. urban. præd. & l. ſicutis*, §. 1. §. *diſtant. ſi ſervi. vend. & dixi ſupr. in* 1. *q. prin. in prima natura ſervitutum.* Item ſervitutes conſtituuntur in fundo ſimpliciter quo caſu totus fundus ſervitute afficitur, ut per quamlibet ejus partem ire, agere liceat, *l. ſi cui, de ſerv. & l. ſi mihi conceſſeris, cum l. ſeq. l. ſi viæ, de ſer. ruſt. præd.* niſi domino prædii certus locus ſervitutis deſignetur, *ut l. nam ſatis eſt*, 6. §. *ſed ſi is fundus quemadm. ſer. amit.* quo dic, *ut dicam in* 2. *q. princ.* Item omnes ſervitutes conſtitui poſſunt ad partem prædii diviſam: *ut l. ad ceream. de ſer. & not. in l. pro parte, ff. de ſervit.* non autem ad partem indiviſam *ut eſt text. cum gl. in d. l. pro parte & l. ut pomum*, §. 1. *eo. t. & l.* 3. *in princip. de ſervit. leg. l.* 3. *quis partem. C. commun. præd.* Conſtituta autem ſervitute meo prædio, ſi nanciſcor ejus dominium pro parte indiviſa, pro ea parte ſervitus extinguitur, & pro alia remanet, *d. l. ut pomum*, §. 1. ſin autem non eſt conſtituta in toto prædio, ſed tantùm promiſſa extingueretur ſervitus in totum, me adepto dominium prædii *d. l. pro parte.* nam multa impediuntur facienda, quæ non diſſolvuntur jacta, *l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui vel. alien. jur & not. per gloſſ. in d. leg. pro parte*, item non poteſt conſtitui pars ſervitutis, ut quis teneatur ad partem ejus, quia omnes ſervitutes individuæ ſunt præter ſervitutem uſufruct. *ut dixi in* 3. *princip. diviſione ſervitutum*, & ſi promiſſor vel ſtipulator ſervi deceſſit quilibet hæres tenetur inſolidum, & quilibet hæres ſtipulatoris agit in ſolidum, *ut dict. leg. pro parte*, *& l. via de ſervitut. & fam. verſic. l. hæredes*, §. *an ea. & l.* 2. *de verbor. oblig. l.* 1. §. *uſufructus, ad leg. Fal.* Item licet unus ex ſociis non poſſit per pactum acquirere ſervitutem fundo communi *vel ſi unus ex ſociis: de ſervit ruſt. præd.* tamen per tempus ſeu temporis lapſu, hoc eſt præſcriptione, acquirere poteſt, *text. eſt cum glo. not. in l. ſed eſt inter me de ſervitut. urban. præd. & ibi per Dd.* & ibi hoc etiam tenet do. Paul. *d. Caſtr. in d. l. ex parte.*

Ex quo not * quod aliquando plus poteſt præſcriptio, quam pactum, *idem not. gloſſ. in l. fam. herciſc.* Item poteſt conſtitui ſervitus certo modo, ut cum certo genere vehiculi non agatur veluti cum equo duntaxat, vel ut certum pondus vehatur, vel ut res illæ traducantur, aut carbo portetur, *ut eſt text. in l. ſervitutes* 4. §. 1. *de ſervitut.* Item poteſt conſtitui ſervitus, ut uſus ſervitutis temporibus ſecerni poſſit, putà ut quis poſt horam tertiam uſque in horam decimam eo jure utatur, vel alternis diebus utatur, *ut eſt textus in l. via. Paragrapho* 1. *de ſervitut. & in d. l. ſervitutes* 4. §. *fin. eo tit.* & hoc ſervatur in multis locis in aquæductu. Item ſervitus poteſt imponi & reſtringi ad certum tempus: putà ut liceat ire de die tantum, & non de 11

nocte, maxime in urbanis prædiis, *text. eſt cum gloſſ. in leg. iter, communia prædio.*

12 Ex quo not. ibi Paul. de Caſt.* quod non eſt licitum ire per civitatem, nec per domos alienas. Item conſtitui poteſt ſervitus etiam de ædificio futuro: *ut l. ſervitus, Paragrapho futuro, de ſervitut. urbanor. prædio. & l. Labeo de ſervitut ruſt. præd* Item conſtitui poteſt, ut aquam quærere, & inventam ducere liceat, *ut d. l. Labeo & dixi ſupra in illa quæſt.* in quibus rebus poteſt ſervitus conſtitui, & omnia quæ ibi dicuntur, poſſunt hic addi. Item ſervitus navigandi poteſt per lacum perpetuo conſtitui, *l. via conſtitui. §. ſi lacus, de ſervitut. ruſt. præd.* Item ſervitus ipſo jure neque ex tempore, neque ad tempus, neque ad certam conditionem, verbi gratia, quamdiù volam, conſtitui poteſt. Sed ſi hoc modo conſtituitur, obſtabit facti vel doli exceptio contra promiſſionem ſervitutis vendicanti, *ut eſt text. in l. 4. quæ incipit. ſervitutes, de ſerv. & ibi plen. per gloſſ. Bart. & Dd.* Expone exemplum ex tempore, ſcilicet, ut incipiat poſt paſcha ad tempus, ut incipiat nunc & duret uſque ad paſcha ſub conditione, intellige, extinctivâ, ſcilicet ut conſtituo tibi ſervitutem, quæ extinguatur ſi navis ex Aſiâ venerit, non autem intelligas de conditione inceptiva, videlic. conſtituo tibi ſervitutem in tali fundo, ſi navis ex Aſia venerit. quia ſub conditione bene poteſt conſtitui ſervitus, ſicut & dominium poteſt ſic transferri, & poſſeſſio, *ts de acquirend. poſſeſſ. l. ſi quis abſenti, Paragrapho ſi quis, & not. gloſ. in d. l. 4. in verbo, ſub conditione,* quæ gloſſ. faciens differentiam inter conditionem extinctivam & inceptivam, non eſt alibi, ſecundum Raph. *in reſpiciendum, ſi cer. per.* & Flor. *in d. l. 4.* & communiter tenetur.

13 Et ex his not.* quod ſervitutes reales & prædiales ipſo jure non recipiunt certum tempus ex parte ante ad impediendum originem, ſed conditionem ſic, ſicut impedimus in obligatione e quæ conſtitui non poteſt ex certo tempore, *l. obligationem fere. §. placet digeſtis de act. & oblig.* ſed ſub conditione ſic, *ut l. cedere diem, de verbor. ſig.* Ex parte vero poſt, id eſt, ad ipſam obligationem ſervitutis faciendam, non recipiunt conditionem, nec diem quantum ad ſubſtantiam ipſo jure, ſed obſtat exceptio: quia tempus non eſt modus tollendæ, &c, quia poſtquam incepit ſemel competere, durat perpetuò, ſed adveniente die vel conditione: obſtabit exceptio, *ut d. §. placet,* & habetur *in l. nemo poteſt, de leg.* 1. Et hoc eſt quod dicere voluit text *in l. 4. de ſervit.* & in iſtis appoſitio temporis contra naturam actus non vitiat nec vitiatur, ſed operatur in eo quod operari poteſt circa ipſam, & non contra ſubſtantiam *ut d. & l. 4 & l. eum qui ita §. qui ita de ve verb. oblig.* & habetur *in d. l. nemo poteſt.* Et de intellectu & materia *in d. l. 4.* vide ibi plenius per. Bar. & omnes Dd. & plenius per Rofred, *in ſuis libellis juris civilis in actione confeſſoria, vers. item quæritur quæ dicitur,* & vide quod dixi ſupra *in 6. quæſt in princ.* Et adde quod licet ſervitus conſtitui poſſit ex parte ante, ſub conditione ad impediendum originem, videlicet promitto tibi ſervitutem in tali fundo, ſi navis ex Aſia venerit, tamen ſi ante eventum conditionis tradidi, vel quaſi, per patientiam tranſit in jus ſervitutis, *Digeſtis de ſolut.*

ſolut. l. ſub conditione, de jure dot. l. niſi ſecundum gloſſ. not. in d. l. 4. in verſi. ſub conditione, circa princ. ibi, ſi ante cond. tradidi, quæ gloſſ. non eſt alibi, ſecundum Ang. & ibi Dd.

Ex quo not. ſingulariter, quod ſi-
14 cut in re * corporali qui tenetur dare ſub conditione, ſi interim tradat corporaliter, transfert ſtatim dominium, *l. dotis fructus, in fin. de jure dot.* ita in jure corporali, ſi quis promiſit uni dare ſub conditione, ſi interim patiatur illum uti, quod pro traditione habetur, *l. quoties*, 20. *de ſervitut.* cenſetur illud jus proprietatem transferre, per gloſſ. illam notab. quam teneo, licet Angel. ibi dicat, quod non credat illam verum dicere.

ADDITIO.

a *Præſcript.* Adde Alex. *conſil.* 14. *in* 2. *colum. in princip. in* 3. *vol.* Et multa in materia præſcriptionis habes *in* 2. *volum. conſ.* 188. *& in* 4. *volum. conſ.* 99. *in* 1. *&* 2. *colum.* & an jus canonicum in materia præſcriptionis deroget juri civili: vide Corn. *conſil.* 16. *in* 2. *vol.*

b *Præſumatur.* Quomodo & quando in præſcriptione requiratur bona fides, & quid de jure civili & cano. vide Alex. *conſ.* 98. *in* 1. *colum. in* 4. *volum.* & an ex titulo præſumatur bona fides, *in conſil.* 89. *in* 5. *volum.* & bona fides non præſumitur in eo, qui contra jura mercatur, vide Corn. *conſ.* 121. *in* 2. *vol.*

c *Titulum.* An titulus invalidus transferat dominium, vide Corneum *conſil.* 108. *in* 1. *volum.* Et Alexand. *in* 5. *volum. in conſ.* 39. & ibi, quod contra habentem titulum verum univerſalem, datur petitio hæreditatis.

d *Patientia.* Adde Alexand. *conſ.* 1. *in* 5. *volum.* & ibi, an tolerans unum poſſidere, ita ut illa patientia egrediatur terminos tolerantiæ.

e *Obligat.* Obligatio & actio an ſit nata ante diem, vel quomodo, vide Alexand. *conſ.* 2. *in* 4. *vol.* Et qui obligatur in foro animæ naturalis obligationis, vide Corn. *conſ.* 256. *in* 4. *vol.*

CAPUT XXI.

Quomodo ſervitus acquiratur?

1 *Promiſſione an ſervitus acquiratur?*
2 *Dominium rei incorporalis & quaſi dominium rei incorporalis ipſa in re eodem modo tranſeunt.*

Dixi quomodo & qualiter ſervitus acquiratur. Sed quando acquiratur?

Dic quod per promiſſionem * tan- 1
tum non acquiratur ſervitus, niſi realiter conſtituatur? quia talis ſola promiſſio non conſtituit jus in re, hoc eſt, in ſervitute, ſed jus ad rem: *ut l. ſi partem. in princip. ff. quemadm. ſer. amit. non. in l. & in provinciali, Cod. de ſervit.* & dixi *ſupra, in illa quæſt.* quomodo cognoſcatur, an ſervitutes ſint reales, & prædiales, *& not. ex illa l. ſi partem, in princip.* quod ſervitus aquæ ductus non incipit, antequam fiat rivus per quem ducatur, & idem in qualibet alia ſervitute, ad cujus uſum requiratur, quod aliquod opus fiat in re ſerviente, puta tigni immittendi, quia requiritur quod fiat foramen, & antequam fiat ſervitus, non poteſt dici, quod ſit conſtituta per aliquem contractum ſolum, ſed competit actio perſonalis, ut conſtituatur, quæ actio de ſui natura non tollitur, niſi ſpatio longiſſimi temporis, *ut l. ſicut, C. de*

præſcr.

præſcr. 30. annor. Sed poſtquam factum eſt opus incepta eſt ſervitus, quæ tolli poteſt ſpatio longi temporis, ſecundum ea quæ dixi *in præcedenti q. princip.* & ſi quis inducit me in fundum ſuum animo conſtiuendi mihi ſervitutem, licet ſtatim dicatur conſtituta ſervitus, *ut l. 3. §. dare ff. de uſufruct.* hoc tamen eſt verum, quando non eſt opus aliquid fieri ad uſum ſervitutis, putà itineris, vel viæ, vel altius non tollendi, vel hauſtus aquæ, ubi non poteſt opus facere Secus quando eſt aliquid neceſſe fieri, ſine quo quis uti non poſſit, quod perpetuo tene menti. Sed ſi legata eſt ſervitus realis & prædialis, dic quod dies ſervitutis cedit a morte teſtatoris, etiam legatario ignorante, licet pro ſe non tranſmittatur, ſed cum prædio tranſeat, unde non eſt proprie tranſmiſſio, ſed inhærentia quædam, *caſus eſt in l. ſi partem §. 1. quemadmod. ſervit. amit.* & ibi hoc not. Dd. & Bald. *in l. unica. §. in noviſſimo. de cad. tollend. ſine §. libertatibus.*

Quod intellige * verum quando fuit legata expreſſè: quia ſicut tranſiit dominium rei corporalis expreſſe legatum ipſo jure, *l. à Titio, ff. de fur.* ita & iſtud quaſi dominium juris incorporalis. Nam & in illo eſt reperire dominium improprie: *ut not. in leg. qui uſumfructum in fin in verſ. dominium, ſi uſusfruct. pet. & per gloſſ & Dd. in l. generaliter §. nihil commune, de acquirend. poſſeſſ.* ſed ſi fuiſſet legata ſervitus tacite, ſecus: quia per legatum tacitum non tranſit jus ſervitutis, ſicut nec etiam ipſo jure dominium, *l. ſervum filiis, §. 1. de leg. 1.* & habetur per gloſſ. & Dd. *in l. emptor. §. fin. de rei vend.* & per Bart. & omnes Dd. *in l. 1. de leg. 1.* Ita etiam tenent Bart. & Dd. *in l. binas ædes. de ſerv. urban. præd.* & Flor. *in l teſtatrix, in princip. ſi ſer. vend.* An autem rei legatæ, vel venditæ, vel diviſæ ſervitus debeatur, vide plenius per Bar. *in l. 1. de ſervitut. leg.* & *per Bart.* & omnes Dd. *in l. binas ædes* & per Paul. de Caſtr. *in l. in tradendis §. interpoſitis. in fin. communia præd & vide in l. ſi quis ædes in princip. de ſervitut. urban. præd. & per text. & gloſſ. in verſic. reſtituuntur, in l. 2. § fin. de hæred. vel eſt vend. & vide text. not. in d. l. teſtatrix.*

CAPUT XXII.

Quomodo, & qualiter, & quando, & per quem ſervitus retineatur?

1 *Servitus an pro parte acquiri, vel retineri poſſit?*

2 *Servitutem fundo communi an unus ex ſociis acquirere, vel retinere poſſit?*

3 *Civitas, vel caſtellum, quod habet merum imperium, ſi occupetur à tyranno, ipſe retinet ſuam quaſi poſſeſſionem imperii, ſeu juriſdictionem.*

4 *Aqua per ſe ipſam fluens, an præſcriptionem, vel conſuetudinem inducere valeat.*

NUnc dicamus quomodo, & qualiter, & quando, & per quem ſervitus retineatur.

Et * quia breviter, quod ſervitus pro parte acquiri non poteſt: *ut l. pro parte, de ſervi.* tamen pro parte retineri poteſt: unde prædium tuum, ſi mihi ſerviet, ſive ego partis prædii tui dominus eſſe cœpero, ſive tu mei, 1

pro-

pro parte ſervitus retineri poteſt, *l. ut pomum. §. 1. de ſerv. & l. ſi quis ædes, §. ſi partem de ſervit. ruſt. præd.*

2 Item * unus, licet ex ſociis ſervitutem fundo communi acquirere non poſſit, *l. ſi unus ex ſociis, de ſervit. ruſt. præd.* tamen per unum poteſt ſervitus retineri, *l. aquam, §. ſi plurium quemad. ſervit. amit* item ſervitus retinetur nobis per ſocium ut fructuarium & bonæ fidei poſſeſſorem *text. eſt in leg. 5, quæ incipit, ſervitus quemad ſerv. amit.* Item quod per fructuarium retineatur nobis ſervitus, licet non acquiratur, vide tex. & ibi omnino Bart *in l. 3. §. ut viderem, de itin. actuque prin.* Item uſu retinetur ſervitus, cum ipſe cui debetur, utitur, quive in poſſeſſione ejus nomine eſt, aut mercenarius, aut hoſpes, aut amicus, aut medicus, quive ad viſitandum dominum venit: aut fructuariis: licet ſuo nomine: denique quicumque debita via uſus fuerit, ſive ad fundum noſtrum facit, vel ex fundo: licet malæ fidei poſſeſſor ſit, retinetur ſervitus, *text. eſt in l. uſu cum tribus l. ſeq. uſque ad l. fin. quemad. ſerv. amit.*

3 Et quod etiam * per malæ fidei poſſeſſorem ſervitus retineatur, eſt etiam text. *in l. qui fundum eod. tit.* per quem dicit ibi Bart, & Dd. quod ſi civitas vel caſtellum, quod habet merum imperium, occupetur à tyrano, qui utitur illa juriſdictione, retinet ſuam quaſi poſſeſſionem imperii, ſeu juriſdictionis, quod dicit ibi Flor, eſſe verum, quando juriſdictio cohæret territorio: ſecus, ſi perſona in loco: quia tunc qui non utitur, licet dejectus, perdit: *ut habetur in l. ſequitur, §. ſi viam, de uſucap. & arg. l. ſi plures, §. dejectum, de vi & vi arm.* & quando dicatur cohærere juriſdictio in territorio, *l. final. C. ubi & apud quot*, & plene per Bart. & *in l. 1. C. de juriſd omn. jud.* Item retineri poteſt, etiam ille, qui utitur non utitur nomine ejus, cui competit, ſed ſui, ut quia ſit ſocius, vel ſi qui ſuo nomine utuntur, ut dixi. *& not. gloſſ. in leg. final. quemad. ſervit. amit.* Item per naturalem aquæ curſum naturaliter alicui retentum ſervitus retinetur: ut eſt textus *in dicta leg. qui fundum, quemadmodum ſervit. amittantur.*

Sed * numquid aqua per ſeipſam fluens poſſit inducere præſcriptionem vel conſuetudinem? Dic quod non, quia non eſt res animata: & per rem inanimatam nihil nobis acquiritur: oportet ergo in præſcriptione aliquem uſum interceſſiſſe, quo principato, ſufficit aquam per ſe fluere: *ut d. leg. qui fundum.* In conſuetudinem etiam ſufficit, quod initium habuerit à multis utentibus: nam poſtea perficitur ſolo curſu temporis: *ff. communia prædio. l. venditor. § ſi conſtat. & not. Bald. cap. 1. §. ſi quis de manſo. in penult. col. in titulo de controver. inveſtit.* Item propter pupillum vel minorem, cum quo habeo rem communem, retineo ſervitutem, licet ut non utar, ut eſt tex. valde notabilis, *in leg. fin commun. in principio, quemadmod. ſervit. amit.* & ibi vide omnino Doctores *quemad. ſervit amit.* Item quomodo & qualiter quaſi poſſeſſio retineatur ſervitutum, vide per gloſſ. *in leg. 2. Cod. de ſervitut.* & ibi per Dd. maxime per Cyn. *in 3. q.*

CAPUT XXIII.

Qualiter quis uti debeat ſervitute.

1 *Via ſi cui ſimplici uſu concedatur, an per quacunque fundi partem*

tem quo voluerit, vel per totum fundum ire poſſit?

2 *Hominibus armorum, vel aliis, ſi per unum territorium, vel alium comitatum tranſitus concedatur, ipſi debent tranſire per partem concedenti minus damnoſam.*

3 *Servitus ſimplex ſi in fundo debeatur, ad quem ſpectat, in qua parte ſervitutes habere deceat?*

4 *Electio ſervitutis quando facienda eſt ad quem ipſa electio ſpectet, an ſcilicet illi qui debet ſervitutem, vel illi cui ſervitus debetur?*

5 *Verba debent interpretari pro eo, in cujus favorem apponuntur.*

6 *Servitus cui debetur, an in prædio ſerviente ædificare licitum ſit?*

7 *Conſtitutione ſimplici ſervitutis eundi abſque alia expreſſione, an licentia faciendi ſcalas conceſſa videatur?*

8 *Ædificandum ſi ſit in prædio ſervitutem debente, cujus expenſis ædificandum ſit?*

9 *Locum ſervientem an reficere licitum ſit?*

10 *Statuti forma ſi licitum ſit ad vindictam aliquem occidere, an etiam ſit licitum amicos congregare, qui ipſum adjuvent?*

11 *Occidere aliquem ſi alicui licitum ſit, an ſit licitum etiam alteri demandare?*

12 *Refectio vel depreſſio, aut levatio ſervitutis, cujus expenſis fieri debeat?*

NOno principaliter eſt videndum, qualiter quis debeat uti ſervitute. Et dic breviter, quod debet uti civili modo.

1 Nam ſi cui * ſimplici uſu via conceditur per fundum cujuſpiam, vel relinquatur in infinito: videlicet per quam libet ejus partem ire, agere, licebit civili tantum modo; non enim per villam ipſam, nec per medias vineas ire agereque poſſit, & minore ſervientis fundi detrimento, *tex eſt not. in l. ſi cui. de ſerv. in l. mihi conceſſeris, 21. cum lege ſequenti de ſervit. ruſtic. præd.*

Et hæc jura * allegantur, ſi aliquibus hominibus armorum, vel aliis concedatur tranſitus per unum territorium vel alium comittatum, quod debeat intelligi, ſcilicet quod tranſire debeant per partem minus damnoſam concedenti, & quod debeant civiliter ſe habere. Et quando ſe inciviliter habent, dicuntur contra conventionem venire: & debet eligi locus per quem poſſint ire vel agere, *ut eſt tex. in l. ſi cui 9. ff. de ſerv. & l. certo generi. §. 1. de ſer. ruſt. præd.* Et poſtquam eſt electio facta de loco, non eſt licitum mutare voluntatem, & per alium locum ire, *ut d. l. ſi cui.* imo cæteræ partes liberæ remanent, ut eſt tex. *in d. l. certo generi*, §. 1. & dixi quod quæſtio de electione procedit, quando conceſſio ſervitutis fuit facta ſimpliciter, ſecus, ſi actum fuiſſet, quod totus fundus ſervire deberet. 2

Nam * ſi iſta conceſſio ſimplex non eſſet, ſed generalis, vel utilis: tunc non cogeretur ille, cui conceſſio facta eſt, eligere locum; ſed poſſet nunc per unum locum, nunc per alium tranſire: & ſic licitum eſſet pœnitere, *ut prob. in d. l. certo gen. §. 1. & in l. nam ſatis, §. 1. v. cæter. & in §. cæter. & ibi gl. in verb. velit. quemad. ſer. amit.* Sed ille qui conceſſit ſervitutem, benè poteſt variare ſine alterius incommodo, *l. 2. §. pen. de reli. & ſumpt. fun. ſecundum gl. fin. l. ſi cui quæ eſt not.* & ſequitur ibi Bartol. & communiter Dd. 3

Sed eſt * dubium quando electio eſt facienda, ad quem ſpectat electio an 4

an illi, qui debet ſervitutem, an illi cui ſervitus debetur? Et videtur, quod electio ſit debitoris, ſive loquamur in contractibus *ut l. plerumque, in fin. de jure do.* ſive in ultimis voluntatibus, *per l. ſi via de ſerv. ruſt. præd.* In contrarium videtur, quod ſit electio habere debentis, *per l. ſi cui. in princip. de ſervit.* Gloſſ. ſolvit uno modo *in d. l. ſi via.* Dic tu melius, aut verba executiva ſunt prolata ad unum exemplum quando ſunt prolata à dare debente. Hæres dato vel concedito ſervitutem Titio in fundo meo, vel Titio promitto concedere viam. Exemplum vero quando ſunt prolata ab homine debente, eſt. Volo quod Titius habeat ſibi ſervitutem in fundo meo, vel quod Titius poſſit vindicare ſervitutem, & tunc ſive loquamur in ultimis voluntatibus, electio eſt illius ad quem verba proferuntur, *ut l. plane* 1. *§. fi. de leg.* 1. *ibi.* ſive addito, *ut l. ſi ita relictum §. fin. ibi* hæres dato, *de leg.* 2. & hoc tenet gloſſ. ordi. *in d. l. Lucius de leg.* 2. & ita debet intelligi *d. l. ſi via.* ſcilicet quod ibi verba executiva erant prolata ad hæredem, ſive loquamur in contractibus: licet hoc bene expreſſum non reperiatur, ſecundum Cyn. *in l. cum quidam digeſtis. de verb. ſig.* Sed ſecundum Bar. *in d. l. Lucio.* iſtud probatur, *in l. ſi ſic ſtipulatus fuerim. & in l. ſi ita ſtipulator. de verb. oblig.* & probatur etiam per argumentum, ſecundum Cyn. *in d. l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. de verb. oblig. conjuncta l.* 2. *§. quadam eod. titul. in leg. cum is*, §. 1. *de cond. indeb.* & tenet hoc Dyn. *in regula, in alternativis, in* 6. & Cyn. *in dic. leg. cum quidam* & Bar. *in dic. leg. Lucio.* & Flo. *in dic. l. ſi via* & habetur per Dd. *in leg. qui duos. & leg. legato generaliter, de leg.* 1. & eamdem concluſionem facit Bar. in pœnis alternativis *in leg. quicumque. C. de ſerv. fugi. in lege.* 1. *§. expilatores de effract. & expil hære. & d. l. Lucio. in fin.*

Et ratio uſus * hujus concluſionis poteſt eſſe, quia verba debent interpretari pro eo, in cujus favorem apponuntur *ut leg. ſolus §.* 1. *quando dies lega. ced.* Sed ſi verba executiva ad neutrum referuntur: & tunc ſit diſtinctio. Aut loquimur in contractibus, & electio eſt dare debentis, *ut leg. plerumque in fin. de jure dot.* Aut in legatis ſeu in ultimis voluntatibus & tunc electio eſt ipſius legatarii, *d. leg. Lucio.* & ita eſt tenendum. In hac materia, quia eſt communis doctrina Doctorum, licet aliqui aliter dixerunt.

Item * licitum eſt ei, cui ſervitus debetur, ædificare in prædio ſerviente, ita, quod commodo jus ſervitutis habere poſſit, ita, quod fiat ſine domini incommodo. Et ideo ſi iter legatum eſt quo niſi opere facto ire non poteſt, licet fodiendo, ſubſtituendo ire facere, *ut eſt text. in leg. iter de ſervitute, & l. ſervitutes* 30. *§. de ſervit. urban. præd.*

Ubi eſt caſus not. * quod ſimplici conſtitutione ſervitutis eundi, abſque alia expreſſione, videtur eſſe conceſſa licentia, & facultas faciendi ſcalas, & ſimul in fundo ſerviente, ſine quibus ſervitus haberi non poſſet, etiamſi illæ ſcalæ poſſent fieri in prædio dominante: quod eſt ſingulare. Eodem modo qui habet jus aquæ ducendæ per alium fundum, licet ei fiſtulam ſuam fictilem, vel cujuslibet generis in rivo ponere, quo aquam latius exprimeret: & quod vult in rivo facere, licet, dummodo de dominio prædii aquam deterius non faciat, *ut eſt tex. in l. Quintus de ſerv. ruſt. præd. & in l. hac ſunt. is & in l. fin. de aqua. quoti. & æſti.* & hæc jura

allegantur quod habens licentiam eundi vel aquam ducendi per alium fundum, vel ſcalas, vel clivos faciendi in fundo ſerviente, poteſt arbores incidere, terram fodere, explanare foſſata: & ſimilia facere, ut commodè ſervitute uti poſſit. Si ergo hoc facit, non poteſt de damno dato accuſari, ſecundum Flo. *in d. l. ſi iter. quod not.* quia eſt quotidianum, & utile & quod ego intelligo, etiam ſi fiat incommodum domino prædii ſervientis, reſpectu inciſionis, vel explanationis, aut foſſæ: quia illa ſine aliquo damno fieri non poſſunt. Sed ſi fieret incommodum domino prædii ſervientis in eundo, vel aquam ducendo, tunc prædicta fieri non poſſent *per d. l. Labeo. de ſerv. ruſti. præd. & d. l. hoc jure §. ii qui. & l. fin de aqua quoti. & æſti.* quæ jura intelligo ita, licet Do. non declarant, quod not.

8 Cujus * autem expenſis prædicta fieri debeant? Dic expenſis ejus, cui ſervitus debetur *ut d. l. iter. & d. §. ſi domo & ex tex. in l. ſi forte §. etiam ſi ſerv. ven.* & ita etiam vult. Flor. *in d. l. ſi iter* & vide quod dicam *in verſi. ſed cujus expenſis.*

9 Item * eſt licitum etiam locum ſervientem reficere, puta iter vel aquæductum; & refectionis cauſa etiam eſt licitum accidere ad ea loca, quæ non ſerviunt, *ut eſt tex. not. in l. refectionis in princip. communia præd. & eſt tex. ſecundum. Flo.* pro habentibus ductum aquarum & cluſas ad molendinam per fundum alterius, ut domo fundi ſervientis debeat præſtare aditum etiam per alium ſuum fundum non ſervientem, ac etiam pati imponi lapides, & calcem, & arenam, & ſimil. pro reperatione dictæ cluſæ, & idem dicas de aliis ſimilibus: quod eſt valde not. Item prædicta facere poteſt non ſolum ille, cui ſervitutes debentur, ſed etiam fabri ſui & magiſtri ad hoc neceſſarii *ut text. not. in d. l. refectionis*, etſi reſiſteres illis, videris domino prædii dominantis reſiſtere, *text eſt notab. in l. oſſa. §. fin. de relig. & ſumpt. fun.* ſecundum Paul. de Caſtr. *in d. l. refectionis.* eſt argu. ſecundum Paul. de Caſt. *ibi.*

Quod * ſi ex forma ſtatuti licitum 10
eſt alicui vindictam ſumere de eo, qui ipſum offendit, ſit ſibi licitum congregare amicos qui ipſum adjuvent ad hoc & illi non punientur ſicut nec ille principalis, & dicit de hoc eſſe gloſſ. not. & ſing. *in l. cum fundi. de vi & vi arma.* licet gloſſ. *in l. Grachus, C. de adu.* videatur requirere, quod congregari ſint tales quibus ille congregans poſſit præcipere, ut ſint filii, vel ſervi, & iſtam partem quod non puniantur, tenet Jacob. de But. & Paul. de Caſtr. *in d. l. refectionis*, & alias obtinui in civitate mea Veronenſi: ubi eſt ſtatutum, quod ſi frater vel maritus, vel pater reperit aliquem cum ſorore, uxore, vel filia malè converſantem, poſſit eum impune occidere. Nam quidam ſciens unum malé converſari cum ſua ſorore congregavit duos amicos, & occidit eum. Dixi, quod tam frater, quam etiam ſui ſocii debeant abſolvi, *per d. l. refectionis cum his quæ ſupra dixi.* & ita per curiam judicatum fuit: quod perpetuo tene menti.

Licet * ſit dubium, numquid in his 11
caſibus ille, qui poteſt aliquem occidere *a* poſſit alteri hoc mandare ita quod ille mandatarius non teneatur? [a]
& Bal. teneat idem ſcilicet, quod mandatarius occidens non teneatur, *in l. Grachus C. de adulte.* & de hoc eſt gloſ. ſing. *in d. l. cum fundum in verſ. poſtea, in princ. ſecundum lectu. primam*

de

de vi & vi. ar. idem Bal. tenet contrarium *in c.* 1° *verſ.* & hoc facit ad q. *in titul. de pace jura firman. in uſib. ſeu per l. ſer vus ſi bare. de ſtatu libe. ibi, pater duntaxat, &c.* idem tenet Ang. *in d. l. Grachus*, & ibi Salic. inclinat in iſtam ſententiam, licet dicat ſe dubitare, idem tenet etiam Ang. de Aret. *in ſuo maleficio, in glo. che mai adulterato la mir dona. in 6. col. ver. quid ſi pater vel maritus.* Hanc quæſtionem non determino: quia non eſt materia noſtra, ſed eſt dubia ſatis, ſed vide tex' *in l. ſi quis in gravi* §. 1. *& ibi per Ludo. Pon ff. ad Sylla.* Ita ille cui debetur ſervitus, poteſt deprimere, & elevare locum ſervientem, ut commode ſervitute uti poſſit, ſi ſibi neceſſarium eſt, niſi aliter actum ſit, *ut eſt text. in d. l. refectionis, ff. communia prædi.* vel niſi hoc ſit cum magno incommodo domini prædii ſervientis, & hoc modo poteſt intelligi. *l.* 1. §. *fin. de rivis & l.* 3. §. *penult. ff. de itinere. actuque privato.*

12 Sed * cujus expenſis talis refectio, vel depreſſio, aut levatio fieri debeat. Dic regulariter expenſis ejus cui ſervitus debetur, ſed fallit in ſervitute oneris ferendi, *ut eſt text. in l. & ſi ſerre ff. ſi ſerv. vend. & ibi per Bat. & Dd.* de quo dic, ut dicam plenius infra, de ſervitute oneris ferendi. Cæterum circa materiam iſtam vide quæ dicam in ſpeciebus ſervit.

ADDITIO.

a *Occidere.* Adde Alex. *conſ.* 141. *in* 1. *col.* §. 3. *pro hoc in* 2. *vol. & in* 1. *vol. conſ.* 160. *in* 3. *col.* ubi ponit. an & quando ſit licitum occidere, & quomodo, & qualiter probetur defenſio: & an requiratur, quod non potuerit aufugere.

CAPUT XXIV.

Quando, & qualiter, & quomodo ſervitutes amittantur.

1 *Res propria nomini ſervit.*

2 *Servitus an extingatur, quando unus fundus ſerviens uni, vel omnibus ſociis prædii dominantis, omnibus ſociis, vel uni particulari acquiritur?*

3 *Emphyteuta, vel vaſallus ſi fundo emphyt vel feudatario ſervitutem impoſuerit, & poſtea emphyteuſis vel feudum finiatur, ſervitutis impoſitio extinguitur.*

4 *Præſcriptione ſcilicet non utendo regulariter ſervitutes amittuntur.*

5 *Decimarum in præſcriptione. & in aliis rebus eccleſiaſticis, an temporum duplicatio, de quibus in jure, locum habeat?*

6 *Præſcriptio ſervitutis an contra ignorantes ſe jus ſervitutis habere; currat?*

7 *Jus canonicum & civile quoad præſcriptionem an differant?*

8 *Accuſatio vel requiſitio de crimine ſi fiat, quod certo die, vel loco commiſſum dicitur, ſi de alio die, vel loco probetur, nunquid ad condemnationem ſufficiat?*

9 *Actione injuriarium ſi agam, quia percuſſiſti me in facie cum pugno, & de percuſſione in ſpatulis probetur, an abſolutio ſequi debeat?*

10 *Inquiſitio, vel accuſatio cum ſanguinis effuſione ſi formata fuerit & ſimplex percuſſio probata ſit, an condemnatio de ſimplici percuſſione ſequi debeat?*

 11 *Via*

11 *Via ſi alicubi occupata reperiatur, ita quod per eam tranſire non poſſit: an ſine pœna per vicini fundum iri poſſit?*

DEcimo & ultimo principaliter dicendum eſt de amiſſione ſervitutis, videlicet quando, & qualiter, & quomodo ſervitutes amittantur. Et primo ſervitutes omnes amittuntur per confuſionem, ſi idem utriuſque prædii ſervientis & dominantis dominus eſſe cœperit: unde ſi prædium tuum mihi ſerviat, & ejus dominium in ſolidum acquiſiverim, vel tu in ſolidum nactus ſis dominium fundi mei, extinguitur vel confunditur ſervitus, *text. eſt in l. 1. quemad. ſerv. amit.*

1 Et ratio hujus * deciſionis colligitur ex illa regula quod res propria nemini ſervit- *leg. uti frui, ſi uſuſruct. petatur, & leg. in re communi. de ſervitut. urban. præd. & in l. proprium, & leg. quidquid.* 10. *communia præd.* ſecus ſi communicarem tibi prædium meum pro parte, vel tu communicares mihi prædium tuum pro parte, quia tunc ſervitus non extinguitur, *l. ut pomum*, §. 1. *de ſervitut.* Item extinguitur ſervitus, ſi à ſocio prædii communis dominantis communiter emitur fundus ſerviens, *text. eſt in leg. ſi communi fundo. de ſer. ruſtic. præd.* & ratio quia pars utriuſque Domini in utroque fundo eſſe incipit, ut ibi dicitur: & ſic notatur, quod ſicut quando fundus tuus debet ſervitutem fundo meo, ſi Dominus fundi tui efficior: & ſic uterque efficitur meus in ſolidum, quia res mea non poteſt alteri meæ ſervire, ut dixi. Item ſi fundus dominans eſt communis inter te & me pro indiviſo: poſtea fundus ſerviens ſimiliter efficitur communis inter nos, extinguitur ſervitus, *ut d. l. communi fundo*, quia quod juris in una perſona, idem in duabus *arg. quæ de tota de rei. vend.* ſecus ſi proprio meo fundo, & proprio tuo unus, & idem fundus tertii ſerviat, & ipſum in communi emerim: quia tunc ſervitus remanebit quoniam proprio fundo ſervitus deberi poteſt, etiam per communem, *ut eſt text. in d. l. ſi communi fundo, de ſervit. ruſtic. præd.*

Et * circa iſtam materiam, quando unus fundus ſerviens acquiritur uni, vel omnibus ſociis prædii dominantis, vel quando acquiritur uni particulari, an extinguatur ſervitus, vide gloſſ. ordin. quæ plene diſtinguit, *in d. l. ſi communi fundo,* & ibi per Dd. & gloſſ. *in l. ſi unus ex ſociis*, §. 1. *verſic. placet de ſervit. ruſtic.* & ibi per Dd. & per Azor. *in ſumma C. de ſervit.* amittitur ſervitus, qui bene dicunt in omnibus, excepto eo, quod in quantum faciunt differentiam, ut voluit gloſſ. *in d. l. unus ex ſociis*, inter redemptionem & communionem. Nam eſt dſtinguendum ſolummodo, an Dominus vel domini prædii dominantis efficiantur Domini prædii ſervientis: & tunc extinguitur ſervitus, quia non ſupereſt, in quo poſſit remanere, ſin vero pro parte, & tunc durat, & non extinguitur: quia ſupereſt alia pars, per quam ſervitus retinetur, *ut d. l. pomum.* §. 1. *de ſervitut.* Item ſi hæres impoſuit ſervitutem fundo alteri ſub conditione legato, extinguitur ſervitus adveniente conditione, *ut eſt text. in l. ii cui via* 11. §. *hæres, quemadmodum ſervitut. amitt.* Et ratio eſt, quia finito jure datoris, finitur jus acceptoris, *ut l. lex vectigali fundo, de pig.* 2

Et ideo ſi * emphyteuta, vel vaſallus impoſuerit ſervitutem fundo emphyteutico vel feudatario, quod poteſt, 3

poteſt, *ut l.* 3. *de ſervitut.* &c. 1. §. 1. *in tit. de inveſtit. in uſib. feudorum*, poſtea emphyteuſis vel feudum finiatur, extinguitur ſervitutis impoſitio, *per d.* §. *hæres.* Et idem dicas in ſimili, *ut plene dixi ſupra in* 3. *quæſt. princip. de quo dic ut ibi.*

4 Item * ſervitutes regulariter amittuntur per præſcriptionem; *a* ſcilicet non utendo per longum tempus hoc eſt 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes, ſi conſtituta ſit ſervitus, quæ non haberet temporum intervalla, vel ſi intervalla dierum vel noctium tantum, vel brevioris ſpatii: ſi autem habeat intervalla annorum vel menſium amittitur tempore duplicato, videlicet 20. annis inter præſentes, & 40. inter abſentes, *l. fin. in princ. de ſerv. C.* & *l. ſi ſic quemad. ſervitut. amit.* & hoc videtur tenere *gloſſ. in d. l. ſi ſic.* quia vera eſt ejus ultima opin. & hoc etiam videtur tenere gloſſ. *in l. cum notiſſimi*, §. *fin. quæ incipit, verbi gratia*, *Cod. de præſcript.* 30. *annor.* quæ dicit, quod iſta duplicatio habet locum in decennali vel vicennali præſcriptione: & hoc etiam ſenſit gloſſ. ante penult, in princ. in verſi. propter brevitatem temporis, *in c. cum Eccleſia Sutrina. de cauſſa poſſeſſio.* & propriè, quæ dicit, quod ea quæ non habent cauſam continuam, tempus duplicatum requirunt, *per d. l. ſi ſic.* & hanc opinionem putat eſſe veriorem Abbas Sicul. *in c. d. quarta. de præſcript.* licet prædictam gloſſ. non alleget. Alii dicunt, quod duplicatur tempus ſolummodo 10. & non 20. annorum, & ſic in utroque caſu præſcribitur ſpatio 20. annorum, videlicet inter præſentes, & inter abſentes, & iſta fuit opinio Joann. gloſſ. *per d. l. fi. C, de ſervit.* quem ſequitur gloſſ. Accurſ. *in d. l. final.* & Bart. & Bald. & ibi communiter Dd. ſequuntur, & Innoc. *in d. cap. de quarta, circa princip.* dum iſtam opinion. ultimam ponit juxta gloſſ. not. *in l. qui filium*, §. *Sabinus*, *ff. ad Treb.* & per not. per Bald. *in auth. ex teſtamento. Cod. de collat.* ubi dicitur, quod ultima opin. Innoc. in dubio eſt tenenda, & hanc opinion. ego etiam ſequor ultra *in d. l. fin.* Bald. etiam ibi allegat rationem: quia cum vicennium ſit tempus à lege duplicatum, non debet ulterius duplicari, ne fiat duplicatio duplicationes, & pro hoc ego adduco, quod dicitur in ſimili, quod retorcutio retorcutionis non admittitur, *ſecundum Bar. in l. poſt legatum, in princip. in pen. col. in fin. ſed circa prædicta duo, de his quibus ut indig.* Et ſic nota quod iſta duplicatio temporum non habet locum ultra tempus decimale, veli viceſimale, & ſic non habet locum in præſcriptione 30. vel 40. annorum, *ut eſt gloſſ. not. in dic. leg. cum notiſſimi*, §. *final. de præſcript.* 30. *annorum*, nec habet locum in præſcriptione annua, ut vult etiam eadem gloſſ. ibi, quam ſequuntur Dd. & Flor. *in dic. leg ſi ſic*, §. 1. *quemad. mod. ſervit. amit.*

5 Sed numquid * iſta duplicatio temporum habeat locum in præſcriptione decimarum, & in jure eligendi, vel in obligotionib. quæ fiunt omni anno ſemel in die dedicationis, vel feſtivitatis alicujus Eccleſiæ, vel in ſervitiis, quæ recipiuntur ab aliquo? vide de iſtis omnibus per Inno. & Canoniſt. *in d. cap. de quarta*, *de præſcript.* & per Flo. *in d. leg. ſi ſic.* Et ſuper iſto articulo de duplicatione temporis, in præſcribenda ſervitute, ſic videtur concludendum: quod aut eſt ſervitus continua ſine aliquo temporis intervallo ex forma

forma conſtitutionis, videlicet: promitto quod tu poſſis ducere aquam vel continue, vel quandocumque vis, per fundum meum, & iſta præſcribitur longo tempore, videlicet 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes., *l. ſicut ut C. de ſervituti.* Aut ſervitus continuam cauſam non habet ſine intervallo: imo diſcontinuam ex forma conſtitutionis ſervitutis: quia habet intervalla, ut puta, quia non eſt ſemper licitum ducere aquam, vel ire: & tunc aut habet intervalla annorum vel menſium, ut puta conſtituta eſt ſervitus, ut æſtate tantum ducatur. vel uno menſe tantum in anno, vel alternis annis, vel alternis menſibus, & tunc quia tempus continuum, non habet duplicatum tempus, *ut d. l. ſi ſic* ſcilicet ut inter præſentes requirantur 10. anni, & inter abſentes non duplicentur: quia ſufficiunt anni 20. *ut ſupra dixi.* item ſi habeat intervalla quinquennii, triennii, vel biennii, aut non temporum, ut quia omni quinquennio liceat una die vel plurib. geſtare vel ire, *ut ex text. not. in d. l. fi. in princ. C. de ſervit.* idem in ſeptimana, ut ſi alternis ſeptimanis licitum eſt ire, vel aquam ducere, vel una die in ſeptimana, *ut eſt gloſſ. not.* quam Dd. ſequuntur *in d. l. ſic. in fin. in verbo quotidie. quemadmodum ſervit. amitt.* & eam ſequitur etiam Nico. de Matt. & Abb. Sicul. & etiam Dd. Canoniſt. *in d. cap. de quarta de preſcript.* Ex quo not. quod licet ſervitus habens cauſam diſcontinuam, non præſcribitur longo tempore regulariter: ſed requiritur tantum tempus, in cujus contrarium memoria non exiſtat, *ut habetur in l. ſervitutes* 24. *de ſer.* & *dixi plene in* 8. *q. prin.* tamen perdetur per non uſum longi temporis, ſecundum ea quæ ſupra dixi. Aut ſervitus habet intervalla dierum vel horarum, puta alternis diebus, aut die tota tantum, aut nocte tantum, aut alternis horis, vel una hora quotidie quis ſervitute uti poteſt: & tunc quia iſtud reputatur quotidianum, & una ſervitus ſcilicet habens cauſam continuam, perinde ac ſi intervalla non habeat, non utendo amittitur tempore conſtituto, ſcilicet longo, videlicet 10. ann. inter præſentes, & 20. inter abſentes: nec fit aliqua duplicatio temporum, *ut eſt text. cum gloſſ. in d. l. ſi ſic.*

Sed * numquid iſta præſcriptio 6
currat contra ignorantes *b* ſe habere b
jus ſervitutis? Dicas quod ſic, etiamſi ſibi non poſſit aliqua negligentia imputari, *ut eſt text. in l. ſi partem* §. 1 *ff. quemadm. ſerv. amit.* & *l.* & *Atilicinus* 35. *de ſerv. ruſt. præd.* Sed propter iſtam ignorantiam in integrum reſtituitur, ex clauſula, ſi qua mihi juſta cauſa eſſe videbitur, *ut l.* 1. *ff. ex quibus cauſ. majo.* ſicut quando fuiſſet impeditus aliquo juſto impedimento, *ut d. l.* & *Atilicinus, ut no. gloſſ. in d. l. ſi ſic in fin.* & *idem not. gloſſ. in d. l.* & *partem* §. 1. *in ver. non utendo.* & *gloſſ. in d. l. ſic.* loquitur per verbum, forte, dicens, de æquitate forte pur reſtitutionem ſubvenitur. Et ideo dixit, forte, quia *d. l.* & *Atilicinus*, in qua ſe fundat, loquitur, quando fuit impeditus tali impedimento, adverſus quod ſibi conſulere non potuit, quia fons exaruit. Sed quando impeditur propter ſuam ignorantiam per diligentem inquiſitionem potuiſſe ſibi providere, ideo non videbatur ſubeſſe tanta æquitas, & propterea gloſſ. determinat idem ſub dubio forte, & eſt multum no. & ſemper allegatur, & pro ea providetur, *l. fin. C. de præſcription. long. tempor.*

curre-

currere etiam contra ignorantem, quia ſuccurrit ignoranti per reſtitutionem in integrum, ex clauſula generali, & ita tenet ſingulariter Bartol. *in l.* 1. §. *ſi quis autem de itin. actuque priva.* & Paul. de Caſt. *in d. l. ſi. ſic. in fin*, *&* *in d. & Attilicinus*, & idem ſentit. Specul. *in tit. de præſcriptionib. verſic. ſed pone colonus*, & Canoniſtæ idem, *in c. vigilanti de præſcription.* Et hoc perpetuo tene menti pro illis, contra quod currit præſcriptio longi vel longiſſimi temporis, vel ex forma ſtatuti: quia ſi fuerint ignorantes, habent beneficium reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, in quadriennium à die ſcientiæ, *juxta l. fin. de tempor. in integrum reſt.* & hoc vult. Bart. ſingulariter *in d. §. ſi quis autem*, *& in l.* 2. *ad fin. C. ſi adverſus vendit.* Paul. de Caſt. *in d. l. ſi ſic. & in d. l. & Attilicinus*, & Fulg. *in l. juris ignorantia, ff. de jur. & fact. ignor. in l. ſenatus de offic. præ.* & Abb. Sic. *in d. c. vigilanti*, quod no. quia ſæpe contingit in facto. Et prædicta, quod per non uſum perdatur, & præſcribatur ſervitus procedunt in ſervitutibus ruſticis, ſecus in urbanis, quia in iſtis non ſufficit me ſervitute non uſum, ſed requiritur etiam quod tu præſtes mihi impedimentum, *ut l. hac autem jura de ſerv. urb. præd.* ſecundum gloſſ. pen. *in fin*, *in l. ſi ſic. quemad. ſer. amit.* idem tenet Inn. Aut. de But. & Canoniſtæ *in d. c. de quarta de præſcript.* qui dicunt quod eſt differentia inter ruſticam ſervitutem & urbanam, in hoc, quia ruſtica perditur longo tempore non utendo ſecundum ea quæ ſupra dixi, urbana vero per longum uſum non perit, ſed ita demum, ſi vicinus uſucapit libertatem, veluti ſi ædes tuæ ædibus meis ſerviant, ne tuæ altius tollantur, ne luminibus mearum officiant, in hoc enim caſu ſi ego per ſtatutùm tempus feneſtras meas præfixas habuero vel conſtruxero, ita demum jus meum amitto, ſi tu per id tempus altius ſublatas habueris ædes tuas: alioquin ſi nihil feceris, retineo ſervitutem ut hæc probantur, *in l. hac autem jura de ſervit. urb. præd.*

Et adverte, * quia licet Inn. *in d. c. de quarta*, dicat prædicta procedere ſecundum leges, idem tamen dic tu ſecundum canones quia in hoc Canoniſtæ non reperiuntur contrarium diſponere niſi reſpectu Eccleſiæ, contra quam non præſcribitur, niſi ſpatio 40. annorum, unde in foro Eccleſiaſtico, & in terris Eccleſiæ prædicta ſervabuntur ad unguem, ſecundum Abb. Sicul. *in d. c. de quarta ad fin.* Sed certe nec quantum ad Eccleſiam, eſt differentia inter jus Canonicum & civile, quia utroque jure idem eſt quoniam in rebus immobilibus contra Eccleſiam non currit præſcriptio, niſi 40. annor. *vide de jure Canonico, d. c. quarta, & de jure civili. in auth. quas actiones, de ſac. Eccl.* Sed in una tantum regulariter eſt differentia, quantum ad præſcriptionem inter jus Canonicum & civile: quia jus civile admittit præſcriptionem cum mala fide, *ut d. l. ſi quis emptionis, Cod. de præſcription.* 30. *ann.* quod jus Canonicum non admittit, *vi c. fin. de præſcript. & in regula, poſſeſſor malæ fidei, in* 5. *& not.* Abbas *in d. c. de quarta, in* 8. *columm. in princ.* In hoc tamen eſt ſtandum juri Canonico, quia eſt materia peccati, *ut habetur in c. novit. de judic. & not. in d. c. fin. licet gloſſ.* ibi aliter dixerit, & ſic in effectu inter jus Canonicum & civile nulla videtur eſſe differentia regulariter in materia præſcriptionis, & maxime quantum ad propoſitum præſcribendæ ſervitutis, unde propter hoc tene omnia quæ ſupra dixi obſer- 7

vanda eſſe, tam de jure Canonico, quam civili, & tam in terris Eccleſiæ, quam in terris imperii. Item qui utitur ſervitute alio tempore, quam ſibi debeatur ipſam per non uſum longi temporis perdit: & ideo ſi is qui nocturnam habet aquam & interdum per conſtitutum tempus ad miſſionem, uſus fuerit diuturna, amittit nocturnam ſervitutem: quia ea non eſt uſus. Idem eſt in eo qui certis horis uſus fuerit nec illa parte earum horarum, qua illa ſervitus debebatur, *ut eſt text. in l. ſi communem, §. quemad. ſervit. amitt.* Idem ſi cui via actus debeatur ut vehiculi certo genere uteretur *juxta l. ſervitutes* 4. §. 1. *de ſervitut.* & alio genere uſus fuerit ſuper tempus conſtitutum, ſervitutem amittit, *text. eſt in lege is cui via* 11. *in princip. juncta gloſſ. in verſ. quemad. ſervitutes amit.* ſecus ſi quis exercent plus juris quam habeat: non perdit jus ſibi competens: quia qui facit plus quam debeat, dicitur facere id ad quod tenetur, & ideo qui amplius oneris quam licuerit vexerit, magis & plus quam aliud feciſſe videtur: & ſi latiore itinere qui uſus eſſet, aut ſi plura jumenta egerit, quam licuerit, aut aquæ quis immiſcuerit aliam, in omnibus iſtis caſibus ſervitus quidem non amittitur, ſed conceditur plus ſervitutis habere quam pactus fuerit, *text. eſt in d. l. is cui via in princip. concordat. l. ſi eo loco*, §. 1. *ſi ſerv. vend.* ubi dicit, quod ſi quis latiore via vel anguſtiore uſus eſt, ſervitutem retinet, ſicut ſi aqua, ex qua jus habet utendi, alia admixta uſus eſt, *& etiam dixi ſupra in 8. q. princip. ad fin.* & hæc jura allegantur quod diverſitas in tempore diverſificat in ſubſtantia: & ſic facit reputari diverſum. Idem ſi eſt diverſitas in loco: *ut no. in l. Pantonius*, §. *rei perduellionis, de acq. hæred.* & habetur plene per Bart. *in l. denunciaſſe.* §. *quid tamen de adul.* ſecus ſi differet ſecundum plus & minus: quia tunc non dicitur differre in ſubſtantia, nec diverſum reputari quod eſt utile ad multas quæſtiones.

8 Prima eſt, * ſi fiat inquiſitio vel accuſatio de crimine, tanquam commiſſo certo tempore vel loco, aut probetur de alio tempore vel loco, debet ſequi abſolutio: non enim eſt probatum crimen intentatum, ſed aliud: & ideo de novo debet inquiri vel accuſari, *ut not. in d. §. quid tamen.*

9 * Secunda quæſtio, eſt, ſi egi actione injuriarum, quia percuſſiſti me in facie cum pugno, & probatur de percuſſione in ſpatulis: quod non debeam obtinere etiam ſuper probato, de qua quæſt. *vide not. in d. §. qui tamen, & vide plenius per Flo. in d. l. is cui quemadmodum ſerv. amit. & per Bal. in l. & ſi verior. in 6. q. Codice de his qui no. infam. & per Ang. in repet. leg. ſi vacantia in* 33. *colum. verſ. ſed quæro ſi inquiſitus Cod. de bo. vacan. lib.* 10. Sed iſtud fallit in tribus caſibus notabilibus. Primo, quando locus vel tempus non eſſet variabilis, quia eſſet impoſſibile, quod ſit niſi unum exemplum in homicidio ejuſdem hominis: quia tunc licet non probetur locus vel tempus in accuſatione deductus, ſequi debet condemnatio ex quo locus vel tempus non alterat ipſum factum vel pœnam, *ut not. ſingul. Ang. in d. l. denunciaſſe*, §. *quid tamen de adult.* Secundo fallit quando inquiſitus fuiſſet confeſſus delictum *ut not. idem Ang. in d. l. ſi vacantia*, de quo vide etiam per Bal. qui videtur aliter dicere *in l. quoniam in fin. de his qui not. infamia.* Tertio fallit, quando in inquiſitione eſſet clauſula, quæ

quæ communiter per bonos latrunculatores ſolet apponi: videlicet ſuper quibus omnibus, & ſingulis procedere intendit ſimul, & diviſim, omni meliori modo quo poteſt, &c. *ut not. Bald. in d. l. & ſi ſever. & Flo. in l. in delictis, §. ſi detracta, in fin. de noxali. & Angel. de Aret. in ſuo maleficio, in gloſſ ſuper quibus omnibus & ſingulis, in fin. & vide omnino Bald. in l. 1. in princ. ult. column. pen. charta. C qui accuſa.* quod bene nota.

10 Tertia * eſt quæſtio, ſi formata eſt inquiſitio, vel accuſatio cum effuſione ſanguinis, & probatum ſit ſimplex vulnus, vel percuſſio, non debet ſequi abſolutio, ſed condemnatio de ſimplici percuſſione: quia tunc eſt ſecundum plus, & minus, & idem tu dicas in ſimili quæſt. Item ſi ad plura prædia non communia per eundem rivum aqua ducatur, dicuntur plures ſervitutes, & ſi unus ſtatuto tempore ad fundum ſuum aquam non duxerit, ſervitutem amittit: nec per cæteros qui duxerunt, ſervitus ſua retinetur: quia ut dixi, plures ſunt ſervitutes: nec quod unus perdit alteri accreſcit, *ut eſt text. in l. aquam in princ. quemadmod. ſervit. amit.* quod intellige, quando utens fuiſſet uſus ſua die tantum? ſecus ſi uſus fuiſſet tam ſua die, quam alia die, qua poterat alius ducere: quia tunc utens acquirit jus longo tempore, ſecundum Paul. de Caſtr. *ibi*, & bene: ſecus ſi duceretur aqua ad unum prædium commune: quia unus ducendo retinet pro omnibus, *ut eſt text. in d. l. aquam §. 1.* Item ſi is qui habet hauſtum aquæ, ſi per tempus ſtatutum aquam non hauſit, hauſtus ſervitutem amiſit, ac etiam iter ad fontem perdit, *ut eſt text. in leg Labeo, ait quemadm. ſervit. amit.* Item ſi ſtillicidii immittendi jus habebam in aream tuam, & permiſero tibi in ea ædificare, jus ſtillicidii immittendi amitto. Item ſi per tuum fundum via mihi debebatur, & permiſero tibi eo loco, per quem mihi via debebatur quid facere, amitto jus viæ, *ut eſt text. in dict. leg. ſi ſtillicidii, 8. in princip. eo. tit.* Item ſi una eſt via, & indiviſibilis, aut tota amittitur, aut tota retinetur, ſed ſi de una fiant duæ poteſt una amitti, & alia retineri, ut eſt caſus not. *in l. non ſatis, §. 1. cum ſeq. eo. titul.* Item ſi locus, per quem mihi iter, vel actus vel via debebatur, impetu fluminis occupatus eſſet, per ſtatutum tempus non utendo jus amittitur, ſed ceſſante impetu, & facta alluvione reſtituitur in priſtinum ſtatum, *ut eſt text. in l. ſi locus 14. in princ. quemadmod. ſervit. amit.* Item ſi via publica c. vel impetu fluminis, vel ruina amiſſa eſt, vicinus proximus viam præſtare debet, *ut eſt text. no. in d. l. ſi locus §. fin.* & ille text. allegatur pro notabili, *ſecundum Flo. ibi, & Bal. apoſtillis.* c

Quod * ſi reperiatur alicubi via occupata, ita quod per eam tranſiri non poſſit, quod quis poteſt ire per fundum vicini, non punietur de ingreſſu, *& hoc tenet glo. expreſſe per illum text. in d. c. omnes leges, in gl. fin. in fin.* debet tamen ire civiliter, *per l. ſi cui, 9. ff. de ſerv.* & vicinus debet dare viam aliquo pretio conſtituto à fiſco, vel deputato, ſed non ſervatur, *ſecundum gl. in d. l. ſi locus, in fin.* & verum dicit, quod non ſervatur, quod intellige in via publica ſed in privata debet præſtari pretium à privato eam petente, *per l. ſi quis ſepulchrum, de relig. & ſumpt. fune. ſecundum Paul. de Caſt. in dict. §. fin.* quod tene menti perpetuo, quia quotidianum. 11

ADDITIO.

a *Per præſcri.* Quomodo jus ſervitutis acquiratur per præſcriptionem, & quanto tempore, vide Alex. *in* 1. *vol. conſ.* 113. *per totum, & vide in* 3. *volum. conſ.* 46. *in ult. col. in fin.* & an præſcriptio impediatur currere propter peſtem, vel guerram, *vide Corn. in* 4. *vol. conſ.* 92.

b *Contra igno.* Quod præſcriptio currat contra ignorantes, vide Alex. *in volum. conſ.* 71. *in* 1. *colum. & in* 2. *volum. conſ.* 170. *in* 4. *col.* & an ignorantia juris cauſet bonam fidem probabilem ad præſcriptionem, *vide Corn. in* 2. *vol. conſ.* 147.

c *Via publica.* Quomodo intelligatur verbum, juxta vias publicas, vide Alex. *in* 4. *conſ.* 73. *in* 1. *col.* §. *fin. & quaſi per totum conſil.*

CAPUT. XXV.

De ſpeciebus ſervitutum urbanarum.

1 *Species ſervitutum urbanarum prædiorum quot ſint?*

2 *Servitus non eſt ubi quis nil concedit, aut permittit in ſuo, exceptis caſibus à legibus conſtitutis.*

EXpoſuimus hactenus de generibus ſervitutum, & de his quæ omnibus ſervitutibus, & præſertim ruſticis, & urbanis ſimul conveniunt: nunc ſupereſt, ut hoc libro 1. de urbanis tantum ſervitutibus, & de ipſarum ſpeciebus videamus.

1 Species * ſervitutum urbanarum *a*
a ſunt plures, altius tollendi, & officiendi luminibus vicini, aut non extollendi. Item ſtillicidii avertendi in tectum, vel aream vicini, vel non avertendi. Item immittendi tigna in parietem vicini. Item projiciendi, & protegendi. Item etiam eſt ſervitus, ne proſpectui officiatur. Item ſervitus luminum, &c. his ſimilia: *ut eſt. text. in l.* 1. 2 *&* 3. *de ſervit urb. præd.* Item ſervitus eſt, ut proſpectus præſtetur *ut l. lumen. eodem tit. & not. Azo in ſumm. de ſerv.* §. *fin. autem.* Item oneris ferendi, ut vicinus onera vicini ſuſtineat, *l. eum debere columnam, de ſerv. urb. præd. inſt. de ſerv.* §. *item prædiorum.* Item itineris, ſeu aditus: *ut l. ſervitutes* §. *ſi domo. de ſer. urb. præd. & l. iter. communia præd.* Item ubicumque quis procedit, vel promittit aliquid pati, aut non facere in fundo ſuo urbano: vel me faciente non prohibere pro alio urbano fundo meo, ubi de jure pati, aut facere non teneatur, vel me facientem prohibere poſſet, dicitur eſſe ſervitus urbana: quia ædificiis inhæret: *ut probatur in l. quoties* 15. *in fin. de ſervitut. conjuncta l. & ſi forte* §. *etiam ſi ſerv. vend. & l.* 1. *communia præd. & inſtit. de ſervit. urban. præd. cum ſimil.*

Sed ubi * quis nihil concedit, aut 2
permittit aliquid in ſuo: regulariter non eſt ſervitus, niſi in caſibus in quibus ab ipſa lege conſtituta dicitur, quando area vicini non haberet aliunde ventum, niſi ex illa parte, *ut eſt caſus ſingularis in l. fin. Paragrapho primo, Codice de ſervitut. & dixi ſupra in* 8. *quæſtion. princip. ver. ultim.* adde ſingulariter, ac etiam ſicut eſt in agri natura, quæ eſt, ſemper inferiorem ſuperiori ſervire: *ut eſt text. in l.* 1. *Paragrapho denique ager. de aq. pl. ar.* & iſta eſt quaſi ſervitus: *ut text. in d. l.* 1. §. *fin. & not. gloſſ. in d. l.* 1.

Digitized by Google

d. l. 1. §. *denique ager*. Sed quoniam ſervitutes urbanæ dicuntur, quando debentur à prædio urbano, alteri prædio urbano, vel à ruſtico, *ut dixi ſupra in* 4. *diviſione principali ſervitutis verſic. ſed quomodo cognoſcatur*, & *ædificiis inhærens*, *ut ſuprà proxime dixi*, ideo ſingulis prius dictis ſervit. nominatis per ordinem declaratis, poſtea ſecundum ſtatutum urbani ædificii domum figurando pro meliori ordine & clariori doctrina, omnes urbanas ſervitutes declarare conſtitui, in quaquidem domo, ſi quid fieri poteſt, aut non poteſt declaramus, de ſolo, aut area ejus primum exponendo, deinde de pariete, ſive muro, de ſtillicidio, ſive tecto, de oſtio, ſive porta, de aditu, ſive itinere, & introitu, de clauſtro, ſeu conclavi, ſeu porticu, de penu, de curia, de puteo, & ciſterna, & de lavello, & de cloaca, de fiſtula, de fornace, de fornello, de balneo, ſive ſtupha, de furno, de ſcala, de ſolario, de tigno injuncto, de onere ferendo, de ponticello, de maniano, de feneſtra ſive balcone, de camino, de neceſſario, ſive loco communi, de celario, & aquariolo, ſive canali, de aquæ protectu, & æquæductu, & aliarum rerum, de picturis, de cruſtationibus, de armatura quæ machina dicitur, de ſtabulo, & ſterquilinio, de macerie, de lapidibus, de tignis, de fovea, & arboribus, & ultimo de ſepulchro videbis.

ADDITIO.

a *Servitut. urbanor*. Adde Alexand, *in* 1. *volum. conſil.* 142. *in* 1. *colum.* & quomodo jus ſervitutis acquiratur, *conſ.* 113. & quando intelligatur de ſervitute præſenti, & quando de futura, *habes conſ.* 28. *in* 3. *col.*!

CAPUT XXVI.

De Servitutibus altiùs tollendi, & officiendi luminibus vicini.

1 *Servitutes urbanæ quædam ſunt affirmativæ, quædam negativæ, ruſticæ autem omnes affirmativæ ſunt, ut ire, agere, &c.*

2 *Domum multum delectabilem non habere, vel ut vicinus ſuam altius elevet, quomodo noſtra interſit?*

3 *Jura prædiorum non ſolum ſervitutes exiſtunt, ſed etiam libertates,*

Dicamus itaque primò de ſervitute altius tollendi, & officiendi luminibus vicini, aut non extollendi. Et ſecundum veram opinionem iſtæ ſunt duæ ſervitutes. Una eſt altius tollendi, & officiendi luminibus vicini: id eſt, quod quis teneatur ad altius tollendum, & officiendum luminibus vicini. Alia eſt, altius non tollendi: id eſt, quod non poſſit altius tollere, *ut text. cum gloſſ. in leg.* 1. *de ſervitut. urban. prædior. Inſtitution. de action.* §. *æque*, *in verſic. ædes tuas tollendi in fine.*

Ex quo not * quod ſervitutes urbanæ quædam ſunt affirmativæ, quædam negativæ, ſed ruſticæ omnes ſunt affirmativæ tantum, ut ire, &c. *ut not. gloſſ. in dic. leg. primo in verſiculo officiendi*, *in princip.* quam Dd. ibi ſequuntur. Et ſi dicatur, quomodo poteſt dici mihi deberi ſervitus, & vicinus altius tollat, & mihi, 1

 ſeu

ſeu luminibus meis officiat? imo iſta videtur eſſe libertas vicini, & ſervitus mea paſſive. Nec videtur poſſe dici, quod mihi ſervitus debeatur: ea quo mihi, & prædio meo non prodeſt, imo nocet, *ut lege quoties decimaquinta. in principio de ſervitutibus.* Reſpondeo ſecundum gloſſam quam Bartol. ibi ſequitur, & communiter Doctores, *in dicta lege prima, in verſiculo & officiendi, ibi,* vel tertio dic, *de ſervitutibus urbanorum prædiorum,* quod licet hoc noceat luminibus meis, & pro hoc non poſſit dici mihi debita ſervitus active: tamen poteſt in aliis mihi expedire: ut quia plures homines veniebant ad me, & faciebant expenſas.

2 Ex quo not. quod * aliquando intereſt noſtra, non habere domum multum delectabilem propter amicorum concurſum, qui ſunt cauſa magni ſumptus: ſicut ſæpiſſime vidi evenire habentibus pulchras domos cum viridariis. Sed Barthol. *in dicta lege prima,* declarat etiam aliter quomodo poteſt noſtra intereſſe, ut vicinus altius elevet domum ſuam, & pone exemplum propter ventum, ſcilicet ne domus mea ſentiat ventum: quia aliquando ſum malè ſanus: vel propter aſpectum: quia forte tranſeuntes per viam poſſent aſpicere, ſi via alta erat, & domus mea depreſſa, quia ſi vicinus eſt in medio, & ædificet altius, euntes per viam non poterunt amplius in domo mea videre: vel mea poterit intereſſe, ut habeatur lumen ex reverberatione magis, quam per directum *lege ſi arborem, §. interdum, de ſervitutibus urbanorum prædiorum, & notat gloſſa Inſt, de ſervitutibus Paragrapho item præd. urbanorum in fine in verſiculo altius non tollas. in princip.* Sed illud exemplum eſt bonum, quantum ad altius tollendum, non quantum ad officiendum luminibus: quia imo prodeſſet, non officeret. Item poteſt poni exemplum ſecundum Angel. *in dicta lege prima,* ut interſit noſtra, ut noceat luminibus: ut quia erat domus mercatoris, ſcilicet quæ tanto lumine non indiget, imo ei noceret: ut vidimus in apothecis mercatorum communiter, & maxime Venetiis apud Vellutarios. Item poteſt poni aliud exemplum, Conſuetudo eſt, vel ſtatutum, ut nemo poſſit ædes ſuas vel turres habere levatas, niſi uſque ad certam menſuram, invito vicino, *juxta notata per gloſſ.* quæ habetur de ſtatuto Florentiæ: *in lege qui luminibus, de ſervitutibus urbanorum prædiorum in lege prima, Codice de ædificiis privatis.* Vicinus conceſſit mihi, quod poſſim altius tollere, & nocere luminibus ſuis: certe ſi tollerem altius, & ejus luminibus nocerem, & vicinus me prohiberet, poſſem agere actione confeſſoria, ut mihi liceat ædes meas vel turres altius tollere, & ſibi nocere: quia ſervitus vicino eſt impoſita: & mihi per pactum acquiſita contra ſtatutum vel conſuetudinem: & in hoc exemplo ſervitus dicitur deberi active volenti ædificare: in aliis vero exemplis paſſive. Item poteſt poni exemplum altius tollendi: quia quis tenebatur tollere ædificium altius & onera meæ domus ſuſtinere: *juxta legem eum debere columnam de ſervitutibus urbanorum prædiorum* licet in alio nocere, ſcilicet luminibus meis & hoc exemplum ponit gloſſa *Inſtitut. de action.*

actiõ. Paragrapho æque. verſiculo ædes ſuas tollen. in fine. Sed huic opinioni quod jus altius tollendi & officiendi, ſit ſervitus, obſtat ſecundum Odofred. & Ang. *in dicta lege prima de ſervitutibus ruſticorum prædiorum*, quia non reperitur ſervitus affirmativa, per quam quis compellitur quod aliquid faciendum *lege quoties decimaquinta de ſervitutibus.* cum in eis verſatur aut non fieri, aut pati, ut ibi ſupra dixi ſuſtinendo iſtam opinionem dicas ſecundum Angel. *in dicta lege prima verum eſſe*, quod non principaliter, ſed in conſequentiam ſic, *lege eum debere columm. de ſervit. eum debere columm. de ſervitutibus urbanorum prædiorum* & dicit quod credit. Odofred. illa ſenſiſſe, & bene, vel ſecundum exemplum ultimum de onere ferendo quod ſupra dedi, ceſſerat iſtud contrarium, & per *dictam legem eum debere columm. & lege ſi forte. Digeſtis, ſi ſervitutibus vend.* poteſt etiam eſſe, quod jus tollendi & officiendi luminibus vicini, ſit libertas, & non ſervitus, videlicet quem poſſe & non teneri altius tollere, & luminibus vicini officere: *ut lege altius. Codice de ſervitutibus* jus eſt quod dicitur libertas, & non ſervitus: & ita debet intelligi gloſſa, *in lege prima de ſervitutibus urbanorum prædiorum* quæ appellat iſtud jus libertatem.

3 Et ſic notare quod jura prædiorum non ſolum ſunt ſervitutes ſed libertates, & propterea multæ leges poſitæ *in tit. de ſervitutibus urbanorum prædiorum* loquuntur de libertate defendenda: de qua plura videbitis in declaratione domus ſupra proxime figurata. Sed teneri ad altius tollendum & officiendum luminibus vicini: iſtud eſt ſervitus de qua loquitur, *dicta lege prima*, & non eſt libertas, ſecundum Odofred. ibi, quem ſequitur Angel. & Paulus de Caſtro & Doctores & bene, *ut patet ex his quæ ſupra dixi.*

Cætera circa iſtam ſervitutem & libertatem altius tollendi & officiendi luminibus vicini vide quæ dicam *in quæſtione ſequen.* & plenius dicetur de pariete ſive muro, &c.

CAPUT XXVII.

De ſervitutibus altius non tollendi.

1 *Servitutem altius non tollendi ille qui debet, an poſſit ſaltem altius ædificare?*

2 *Servitutem altius non tollendi ille qui debet, an ſupra eam latitudinem arborem vel ædificium habere poſſit?*

3 *Servitutem altius non tollendi ſi mihi debeas cum hac conditione, ne luminibus meis officiatur, quomodo hæc verba intelligantur?*

4 *Servitus altius non tollendi an requiratur, quod ſemper per vicinum imponatur?*

5 *Statutum loquens quod nullus poſſit altius elevare ſeu tollere ædificium ſuum, ſi per illud vicini luminibus noceat, an forenſem liget cujus eſt domus quæ altius tolli debet?*

Eſt

EST & alia ſervitus altius non tollendi, *ut lege prima de ſervitutibus urbanorum prædiorum, & Inſtitution. de act. §. æque. & lege altius, & lege ædibus, Codice de ſervitutibus cum ſimilibus,* intelligo quod de neceſſitate non poſſit altius tolli, ſed ſi de voluntate qui non tollat, poſſet tamen ſi vellet, *juxtà dictam legem altius*, tunc non diceretur ſervitus altius non tollendi, ſed libertas: ſicut de ſervitute & libertate altius tollendi dixi ſuper hanc quæſtionem. Quædam quæſtiones mihi occurrunt, quæ utiles ſunt.

1 Prima eſt * numquid ille, qui debet ſervitutem altius non tollendi, poſſet ſaltem alte ædificare. Videtur quod ſic; quia verbum, altius, eſt comparativum, ergo alte non prohibetur. Sed dic contra: *ut eſt text. cum gloſſa notata in lege loci corpus, Paragrapho penultimo in verſic, altius ſi ſervitutes vend.* quam tenet Albertus de Roſ. *in dicta lege altius, Codice de ſervitutibus ante fin.*

2 Secunda * quæſtio eſt an ille, qui debet ſervitutem altius non tollendi, poſſit habere arborem vel ædificium ſupra eam latitudinem? Et dicas breviter, quod ſic, *ut eſt textus apertus in lege ædificio, de ſervitutibus urbanorum prædiorum, & probatur in lege quod autem, eodem tit.* & poterit per conſequens etiam viridária facere ultra eam latitudinem: *ut eſt textus in dicta lege ædificia*, dummodo ſervitus non ſit de proſpectu: quia tunc non poſſet, ut ibi, & ſic notatur quod plantatio arborum non eſt contra ſervitutem altius non tollendi: quia aliud eſt ædificare, aliud arborem ponere, *ut eſt textus & ibi notant,* Baldus & Doctores *in dicta lege quod autem*, ſed plantatio arborum bene eſt contra ſervitutem proſpectus vel luminum, *ut dicta lege ædificia, & lege inter ſervitutes. §. quodcumque igitur de ſervitutibus urbanorum prædiorum & lege ſi arborem 17. in princip. eod. titul.* & adde quod dicam *in ſequenti quæſtione.*

Tertia * quæſtio ſi debes mihi ſervitutem altius non tollendi cum hac conditione, ne luminibus meis officiatur, quomodo intelligantur hæc verba? Dic, quod cum illa adjectio fiat per modum acceſſorii, regulatur à principali: ut in regula acceſſorium in ſexto, & intelligitur ne officiatur altius tollendo, & ideo adhuc poteris arbores ponere & viridaria habere, licet officias luminibus, quia non officio altius ædificando: *ut eſt textus in dicta lege quod autem, juncta lege præcedenti, verſiculo veluti ſi ædes de ſervitutibus urbanorum prædio.* Si autem illa adjectio apponeretur copulative per copulam, & ne, & æque principaliter: puta, promittis mihi ſervitutem altius non tollendi, & ne luminibus domus meæ officias: tunc eſſent duæ ſervitutes, & non poſſes ponere arbores, & viridaria facere: [illegible] licet per hoc non facias contra primam ſervitutem altius non tollendi, tamen diceris facere contra ſecundam, ſcilicet ne luminibus officias: & ideo poſſem te prohibere, *per textum in dicta lege ædificia in final. & lege inter ſervitutes, verſi. quodcumque igitur de ſerv. urb.* & ita tenet Paul. de Caſtr. *in d. l. ædificia.* quod perpetuo tene menti, ut ſcias dictare inſtrumenta hujuſmodi ſervitutum. 3

Quarta quæſtio * eſt, an requiratur quod ſemper ſervitus altius non tollendi, per vicinum imponatur, & videtur quod ſic, quia regulariter cuilibet licitum eſt ædificare domum 4

ſuam

Digitized by Google

ſuam, vel murum etiam ſi officiat luminibus vicini: *ut eſt text. in d. leg. altius, Cod. de ſervitutib. & in leg. ſi ædibus eod tit. & in leg. cum eod. & in l. pen. de ſerv. urb. præd. & habetur in leg. qui luminibus, eod. tit. & in leg. altius ſi ſerv. vend.* Tu tamen dicas, quod in duobus caſibus reperitur eſſe conſtituta ipſo jure à lege. Primus eſt quando area non haberet ventum aliunde niſi per locum, in quo vicinus ædificare vellet, *ut eſt caſus ſingul. in leg. ſin. §. 1. de ſervit. & dixi ſupra, circa principium ſpecierum ſervitut. & ſupr in 1. quæſt. princip.* Secundus caſus eſt, quando per conſuetudinem vel ſtatutum eſſet introductum, quod quis non poſſit ædificare, niſi uſque ad certam altitudinem, non ultra, invito vicino: *ut habetur per gl. in l. 1. Cod. de ædific. privat. & in d. l. qui luminibus, ut dixi in ſervitute præcedenti.* & vide quæ dicam in ſequenti quæſtione.

5 Quinta quæſtio * eſt, an ſtatutum loquens quod nullus poſſit altius elevare, ſeu tollere ædificium ſuum, ſi per illud noceat vicini luminibus, an ſtatutum liget forenſem, cujus eſt domus, quæ debet altius tolli: & dicas quod ſi, quando iſtud jus eſt deſcendens ex re, ideo ligatur ſtatuto loci, ubi res eſt: *ut probatur in l. venditor 13. §. ſi conſtat, commun. præd. & no. in l. an in totum. C. de ædific. priva. & in l. cunctos populos. C. de ſum. trin.* & quod dixi de ſervitute altius non tollendi, ut ſtatutum loquens

a de ea liget forenſem: a idem dicas in qualibet ſervitute urbana, vel ruſtica, quoniam jus ſervitutis deſcendit ex re, & rei cohæret, *vol. 1. commun. præd. & Inſt. de ſer. §. prædiorum, urb. per prædicta, & per not. in d. l. leg. cunctos populos.* Reliqua circa iſtam ſervitutem altius non tollendi vide infra de pariete, ſive muro.

ADDITIO.

a *Forenſem.* Forenſis variis modis ſumitur in jure. Vide Corn. *in conſil.* 194. *in* 4. *vol.* & quando forenſis ligetur ſtatuto, *conſ.* 199. *in* 1. *vol.*

CAPUT XXVIII.

De ſervitute ſtillicidii avertendi, & ſtillicidii non avertendi.

1 *Stillicidium quid ſit?*

2 *Aquam ex ſuo ſtillicidio ſupra ſtillicidium, vel aream vicini, an quis regulariter divertere poſſit?*

3 *Aqua ſtillicidii vicini, ſi jure ſervitutis cadat ſupra domum meam, vel aream per tegulas, quæ vulgariter Cuppi nuncupatur, an facere poſſim quod cadat per viam unius canalis lignei, vel lapidei etiam canalis exiſtentis ſuper ipſis cuppis?*

4 *Vicinus meus ſi ſuper aream meam vel tectum domus meæ per duos pedes ſervitutem habeat: an ultra producere, ſeu extendere poſſit?*

5 *Stillicidii ſervitutem acquiſitam habens, an poſſit altius tollere, vel elevare, vel deprimere murum, vel ædificium ſuper quo habet ſtillicidium cadens ſuper domum, vel aream meam?*

6 *Stillicidii ſervitutem ſibi debitam ſi quis habeat, & ſublatum fuerit ædificium, ſive corruerit, ex*

quo ſtillicidium cadit, an per hoc ſtillicidium ſervitus cum effectu in totum extincta intelligatur?

7 *Servitutem ſtillicidii avertendi in aream meam, ſi vicinus habeat, quod ſtillicidium ſuper aream meam per duos pedes protenditur, an ego in area ædificare poſſim, ubi ſtillicidium caſitare cœperat?*

8 *Stillicidium cui debetur ſervitus avertendi in vicini aream, ſi protendatur ultra parietem ſupra vicini aream per medium pedem, & caſitet in aream vicini etiam per medium pedem, vel circa: an vicinus poſſit ædificare in illa area uſque ad illum locum ubi caſitat, & ſic uſque ad medium pedem propè murum domini prædii dominantis?*

9 *Vicinus meus ſi habeat ſtillicidium domus ſuæ cadens in fundo, vel horto meo, vel in area extra murum domus ſuæ, verbi cauſa: per duos pedes, an fundus, vel area catenus, quatenus ſtillicidii rigor ſe protendat, ſit vicini, vel mei?*

10 *Stillicidium antiquum habens ſupra aream, vel domum meam in dubio an jure ſervitutis, vel dominii habere præſumatur, ita quod ex eo inferius pro ſtillicidii rigore ſuum dicatur?*

11 *Domus tua ſi domui meæ duas ſervitutes debeat, unam ne altius tollatur, aliam ut ſtillicidium ædificiorum meorum recipere debeat, & tibi conceſſero jus etiam invito me altius tollere ædificia tua: & ſic remiſerim tibi ſervitutem altius non tollendi: an per hoc tibi conceſſiſſe videar, ut poſſis tollere quantumcunque vis: ita quod etiam ſtillicidia mea recipere non tenearis?*

SUnt & aliæ duæ ſervitutes urbanæ: una ſtillicidii avertendi, id eſt derivandi in tectum, vel aream vicini: nam poſſe facere cadere aquam de tecto meo ſuper tectum tuum ſervitus eſt. Alia eſt ſervitus non avertendi ſtillicidii: *ut eſt text. in l. 1. de ſerv. urban. prædior.* ſicut ſunt duæ altius tollendi, & non tollendi: *ut ſupra proximè dictum eſt*, & intellige ſtillicidii non avertendi, ſcilicet mei e domo mea in tuam, id eſt, non immittendi de neceſſitate: quià tunc eſt mihi ſervitus, ſed ſi intelligeretur non avertendi e domo mea in tuam, eſſet libertas, & non ſervitus, *ut dixi de ſerv. altius non tollendi*, & iſtæ ſervitutes ſunt urbanæ etiam, quando conſtitutum eſt, ut poſſim avertere ſtillicidium meum in aream tuam, quæ ſit prædium ruſticum: quia inſpicitur prædium cui ſervitus debetur, quæ ab eo debet denominari: quià dignius eſt, ex quo eſt denominans: *ut eſt text. cum gloſſ. in d. leg. 1. in ver. vel aream de ſervit. urban. prædior. de quo dixi ſupra in 4. q. princ. ſervitutum ver. ſed quomodo cognoſcetur.* Circa iſtam ſervitutem ſtillicidii avertendi, declaremus aliquas quæſtiones utiles, & quotidianas.

Prima quæſtio * eſt pro intelligentia, quid eſt ſtillicidium, & dic quod eſt iſtud quod ſtillat, & interdum cadit directo, & interdum non, propter ventum; ſed flumen dicitur quod directo cadit & maximè per dochiam, *de ſerv. urb. præd. l. ſervitutes, § ſtillicidium* ibi, id eſt, pro ſtillicidio flumen, & *eſt text. Inſt. de ſerv. § præd. urb. ibi.* ut ſtillicidium vel flumen recipiat, & *ibi hoc not. gloſſ.* Item aliquando dicitur ſtillicidium 1

dium domus cui ſervitus debetur ſtillicidii; *& ita capitur in d, §. ſtilicidium*, ſecundum unam expoſitionem *gloſſ. ibi.* Item dicitur ſtillicidium ſervitus ipſa ſtillicidii, & ita accipi ur in materia noſtra *& in d. l.* 1. *de ſerv. urb. præd. & not. gloſſ. in d. §. ſtillicidium.*

2 Secunda quæſtio * an quis regulariter poſſit divertere aquam ex ſtillicidio ſupra ſtillicidium vel aream vicini? Et dico quod videtur quod nemo poſſit dirigere ſtillicidium ſuum ſupra tectum domus vicinæ depreſſæ, vel ſuper aream vicini ſi ſervitus impoſita non eſt: *ut eſt text. in d l.* 1. *de ſerv. urban. præd.* ibi, ſtillicidium avertendi *& ibi hoc not. Dd.* unde ego habens hujuſmodi ſtillicidium, niſi ſervitus impoſita ſit, poſſum compelli per vicinum ad faciendum aquam tecti noſtri derivare per alium locum: puta ponendo quæ recipiant aquam juxta tectum meum, ut eam mittam in ſtratam publicam: *per d. l,* 1. Et eſt ratio, quia domus vel area vicini regulariter debet eſſe libera uſque ad cœlum, *l. altius C. ne ſer. cum ſimil.*

3 Tertia quæſtio eſt, * ſi aqua ſtillicidii vicini cadit jure ſervitutis ſupra domum a meam vel aream, per tegulas quæ cuppi vulgariter nuncupantur, an poſſim facere quod cadat per viam unius canalis lignei vel lapidei, vel etiam canalis exiſtentis ſuper cuppis? Dico quod non, quia aqua groſſior caderet ſeu caſitaret, *ut eſt text. not. cum gloſſ. in l. ſervitute quæ in ſuperficie §. ſi antea ex regula de ſerv. urban. præd.* quod not. contra multos, qui habent ſervitutem ſtillicidii per tegulas, & faciunt unum canale, ad quod tota aqua ſtillicidii decurrit: quia non poſſunt.

4 Quarta quæſtio eſt, * vicinus meus habet ſervitutem ſuper aream vel tectum domus meæ per duos pedes, an poſſit ultra producere ſeu extendere? Et dicas, quod non: quia in noſtro magis inciperet cadere: & in alio loco caderet ſtillicidium, quam in quo impoſita eſt ſervitus. Sed retroduci poteſt: quia levius in ſervitute nobis debita facere poſſumus, non acrius: quoniam certum eſt meliorem conditionem vicini fieri poſſe, deteriorem non poſſe niſi aliud nominatim in ſervitute imponenda mutatum ſit: *ut eſt tex. not. in l. ſervit. quæ in ſuperficie. §. ſtillicidium. verſ. ea de cauſa de ſerv. urb. præd.*

Quinta eſt quæſtio, * an habens ſervitutem ſtillicidii acquiſitam: poſſit altius tollere: vel elevare vel deprimere murum vel ædificium, ſuper quo habet ſtillicidium cadens ſuper domo vel area mea, Dic breviter, quod elevare vel altius tollere poteſt, deprimere non poteſt: *ut eſt text. not. in d. §. ſtillicidium, in princip.* qui aſſignat hanc rationem. Nam levior ſit ſervitus, quando tollitur ſtillicidium altius: cum hoc quod ex alte cadit, & levius cadit, & interdum non pervenit ad locum ſervientem, ſed quando reprimitur, ſit gravior ſervitus id eſt, pro ſtillicidio flumen, quod declara. Nam ideo ſit gravior ſervitus ſtillicidii ſemper cum minus cadit ab alto, & levior cum altius cadit: quia aquæ caſitatio depreſſa ad plura loca vi ventorum diverti non poteſt: ſed ſemper caſitatio in eumdem locum, & facit ibi flumen, & deſtruit aliquando aream vicini, & hortum, ſi in eo cadit, & ideo gravius damnificat prædium ſerviens: ſed caſitatio aquæ procedens ex alto, vi ventorum quandoque ad unum locum, quandoque ad alium quem ducit, nec facit concurſum aquarum: imo quandoque aqua 5

non venit ad locum ſervientem, & propterea tunc dicitur minus offendere ipſum, & ideo meliorem conditionem vicini facere poſſum: deteriorem non eſt iſta intentio, §. *ſtillicidium.* quem caſum ſingulariter not & tene menti, quia contra deciſionem *d.* §. dixit mirandæ memoriæ dom. Thom. eques de Aretio, interrogatus à Domino Paulo de Aretio juris utriuſque doctore, interrogatus, in publica diſputatione, quam fecit idem dom. Thomaſius Paduæ, de quo licet rationem hanc ſolam allegaverit, quia fortius cadit ex alto quam depreſſo: potuiſſet etiam alia ratio allegari quia major commoditas videtur eſſe loci ſervientis, quod cadat ex loco depreſſo magis, quam ex alto: ergo videtur quod poſſit deprimi & non tolli: *per d.* §. *ſtillicidium, in fin.* quoniam ſi ex alto cadit propter ventum, nulla quandoque pars ſoli ſub ſtillicidio remanet tecta cum effectu, quia aqua cadit ubique, & ſic non poteſt ſibi in area ſub ſtillicidio, quicquam collocari, quod tutum ſit ab aqua, item quia nec commode poteſt ſtari vel iri per aream ſub illo ſtillicidio, quod non eſſet ſi caderet ſtillicidium directè ex loco magis depreſſo. Idem etiam, quia ex loco magis alto magis occupatur lumen areæ, quam per locum depreſſum. Item potuiſſet alia ratio aſſignari ſi paries ſeu

b murus *b*, ſuper quo eſt tectum ſeu ſtillicidium eſſet communis: quia quanto cadit aqua altius propter vim ventorum: tanto magis indirectè cadit: *ut eſt text. in d.* §. *ſtillicidium in princ.* Et ideo aquæ ſæpè diſcurrit per parietem ſive murum, ipſum corrumpit, maximè ſi eſt paries ligneus, quod non eveniret, ſi aqua ex loco depreſſo directo caderet. Unde tollendo altius videtur facere deteriorem conditionem fundi ſervientis, deprimendo meliorem *argum. d.* §. *ſtillicidium, in fine.*

Unde ex his patet deciſio Pauli Juriſconſulti *in d. l. ſervitutes quæ in ſuperficie.* §. *ſtillicid. de ſerv. urban. præd.* Et non mirandum; ſi dominus Thomaſius vir præclariſſimi ingenii in ea erravit, & propterea cavendum ab huiuſmodi actibus publicis de quolibet, quia ſunt periculoſi, maximè quando quis vult ponere falcem in meſſem alienam contra id quod ſcriptum eſt, *in l. & habetur*, 6. *q.* 3. *c.* 1. *& in c. venerabilem extr. de elect. & in Clem. paſtoral.* §. *rurſus*, *in fi. de jud.*

Sexta eſt quæſtio. * ſi quis habet 6
ſervitutem *c* ſtillicidii ſibi debitam, c
& ſublatum ædificium, ſive corruit, ex quo ſtillicidium cadit, an per hoc intelligatur extincta in totum cum effectu ſervitus ſtillicidii? & dic quod non: quia remanet in habitu, &, ideo ſi ædificium reponatur cum ſtillicidio, idem ædificium eſſe cenſetur, quantum ad ſervitutes reales, puta ſtillicidii: licet non quantum ad perſonales, *ut eſt text. in l. ſervitus quæ in ſuperficie.* §. *ſi ſublatum. de ſerv. urban. præd.* Et intellige, quod per iſtam reædificationem ſervitus ſtillicidii non erit eadem vere, quæ primo erat, ſed reſtituitur ipſo jure, ut eſt tex. *in d.* §. *ſi ſublatum. verſic pars.* Sed non eſt ita in reali quæ reſtituitur: & hoc probatur ex textu ibi dum dicit, ut idem intelligatur, quod verbum intelligatur eſt verbum fictionis: ut ex text. *in lege quandoque de acquirenda hæreditate. & l. qui à ſervo. de act. & oblig.* & habetur per Bartol. *in l.* 1. *in princ. de no. oper. nunc* per Bald. *in l. quoniam. de his qui not. infam.* & hoc etiam probatur *in leg. ſi te. de ſervitut. urban. præd.* & iſta reſtitutio, &

& ſictio quod intelligatur idem ædificium, quod verè non eſt, & eadem ſervitus procedit propter utilitatem ædium: *ut probatur in d. §. ſi ſublatum ibi,* utilitas exigit & *ita not. ibi Angel. & Bald. in tit. de pace Conſtantiæ. in 4. vol. ad fin.* & intelligo utilitatem ædium, ſcilicet publicam, ut ibi ex quo ſequitur quod pro iſta ſervitute reſtituta, actio directa non competit ſed utilis: quia non eſt vere illud idem ædificium, cui ſervitus impoſita eſt: *ut eſt tex. cum gl. in ver. utilis in d. leg. ſi teſtamento & not. gl. in d. §. ſi ſublatum in prin. de* quo dic. *ut plene not. in l. inter ſtip. §. ſacra. de verb. oblig.* & ex hoc etiam ſequitur illud, quod ſervitus acquiſita ſuperficie, intelligitur acquiſita etiam ſolo: quia non extinguitur deſtructa vel extincta ſuperficie, *ſecundum.* Paul. de Caſt. *in d. §. ſi ſublatum* quod intellige cum effectu, *ut dixi*, & de hoc dic *ut habetur in l. 3. de ſer.* ſed bene intelligitur extincta, *ut dictum eſt*, quod autem dixi ſervitutem reſtitui repoſito ædificio, intellige quando reponitur in eadem ſpecie & qualitate: alias ſecus quia tunc non reputaretur nec intelligeretur idem ædificium, *ut eſt tex. in d. l. ſervitutes §. ſi ſublatum.* & ratio eſt, quia illud quod differt in ſpecie, vel qualitas, non poteſt dici idem in ſubſtantia, ſed diverſum: ſecus ſi habeat in ſe plus vel minus, quia tunc eſt idem in ſubſtantia, ex quo eadem ſubſtantia manet, *ut plene dixi ſupra in decima & ut quæſtio. princip. verſicul. & hæc jura allegantur*, & propterea non attenditur mutatio partium, ſicut in noſtro corpore dicimus: *ut l. proponebatur de judic. & d. ſi ſublatum* inducitur ad quæſtionem ſecundum Dd, quod licet deſtruatur monaſterium non tamen ejus privilegia deſtruuntur: quando deſtruitur de facto, ſecus ſi de jure: *ut per Innoc. Inc. & ex injuncto extr. de nov. oper nunc. dic ut ibi per eundem Innoc. in c. abbate in ult. col. de verb. ſign. & per Bald. in d. tit. de pace Conſtan. in 4. col. ubi etiam allegat. dictum §. ſi ſublatum & per Floren. in l. uſufruct. quibus modis uſusfruct. amit.* quæ omnia notanda ſunt.

Septima quæſtio eſt, vicinus meus habet ſervitutem ſtillicidii avertendi in aream meam, quod ſtillicidium protenditur ſuper aream meam per duos pedes: an ego poſſum ædificare in area ubi caſitare cœpit ſtillicidium. & in hoc text. videntur eſſe contrarii. Nam text. *in d. l. ſervitutes quæ in ſuperficie. §. ſi ſervitutes.* dixit expreſſè quod non, & text. *in eodem l. §. final. in fin.* videtur dicere contrarium, ſed gloſſ. *in d. §. ſi ſervitus* ſolvit, dicens quod ædificare non poſſum, ſi nolo recipere ſtillicidium, *& ita loquitur ille, §. ſi ſervitut.* Sed ſi ſtillicidium recipere volo, tunc ædificare poſſum, *& ita loquitur de §. final. in fin.* Et ex hoc concluditur, quod dominus prædii debentis ſervitutem ſtillicidii, poteſt ædificare, dummodo ſtillicidium, ſeu ſervitutem ſtillicidii debitam non impediat, immo eam recipiat, & ita communiter Dd. tranſire videntur cum illa gloſſ. Ego autem aliter intelligo illa jura: nam text. *in d. §. ſi ſervitus ædi.* dicit quod ſi ædi impoſita eſt ſervitus ſtillicidii non licet domino areæ ſervientis ædificare, ubi caſitare cœpiſſet ſtillicidium. Item *in §. fin. ejuſdem l. qui incipit qui area. in princ.* idem dicit, videlicet quod ille qui vult ædificare in area, in qua ſtillicidium cadit, poteſt ædificium 7

producere uſque ad eum locum unde ſtillicidium cadit, & ſic in hoc concordant, & intelligo duos tex. quod qui debet ſervitutem ſtillicidii, nullo modo poſſit ædificare in area. ubi caſitare incipit ſtillicidium, ſeu ubi ſtillicidium cadit, etiamſi ædificando vellem ſtillicidium recipere, quia qualitas mutatur, & loci qualitas ſervitutem debentis inſpicitur, facit ad hoc quo dixi *in q. præced.* & hoc aperte probatur per tex. *in d. §. fin.* propter dictionem, ſed & ſi, ibi poſitam quæ diverſificat in facto & in jure, *ut in l. ſed & ſi lege, in pr. ff. de petit. hær. & not. in l. qui uſumfruct. de verbo oblig. & in c. ſolicitudinem, in fin. de appellatio.* & ideò cum in fine ibi dicat, quod poſſit ædificari, dum tamen ſtillicidium recte recipiatur, præſupponitur quod ſecus ſit in caſu præcedenti: alias dictio ſed & ſi, ibi poſita, diverſicat principium à fine quod dicendum non eſt, & adverten. dum eſt, quod dicunt illa jura, niſi caſitare cæpit, ſeu ſtillicidium cadit: quia per hoc apparet, quod non debet inſpici protectum tignorum ſtillicidii: ſed locus in quo cadit aqua, ſive ultra ſive citra *ut etiam probatur in l. fin. §. fin. ibi, ſtillicidii rigor. de ſerv. urban. prædio. in §. autem fina. leg. ſervitutes in fin.* qui pro contrario allegatur ponitur alius caſus diverſus videlicet quod ſi in meo ædificio cadit ſtillicidium vicini, ſupra mihi ædificare conceditur, dummodo ſtillicidium recte recipiatur, nam ibi erat ædificatum: & facilius extollitur id quod eſt ædificatum, quam non ædificatum: argum. ejus quod dicitur in ſimili, quod in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus: *ut not. in l. ſi non ſortem §. ſi centum, de condict. indeb.* facit etiam quod habetur *in l. ſi unum §. pactum ne peteret verſicul. & in ſpecie de pact.* quod ille §. *final.* ita debeat intelligi, patet manifeſte ex dictione, ſed & ſi, ibi poſita; *ut ſupra dixi*, quod bene not. quia licet Doct. videntur aliter intelligere, & non aliter declarare, tamen puto hunc eſſe verum intellectum illorum jurium & adde quod dicam *in quæſt. ſequen.*

8 Octava quæſtio eſt, * quid ſit ſtillicidium, cui debetur ſervitus avertendi in aream vicini: procedit ultra parietem ſuper aream vicini per medium pedem & caſitat area vicini etiam per medium pedem, vel circa, an vicinus poſſit ædificare in illa area uſque ad illum locum, ubi caſitat: & ſic uſque ad medium pedem prope murum domini prædii dominantis: & videtur quod ſic, *per tex. in d. l. ſerv. §. ſi ſervitus & §. fin. in prin. de ſerv. urb. præd.* ubi videtur eſſe text. *in l. finitum reg.* quæ videtur eſſe lex Græca quæ incipit, ſi quis ſepem, quæ dicit, ſi quis vult ædificare murum prope fundum vicini, ſepem derelinquat, de cujus intellectu dicam infra de pariete ſive muro. Ego puto, quod *dictus §. ſi ſervitus & §. fin.* debeant intelligi & limitari ſecundum *l. fin. prællegatam*, & e contra *d. l. fin.* debeat intelligi ſecundum *d. §.* videlicet quod ſi ſtillicidium protendit ſe niſi per medium pedem non poſſit ædificari per vicinum uſque ad illum medium pedem etiamſi aqua ultra non caſitaret, quia eſſet contra *d. l. fina. fin. reg.* non enim eſſet æquum, quo dominus fundi debentis ſtillicidium ſuſtineret, eſſet melioris conditionis quam ille, qui nullam debet ſervitutem in fundo ſuo: & ideo ſi ille qui habet fundum ſuum liberum, non poteſt ædificare murum, niſi diſtet à regione vicini per

per pedem; vel ſi vult ædificare domum per duos pedes, *ut d. l. fin.* multo magis deberet diſtare ille, cujus prædium debet ſervitutem ſtillicidii recipiendi, debebit ergo hoc caſu diſtare ædificans murum per pedem, vel domum per duos, non à regione vicini, id eſt non à termino fundi vicini, ſed à ſolo, quatenus protenditur ſtillicidium & caſitat, unde ſi ſtillicidium protenderetur verſus aream, vel hortum ædificantis, & caſitaret, puta per tres pedes, qui relinquuntur, *propter d. l. ſervitutes, §. ſi ſervitus, & §. final. in princ. de ſerv. urban. præd.* etiam relinquere unum alium pedem; & ſic quatuor pedes in totum, à fundo convicini, vel ſi vult ædificare domum; debet relinquere duos pedes: & ſi hoc caſu quinque in totum, & idem dicas in fin. & ita alias obtinui in quadam cauſa Veronæ contra quemdam Epiſcopum de Nica. Sola. & ita fuit judicatum ex conſilio trium doctiſſimorum Juriſconſultorum: quod non quia fuit conſideratio mea, credo quod ſit veriſſima: maximè intelligendo, quod quatenus rigor ſtillicidii protendit ſe ſuper fundo vicini, eatenus terrenum ſeu ſolum inferius ſit domini prædii dominantis, *ut videtur eſſe caſus in leg. Olympico. §. fin. de ſervit. urban. præd. de quo dicam in ſequenti q.* Nam hoc caſu non haberet dubium, *d. l. fin. reg.* Sed ut dixi, etiamſi illud terrenum eſſet domini fundi ſervientis: puto eſſe idem dicendum, per ea quæ ſupra dixi, & quia ita fuit, quod ſingulariter tene menti.

9 Nona * queſtio convenienter ſequitur, ſi vicinus meus habet ſtillicidium domus ſuæ cadens in fundo, vel horto meo, vel in area extra murum domus ſuæ, verbi gratia, per duos pedes, an fundus, vel area eatenus, quatenus ſe protendit rigor ſtillicidii, ſit vicini, vel mei, & videtur quod ſit vicini, cujus eſt ſtillicidium ſuperius, *per l. fi. §. fin de ſervitut. urb. præd.* per quem text. ibi dicit Flor. quod ſtillicidia ſupra domum de jure demonſtrat, quantum ſit proprietas loci inferioris, & idem dicit ibi Bart. videlicet quod ſtillicidia quæ ſunt ſuperius, videntur quodammodo ſignificari proprietatem loci inferioris, & idem videtur velle Bal. *in conſ. ſuo* 22. quod incipit, ſtatuto cavetur, quod tenens arma in domo. Sed ſi eſt iſtud verum debet limitari, niſi conſtaret vicinum meum habere ſervitutem ſtillicidii, quia tunc appareret quod iſtud ſtillicidium haberet, non propter dominium ſoli, quod eſt inferius, ſed propter ſervitutem appoſitam: quæ ſervitus non extenderetur ad dominium ſoli inferioris, *& hoc probatur in l. ſervitutes, de ſervi. urb. præd. §. ſtillicidium, ver. eadem cauſa ibi*, quia in noſtro magis incipit cadere, *& §. ſi ſervitutes, ibi*, domino ſervientis areæ, *de ſerv. urban. præd.* Item eſſet limitandum, niſi ſtillicidium fiat ſupra viam publicam, vel loco publico: quia locus inferior ſub ſtillicidio, non efficitur domini ſtillicidii, poſſet tamen aliquid poni uſque ad ſtillicidium, *ut d. l. final. §. 1. de ſerv. urb. præd.* quam quidem intelligunt, in hoc tamen communiter ſervanda eſſet conſuetudo loci, *per l. an in totum Codic. de ædifi. privat.* & adde quod dicam infra de clauſtro, vel conclavi, & porticu.

Sed * numquid in dubio habens antiquum ſtillicidium ſupra aream, vel domum meam, præſumatur habere jure ſervitutis, vel jure dominii, ex eo quod ſolum inferius pro rigore ſtilli- 10

ſtillicidii dicatur ſuum? Credo eſſe conſiderandum quis poſſideat locum, qui eſt ſub ſtillicidio. Nam ſi ego dominus areæ poſſideo illum locum inferiorem: puta ſi eſt hortus ipſum ibi colo, & arbores habeo, vel retineo res meas ſub ſtillicidio, & præſumatur tunc vicinus habere ſtillicidium jure ſervitutis tantum, & locum inferiorem eſſe meum. Adverte tamen, quia nemini licet ædificare ſubtus grundaria, quatenus rigor ſtillicidi, & tignorum ex certa via deſcendit, ſi ſtillicidii caſitatio impediri poſſit, *ut d. l. fin. §. fin. & ibi hoc not. Angel. & Dd. de*
d *ſervit. urb. præd.* Si vero vicinus, *d*, qui habet ſtillicidium, poſſideret locum inferiorem ſub ſtillicidio, tunc præſumam non jure ſervitutis, quia ſtillicidium ad hoc tendit, ſed quia ſolum quod eſt ſub ſtillicidio, ſuum, eſt, niſi illa poſſeſſio eſſet jure familiaritatis, *ut ff. de acq poſſ. l. jure familiaritatis*, & ideo in hoc poteſt eſſe cautus dominus areæ, ſtet in poſſeſſione etiam illius partis areæ, vel horti, quæ eſt ſub ſtillicidio vicini, & ita alias conſului cuidam amico. Sed ſi neuter poſſideat, quia locus eſt ſterilis, vel aquoſus, vel aliter inutilis: & tunc diſtingue, aut tempore quo fuit factum iſtud ſtillicidium, domus, vel area mea, & domus vicini erat diverſarum perſonarum, vel jurium, aut ejuſdem perſonæ, vel juris. Primo caſu, quando erat diverſarum perſonarum, & tunc illo tempore erat tota domus mea, vel autorum meorum, & non licebat vicino immittere ſtillicidium, *ut not. l. altius C. de ſervitut.* & ideo ſi immiſit, videtur immiſiſſe potius jure ſervitutis quam domini, niſi aliter probetur. Nec eſt aliter credendum, quod ego, vel autor meus voluerim, faciendo immitti ſtillicidium, etiam ſibi concedere ſolum *argum. l. ſi mihi eo tempore 20. de ſervit. ruſt. præd.* quia actus agentium non debent operari ultra intentionem eorum, *l. non omnis in princ. ff. ſi cert. peta.* Secundo caſu, quando erat unius perſonæ tantum, ſicut ſæpe contingit; quando unus habet amplam domum, facit ſtillicidia unius partis domus cadere ſuper alia parte: & poſtea legat, vel vendit unam partem de illa domo, vel ſi plures ſunt fratres habentes domum; & poſtea eam dividunt inter ſe, & uni evenit una pars domus, quæ habet ſtillicidium, & alteri alia pars, quæ habet aream ſub ſtillicidio: & tunc dic idem, quod videtur eſſe impoſita ſervitus vendendo, *e* e
legando, vel dividendo ut ſuſtineat onera permanentia & quæ tunc tempore diviſionis, vel legati, vel venditionis ſuſtinebat, *ut l. quod conclave de damn. infect. & not. Bartol. in l. 1. circa fin. de ſervit. lega. & habetur per Dd. in d. l. quod conclave*, & ex hoc concludi poteſt ad multas q. numquid ſit licitum facere ponticellum, vel caſellum neceſſariii, vel tubam ſive cuppam camini in dicto muro, quatenus ſe extendit rigor ſtillicidii; vel facere feneſtram, vel foveam, *f* vel ferratam in area mea. f
Quia ſi ſolum, quod eſt ſub ſtillicidio, eſſet domini ſtillicidii, tunc poteſt fieri tamquam in ſuo, *l. altius, C. de ſervit.* alias non. De his tamen plenius dicam in ſpecie iſta ſuper domo per me figurata.

Decima, & ultima * quæſtio eſt, 11
ſi domus tua debet domui meæ duas ſervitutes: unam ne altius tolleretur, aliam, ut ſtillicidium ædificiorum meorum recipere deberet: & ubi conceſſero jus etiam invito me altius tollere ædificia, & ſic remiſerim tibi ſervitutem altius non tollendi: an per hoc

hoc videat tibi conceſſiſſe, ut poſſis tollere quantumcumque vis: ita quod etiam tenearis recipere ſtillicidia mea? Et dices, quod non, quia illa conceſſio ſeu immiſſio intelligitur, dummodo recipias illam ſervitutem ſtillicidiorum meorum, *ut eſt caſus in leg. ſi domus de ſer. urb. præd.* eſt ratio quia illæ ſervitutes ſunt diverſæ & ſeparatæ: unde renunciando uni, alteri renunciaſſe non videtur: & ideo ſi ſervitutis retentæ habeo adhuc jus prohibendi, & ad hoc ſemper allegatur *d. l. ſi domus.* quod intellige, quod una remiſſa, altera neceſſario non intelligitur eſſe remiſſa, quia eſt penitus diverſa, ut eſt in caſu propoſito, ſecus ſi una remiſſa, neceſſario intelligeretur remiſſa alia Exemplum in caſu è converſo ſi eſt remiſſa ſervitus ſtillicidii non recipiendi: nam licet hoc caſu videatur eſſe remiſſa ſervitus altius non tollendi, *ut not. gloſſ. in d. l. ſi domus.* quam Dd. ſequuntur & *pro hoc l. ſi mihi eodem tempore de ſerv. ruſt. præd. & eſt text. in leg. ſed interdum de aqua pluv. eſt facit leg. 2. de juriſdict. omu jud. cum ſimil. & dic. leg. ſi domus.* allegatur, quod quando ſunt jura diverſa, & invicem non dependentia, licet tollatur unum, tamen alterum non tollitur, *pro hoc dic. leg. ſed interdum. ſed ſi dependerent ad invicem*, ſecus, ut vult gloſſ. *in dic. leg. domus quæ eſt not. & pro hoc leg. nec is §. 1. de acq. hæred.* ubi repudiata hæreditate ab inteſtato, ex teſtamento repudiata videtur, ſine qua repudiatione prima ſtare non poſſet, *ut ibi, & l. illud. eod. titul.* Item allegatur ad alias q. quas ibi per Bal. & Reg. & Dd. Sed contra prædicta videtur eſſe text. *in l. ſi ſtillicidii quemad. ſer. amit.* ubi dicitur, quod ſi ſtillicidii jus habeam in aream tuam: & permiſerim tibi jus in ea ædificandi, jus ſtillicidii immittendi amitto. Sed ſalvo, quod *in d. l. ſi domus de ſerv. urban. præd.* erant duæ ſervitutes: ideo una remiſſa, altera non tollitur: quia poteſt operari in illa remiſſa, *ut ſupra declaravi*, ſed in illa, *l. ſi ſtillicidii* erat una ſervitus tantum: & ideo ad hoc, ut permiſſio vel conceſſio ædificandi in area poſtea facta aliquid operetur, illa ſervitus ſtillicidii quæ ſola erat, intelligitur eſſe remiſſa, & prædictis adde quæ dicam infra de ſtillicidio ſive tecto.

ADDITIO.

a *Domum.* Domus ſumitur multis modis. *Vide Corneum conſ.* 198. *in* 3. *vol. & in* 4. *vol. conſ.* 41.

b. *Paries ſeu murus.* Murus ſeu paries inter binas ædes an & quando pro diviſo & indiviſo communis inter vicinos dicatur, *vide Corn. conſ.* 184. *incipit. licet. in* 1. *vol.*

c *Habet ſerv.* Adde Corn. *conſ.* 74. *per totum & conſ.* 191. *& conſ.* 193. *in* 3. *volum.*

d *Vicinas.* Adde Corn. *conſ.* 57. *in pen. col. §. locus autem & in* 3. *vol.* Qui dicantur vicini & quomodo accipiantur. *conſ.* 22. *in* 2. *col. & in* 2. *vol. conſ.* 179. *per totum.*

e *Vendendo.* Si quis vendit rem cum ſervitute, utrum & quando intelligatur de ſervitute præſenti, & quando de futura. Alex. *conſil.* 28. *in* 3. *colum. in princip. in* 1. *vol. & conſ.* 120. *in* 2. *col.*

f *Foveam:* Fovea quæ dicatur; adde Corn. *in* 4. *vol. conſ.* 28.

in domum meam caſitare, ſicut prius, expenſis ſuis *a*? dicas quod ſic, *text. eſt not. in l. eum debere columnam in fin. de ſerv. urb. præd.* Hæc de ſervitute ſtillicidii non avertendi dixiſſe ſufficiat.

ADDITIO.

a Expenſis ſuis. Adde Corneum *conſ.* 133. *quod incip. primum,* & *conſ.* 243. *incip. Videtur in* 2. *volum.* & quod juſta cauſa excuſet ab expenſis. Alex. *in* 2. *vol. cauſ.* 37. *in ult. cauſ.*

CAPUT XXX.

De ſervitute tigni immittendi.

1 *Tigni appellatione quid veniat?*
2 *Tignum in vicini fundo immittere, an licitum ſit?*
3 *Tignum ſi per aliquem in fundo meo, & ſic alieno immittatur, an illud propria auctoritate tollere, vel incidere poſſim?*
4 *Tigna an quis in muro, vel pariete communi immittere poſſit?*
5 *Murum, ſeu parietem proprium, ſi quis juxta ædes, vel domum ſui vicini habuit, & paſſus fuit, quod vicinus poſuerit in eo muro aliqua tigna tacite, & nihil dicendo, vel dicendo: Concedo, quod hæc tigna in muro meo immittere poſſis, an ille vicinus poterit, me domino invito alia nova tigna immittere?*
6 *Tigna ſupponere, vel ſurrogare,, an aliquis poſſit?*
7 *Vicinus, an poſſit immittere tigna in alterius vicini muro tangendo ipſum murum, vel an poſſit imponere non tangendo murum alienum, ſed protendo, ſupra locum alienum, vel communem, vel publicum?*
8 *Tigna immiſſa in muro meo proprio, vel communi, vel etiam in publico, vel etiam protendentia in meo, vel communi. vel publico, an licitum ſit auctoritate propria evellere, vel deſtruere?*
9 *Ædificatum quicquid eſt in meo, & per me poſſeſſo, ſolo modo cedit.*
10 *Murus vel ſepes ſi fiat per extraneum in fundo domini, in quo ſervitutem non habeam, & propter hoc ego illa ſervitute ut impediar, an poſſim illum murum rumpere, & deponere, vel ſepem propria auctoritate deſtruere?*
11 *Perſona eccleſiaſtica, vel etiam ſecularis, ſi pro beneficiorum alicui Eccleſiæ collatorum recognitione certum annum cenſum, vel hoſpitium ſibi reſervarit, & ipſe veniente non recipiatur, an domum propria auctoritate ingredi liceat, & intrandi cauſa, oſtia vel feneſtras domus rumpere?*
12 *Civitatum quæ ſuperiorem non recognoſcunt, ut eſt civitas Venetiarum, & Florentiæ, ſi una bona alterius occuparit, illa per vim recupare poteſt.*
13 *Ædificet ſi quiſpiam, vel dimittat, vel protendat tignum in alienum vel publicum, qua actione conveniri poterit?*

Quinta eſt ſervitus tigni immittendi in parietem vicini.

Pro * cujus declaratione primo ſciendum eſt, quod appellatione tigni in l. 12. tab. omne materiæ genus ſignificabatur, ex qua ædificia fiunt, *ut eſt text. in l. tigni. de verb. ſign.* & *l.* 1

adeo §. cum in ſuo ad fin. de acq. rer. dom. & Inſtit. de rer. diviſ. §. cum in ſuo ſolo. & ita omnis materia ligni appellatione continetur, ut eſt text. in l. tigni. in princ. ad exhibendum. & tegulas, & lapides, & cæmenta, & calcem, & arenam, & ſi qua ſunt ædificii utilia, appellatione tigni contineri conſtat, ut leg. 1. §. tigni autem de tig. injunct. facit. l. ferri. §. fabros, de verb. ſig. ſed & in vineis tigni appellatione omnia vineis neceſſaria continentur: puta perticæ, pedamenta ut eſt text. in d. l. 1. in fin. & pali etiam veniunt, qui in numero materiæ redigendæ ſunt ſicut perticæ, l. pali de legat. 3. Tigna autem à tegendo dicta ſunt, ut dixi text. in d. §. tigni.

2 Secundo * videndum eſt an ſit licitum immittere tignum in fundo vicini. Et regulariter dicatur quod non, niſi ſit impoſita ſervitus, ut l quemad. §. ſi protectum ad l. Aquil. & ibi per omnes Dd & l. ſi vitem, §. ſi ad januam, & ibi Bar. quod vi, aut. clam. & l. ſed ſi inter me. in prin. de ſer. urb. præd. nam non debet quis regulariter in alieno aliquid facere, uti l. quodam C. de metal. & me. lib. 11. & not. gloſſ. in d. §. ſi protectum.

3 Tertiò quæritur, * quid ſi per aliquem immittitur tignum in fundo meo, & ſic alieno, an poſſum illud
a propria auctoritate a tollere, vel incidere, & intelligo in fundo, id eſt, tangendo ipſum, leg. 1. §. in flumine de fluni. d. is qui §. 1. juncta l. 2. de relig. ubi probatur, quod dictio, In, requirat actum. Et videtur, quod non, quia regulariter nemo debet ſibi jus dicere propria auctoritate, nec facere, l. 1. Cod. ne quis in ſua cauſ. & l. extat. quod met. cauſ. Item quia eſt in quibuſdam caſibus ſpeciale, ut liceat propria auctoritate vindicare, l. 1 &. 2. Cod. quando lib. uni ſine jud. ſe vin. ergo in aliis videtur eſſe contra jus commune l. jus ſingulare, & l. quod vero de leg. Sed dicas contrarium, ut eſt caſus in terminis, & not. gloſſ. in l. quemad. §. ſi protectum in final. ad l. Aquil. & ibi hoc notant Dd. & in l. ſi vitem, §. qui ad januam, & ibi hoc tenet Bar. quod vi aut clam. & idem Bartol. in l. 1. §. interdictum uti poſſ. quibus adde omnino quæ dicam plenius infra in 6. quæſt.

Quarto quæritur, * an tigna quis 4
poſſit immittere in muro, ſeu pariete communi? Et videtur quod non, quia in re communi potior eſt conditio prohibentis, l. Sabinus communi divid. l. an unus ſi ſer. vind. In contrarium videtur text. in l. in re communi ibi, neque prohibemus, de ſer. ruſt. præd. & in l. quod dictum, eod. tit. Tu dic, aut loquimur de antiquis tignis, quæ primo inerant, & non eſt dubium, quod poni poſſunt, ſecundum Ang. in leg. quidam Iberus in final. 3. colum. verſ. ſimiliter reſtat videre de ſerv. urb. præd. quia nihil innovatur, nec fit contra jus ſocietatis, & idem quando alia tigna ejuſdem communis in locum aliorum tignorum ſupponerentur: quia ſurrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur, l. eum §. qui injuriarum, ſi qui cauſ. & hæc etiam probantur, in l. ſervitutes. quæ in ſuperficie. in princip. de ſerv. urb. præd. juncta l. cum debere eod. in fin. eod. tit. Circa quod adde quæ dicam in ſeq. q. in ſimili. Aut loquimur de novis tignis immittendis: & intelligo etiam in aliis partibus muri, quam in illis, in quibus erant tigna antiqua, & tunc aut paries communis eſt communiter quæſitus, ut ſuſtineat onera utriuſque & poteſt immittere unus ſocius altero invito, ut ex tex. in l. ſi ædes cum gloſſ.

communi

communi divid & *no. glo. magna circa princ. ibi*, item fallit, quando ob hoc ipſum, *in leg. Sabinus*, *eod. titul.* quæ vult, quod ſocius poteſt ut re communi ad uſum deſtinatum, etiam invito altero ſocio: quando ob hoc ipſum ut tale opus fiat, eſt in communi quæſita. Item ſi ita quæſitus non ſit, dummodo ſit deſtinatus paries ad ſuſtentandum onera utriuſque, & permiſſionem talium tignorum non noceat parieti, neque vicino eo quod aptus eſt ad onera ſuportanda: alias ſecus, *dict. l. ſi ædes* & *l. cum duobus* §. *Mela pro ſo.* & melius probatur, *in l. cujus ædificium, de ſervit. urba prædio.* & *l. in parite, cum ſe. de dam. infect.* & *not. per Dyn. in regul. in re communi. in 6.* & *per Ang. in dict. l. quidam Iberus.* & *quod dixi*, quando paries eſt aptus ad onera ſupportanda, ut poſſit unus ſocius tigna immittere, intelligo non jure ſervitutis, ſed jure communionis: habetur in dictis juribus. & *ut in l. parietem de ſerv. urba. præd.* & *not. gloſſ. in d. l. ſi ædes*, & *in d. l. Sabinus*, & *Angel. in d. l. quidam Iberus*: aut communis paries non eſt aptus dictis oneribus ferendi, nec ad ea ferenda quæſitus: ſed fortè delectatione ſociorum, quia unuſquique ex parte ſua habet clauſum pro ſeculari capella: ut quotidie videmus in cappellis magnorum virorum: & tunc non eſt licitum nova tigna mittere, per quæ picturæ deſtrui poſſent, aut delectatio ſocii dominii, *d. l. Sabinus cum glo. domini divid.* non tamen hæc intelligas in eo qui ex pariete ſuo parietem fregiſſet, ut vellet in ea parte mittere tigna; quia negari non poteſt: ex quo paries ad onera ferenda deputatus eſt, *ut d. l. quidam Iberus*, §. *parietem* & *ita Ange. not. ibi in pr. d. l. in pen. col. in fin. quod no.*

5 Quinto, * qui habet murum, ſeu parietem proprium juxta ædes, ſeu domum ſui vicini: & paſſus eſt, quod vicinus poſuerit in eo muro aliqua tigna tacitè, nihil dicendo, vel dicendo. Concedo tibi *b* quod hæc tigna 6 mittere poſſis in muro meo, an ille vicinus poterit domino invito immittere alia nova tigna? dic quod non, eſt caſus nota. *in l. ſi cum meus in princip. ſi ſervit. vend.* & idem dico ſi paſſus ſum facere feneſtram eo modo, quo eſt: qui aliam, vel alias invito me domino facere non poteſt; eadem ratione, imo etiam non poterit detrahendo tigna primò conceſſa alia ſupponere: quia ſufficit, ſi oui vel in paucis, &c. *ut C. de neg. geſt. l. tutori. ſecundum gl. valde not. in d. l. ſi cum meus. in princip. in verſicul. nova.* & idem de feneſtra, quod eſt valde not. ſecus ſi dominus dixiſſet: Concedo tibi ſervitutem tigni immittendi, vel feneſtram faciendi, non addendo numerum: quia tunc poſſet quæcumque tigna, & feneſtras quot voluerit facere, *ut dicit gl. not. in l. ſi cum meus in princ. in verb. nova. præallegato.* Sed dom. Paul. de Caſt. ibi videtur tenere contrarium, videlicet quod ibi non vult augere numerum, ſed vult in loco veterum tignorum alia ſubſtituere, quod poteſt, quia alia reputantur, *ut l. filiæ de cond. & demonſt. in* §. *Titia*, & *in l. ſi donatio.* §. *ſi ſponſus de dona. inter virum.* Ego autem nil iſta puto: plenius ſic eſſe diſtinguendum. Aut ego permiſi promittendo, vel concedendo: aut non promiſi, vel conceſſi, ut tu poſſis mittere tignum in muro meo. Primo caſu principali, aut promiſſio eſt facta de certo, & ſpeciali tigno: aut generaliter de omnibus tignis, aut ſpecialiter. Primo caſu quando promiſſio eſt facta de certo, &

 ſpeciali

ſpeciali tigno : & tunc iterum diſtingue. Aut promiſi, ſeu conceſſi, quod tu non poſſis mittere niſi unum tignum tale, & quod non poſſis imponere aliud, vel ejus loco ſupponere, vel ſubrogare: tunc non habet dubium, quod ſervitus eſt limitata ad illud tantum tignum: & ſic nec in alio loco, nec etiam in illo eodem poni poterit, quia limitata diſpoſitio limitatum parit, ſive producit effectum, *ut in l. agris de acquirend. rerum dom.* Aut promiſi ſeu conceſſi, quod tu poſſis imponere tale tignum tantum in muro meo ſine prohibitione alterius, expreſſa cauſa, & tunc iterum ſubdiſtingue. Aut eſt expreſſa cauſa, propter quam iſtud tignum imponi poſſit: aut non eſt. Si eſt expreſſa cauſa, exemplum: Promitto, vel concedo tibi, quod poſſis imponere tale tignum in domo mea, cauſa domus tuæ ſuſtentandæ, & tecti: tunc teneo, quod videatur impoſita ſervitus illius tigni tantum in eodem loco, *per d. l. ſi cum meus in princ. ſi ſerv. vend.* non quod poſſit aliud ſupponere, ſeu obligare in eodem loco, donec durat domus, vel tectum, & non ultra, nec ob aliam cauſam; quia finita cauſa conceſſionis, vel privilegii. finitur ipſa conceſſio, vel privilegium *ut l. Titia §. uſuras, & vide quid ibi not. Bart. de l.* 2. & ideo ſi tibi conceſſi imponere tignum, vel tigna in domo mea, vel muro cauſa ædificandi domum tuam, puta pro armatura, quæ machina dicitur: & tunc ædificata domo tua, non poteris umquam amplius dicta tigna, vel alia imponere. Et idem, ſi conceſſi, quod poſſis imponere tignum in muro cauſa ſuſtinendi vites tuas: nam vite conſummata, ſervitus extinguitur, & idem dicas in ſim. ſcilicet, ſi propter tectum ſuſtinendum, licet tectum corruat, tamen poterit tectum reficere: quia debetur in eodem loco tantum eadem ſervitus tigni, quia reputatur eſſe idem tectum, *ut eſt text. in l. ſervitutes quæ in ſuperficie, §. ſi ſublatum. de ſerv. urban. præd.* de quo dic, *ut plenè dixi, de ſervi. ſtillicidii avertendi in 6. q.* idem dicendum eſt in domo: quia deſtructo tecto, & pariete, poterit iterum reficere, & debetur eadem ſervitus, quia reputabitur eadem domus, ex qua remanſit primum ſolum, quod eſt maxima pars domus, *ut eſt text. cum gloſſ. in d. §. ſi ſublatum.* Sed ſi cauſa propter quam conceditur tigni immiſſio, non eſt expreſſa, ſed ego concedens ſciebam, ex qua cauſa velles tignum immittere: & tunc dicendum eſt idem, ut in caſu præcedenti, videlicet quod cauſa tacita eſt conſideranda, ſi durat, vel non: quia tacitum, & expreſſum in hoc æquiparantur, *l. cum quid ſi cert. peta.* Si autem non apparet, quod ego ſciverim ob quam cauſam volebas tigna immittere: tunc ſi poſtquam ædificaſti, & tignum impoſuiſti: puta cauſa domus tuæ ſuſtinendæ, & tecti, nec contradixi: & tunc conceſſiſſe videor, quod impoſueris tignum ob illam cauſam, *argum. d. l. ſi cum meus in princip. ff. ſi ſer vend. conjuncta gloſſ. & not. in leg. quadam mulier. de rei vend.* Sed ſi neſcivi ob quam cauſam tignum imponere volebas in muro meo, & poſtquam ſcivi. contradixi. puta, quia ego permiſi tibi, ut tigna imponeres in muro meo, & credens, quod tu velles imponere pro armatura cauſa ædificandi domum tuam, & non ut ſtent perpetuo: & tunc quid in dubio? Dico, quod inſpiciendum eſt, quod veriſimilius eſt. aut quod in hujuſmodi caſibus plerumque fieri ſolet, *ut eſt text. in l. in obſcuris* 114. *de reg. jur.*

&

& ideo ſi illa conceſſio eſſet facta dato aliquo pretio, illa quantitate poterit judicari an intellexerit quod tignum perpetuo remaneat, vel ad tempus: *argum. gloſſ. not. in d.l. in obſcuris,* & *in l.* 1. §. *qui ſuperficiem, in ver. agendo, in fin. de ſuperficie. in l. ſemper in ſtipulationibus de regul. jur.* & *ibi not.* Sed ubi non apparet, quod ſit veriſimilius, vel quod plerumque fieri debet contra proferentem, hoc eſt contra eum, pro quo, & ad cujus utilitatem proferuntur, *l. veteribus*, & *ibi not. ff. de pact.* & *not. Ba. in l. ſæpe de ver. ſign. l.* Secundo caſu quando eſt facta permiſſio generaliter de omnibus tignis & non habet dubium: quia verba generalia generaliter intelligi debent de omnibus & perpetuo, *l.* 1. §. *generaliter de lega. præſtan.* & *in l. in fraudem in fin. de teſta. mili* & 19. *diſt. ſi Romanorum*, & *habetur in cap. quoniam nemini de conjugio leproſorum.* Tertio caſu, quando conceſſio facta eſt ſimpliciter, aut eſt facta de tignis mittendis ſine numero: & tunc teneas indiſtincte, quod poterit quæcumque tigna imponere & ſuſtinere, *ut ſupra dixi per gloſſ. in dict. l. ſi cum meus in princ. ver nova. ſi ſervit. vend.* Aut eſt facta de numero vel de uno ſimpliciter, exemplum: Concedo quod tu poſſis imponere unum vel duo tigna: & tunc numerum augere non potes, *caſus eſt in dict. l. ſi cum meus. in princ.* Sed ſi non vult augere numerum, ſed ſupponere aut ſurrogare aliud vel alia ejuſdem conditionis, & gloſſ. ibi tenet, quod non, per id quod dicitur, ſufficit quod in paucis, &*c. per l. tutori C. de nego. geſt.* Paul. de Caſtr. *in diſt. l. ſi cum meus*, dixit contrarium, quia ſurrogatum, &c. *ut ſupra dixi.* Ergo puto, quod in hoc ſit dicendum per omnia, ſicut ſupra dictum eſt in primo caſu videlicet ut conſideretur cauſa expreſſa ſive tacita, aut quod eſt veriſimile, aut quod plerumque fieri ſolet, ut in dubio ſit judicandum pro illo qui ſervitutem promiſit. Secundo caſu principali, quando nullam promiſſionem ſeu conceſſionem feci, ſed vicinus meus impoſuit tunc unum vel duo tigna in muro meo, & ego tacui: & tunc dicas, quod alia imponere non poteſt in alio loco ejuſdem muri, vel alterius tigni, *text. eſt. in dict. l. ſi cum meus, ſi ſerv. vend.*

6 Sed numquid * aliud tignum ſupponere vel ſurrogare poſſit? & tunc idem dicas, quod proxime dixi *in tertio caſu præcedenti, in fin.* & ideo ex prædictis tu, qui vis complacere vicino tuo, quia forte frater vel amicus eſt, ut aliqua tigna imponere poſſit in muro tuo proprio, ſis cautus ut fieri facias inſtrumentum, & in eo dicas, Concedo quod poſſis talia tantum tigna imponere in muro meo, & non alia, vel quod unam feneſtram tantum, vel duas & non alias, vel aliter ut volueris, ſecundum ea quæ ſupra dicta ſunt. Nam ſi inſtrumentum non fieret & aliqua tigna apparerent, verterentur dubitationes, de quibus ſupra dubitaretur, etiamſi propter illa tigna murus eſſet comunis: de quo vide quod dicam infra de pariete ſive muro, ubi hoc examinabo: videlicet an tigna immiſſa faciant præſumi murum communem: an vero immiſſa ſint tantum jure ſervientis: *ubi omnino vide.*

Sexto quæro, * quia dictum eſt: an 7 vicinus poſſit immittere tigna in muro alterius vicini & ſic tangendo ipſum murum: vel an poſſit imponere non tangendo murum alienum, ſed vel publicum ſupra locum alienum, vel

vel communem: protendendo, Et breviter de illo dicas, quod non, ut eſt caſus. *in l. quemadmodum.* §. *ſi protectum ad leg. Aquil.* & *leg.* 1 *de ſervitut. urb. præd. in ver. protegendi* & *ibi Angel. de communi idem l. ſi duo.* §. *Labeo uti poſſ.* & ibi not. Barthol. ubi dicit quod non licet facere pro filium vel ponticellum ſuper plateolam communem inter plures conſortes, de publico loco idem quia multo minus licet, *ut ex text. infra d. l. fina. in princ. ibi protegendi, de ſer. titul. generali*, de quibus omnibus dicas ut plene examinabo *infra de ſer. protegendi*, & *infra de ponticello* & *ponte.*

8 Septimo * quæritur, an ſit licitum propria auctoritate evellere, vel deſtruere tigna immiſſa in muro meo proprio vel communi, vel in publico, vel etiam protendentia in meo, vel communi, vel publico. Et de iſta quæſt. *vide text, ibi Dd. in l. quemadmodum,* §. *ſi protectum ad leg. Aqui.* & *per text.* & *Bart. in l. ſi vitem. c. qui ad januam quod vi aut clam.* & *in l.* 1. §. *interdum, in* 15. *colum. ff. uti poſſ.* & *in l.* 1. *de arbo cæden.* & *in l.* 1. & *ibi per gloſſ.* & *Dd. C. de interdict.* & *per Flor. in l.* 1. *de ſerv. urban. præd.* & *Ludo. Pon. in quodam ſuo ſingulari, quod incipit. numquid veniam puniendus, ut per Innoc.* & *per Canoniſtas in c.* 1. *de immu. eccl.* & *vide quæ dixi circa* 3. *quæſt.* Diſtingue plenius & clarius ultra alias Docto. & primo duos caſus principales, aut loquimur de tignis immiſſis, ita quod rem alienam tangant: aut de protendentibus ſuper alieno, ita quod non tangant alienum. Primo caſu principaliter diſtingue. Aut mittuntur in loco alieno in totum, puta in meo proprio, aut in communi, aut jure ſervitutem debente vel aliquod jus, aut in publico. Primo caſu quando mittitur vel ædificatur in alieno, quod eſt alterius proprium: & tunc aut ille qui eſt dominus, non poſſidet illud in quo tigna miſſa ſunt, non poteſt propria auctoritate deſtruere *ut not. Cart. in l.* 1. §. *nunciatio circa pr. de not. ope. num.* & *Flo in l.* 1. *quemadm.* §. *ſi protectum ad leg. Aquil.* Aut dominus poſſidet, & tunc aut poſſidet inſolidum, aut pro parte. Si poſſidet in 8 ſolidum, poſſet propria auctoritate incidere, vel deſtruere, & reſiſtere contra impedimentum, nec requiritur Prætoris ſeu judicis aditio aliquo modo, ut eſt caſus: quia ita debet intelligi *in d.* §. *ſi protectum.* & *in l. ſed ſi inter me. in princ.* ſecundum unam *lect. glo. ſingularis de ſervi. ub. præd.* & *in leg. ſi duo* §. *Item videamus.* & §. *Labeo uti poſſ.* & *ibi hoc not. Bart. in d. l. nunciato. circa princip.* Et hoc operatur commodum poſſeſſionis, quia attribuunt facultatem Domino poſſidenti poſſe reſiſtere propria auctoritate: quod non eſſet ſi non poſſideret, *ſecundum Flor. in d.* §. *ſi protectum,* facit ad hoc inſti. *de interdict.* & ideo ſi aliquis fabricaret murum, vel erigeret ſepem, vel aliquid faceret in fundo meo proprio, ipſum tangendo poſſum propria auctoritate deſtruere, ac etiam penitus evellere.

Et ratio * eſt: quia illud quod eſt ædificatum in meo per me poſſeſſo, ſolo meo cedit, *ut l. adeo.* §. *ex adverſo de acquiren. rer. domi.* & *inſtit. de rer. diviſ.* §. *ex diverſo cum ſimil.* & *not.* Inno. *in c.* 1. *ad fin. de immuni. eccleſ.* & ſic video deſtruere id quod meum eſt, & non alterius, & eſt ratio fundamentalis, quam ponit Flor. *in l.* 1. *ante fin. de ſer. urb. præd.* nec per hoc poſſem accuſari de violenti: *d* vel pertubatione quod notandum eſt: quia quotidie de facto contingit. Et prædicta intellige, quando non ſolum dominus in ſolidum poſ-

ſidet:

ſidet, ædificans non tenet, neque poſſidet ſed etiam quando ædificans erat detentor, & Dominus poſſidet: quia idem erit, videlicet, quod Dominus poterit propria autoritate deſtruere, *ut probatur in l. ſi ſervus. Codice quod cum eo. & ibi hoc not. Dd. & hoc idem tenet Bartol. in d. l. 1. §. nunciatio. de no. ope. nun.* idem etiamſi ædificans poſſideret naturaliter, & Dominus civiliter: quia Dominus poterit auctoritate propria ſimiliter deſtruere, ſi indebitè ædificatum eſt, *ut l. uſufructuarim novum tectorium de uſufruct. quod not. in l. 2. Codice de jur. emphyt.* Idem ſi ſum Dominus, & poſſideo naturaliter tantum, alius qui ædificat tantum civiliter poſſideat, *ſecundum Bartol. in d. §. nunciatio.* Item prædicta intellige vera, etiamſi ædificans in re communi immitteret in alium locum proprium ſocii, quia ſocius cujus eſt locus in quo ædificatum vel immiſſum eſt, propria auctoritate deſtruere poteſt: *ut eſt caſus ſingul. in l. ſed ſi inter me. & te in princ, ibi*, aut rem perdere, *ſecundum unam leg. gloſſ. de ſerv. urb. præd.* Item prædicta intellige non ſolum in Domino directo, ſed etiam in Domino utili, ſicut eſt emphyteuta, vel feudatarius, aut ſuperficiarius: quoniam poteſt deſtruere propria auctoritate propter jus ſuum utilis dominii, *arg. leg. & in provinciali §. fin. de nov. oper. nunc. & tenet Bart. in d. §. nunciatio.* & prædicta omnia, dum dixi, quod quis poſſit deſtruere, vel evellere immiſſum in locum ſuum proprium, limita ut locum habeant in rebus profanis: ſecus in religioſis, & ideo non habet locum in ſepulchro, puta ſi quis ſepeliret corpus in ſepulchro meo favore religionis, *ut text, in l. oſſa, in princ. de relig. & ibi not. per Bartol. in §. nunciat.* Item prædicta omnia limitantur, ut locum habeant in immiſſis manu, ſeu opere artificiali: ſecus ſi non eſſent immiſſa opere artificiali, ſed naturæ, ſicut ſunt radices ex natura creſcentes, quæ immittuntur in tuo, quia non licet propria auctoritate incidere *ut habetur in l. 1. Codice de interd. & not. Flor. in d. §. ſi protectum* de quo tamen dic, *ut plenius dicam d: arboribus.* Si vero Dominus in ſolidum non poſſidet, & tunc concludas, *ut dicam in caſu proxime ſeq.* Secundo caſu, quando immituntur tigna, vel ædificatur in communi, & communiter per aliquos poſſeſſo, & tunc aut extraneus eſt ille qui immittit, vel ædificat, & tunc uni ex dominis licitum eſt propria auctoritate deſtruere: *ut eſt caſus ſingul. ſecundum unam lecturam, in d. l. ſed ſi inter me, & te, in princ. d. ſer. urb. præd. ibi*, aut rem perdere, *ſecundum Ludovicum de Roma. in d. ſuo ſingulari, & habes per Bart. in d. §. nunciatio qui ſe remittit.* Aut eſt unus ex ſociis, qui habent rem communem, qui ex propriis ſuis ædibus immittit tigna, vel ædificat in communes ædes ſuas, & meas: & tunc licitum eſt mihi propria auctoritate deſtruere: quia mihi ſoli actio competit contra ſocium, *pro hoc eſt text. valde not. in leg ſed ſi inter me, & te, in fin. princ.* & ibi ita videtur tenere Bart. & etiam Flor. quod ego etiam puto verum per text. dum dicit idem fiat, & ſic vult, quod ſit idem quod in caſu præcedenti: licet Bartol. aliter dixerit, *in d. §. renunciatio.* ubi vult. quod ſi ego, & ædificans communiter poſſidemus, non poſſum auctoritate mea deſtruere, *per illum text. in d l. ſed ſi inter me, & te.* quia text. ibi dicit tunc mihi tecum eſt actio, facit *L. Sabinus. communi divid.* Sed ego non intelligo ſic illum text.

M videlicet

videlicet quod ſolum ſit mihi actio : & ſic non poſſum propria auctoritate deſtruere : ſed intelligo , quod ille text. velit dicere continuando ad præcedentia , videlicet quando ſocius immittit ex ædibus communibus inter me , & ipſum in ædes meas proprias , poſſum propria auctoritate deſtruere , *ut dicitur in princip. ſecundum unam lect.* poſtea ſubditur idem quando ex ædibus ſuis propriis ædificat in communes noſtras : quia poſſum ita deſtruere mea auctoritate propria : ſicut in caſu præcedenti , & hoc ſignificant illa verba , idem fiat , & poſt eam ſubdit rationem hujus , quia mihi ſoli tecum eſt actio , quaſi dicat , mea ſolum intereſt , & non alterius ſocii , & ideo mihi ſoli actio competit , ſi vellem eam intentare , ſicut ſi ædificaret ex ædibus communibus in meas proprias : ſed ſi volo poſſum eam deſtruere , ſicut in caſu præcedenti : & ita intellige illum text. Tertio caſu quando ædificatur in fundo , ſeu in re mihi debente ſervitutem , aut aliquod jus , an poſſim propria auctoritate deſtruere ? Et tunc diſtingue ; aut tertius ædificat , ſeu tigna immittit , & poſſum deſtruere procuratorio nomine domini , naturaliter poſſideam , *arg. l. 1. §. fin. de no. oper. nunc. & notat Bart. in d. §. nunciatio.*

Aut * volo deſtruere nomine proprio pro ſervitute , aut aliquo jure mihi competente , exemplum : Si fiat murus vel ſepes per extraneum in fundum domini , in quo ego non habeo ſervitutem ; & propter hoc ego impediar illa uti ſervitute : an poſſim illum murum rumpere : & deponere , vel ſepem propria auctoritate deſtruere ? & Innoc. format iſtam quæſt. *in c. 1. in fin. de immun. Eccleſ.* Et primo dicit quod non , quia hoc ſolum licet domino fundi , & non uſufructuario , quia non eſt dominus , *l. ſi cujus , §. uſufruct. & §. ſeq. de uſufruct.* poſtea in fin. dicit , quod alii dicunt contra , ſed primam partem videtur ſequi Flor. *in d. §. 1. in l. 1. ad fin. de ſerv. urb. præd.* quam puto veram : ex quo non ſunt domini , vel quaſi , ſed bene poſſent , nedum dominus , ſed etiam uſufructuarius , & quilibet habens jus in re , impedientes uti jure expellere : ac etiam agere poſſent , ut murus , vel tigna , vel ſim. immiſſa tollantur , *l. ſi eo loco , & l. egi , ſi ſerv. vend.* ſecundum Flor. *in d. l. 1. §. 1. & in d. l. quemad. Paragrapho ſi protectum. ad l. Aquil.* & ea quæ ſupra dicta ſunt in uſufructuario , etiam habent locum in beneficialibus , & juribus Eccleſiaſticis ; pone exemplum.

Si perſona * Eccleſiaſtica : vel etiam 11
ſecularis , pro recognitione beneficiorum collatorum alicui Eccleſiæ reſervarit ſibi certum annum cenſum , vel hoſpitium quod de jure debetur. 18. q. 2. *Eleutherius , & in c. quanto. de cenſ.* & ipſo veniente non recipitur , non licet domo ingredi propria auctoritate , & rumpere oſtia , vel feneſtras domus cauſa intrandi : ratio eſt , quia facere diceretur vim , & jus ſibi dicere non licet regulariter. Sed ſi vult ingredi , & invenit aliquem ſibi opponentem , tunc poteſt per violentiam illum expellere , & eſt ratio , quia ejicit perſonam ſibi contradicentem uti poſſeſſione , & dicitur hoc modo poſſeſſionem deſcendere ſuam , & vim vi repellere , quod eſt licitum , *ut l. ſcientiam , §. qui cum alter. ad l. Aquil. & l. 1. Codice unde vi & hoc not. per Innoc ſingulariter in c. 1. de immunit. Eccl. & ibi per Canoniſtas. & per Florin. l. 1 §. de ſerv. urb. præd.* quæ bene not. in pract. quia quotidie veniunt

de

de facto, & omnia quæ dixi ſupra, in primo, ſecundo, & tertio caſu, quod quis non poteſt propria auctoritate deſtruere vel evellere, intellige vera quando poteſt haberi copia judicis: ſed ſi judicis copia haberi non poſſit, tunc propria auctoritate deſtruere poſſet, *ut l. nullius C. de Judæis.*

12 Unde * in iſtis civitatibus quæ ſuperiorem non recognoſcunt, ſicut eſt civitas Venetiarum, & Florentiæ, ſi una civitas occupavit bona alterius. poteſt illa per vim recuperare, quia juris non eſt copia, *ita ſingulariter dicit Bart. in l. ſi alius, §. belliſſime, per text. cum gloſſ. ibi, ex magna cauſa, in princip. Quod vi aut clam.* Item debet limitari, niſi gravatus poteretur enorme damnum, quod de facili ſequeretur exemplum: Si quis per vim arriperet animalia tua quæ facilius pereunt vel vineas quæ ſi incultæ remanerent de facili deſtruerentur, quod faciliter permittitur: quia tua auctoritate recuperas quamvis in aliis rebus non permitteretur, quæ de facili ſic non pereunt, ut notat etiam Bart ſingulariter, *in d. §. belliſſim. per gl. ibi, in verſ. ex magna cauſa ibi*, vel ſi enorme damnum. *Quod vi aut clam.* quod tene menti. Quarto caſu, quando ædificatur in publico: *f* vel in eo tigna vel alia immittuntur, an ſit licitum propria auctoritate deſtruere & in hoc dic: Aut eſt ædificatum, & tunc non eſt licitum privato deſtruere, ſed agere cuilibet de populo permiſſum eſt, *l. 1. de locis & itiner pub. & leg. 2. ne quid in loco pub. in princ.* & ſi ædificatum publico uſui noceat, poteſt is qui publicis uſibus deputatus eſt, ſicut eſt in civitate Veronæ miles & judex procuratorum civitatis Veronæ, deponere, *text. eſt in l. 2. §. ſi quis nemini, quid in loco publico*, & ita obſervatur: quia ibi officiales publici deputati ſuper locis publicis, ſi reperiunt aliquid in loco publico ædificatum deſtruunt, vel deſtrui faciunt. Sed ſi ædificatum in publico non noceat uſui publico, tunc deſtrui non decet ſed aliqua penſio imponi debet ædificanti: ne urbes deformentur ruinis, *l. 2. §. ſi quis nemini*, & ibi hoc not. Bart, nequid in loco publico *& in l. fin. eod. titul.* & intellige prædicta, ſive ædificetur in loco publico ſive in via publica, ſive in alio loco privato, puta in meo, & ædificatum noceat loco publico, *l. 2. § ſi quid in ſuo ne quid in loco publico*, vel reſpectu itineris, vel viæ, vel uſus loci publici: vel reſpectu fœtoris, aut mali odoris vel putredinis, *ut eſt text. cum gloſſ. in l. penultim. §. penultim. quod vi. aut clam.* Item intellige ſive tangat publicum ſive non, ſicut ſi fierent pontes aut ponticelli ſupra viam publicam, quod non licet *ut eſt text. & ibi Bart. in de l. 2. §. tractetur. & ibi etiam. gloſſ. ne quid in pub'ico, de quo per Bar. in lege quominus. de flum. in 13. quæſtione, & habetur in leg. fin. de ſervit. in princip. titul. generali. & per Bald in l. item lapilli. in 5. col. ff. de rer. diviſ. & dicam infra de ponticello & ponte:* & circa iſtam materiam adde quod not. Bart. *in d. l. quominus de flum. in 3. quæſtione, & per Bal. in l. item. lapilli in 5. col. ff. de rerum diviſ. & habetur in l. fin. in princip. de ſerv. tit. generali. & dicam infra de ponticello & ponte:* & circa iſtam materiam adde quod not. Bart. *in d. lege quominus ad flum.* Secundo caſu principali, quando ædificatum vel aliquid aliud non eſt immiſſum, ſed ſuper alieno protenſum: ſicut eſt profilum ſive ponticellum, an ſit licitum propria auctoritate deſtruere, & in hoc diſtingue: Aut

eſt arbor, quæ protendit ramos, & frondes ſuper alieno, & non licet intercidere, ſed habet locum interdictum de arbor. cædendis, *ut l. 1. & ibi per Bart. de arborib. caden. & habetur in l. 1. C. d. interdict. & dicam infra de arboribus.* Aut non eſt arbor, ſed monumentum: & tunc credo, quod liceat propria auctoritate deſtruere, *argum. l. oſſa, de relig. & ſumpt. fun.* & idem credo per illum text. in quolibet alio ædifico ſpectante ad cultum divinum, & tangente locum vicini, ſicut ſi eſſet locus ſacriſtiæ, vel altaris, aut ſimil. eadem ration. Aut non eſt arbor; nec monumentum, vel locus ad cultum divinum deputatus, puta eſt ponticellum, vel aliud protectum & tunc aut eſt ſupra locum publicum, & privato etiam vicino non licet propria auctoritate deſtruere, ſed officiali publico ſupra operibus publicis deputato, *ſicut ſupra dixi*, aut eſt ſupra privatum locum: & tunc non licet etiam vicino propria auctoritate deſtruere, *ut eſt text. in l. quemadmodum, §. ſi protectum ad leg. Aquil & ibi per omnes Dd.* & per hoc habet pleniſſime, an & quando ſit licitum propria auctoritate deſtruere ædificatum, vel immiſſum, aut protectum in alienum, vel in publicum.

13 Octavo, & ultimo * quæro, quis ædificat, vel immittit, vel protendit tignum in alienum, vel publicum, qua actione poterit conveniri? Dic breviter, ſi in privatum proprium alterius, poterit conveniri, quod vi aut clam interdicto, *l. ſi vitem, §. ſi ad januam, quod vi, aut clam.* Aut in privatum commune, & tunc actione pro ſocio, vel communi dividundo, *ut habetur in l. ſi ædes, & in l. Sabinus commun. divid.* Aut in publico, & tunc interdicto, ne quid in loco publico, & de iſta materia vide quæ dicam infra de pariete, ſive muro, & de tecto, & ſtillicidio, & de ponticello, & ponte.

ADDITIO.

a *Propria auctoritate.* Quæ differentia ſit inter conſenſum; ſententiam, & auctoritatem, vide Alex. *in 3. vol. conſil. 29. in pen. col. in fin. & ult. in prin. & in 1. vol. conſ. 206 in pen. col. §. nec obſtat.*

b *Conced. tibi.* Conceſſio, & promiſſio de conducendo ſunt diverſa, *vide Corn. 3. volum. conſil 74. incip. præmitto.* & quando aliquid alicui conceditur ad aliquem uſum, an cenſeatur conceſſa proprietas, *conſil. 295. in d. volumine.*

c *Domus tua.* Quomodo capiatur verbum domus, vide Alex. *conſil. 48. in ultim. colum. in fin. in 1. vol.* & domus ſumitur in jure variis modis, *vide Corn, conſil. 55. in 1. vol. conſil. 41. & in 3. vol. conſ. 198. & in 2. volum. conſ. 116.*

d *Violentia.* Violentia expulſiva an indicat privationem expellentis, à jure ſuo, *vide Corn. conſ. 272. in 3. volum & conſil. 185. incipit licet, & Alex. in 3. volum. conſil. 64. in pen. col.*

e *Procuratoris nomine. &c.* Procuratoris geſta an præſumantur nota domino, *vide Corn. conſil. 156. in 3. volum.*

f *Ædificat.* Utrum ædificans cum damno vicini ſui teneatur ad reſtitutionem? Reſponde, quod non, ſi non facit animo nocendi proximo: ſed ſibi conſulendi, *l. 1. §. denique ff. de aqua plu. arcend.* nam uſque ad cœlum poteſt quis elevare ſuum ædificium, ſi eſt ſibi utile: & ſervitutem non habet, *l. altius ff. ſi ſerv. vend.* Et utrum quis

quis poſſit in alieno aliquid facere invito domino? Reſpondet Angel. de Aret. *Inſtit. de leg. Fuſia* quod ſic: quando faciendi prodeſt, & domino non nocet, *ut ibid. & in l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arcen.*

CAPUT XXXI.

De ſervitute projiciendi.

1 *Servitus à prædio denominante denominatur.*

2 *Aquam de domo tua in curtem meam, vel è contra ſine aliqua ſervitute, an projicere poſſis?*

3 *Domus partem ſuperiorem habitans, ſi aquam per ſolarium ſuperius projiciat, quæ aqua ad inferiora deſcendat, an loci inferioris dominus conqueri poſſit, & etiam ne hoc fiat, prohibere?*

4 *Lapicida, ſi cædat lapides in domo, vel area ſua, & fragmenta in vicini fundum cadant, an hoc facere poſſit, vel ſibi prohibere valeat?*

5 *Servitutem projiciendi in fundum vicinum habens, an ſtercus vel urinam fœtidam, vel alia ſimilia projicere poterit?*

6 *Domus dominus ſuperior ſi projiciat aquam in fundum vicini inferiorem, ubi de jure non poteſt, vel ſtercus, aut urinam, ubi haberet ſervitutem, aut dominus inferior divertit fumum ad locum domini ſuperioris, ubi non poteſt, an actione injuriam conveniri poterit?*

SErvitus projiciendi. eſt urbana, non ruſtica, *ut eſt text. in l. 2. ad fin. ibi denique projiciendi, de ſer. urb. præd.* quoniam competit, quando quis habet jus projiciendi ex fundo ſuo urbano in domum meam, vel aream vicini, vel etiam in alterius fundum ruſticum.

Denominatur * enim ſervitus à prædio dominante: *ut eſt text. in d. l. 2. & gloſſ. in verſicul. vel aream, & dixi ſupra in quarta diviſione ſervitutum, verſicul. ſed quomodo cognoſcatur, & ex hoc not.* quod habens domum juxta hortum, vel aream, vel clauſtrum, vel pratum ſui vicini, non poteſt ex illa domo quicquam projicere in ſolum dicti vicini citra debitam ſervitutem: *ut eſt caſus in d. l. 2. verſic. projiciendi, & ibi hoc not. Angel. de ſerv. urb. præd.* 1

Quæro * igitur primo pro declaratione hujus ſervitutis, numquid poſſim projicere aquam de domo tua in curtem meam, vel è contra, ſine aliqua debita ſervitute? & dicas quod non: per prædicta, *probatur in l. ſicut 8. §. Ariſto ſi ſervit. vend.* ratio, quia licet regulariter in ſuo quis poſſit facere, ſicut vult, non tamen poteſt immittere in alieno, *ut eſt text. in d. §. Ariſt.* & dixi plene in ſervitute præcedenti, & immitti dicitur non ſolum quando de ſuperiore ad inferiorem, ſed è contra, quando de inferiore, ad ſuperiorem, ſicut in fumo contingit, *ut eſt text. in d. §. Ariſto. verſ. fumi autem* de quo fumo dicam in quæſt. ſeq. 2

Quæro ſecundo, * aliquis habet ſolarium ſuperius, & alius habet locum inferiorem, ſicut Venetiis: habens ſolarium ſuperius, ſpargit aquam per ſolarium, vel cauſa ipſum tergendi: vel propter calores cauſa frigiditatis inducendæ: ſicut æſtivo tempore plerumque fieri ſolet, ex hoc accidit, quod aqua illa quandoque ad loca inferiora 3

Digitized by Google

ſeriora deſcendit: quæritur numquid dominus loci inferiori: conqueri poſſit & prohibere ne hoc fiat? & videtur quod ſic, *per ea quæ dicta ſunt in quæſt. præcedenti & per text. in d. §. Ariſt.* ubi ſic dixit, in ſuo enim alii hactenus licet, quatenus nil alienum immitat. & iſtam partem tenet glo. ibi in vet. jure, in fin. quæ facit differentiam inter aquam & fumum, dicens, quod fumus poteſt immitti in loca ſuperiora, quia naturaliter aſcendit, non ſic in aqua: quæ recte projicitur, & non deſcenderet naturaliter niſi projiceretur. in contrarium videtur eſſe text. *in d. l. ſicut, 8. §. in fin. ſi ſerv. vendi. juncto. §. Ariſt. verſic. fumi.* Nam ille verſ. fumi. æquiparat fumum aquæ quantum ad immiſſionem in locum alterius *& in d. §.* dicitur, quod quis poteſt ex loco inferiori immittere fumum in locum ſuperiorem, idem ergo dicendum videtur in aqua. Item pro hoc *l. 1. §. denique de aqua plu. arcen.* ubi dicitur quod agri natura eſt, ſemper inferiorem ſuperiori ſervire. Circa hoc breviter ſic concludas, & iſta eſt veritas circa aquæ projectionem. Aut dominus partis ſuperioris non poteſt habitare commode, niſi infundat aquam: & tunc ipſam infundere poteſt, licet aliquando inferius deſcendat, *ut l. pen. & ibi hoc not. Ang. ff. de injuriis.* Aut poteſt habitare etiamſi aquam non ſpargeret, & tunc aut infundit aquam per ſuum ſolarium juxta morem ſuum, & tunc non tenetur an aliquid ad loca inferiora deſcenderet, *per l. ſicuti. §. Ariſt. conjuncto ver. fumi.* ni faceret animo injuriandi, *ut eſt text. in d. l. pen. d. injuriis & ita not. Bart. & Flo in d. §. Ariſt.* & ideo puto, quod ſi ſuperior habet ſolarium, & lavando juxta ſolitum & communem modum, aliquando caderet aqua, quæ deſcenderet ad locum inferiorem, non tenetur, neque prohiberi poſſit, quod not. Aut effundit aquam ultra ſolitum & communem modum, vel in ſolario fecit balneum, & vult projicere aquam per ſolarium, cauſa ipſum calefaciendi vel alia de cauſa, & tunc non poteſt, ſi per hoc aqua deſcenderet ad loca inferiora, *ut probatur in d. §. Ariſt. in princ. & in verſ. dicit ibi taberna caſeariam. ſi ſerv. vend.* Et eadem diſtinctio facienda eſt de fumo: aut ſit ignis ſolitus aut inſolitus, *ut ibi not. per Bart. & Flo.* & Paul. de Caſt. *de quo vide quæ dicam plenius infra de fumo.* Et prædicta intellige, niſi aliter eſſet impoſita ſervitus aquæ vel fumi dimittendi vel divertendi, *ut eſt text. cum gloſſ. in d. §. Ariſt. Nec obſtat. gloſſ. 2. ad fi. in d. §* quæ facit differentiam inter aquam & fumum: quia non eſt facienda. Nam ſicut facto ſuperioris projicientis aquam, aqua deſcendit in inferiorem naturaliter: ita & facto inferioris ignem facientis fumus aſcendit naturaliter ad ſuperiorem. Item non obſtat *l. 1. §. denique 23. de aqua plu. ar.* quæ vult inferiorem ſuperiori ſervire: quia loquitur in agris, in quibus ſunt aquæ diſcurrentes, quæ de neceſſitate ad inferiora deſcendere debent. Et ſubditur ibi una ratio, quia ſicut omnis pinguedo terræ ad inferiorem locum decurrit, ita etiam ad eum aquæ incommodum fluere debet: quæ ratio non poteſt procedere in aqua projecta aliena.

Quæro * tertio, lapicida cædit lapides in domo vel area ſua, & fragmenta cadunt in vicini fundum, & 4
quæritur numquid poſſit hoc facere:

an

an vero prohiberi poſſit? Et videtur, quod hoc facere non poſſit, & quod prohiberi valeat, per regulam, *quæ eſt in d. l. ſicut, Paragrapho Ariſt.* videlicet, quod in ſuo eatenus facere licet, quatenus in alienum non mittat, & hoc ſentit glo. *in ver. agi.* quæ dicit, vel actione. In contrarium, videtur quod quis poſſit ſtare in domo ſua, & in ea uti arte ſua nec regulariter probari poteſt, *improbatur in d. l.* 15. *de ſer. in princ. ibi,* ne per fundum tuum eas, aut ibi conſiſtas, *conjuncta l. vendit. communia prædior:* niſi ſervitus conſtituta eſſet, & ideo ſi vendo tibi domum cum pacto: ut non poſſis ibi exercere talem artem: iſta conventio valet, & tu, & tui hæredes obligaris: non autem ſervitus, cum non ſit prædium dominans, *ut dicit Bar. per illum text. in d. l. vend.* Paul. de Caſtro, *in d. l. quoties.* qui dicit hoc eſſe verum ſi ex hoc pacto conſequor utilitatem: quia in domo mihi remanente exercebam eamdem artem, alias ſecus, & per hoc illum text. *in d. l. quoties, ibi,* aliter atque, & iſtam partem ſentit præfata gloſſ. *in d. §. Ariſto. in verſi. agi in princip.* dum dicit per pactum. Ego autem teneo primam partem eſſe veriorem, quia verum eſt, quod in ſuo quis poteſt exercere artem, dummodo non immittat in alienum. De hoc eſt caſus in terminis, *in d. §. Ariſto.* quam ſic puto eſſe intelligendum, & ita fuit etiam de mente *gl. ibi in ver. agi in fin.* Nec credo eſſe diſtinguendum, ſicut dixi in quæſtione præcedenti, de fumo, & aqua, videlicet, an faciat juxta ſolitum, vel non: quia ibi loquitur de his quæ pertinent ad domum pro uſu hominis. quæſtio vero noſtra loquitur de arte, quæ fieri debet in loco ſuo, ita quod in alienum non immitatur per prædicta, & hoc intelligo, niſi lapicida habuiſſet prius in domo ſua apothecam lapicidinæ, & poſtea murus vicini, vel domus ceciderit, & area tantum remanſit: ita quod fragmenta lapidum, quæ prius non poterant in ea cadere, tunc cadere incipiant, quia locus eſt præventioni *l. ſi pluribus. de lege.* 1. *argument. ejus,* quod de fabro, & ſcholari dicitur per Bart. & Dd. *in l.* 1 *ff. ſolu. mat.*

Quæro * quarto quis habet ſervitutem projicendi in fundum vicini: juxta ea quæ dixi in princ. an poterit ſtercus, vel urinam fœtidam, vel alia in ſimilia projicere? Et teneo quod non, *per text. cum gl. not. in l. pen. §. quod. vi. aut clam. & per text. cum gl. in l. prætor. § idem ait ſi odore. ne quid in loco pub. facit l.* 1. §. 2. *de cloacis, & quod dixi in ſervitute præcedenti, in* 5. *quæſt. verſ.* 4. *caſu.* quod not. quia quotidianum. 5

Quæro * quinto, & ultimo, dominus ſuperior projicit aquam in fundum vicini inferiorem, ubi de jure non poteſt, vel ſtercus aut urinam, ubi haberet ſervitutem: vel dominus inferior immittit; vel divertit fumum ad locum domini ſuperioris ubi non poteſt: an poterit conveniri actione injuriarum? Dic, ſi inferior dominus ædium ſuperioris vicini fumigandi cauſa fumum facere, aut ſuperior vicinus inferiores ædes quid aut projecerit, aut infuderit cauſa injuriæ faciendæ, tenetur actione injuriarum, *caſus eſt in l. pen.* & ibi hoc tenet Ang. *Digeſtis de injuriis.* Secus ſi hoc non faceret cauſa injuriandi, *ut ibi.* quod not. Et ad materiam hujus ſervitutis, adde quæ dicam infra de aquæ projectu. 6

ADDI-

ADDITIO.

a *Fundum.* Appellatione fundi, quid contineatur, vide Corn. *conſ.* 235. *incip. viſa in* 4. *vol.*

CAPUT XXXII.

De ſervitute protegendi.

1 *Protegere quid ſit, & quid protectum?*

2 *Domum ſupra ſolum vicini habens, an ſuper ipſum ſolum quicquam ædificare poſſit, licet in ſolo non requieſcat?*

3 *Protectum, an ſuper ſolum commune facere liceat?*

4 *Protectum quod ſupra ſolum meum exiſtit, cujus ſit?*

5 *Protectum an aliquis tenere poſſit, puta porticellum ſupra eum locum, quo vulgo iter fieret, vel in quo conſiſteret?*

HÆc ſervitus protegendi licet regulariter ſit urbana, *ut l.* 2. *in fin. ibi, protegendique. de ſerv. urban. præd.* quia protectum conſuevit fieri magis in fundo urbano, quam ruſtico, tamen poteſt eſſe ſervitus ruſtica, quando fieret cauſa ruſtici fundi: ut ſi forte feci protectum in agro vicini, ut ibi recipiantur coloni mei, *ut eſt text. in l.* 2. *in princ. in verſic. protectum, & ibi gloſſ, de ſerv. ruſt. præd.*

1 Circa * hanc ſervitutem quæro primo, quid ſit protegere, ſeu protectum, & in quo differat ab immiſſo. Protectum eſt id quod ita provehitur, ut nuſquam requieſcat: qualia ſunt mœniana, & ſubgrunda. Idem etiam projectum dicitur, & differt ab immiſſo, quia immiſſum eſt, quod ita fieret, ut aliquo loco requieſceret, velut ſi tigna trabeſque immitterentur *ut eſt textus in l. malum. Paragrapho, inter projectum ff. de ver. ſign.* & ibi hoc declaratur per gloſſ. dic, ut ibi, *& vide gloſſ. in l. ſi vero § prætor. ait. ne quis in verſ. ſubgrunda. ff. de his qui deject. vel effu. & vide etiam in l. ſi duo. §. videamus, & §. Labeo. & quod ibi not. uti poſ.* & de iſtis protectis ponitur etiam *in* 2. *par. urban. ff. de dam. infect.* ibi dum dicit de ſubgrundis, & protectis.

Secundo * quæro, an habens domum ſupra ſolum vicini, poſſit ſupra ipſum ſolum quicquam ædificare, licet in ſolo non requieſcat: exemplum ſi vult facere profilum amplum, reſidens totaliter in ædificia protegentis; dic quod non, niſi ſervitus impoſita ſit, *text. in l. fin. in ver. protegendi, & ibi hoc not. Ang. de ſervit urban. præd,* & eſt ratio, quia ſolum debet eſſe liberum uſque ad cœlum, *ut eſt text in l. fin. in princ. de ſerv. & habetur in l. altius, C. de ſerv.* & circa quod vide etiam quod dicam infra de ſtillicidio, ſive tecto, & de ponticello, *& vide quæ dixi ſupra de ſervitut. ſtillicidii mc, ximo in* 9 *q. in fin,* & in ſervitute tigni immittendi. *in* 6. *quæſt. verſiculo caſu. in fin.* 2

Tertio * quæro an liceat protectum facere ſupra ſolum commune, & dicas breviter quod non *l. ſi duo. §. Labeo. ff. uti poſſ.* ubi hoc not. Bar. qui dicit, quod non licet facere profilum, ſeu ponticellum ſupra plateam communem inter plures conſortes, *& dixi ſupra in ſervitute præcedenti. in* 6. *quæſt. & adde not. per Bal. in l. item. lapilli. ff. de re. divi.* 3

Quarto * quæro, cujus ſit protectum, quod eſt ſupra ſolum meum: & videtur 4

videtur quod ſit meum, *per d. l. fin. in fin. in princ. de ſer. tit. generali.* quia omnia ſolo meo uſque ad cœlum debent eſſe libera *ut ibi & not. in d. l. altius præall.* In contrarium videtur, quod illius in cujus muro vel loco ſit fixum. *l. quemadm. §. 1. in princ. ad l. Aquil.* Tu dicas breviter: aut protectum eſt ſuper meo: & non requieſcit in alieno jure ſervitutis mihi debitæ, & tunc non eſt meum, ſed ejus in cujus loco requieſcit, *& ita loquitur d. §. 1. in princ.* Aut eſt ſuper meo, & in alieno requieſcit, puta in ædibus alienis jure ſervitutis mihi debitæ, & tunc eſt meum, *ut eſt caſus not. in l. quod conclave. & ibi hoc not. Bar. & Ang. & Dd. de dam. inf.* Poſſet tamen clarius hoc dici: aut protectum eſt ædificatum per me cujus eſt ſolum, aut per alium. Si eſt ædificatum per me, & tunc procedunt prædicta. Si per alium puta quis ædificat ſubgrundam in ſuo muro protendentem ſuper ſolum meum, & tunc ſi hoc fecit debita ſervitute, & illud protectum dicitur eſſe ſuum ædificantis, & non poterit per me neque per judicem removeri, *l. quemad. §. ſi protectum præall.* ibi, nullo jure à contrario ſenſu. Aut hoc fecit circa debitam ſervitutem: & tunc teneo, quod protectum ſit ædificantis: & non meum, *caſus eſt in d. §. ſi protectum,* ibi: protectum meum. conjuncto ibi, nullo jure, & non poſſum propria auctoritate deſtruere, ſed judicis auctoritate ſic, *ut eſt text. in d. §. ſi protectum in princ. & adde quæ dixi ſupra de ſerv. tigni immitendi, in 7. q. ver. 2. caſu principali & quæ dicam infra de clauſtro. ſive conclavi.*

5 Quinto: & ultimo * an aliquis poſſit tenere protectum puta ponticellum ſupra eum locum, quo vulgo iter fieret vel in quo conſiſteretur? Et dic, quod ſi id protectum de facili poteſt cadere, & nocere, tunc non licet *ut eſt text. in l. ſi vero §. prætor ait, el. 1. & ibi gloſſ. in verſi. poſſunt de his qui deje. vel. effud. & §. prætor ait, el. 2. in ver. nocere*, imo poterit puniri *ut ibi dicitur*, ſed ſi de facili non poteſt nocere, & tunc ſecus, & ideo ſi eſt horticellus vel aliquid aliud ſupra viam publicam ſic firmiter poſitum, quod non de facili veriſimiliter ſit aptum nocere, ut contingit habentibus viridaria murata ad ſuas feneſtras, vel etiam cum lignis ita firmiter affixa, quod non ſit veriſimile, ea de facili cadere poſſe, tunc non tenetur: quia contra ſic habentes non datur actio in factum de iſto edicto, de his qui deje. vel effu. *& ita not. Flo. in d. §. prætor ait. ſi vero de his qui deje. vel. effu.* Circa hoc tamen communiter proviſum eſt per ſtatuta locorum, a quibus ſtandum eſt, *omnes populi, de inſtit. & jure*, alias jure, *ut ſupra dixi.* Et de hoc vide quod dicam infra de horto & horticello.

ADDITIO.

a *Statuta lo.* Statutum quis poteſt facere? Reſpond. quod ille qui poteſt facere legem, de quo vide Bal. *in l. omnes populi ff. de juſtitia & jure*, quod quantum quis habet de juriſdictione, tantum habet de auctoritate condendi legem vel ſtatutum: nec ultra extenditur, niſi hi quorum intereſt conſentiant, vel ad minus ſint præſentes, ſecundum Innoc. *in c. 1. de loco, & in c. à nobis, el. 1. de ſentent. excommun. allegat c. final. de his quæ ſin. à præla.*

CAPUT XXXIII.

Ne proſpectui officiatur.

1 *Servitus, ne proſpectui officiatur duobus modis capi poteſt, ſcilicet in genere, & ſpecie.*
2 *Servitus ne proſpectui officiatur, in quo differat à ſervitute, ne luminibus officiatur?*
3 *Sufficit etiam quod ille cui ſervitus debetur luminum, cælum videre poſſit.*

TRes ſunt ſervitutes; quæ licet in multis conveniant, & eædem eſſe videantur, tamen inter ſe differunt: ut eſt ſervitus, ne proſpectui officiatur: ſervitus luminis, id eſt ne luminibus officiatur, & ſervitus ut proſpectus præſtetur, *ut habetur in l. inter ſerv. cum l. ſeq. de ſerv. urb. præd.* De ſingulis videamus.

1 Et * primo de ſervitute ne proſpectui officiatur. Duobus modis capitur hæc ſervitus: uno in genere; alio in ſpecie. Si quis debet mihi ſervitutem, ne proſpectui domus officiatur non habito reſpectu ad certum locum, non ſolum tenetur præſtare proſpectum ex parte ſuperiori, puta cæli, ut cælum videri poſſit, ſed etiam ex parte inferiori, puta terræ, non impediendo proſpectum ad inferiora, vel de longinquo, nec quicquam facere poteſt, per quod officiatur ad gratiorem proſpectum, & liberum, *ut probatur in l. inter ſer. in prin. cum l ſeq. quæ incipit. lumen de ſerv. urban. præd. & ibi Dd.* & ideo ipſe tenetur ſemper conſpectum in eadem ſpecie gratitudinis, & liberum præſtare, quæ erat tempore impoſitionis ſervitutis, unde ſi per proſpectum viridaria videbuntur, alia loca multum amœna, aut etiam ſol refulgens, nec ſolis nec dictarum amœnitatum aſpectus, ſeu viſio minui poteſt, *d. l. inter ſervitut. in princ.*

Et hic * ſervitus proſpectus in genere plus continet, quam ſerv. ne luminib. officiatur: quia nedum continet proſpectum ex loco ſuperiori, ut cælum videri poſſit, *ut dixi*; ſed etiam ex loco inferiori: puta per feneſtras, *ut probatur in d. l. lumen. ibi*, etiam ex inferibus locis quæ dictio etiam implicat, quaſi dicat, non ſolum ex ſuperioribus, ſcilicet cæli, *ut l. etiam, Cod. ſi tutor. vel curat interve.* & quia etiam continet aſpectum gratiorem, & liberum, ſicut erat tempore ſervitutis impoſitæ, *ut l. inter ſervitutes in princ.* ſed ſi ſervitus luminum, aut ne luminibus officiatur, ſolum continet, ut aſpectus ſit uniformiter gratus, puta ut viridaria, vel alia loca videri poſſint *ut probatur in d. l. inter ſervitutes, & in dicta lege lumen*, & hoc eſt, quod volvit dicere text. *in d. l. inter ſervitutes in princip.* ibi quoniam in proſpectibus, quis plus habet: quia debet intelligi ſecundum gloſſ. & Dd. ibi, de proſpectu in genere non autem in ſpecie. Si autem ſervitus, ne proſpectui officiatur, alio modo debetur in ſpecie tantum: puta ſi quis mihi promiſit ſervitutem, ne officiatur proſpectui certæ feneſtræ domus meæ: & tunc aut illa feneſtra tempore ſervitutis impoſitæ habet aſpectum ex parte ſuperiori, & etiam ex latere, quia ex ea cælum videri poterat, & etiam alia loca proſpiciebantur, & tunc idem eſt, ſicut quando eſſet in genere hæc ſervitus conſtituta, *ut ſupra dixi*, cum ſit eadem ratio, quoniam ſervitus proſpectus etiam continet, ut cælum videatur, ſi videri poteſt, *ut d. l. lumbi*, etiam

etiam ex inferioribus. Aut illa feneſtra non habet conſpectum cœli ex ſuperiori : quoniam ex ea cælum videri non poterant, nec etiam ex inferioribus alia loca amœna; vel de longinquo videbantur, ſive deſuper, ſive ex latere proſpiceret, puta: quia erat feneſtra penoris, ſive capannæ ſubterranæ, vel ſimil. Et tunc hujuſmodi ſervitute non continetur, ut cælum videri poſſit, nec ut liberum, aut gratiorem conſpectum habeat, ſed ſolum ut ex illa feneſtra aſpectum extra habeat, vel ſupra, vel infra. eo modo quo erat tèmpore ſervitutis, *ut probatur. in d. l. in ſervitutes in prin. & in d. l. lumen, & ibi hoc not. gloſſ.* 2. *in fin.* & hoc caſu plus continet ſervitus, ne luminibus officiatur quia ex eadem cælum videri debeat, *ut d. l. lumen.* & intelligo cælum videri poſſe, quando locus cui ſervitus debetur ne luminibus officiatur, non prevenit oculos in videndo cælum, ſive deſuper, ſive ex latere, & ideo ſi per feneſtras, vel quemcumque alium modum non proſpicias cælum, non diceris habere lumen : licet omnis diei claritas ex ſole, & per hoc ex cælo proveniat, poteſt tamen dici te habere pro pectum *ut not. gloſſ. in d. l. lumen.* & adde hic omnino quæ dicam infra de ſervitute, ne luminibus officiatur in princ. Aut illa feneſtra non habet aſpectum, ita quod ex ea cælum videri non poteſt, ſed alia loca videri poterant : & tunc ſervitus ne luminibus officiatur, in aliquo plus continet, in aliquo minus continet, & inde plus, eo quia propter ipſam cælum videri debet, quod in ſervitute proſpectus in ſpecie prædicta non contingit, *ut d. l. lumen.*

Continet etiam * minus : quia ſufficit quod ille cui ſervitus debetur luminum, cœlum videre poſſit licet ſibi proſpectus de longinquo tollatur quia gratitudinem luminis non continet, *d. l. inter ſervitutes in princip.* & ideo poſſet impediri ingreſſus ſolis, ex quo gratitudo reſultat quia gratior ſibi eſſet, *ut eſt text. in l. ſi arborem in princ. de ſerv. urb. præd. & eſt text. in d. l. inter ſervitutes in princ.* & ex his apparet, quod ſervitus ne proſpectui officiatur, & ſervitus, ne luminibus officiatur, ſe habent tanquam excedentia, & exceſſa, *ut valuit gloſſ. in fin, in d. l. lumen*, quam ſic intelligo, ut ſupra declaravi, *facit gloſſ. fin. in l. certi condict. in princ. ſi cert. pet.* quæ dicit, quod conditio generalis, & ſpecialis ſe habent tanquam excedentia, & exceſſa. Cætera quæ faciunt ad hanc materiam, vide in tribus ſequentibus ſervitutibus.

CAPUT XXXIV.

De ſervitute proſpectus.

1 *Habet qui minus etiam offendi debet, & hac ratione plus habet pauper, quam dives.*

2 *Beneficium quid ad ſuam collationem habet, non cadit in generali expectantium impetratione.*

3 *Servitus proſpectus, an differat à ſervitute ne proſpectui officiatur?*

4 *Verba, ne proſpectui officiatur, futuri temporis ſunt, quæ actum prohibendi reſpiciunt, ſeu proſpectum impediendi de futuro.*

Si quis mihi debet proſpectum, non debet, ut cœlum videam, ſed ut feneſtra, vel aliquo ſimili cooperta claritas

ritas diei ad me perveniat : *ut probatur in l. inter ſervitutes , in princip. cum l. ſeq. de ſerv. urb. præd. & notat. Azo. in ſumma C. de ſervit §. ſin. autem ver. ſi autem quis.* Sed qui debet lumen , oportet quod faciat ut cælum videri poſſit , *ut l. lumen eod. tit.* & dixi in ſervitute præcedenti , ergo quicunque habet lumen, habet proſpectum , ſed non è contra : quia ille cui proſpectus debetur : minorem habet commoditatem in fruendo , quam ille cui debetur lumen , majorem habet poteſtatem in prohibendo, quam ille cui debetur ſervitus luminum : quia debens ſervitutem luminum ſufficit quod faciat ut cælum videri poſſit. Qui vero debet ſervitutem proſpectus non poteſt quicquam facere quod noceat ad gratiorem proſpectum & liberum *: ut dict. jurib.*

3 Et eſt * ratio quia cum quis minùs habet minus offendi debet , & hac ratione plus habet pauper quam dives. *ut not. gl. 1. in l. inter ſervitutes de ſerv. urb. præd. & Azo. in ſum. de ſerv. §. ſunt autem facit ad hoc text. cum. gl. 1. in l. illicitas, §. ne tenuis ibi,* lumine unico vel brevi ſuppellectili de offic. præſid. quæ gl. loquitur in porcello , qui dicitur eſſe oculus ruſtici : facit ad hoc text. *in Clem. 1. §. ſin. ibi , lumine , de ſent. excom.*

2 Et * facit etiam ad q. de illo , qui ad ſuam collationem habet unum beneficium *a* quod illud non cadit in generali impetratione expectantium , *de qua q. vide per arch. & Dd. in c ſi pro cleris de præb. in 6. & per gl. & Dd. in Clem. 1. de conſeq. præb.* & prædicta intellige quando quis haberet ſervitutem proſpectus certi loci tantum , in quo cælum videri non poterat , *& ita intelligit. gl. 2. in ſi. in d. l. inter ſervitutes.* Sed ſi generaliter deberetur ſervitus proſpectus , ſcilicet domus, tunc etiam cælum videri debet , ſicut in ſervitute luminum , *ut probatur in l. lumen , de ſerv. urba' præd. & hoc vult. d. gloſſ. 2. in ſin.* quam Dd. communiter ſequuntur; & idem etiam ego teneo : quando debetur ſervitus proſpectus certi : ex quo cælum videri poterat tempore ſervitutis impoſitæ , *per d. l. lumen* ibi etiam ex inferioribus & his caſibus ſe haberent tamquam excedentia & exceſſa quod declara ut dixi ſervitute præcedenti.

Sed circa * hanc ſervitutem videndum eſt an differat iſta ſervitus à præcedenti. Et licet Dd. hoc non tangant , immò promiſcue loquantur de ſervitute proſpectus , & ne proſpectui officiatur ac ſi eſſet unica tantum : tamen teneo quod ſint differentiæ : ut ſentit etiam Azo. *in ſumma. C. de ſerv. §. ſunt autem.* & puto quod iſta ſit differentia : quoniam ſervus proſpectus eſt : quando non haberem feneſtram vel foramen ex quo proſpectum habere poſſim : nec de jure illam habere valeam vicino nolente. Nam ſi vicinus permittit mihi , quod ego poſſim habere proſpectum in domo mea in genere vel in tali contra in ſpecie , potero feneſtram facere , nec vicinus aliquid poterit facere quominus proſpectum habeam ex feneſtra illa : ſecundum ea quæ ſupra dicta ſunt in ſervitute præcedenti , vel quando haberem feneſtram, vel vicinus haberet ædificium ſuum impediens proſpectum meum ex dicta feneſtra : quo caſu , ſi vicinus promittit mihi proſpectum ex illa feneſtra , illud ædificium deponere cogitur , ad hoc , ut ex illa feneſtra vel loco poſſit ſecundum prædicta proſpectus haberi , & hoc ſonant verba illa , Ut proſpectus præſtetur quæ ſunt futuri temporis , & præſupponunt 3

Digitized by Google

ponunt quod ante conſtitutam ſervitutem proſpectus non erat: quia regulariter mihi dari, aut concedi non poteſt quod habeo. *arg. Inſt. de actio. §. aequè. ver. ei vero. qui poſſidet. cum ſimilib.* Sed ſervitus, ne proſpectui officiatur, eſt quando habeo feneſtram vel habere poſſum in muro meo, & tu qui ædificare poſſes in tuo, & mihi impedire proſpectum, *juxta l. qui luminib. cum ibi not. de ſerv. urb. præd.* promittis non incommodare meo proſpectui: hoc caſu eſt ſervitus ne proſpectui officiatur, & iſto modo intellige, *l. 2. & l. inter ſervitutes in pr. cum l. ſeq. eod. tit.*

Iſta enim verba, * ne proſpectui officiatur, ſunt futuri temporis, quæ actum prohibendi reſpiciunt, ſeu proſpectum impediendi de futuro: & per conſequens præſupponunt proſpectum me habere ante conſtitutionem ſervitutis: quæ privatio præſupponit habitum, *l. manumiſſiones de juſt. & jur. cum ſim.* Illa vero verba, ut proſpectus præſtetur, ſunt ſimiliter de futuro, ſed reſpiciunt conceſſionem proſpectus de futuro, & ſic ante conſtitutionem ſervitutis ipſum non habebant, & hæc differentia ſatis probari videtur, *in d. l. lumi. de ſerv. urb. præd.* & per id quod ibi not. per Bart. & Flor. & per id quod dicam *in ſeq. ſer. ver. quidam.* Tamen ut refert Bart. poſſet etiam fortè dici, quod ſit alia differentia, ſicut eſt in ſimili inter ſervitutem luminum, & ſervitutem ne luminibus officiatur, de qua habetur *in d. l. luminum, & ſtatem dicam in ſeq. ſer.* Et ad declarationem hujus ſervitutis vide quæ dicta ſunt in præced. ſervit. quia hic plurimum conveniunt.

ADDITIO.

a *Beneficium.* Utrum habens beneficium in commenda, teneatur ſervare Eccleſiam in ſtatu ſuo. Reſpon. Pan. *in c. de Monach. præd.* quod ſic nec poteſt aliquid de ſtatu Eccleſiæ diminuere, ſed de ſuperfluo poteſt ſibi providere, alias non. *Vide Alex. in 2. vol. conſil. 12. in fin.*

CAPUT XXXV.

De ſervitute luminum.

1 *Servitutes luminum, & ſervitus, ne luminibus officiatur, quomodo differant?*

2 *Negatio totum negat, ſed affirmatio non totum affirmat: & ideo plus negat negatio, quam affirmatio affirmet.*

3 *Servitutis natura non eſt, ut quis aliquid faciat.*

4 *Qui ſervitutem luminum debet, ædificare poteſt, & altius tollere?*

SErvitus * luminum eſt diverſa à ſervitute ne luminibus officiatur *ut eſt tex. in l. luminum, de ſerv. urb. præd.* quia ſervitus luminum minus continet, quam ſervitus ne luminibus officiatur: *ut ibi not. in gloſſ. & per Dd.* Et differentia eſt iſta: nam ille qui debet ſervitutem luminum mihi, poteſt altius ædificare, dummodo ſervet tantum lumen, quod mihi ſufficiat, & ideo ſi habeo plures feneſtras in parietibus meis, & per unam ſolam habeo tantum lumen, quantum mihi ſufficit: ille qui debet mihi ſervitutem luminum, ædificare poterit, & auferre lumina aliarum, & unam tantum obſervare quæ mihi ſufficiat. Sed ille

 qui

qui debet ſervitutem, ne luminibus officiatur, non poterit aliquid facere per quod de lumine, quod habeo, aliquid diminuatur, poſito quod habeam ultra quam expediat, & ideo ſi habeo plures feneſtras in pariete meo, nulli earum poterit ædificando nocere, vel ſi aliter, una tantum feneſtra mihi ſufficeret ad lumen, *ut probatur in l. luminum, de ſerv. urb. præd.* ſicut promiſiſſet mihi altius non tollere, vel ædificare, & hoc vult etiam Paul. de Caſt. *in d. l. lumin.* quod eſt not. & iſtum puto proprium intellectum illius l. & ratio poteſt conſiderari.

2 Quia * negatio totum negat, ſed affirmatio non a totum affirmat, ſed ideo dicitur, plus negat negatio, quam affirmat affirmatio: *ut colligitur in gl. fin. in l. hoc genus, de cond. & demon. & gloſſ. in c. cum dilectus in verſ. ſuſpenſus, queſt. eſt gl. magna, extra de conſuet. & not. Anton. de Butr. in c. præſentium. in 2. col. de teſt. & Alb. de Roſ. in l. qui teſtamento. §. mulier, de teſtam.* Et hac ratione videtur dici poſſe eamdem eſſe differentiam inter ſervitutem, ut proſpectus præſtetur, & ſervitutem ne proſpectui officiatur, *ut dixi in ſervitute precedenti, in fin.* Item eſt alia differentia ſimilis inter ſervitutem luminum, & ſervitutem ne luminibus officiatur: quia ſervitus, ne luminibus officiatur, plus habet in ſe: nam ille qui debet mihi ſervitutem ne luminibus officiatur: nullo modo poteſt ædificare, aut altius tollere, per quod officiatur luminibus meis; ut patet ex natura verborum negativorum, quæ ut dixi in totum negant: *& de hoc eſt text. in d. l. luminum*, ſed ſervitus luminum habet in ſe minus: nam ille qui debet ſervitutem luminum ædificare poteſt, & altius tollere, dummodo lumen ſic recipiat, ut ad me venire poſſit etiam per foramen vel quomodocumque, *ut extraoribus gl. ind. d. l. luminum. in princ. & iſta opi. gloſſ.* communiter ſervatur, ſecundum Bart. & Flor. ibi. quidam tamen ut refert Bart. & Flor. ibidem dicunt totum è contra: videlicet quod plus ſit promittere ſervitutem luminum: nam qui hoc promittit, non ſolum non poteſt altius elevare, ſed oportet etiam ut illud quod eſt factum deſtruat, ad hoc ut mihi lumen fiat, ſed in ſervitute, ne luminibus officiatur, ſufficit, quod altius non tollatur, & pro iſta opin. facit quod dixi in præcedenti ſervitute. Dixit tamen Bart. *in dict. leg. luminum.* quod opi. præcedens. gl. communiter obſervatur, & iſta ſecunda. opi. non videtur vera.

Quia de * natura ſervitutis non eſt, ut aliquid faciat quis, *ut eſt text. in l. quoties 15. de ſer. tit. generali*, ubi etiam loquitur de proſpectu. Sed tamen poteſt dici dictam opin. ſuſtentando, quod illud quod dicitur de natura ſervitutis non eſt, quod ille qui debet aliquid facere procedat; niſi hoc ſit actum in impoſitione ſervitutis expreſſè, *ut eſt text. cum gloſſ. in l. 2. §. apud Labeonem, aut apud Alphenum.* ubi hoc not. gl. Dd. & Bart. *de aqua plu. arcen.* vel etiam quando tacitè actum eſſet, *arg. l. cum quia cum ibi not. ſi cert. pet.* Nam quando quis ſervitutem luminum mihi promittit: & tunc ſi non habeo lumen, tacitè ſubintelligitur quod deponatur ædificium, ut lumen habeam: quia qui promittit conſequens, tacitè videtur promittere antecedens: ſine quod illud conſequens ſtare non poſſet, *l. 1. ad rem mobilem, & l. ad legatum, de procu. & l. 2. cum ibi not. de jur. omn jud.* Et hæc faciunt pro his quæ dixi in ſervitute præced. Et propterea ego ſic dicerem 3

dicerem in hac materia. Aut ille, cui ſervitus luminum promittitur, vel ne luminibus officiatur, habet lumen vel lumina ante impoſitionem ſervitutis puta ſiuia habet plures feneſtras ex quibus lumen videri poteſt, id eſt, cælum: *ut l. lumen, de ſerv. urb. præd.* & tunc plus continet ſervitus luminibus officiatur, quam ſervitus luminum: & ſic dictæ duæ differentiæ, de quibus dictum eſt ſupra, procedant, & ſic etiam procedat opin gloſſ. *in d. l. luminum*, quæ communiter ſecundum Bar. ſervatur. Aut ille cui promittitur ſervitus hujuſmodi, non habet aliquod lumen propter quod cælum videri poſſit, puta propter ædificium vicini obſtantis & tunc procedat alia opin. videlicet ut ſervitus luminum plus contineat, quia non poſſem habere ſervitutem, niſi ædificium tuum deponas, promittendo ergo lumen ut cælum videre poſſim, videris tacite promittere deponere ædificium tuum, propter quod lumen habere non poſſim: & ſervitus ne luminibus officiatur, tunc continet minus: quia non promitto tibi aliquid facere, neque ut aliquid habeas: ſed promitto tantum non facere, videlicet non nocere luminibus tuis de futuro: & ideo ſufficit quod non noceam poſt impoſitam ſervitutem per aliquem actum meum ſequentem: puta ædificando, vel aliter: & hoc videtur velle text. *in d. l. luminum*, ibi, invitis nobis altius ædificare, *de ſervitut. urbanor. prædio.* Sed contra opin. gloſſ. communem, quam ſequitur Bartol. *in d. l. luminum*, poteſt opponi: quia ſecundum eam in effectu nulla videtur eſſe differentia inter ſervitutem luminum, & ſervitutem ne luminibus officiatur. Nam ſecundum gloſſ. prædictam.

Qui * debet ſervitutem luminum, poteſt ædificare & altius tollere, ſed ille qui debet ſervitutem ne luminibus officiatur, altius ædificare non poteſt, *d. l. luminum*. Sed ſi conſideramus, idem videtur eſſe in utroque caſu: quia quando debetur ſervitus luminum: ſi vult ædificare, & non tollere lumen, ita quod cælum videri poſſit: & tunc poteſt, *ut d. l. luminum conjuncta l. lumen eodem titulo.* Si vult ædificare, & lumen tollere, ita quod cælum videri non poſſit, & tunc non poterit, per *d. l. lumen*, eodem modo videtur eſſe in ſervitute, ne luminibus officiatur: quia ſi vult ædificare & tollere lumen ne cælum videri poſſit, & non poteſt, *caſus eſt in d. l. lumen, in fin.* Aut vult ædificare, & lumen non tollere, id eſt, quod cælum videri potuerit: & tunc quod poſſit, *d. lege luminum*, ibi itaque imminuere lumina noſtrorum ædificiorum. Sed poteſt reſponderi huic oppoſitioni, & ſalvari gloſſ. & communis opin. ſic: quia qui debet ſervitutem luminum, poteſt ædificare, & obſcurare locum, cui ſervitus debetur, dummodo lumen, id eſt cælum videri poſſit, *& ita loquitur d. l. luminum, in princip. conjuncta l. lumen in princ. de ſer. urb. præd.* Sed qui debet ſervitutem, ne luminibus officiatur, nedum non poteſt ædificando tollere lumen ita ut cælum videri non poſſit, ut ibi, ſed etiam non poteſt vel altius tollendo minuere lumina noſtrum ædificiorum, *per text. in d. l. luminum in fin.* & intellige minuere lumina non ſolum ſi auferatur lumen, ut cælum videri non poſſit: *ut d. l. lumen*, ſed etiam ne lumina obſcuriora fiant, puta quando tolleretur ingreſſus ſolis, qui eſſet multum neceſſarius, *ut eſt caſus in l. ſi arborem in princip. eod. titul & dicam etiam in ſeq. ſerm. in 4. q.* Item iſta ſervitus lumi-

luminum minus continet, quam illa, ne proſpectui officiatur: & adde quæ dixi ſupra de ſer. altius non tollendi, 2. q. & vide omnino quæ dicam in ſeq. ſervitute.

ADDITIO.

a *Negatio*, *&c.* Adde Corn. *in* 2. *volum. conſ.* 28. & probatur negativa diceretur impoſſibilis, ſi non eſt coarctata loco, & tempore conſ. 43. & quis pro ſe non poteſt allegare poſitionem negatam per eum, *conſ.* 73. & quomodo agatur negatoria, & quid requiratur in ea vide Alex. *in* 2. *vol. conſ.* 136. *in* 3. *col.* §. *quinimo.*

CAPUT. XXXVI.

De Servitute, ne luminibus officiatur.

1 *Lumen quid ſignificet?*

2 *Promiſit quiſpiam mihi ſervitutem ne luminibus meis officiatur: ſed ante impoſitionem ſervitutis exiſtens in ſine cameræ meæ cælum videre poteram: & ipſe vult altius ædificare, ita quod cælum videre non potero, niſi in camera medio exiſtens, vel prope feneſtram, an fieri poſſit?*

3 *Differentia an ſit inter ſervitutem altius non tollendi cum hac conditione, ne luminibus meis officiatur, & illam altius non tollendi, & non officiendi luminibus?*

4 *Promiſit ſi quis mihi ſervitutem ne luminibus meis officiatur, an poſſit plantare, vel arbores ante feneſtras meas habere?*

5 *Luminibus qui tenetur non officere, nihilominus aliquid ædificare poteſt propter quod ſol prædio dominanti auferatur, dummodo lumen aliter non obſcuretur.*

6 *Servitutem qui debet ne luminibus officiatur, non cogitur in eadem gratitudine lumina ſervare, niſi ad gratitudinem locus diſputatus eſſet.*

7 *Servitutem qui debet, ne luminibus officiatur, non poteſt plantando, ſeu ædificando, aut aliter ſolem prædio dominanti auferre.*

8 *Servitutem debens ne luminibus officiatur, an poſſit deponere ædificium, vel arboris ramos, quo facto locus quondam opacus ſole plenus eſſe incipiat?*

9 *Servitus ne luminibus officiatur, an tam de præſentibus, quam de futuris intelligatur?*

10 *Laborat ſi quiſpiam ædificando ſuper re communi, & ejus cujus luminibus officit, an hoc poſſit obſcurando lumina alterius domus, quæ dicti ſui conſocii propriè ſit?*

11 *Pariete in communi an uni ſocio facere feneſtram liceat pro ipſo lumine acquirendo?*

Iſta ſervitus, ne luminibus officiatur, in multis declarata eſt in tribus præcedentibus ſervitutibus, ſed quia ſervitus eſt, & ab aliis diverſa, neceſſe eſt ut de ea & aliquid ſpecialiter dicamus. Et pro ejus declaratione primo quæro.

Quid * ſignificat lumen? Dic, lumen, id eſt, ut cælum videri poſſit, *ut eſt text. in l. lumen, in princ. de ſer. urb. præd. & dixi in præcedenti quæſt.* Sed dubium eſt, quomodo intelligatur, ut cælum videri poſſit. Dic ſecundum quoſdam, quando diei claritas te reſpicere

picere poteſt, cælum per directum reſpiciendo, non ubi per tranſverſum, puta per feneſtram, vel foramen, *ut dicit Ang. in l. inter ſerv. in pr. ff. de ſerv. urb. præd. & allegat. gl. ibi.* vel teneas ſecundum eum, quod dummodo ex loco cælum videatur, tamen dicitur haberi lumen, ſed ubi cælum non videtur, ſed per feneſtram, aut foramen exiſtens in pariete intra domum forſan diei claritas haberetur, tunc dicitur inde proſpectus haberi, non autem lumen, *ut d. l. inter ſervitutes.* ego autem intelligo, quod tunc quis dicatur habere lumen, quando exiſtens in domo, vel in camera poteſt videre cælum, non autem quando proſpiceret mittendo caput extra feneſtram, quia tunc rarò contingeret quod cælum videri non poſſit, *& ita ſentit. gl. in l. 2. ibi* ædificio quæ ſunt cælo inferiora, quæ non præveniunt oculos videndo cælum &c. *dicit ſupra de ſervit.* ne proſpectui officiatur. ver. & intellige cælum videri poſſe, *& addde quæ dixi in ſeq. quæſt.*

2 Sed* tunc ſecundo quæritur, quis promiſit mihi ſervitutem ne luminibus meis officiatur, ante impoſitionem ſervitutis exiſtens in fine cameræ meæ cælum videre poteram: ipſe vult ædificare altius, ita quod cælum videre non potero, niſi exiſtens in medio cameræ meæ vel prope feneſtram, an poſſit? & videtur quod ſic: quia ſatis videtur quod cælum videre poſſim: *ut d. l. lumen in princ.* Contrarium ego teneo, quia licet cælum videre poſſim, tamen minus video: quia per hoc minuuntur lumina ædificiorum meorum: id eſt, ubi primo videbam cælum exiſtens in extrema parte cameræ, & nunc non poſſim, & hoc vult *text. in d l. luminum, in final.* ibi, atque ita minuere lumina, &c. qui text. poteſt ſic intelligi, & eſt no. intellectus, quem ego do ad illum text. & pro hoc facit, *l. inter ſervit. in princ. verſ. ne luminib. & ver.* quodcumque igitur, *de ſerv. urb. præd.* & quod dixi ſupra de ſerv. altius non tollendi. 2. q. Sed ſi eſſet ſervitus luminum conſtituta, tunc tenerem contrarium, id eſt, quod lumen videri poſſit quomodocumque, *per d. l. luminum, in princ.* conjuncto ſine a contrario ſenſu, *a* & per ea quæ dixi in ſervitute præcedenti, quod perpetuo tene menti, & eſt quotidianum, & notandum, & Dd hoc non tangunt, & pro hac deciſione adde quæ dicam infra in 4. q. a

3 Tertio quæro, * an ſit differentia inter ſervitutem altius non tollendi, cum hac conditione, ne luminibus meis officiatur: & illam altius non tollendi, & non officiendi luminibus? Et dicas quod ſic: quia prima intelligitur ne officiatur luminibus ædificando: quia una eſt tantum ſervitus qualificata: & ideo poterit tunc obſcurare plantando arborem: quia tunc non dicitur altius tollere? ut eſt caſus *in l. ædificia, de ſerv. urb. præd.* Sed ſecunda non eſt unica, immo fere ſunt duæ: videlicet ne altius tollat, & iſta continet ſolum de non ædificando, non autem de non habendo arborem, ut ibi & *leg. hæc autem jura. ven.* veluti & ædes, *& l. quod autem de ſerv. urban. præd.* & not. gloſſ. *in l. ſi arborem in princip. eod. tit.* Alia eſt, ne luminibus officiatur: & iſta continet, ne poſſit etiam arborem plantare, per text. *in d. l. ædificia in fin. & l. inter ſervitutes, ver.* quodcunque, *& l. ſi arborem, in princ. de ſerv. urb præd.* & ita etiam vult Paul. de Caſtr. *in d. l. ædificia*, & ego dixi ſupra de ſer. altius non tolendi, in 2. q. & dicam in ſequenti quæſt.

4 Quarto * quære qui promiſit ſervitutem ne luminibus meis officiantur, an poſſit plantare vel habere arborem ante feneſtras meas? Et in hoc ſic breviter concludas: Aut illa arbor officit luminibus meis, ita quod cælum videre non poſſum: & non eſt dubium quod non poteſt: quia facit contra debitam ſervitutem: ut eſt text. *in l. arborem in princ de ſerv. urb præd. & lumen in princip. eod. titulo.* Ex quo not. ſecundum Angel. *in d. l. ſi arborem*, quod licet arbor & ejus frondes impedire non poſſint viſionem cæli in totum, quia tamen impediunt, ſaltem propter impedire, officit luminibus arbor: & ſic qui promittit alicui non officere intelligitur promittere, nec in totum officere, nec in partem; quod facit pro eis quæ dixi ſupra eo. in 2 col. Secus ſi promiſiſſet altius non tollere: quia plantando arborem non diceretur facere contra debitam ſervitutem, ut dixi in q. præcedenti. Aut illa arbor non tollit mihi lumen, id eſt proſpectum cæli: ſed ſolem mihi aufert, & umbram facit, puta propter ramos & frondes: & tunc non dicitur facere contra debitam ſervitutem, niſi ſol eſſet neceſſarius, vel multum expediens: ut eſt text. *in d. l ſi arborem in princ.* ſecundo reſponſo, & ibi hoc not. omnes Dd.

5 Et * ex hoc nota tria. Primum quod ille qui tenetur non officere luminibus nihilominus poteſt ædificare aliquid propter quod ſol auferatur prædio dominanti, dummodo lumen aliter non obſcuretur, ſeu fiat obſcurum: ut *l. inter ſervitutes, in prin. de ſerv. urb. præd.*

6 Secundum notandum eſt; * quod ille qui debet ſervitutem ne luminibus officiatur, non cogitur ſervare lumina in eadem gratitudine, niſi ad gratitudinem locus eſſet deputatus: ſecus in ſervitute ne proſpectui officiantur: quia debet ſervare proſpectum in eadem ſervitute: ut ex text. in *d. l. inter ſervitutes, in princ* & dixi ſupra de ſervitute ne proſpectui officiatur, circa prin.

Tertium * notandum eſt, quod qui debet ſervitutem ne luminibus officiatur, non poteſt plantando, ſeu ædificando aut aliter ſolem auferre prædio dominanti quando ſol eſſet prædio dominanti neceſſarius vel multum expediens, per *d. l. ſi arborem* 2. reſponſo. & ſi ideo tolleretur ſol, diceretur fieri contra debitam ſervitutem ne luminibus officiatur, ſi ſine ſole locus habitari non poterat, vel lumen fuit conceſſum gratia alicujus artificii, quod in eo fiebat & fieri non poterat ſine copia ſolis, & pone exemplum in penariis & baliſtariis, qui eorum artificio ponunt ad ſolem in domo ſuæ habitationis: vel pone exemplum, ſi erat locus in quo pater familias morabatur ad ſolem ut dicit gl. in *d. l. ſi arborem in ver.* heliocamino, ſicut contingit in ponticello ſeu ſolariis: & in hoc poteſt etiam poni exemplum ſecundum Fl. *in d. l. ſi arborem in princ.* in perſona Diogenis philoſophi, ad quem cum ad ſolem ſedentem Alexander acceſſiſſet, hortareturque ut ſi quid præſtari vellet, ſibi indicaret; inquit, Vellem à ſole mihi non obſtes: ut refert *Val. Max. lib 4. cap. de abſtinentia, & continentia in penult. exemplo.* & vide quæ dicam in ſeq. quæſt. 7

Quinto quæro * numquid debens ſervitutem ne luminibus officiatur, poſſit deponere ædificium vel arboris ramos, quo facto locus quondam opacus ſole incipiet eſſe plenus? Et dicas quod ſic: quia non facit contra debitam ſervit. hanc enim debuit ne luminibus officiat; 8

officiat; nec luminibus officit, ſed plus æquo lumen facit, ut ex text. not. *in d. l. ſi arborem*, §. *per contrarium.* ex quo no. quod quis non dicitur contra facere, qui facit plus quam debeat: quod procedit, niſi tollendo in totum ædificium; vel ramos, aut deprimendo, luminibus officeretur, ſi forte impreſſura quædam in ædes meas lumen devolvat, puta ex reverberatione unde illud, Refulſit ſol in clypeos aureos, & ſplenduerunt montes ab eis: ut eſt text. cum gl. *in* §. *interdum in d. l. ſi arborem*, & poteſt poni caſus, ſecundum Angel. ibi, reflexio ſolis erat in loco cui non debebat officere: & per inordinatam reflexionem ſubſtantiam viſus in loco impediebat. Vel ſecundo poteſt poni caſus & iſte intellectû eſt planior, & nobilior, ſcilicet, quod ille qui debebat ſervitutem non officiendi luminibus, habebat ædificium ſuum in quo ſol continuè percutiebat, vel certis horis diei: & ex hoc objecto ille cui ſervitus debebatur, habebat ſimile ædificium ſuum, quod eiſdem modis illuminabatur ex reflexione ſolis percutientis ædificium ſerviens. Unde ſi illud ædificium ſerviens deponitur, reflexio ſolis ceſſat, & per conſequens lumen tollitur: ideo tale ædificium deponi non poteſt, cum lumina obſcurentur per depoſitionem: & ſic eſt verus intellectus, *d.* §. *interdum, cum gloſſ.* Et ſic not. quod in iſtis ſervitutibus conſideretur intereſſe, & jus interpretatur fieri contra debitam ſervitutem, ubicumque aliquid fiat, quod lædat, ſive iſtud fiat per modum depreſſionis, ſive deceſſus, ſecundum Bald. & Flor. ibi. quod dicunt eſſe not. Item non poſſet tolli, vel deprimi ædificium, quando eſſet ſervitus impoſita altius tollendi, ut dixi, ſupra de ſervit. altius tollendi.

Sexto quæro, * an ſervitus ne lu-
minibus officiatur, intelligatur tam 9
de præſentibus, quam de futuris. Dicas quod ſic, ſi hoc fuit actum expreſſè, vel ſimpliciter conſtituta fuit, ſecus ſi cum expreſſione verbi præſentis temporis, ut eſt text. *in l. qui ædificium, & l. ſeq. de ſerv. urban. præd.* quod declara, ut ibi no. & habetur *per gl. magiſtr. in l. eum debere col. de ſerv. urb. præd.* & per Dd. *in l. non modus, C. de ſerv.* ubi etiam ponitur per Sal ſi mutantur poſtea lumina, an poſſit illis novis mutatis officere.

Septimo quæro, * ſi aliquis laborat 10
ædificando ſuper re communi *b* ipſius b
laborantis, & ejus cujus luminibus officit, an hoc poſſit: puta obſcurando lumina alterius domus, quæ eſt propria dicti ſui conſocii? Credo quod ſit locus, *l. qui luminibus, de ſerv. urban. præd.* ſcilicet quod ædificando teneatur ſervare formam antiquam, ſecundum quam erat ædificatum: & ſi numquam fuit ædificatum ſuper ipſo pariete tunc melior eſt conditio prohibentis, *l. Sabinus com. divid.* & quod ibi not. de reg. jur. c. in re communi in 6. per Dyn. & Jo. Andr. ita dicit Alb. de Roſ. *in l. altius. C. de ſerv.* qui dicit, quod hoc habuit de facto, & eſt valdè not.

Octavo, & ultimo * quæro, an in 11
pariete communi liceat uni ſocio facere feneſtram pro acquirendo lumine. Dicas quod non, ſi ſibi fuerit conceſſum, *l. eos de ſervit. urban. præd.* & ibi not. per Dd. de quod dic, ut dicam infr. de feneſtra ſeu balcono.

ADDITIO.

a *A contrario ſenſu.* Quod non debent ſumi arg. à contrario ſenſu, quando

do reſultaret correctio juris communis & an deciſio quæ reſultaret à contrario ſenſu ſtatuti, prævaleat juri communi, vide Alexand. *in 5. vol. in conſ. 25. in 4. col. §. nec obſt. & in conſ. 7. in ult. col.*

b *Re communi.* Res una, & eadem diverſo jure cenſeri non debet, deci. c. cum in tua. 21. quæſt. 2. cognovimus. & quid contineatur appellatione rei vide Alex. *in 2. vol. conſ.* 188. *in 2. §.* & licet, *in princ. col.*

CAPUT XXXVII.

De ſervitute oneris ferendi.

1 *Stabulum inferius non domui conjunctum, an ruſtica ſervitus eſſe dicatur?*

2 *Differentia inter æternum, ſempiternum, & perpetuum, quænam ſit?*

3 *Jus ſervitutis perpetuum, quod dicatur?*

4 *Servitutem qui debet oneris ferendi, vel etiam aliam, an ſuis expenſis reficere debeat?*

5 *Conceſſi tibi arcam, ut ibi domum ædifices, in qua me cum ſociis meis tranſeuntibus recipere debeas, an ipſa domo deſtructâ quocumque caſu novam reædificare tenearis?*

6 *Paries, vel columna ſervitutem debens ſi reficiatur, ad quem ædificiorum fultura ſpectabit, ne corruat?*

7 *Servitutem ſi quis mihi debeat, ut in ſuis parietibus trabem ſeu tigna habeam per quæ ſolarium meum ſuſtineatur: an iſta ſervitus tigni injuncti, vel oneris ferendi, eſſe dicatur?*

8 *Domus ſi legetur vel vendatur, an ſervitus impoſita videatur, ut ſuſtineat onera pertinentia, quæ actu ipſo ſuſtinebat?*

ONeris ferendi ſervitus urbana eſt, *l. eum debere columnam, de ſervit. urbanorum prædiorum.* Et de hac ſervitute, ut Flor. ait, *lege & ſi forte, Paragrapho etiam, ſi ſervitut. vend.* non videtur fieri mentio: niſi in prædio urbano, *dicta lege eum debere columnam, & d. §. etiam, & l. ſicuti in princip. & §. 1. & Paragrapho 2. ſi ſerv. vendit.*.

Sed * credo quod etiam poſſit eſſe 1 ruſtica ſervitus: puta ſi quis haberet ſtabulum inferius non domui conjunctum, & ſic eſſet prædium ruſticum, *l. eo jure ff. quibus cau. pignus contrah.* & dixi ſupra in 4. diviſione in princ. ver. quid de ſtabulo, & alius haberet ſolarium ſupra parietem ſtabuli: tunc ſi ſervitus imponeretur, ut inferior deberet ſuſtinere ſolarium, & onera ſua inferiora: puta pro fœno locando, non video quare illa ſervitus oneris ferendi, non debeat dici ruſtica, ex quo debetur à prædio ruſtico, per *leg. 1. communia præd.* nec eſt inconveniens, quod una ſervitus in genere poſſit eſſe in ſpecie ruſtica, & urbana, ſicut eſt ſervitus altius tollendi, & officiendi prædio vicini, vel protegendi, quæ ſunt urbanæ, *l. 1. de ſervit urb. præd. & dixi ſupra de ſer. protegendi in prin.* Imponitur autem hæc ſervitus, quando quis vendit unam domum, in qua erat una columna, quæ ſuſtinebat onus alterius domus ſuæ, hoc pacto, quod perpetuo ſuſtinere debeat, hoc vult, *d. l. eum debere columnam, in princ.* vel quando actum fuit ſine venditione, ut poſſim onus imponere, & tu perpetuo ſuſtinere debeas, & ita loquitur, *ver. quemadmodum in eadem l.* qui

qui in hoc differt. à princ. ſecundum Cyn. ibi. Item imponitur non ſolum per columnam, quæ fit in loco debente ſervitutem, ut ſolarium vicini ſuſtineat, ſicut ſæpè contingit, quando ſolarium eſt ita latum, quod per trabes in parietibus infixas ſuſtineri non poſſit: ſed etiam quando columna vel trabes parietibus infixa debentibus ſervitutem ſuſtineret onus vicinarum ædium, ut probatur *in d.l.eum debere columnam*, ibi, onus vicinarum ædium, ibi, paries oneri ferendo, *de ſervitut urban prædior.* Forma vero hujuſmodi ſervitutis imponendæ iſta eſſe poteſt, ſicut *in lege ædium*, ſcriptum eſt. Paries oneri ferendo, uti nunc eſt, ita ſit. verba ſignificant parietem perpetuum eſſe debere: non tamen hoc his verbis dici poteſt, ut in perpetuum idem paries æternus eſſet, cum hoc fieri non poſſet: ſed ejuſmodi paries in perpetuum eſſet: qui onus ſuſtineret: *ut eſt textus in d. l. eum debere columnam.*

2 Et * differentia eſt inter æternum, ſempiternum, & perpetuum. *Æternum enim non habet principium, neque finem*, ut Deus. *Sempiternum habuit principium, ſed non habebit finem*, ut

a anima *a* & Angelus: ut notat. gloſſa pen. in ver. æternus, *in d. l. eum debere columnam. Perpetuum vero dici poteſt.* in propoſito id, quod habuit principium, & habebit finem: *ſicut eſt ſervitus impoſita, & actiones* quæ dicuntur perpetuæ, *ut inſtitut. de perpet. & tempor. action. hoc dicit gloſſ. penult. in fin.* & not. benè, quod hujuſmodi ſervitus incipit, & non deſinit, quia impoſſibile eſt aliquid eſſe ſub ſole ſine fine: *unde not. ibi*, quod nihil eſt ſub ſole perpetuum, & ideo mundus ſecundum rectam & veram fidem noſtram, habuit principium, & habebit finem: licet quidam Philoſophi naturali ratione moti contrarium dixerint.

Sed * dubium eſt, quando intelligatur in caſu noſtro jure ſervitutis 3
perpetuum dicit Angel. *in d. l. eum debere columnam*, quicquid durat centum annis, dicitur apud nos perpetuum: quia lapſu tanti temporis extinguitur *l. fin. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. & l. an uſusfruct. de uſufruct. & l. proponebatur, ff de jud.* & quod curſus tanti temporis perpetuitatem ſignificet *not. glo. in l. 2. §. hoc autem edictum perpetuum 34. ne quid in loco publico*, unde forſitan ſecundum Angel. *in d. l. eum debere columnam*, obligatio de qua loquitur illa lex, non durat ulteriori tempore, ſubdit tamen, quod hoc non ponit pro conſtanti. Ego autem non teneo quod perpetuum dicatur uſque ad 100. annos tantum, ſed etiam ultra: & quod duret donec durare poteſt, puta ſi eſt columna, quæ requieſcat in domo debentis ſervitutem, donec durat ædificium ſuperius, debebit durare ſervitus ferendi per columnam, vel ſi eſſet paries qui onus ſuſtineret, quam diu paries eſſet, vel onus durare poſſet, tamdiu ſervitus diceretur, & hoc videtur probari *: inde eum debere columnam*, ibi, ſed ut ejuſmodi paries in æternum eſſet qui onus ſuſtineret, niſi eſſet præſcripta ſervitus, *juxta ea quæ dixi ſupra in* 10. *q. principali.* non tamen poteſt tolli jus ſervit. oneris ferendi, donec ille cui ſervitus debetur, eſt in poſſeſſione, vel quaſi, puta: quia onera ſua à vicini parietibus ſuſtinentur, unde etiam ſi per mille annos ſolarium reſtitueretur per columnam vicini, ſervitus non perderetur, neque finiretur, *facit quod no. in l. qui luminibus, de ſerv. urban. præd. & quod not. per gloſſ ſingularem* 16. *quæſt.* 3. *c. per ſingulos in ver. dubitare in fin. ibi*, unde

unde etiam non præſcribit ad mille annos. Hujus autem ſervitutis oneris ferendi natura eſt, ut qui debet ſervitutem, facere teneatur: *ut eſt textus in l. eum debere columnam, in princip. & l. & ſi forte. §. etiam ſi ſervit. vendit. & l ſicuti, §. Ariſt. eo titulo.* licet in aliis ſervitutibus regulariter eſt ſecus: ut ſcilicet debens ſervitutem non facere teneatur, ſed tantum pati: *ut eſt textus in l. quoties 15. §. 1. de ſervit. tit generali & in d. §. etiam l. 1. in fin. & in l. 2. §. præterea, de aqua plu. arcen. & dixi ſupra in q. 1. principa. de natura ſerv. in princip.* & eſt ratio, quia ſpeciale eſt in ſervitute oneris ferendi, ut dicit gloſſa *in fin. in d. l. eum debere col in d. l. quoties & in d. §. etiam, vel ſecundum Angel. in d. l. eum debere columnam*, quia venit in conſequentiam: nam in ſervitute oneris ferendi in perpetuum, venit ut quis teneatur reficere ædificium collapſum, ut poſſit onera ſupportare, *ut ubi*, ergo in conſequentiam qui debet facere, non debet pati, ſed reficere tenetur, circa quod vide quæ proxime dicam.

4 Sed * numquid ille, qui debet ſervitutem oneris ferendi, vel aliam debeat reficere ſuis expenſis, ut puta columnam, vel parietem ſuſtinentem onera vicini; & videtur quod ſic, *ut eſt text. in l. eum debere columnam, in principio de ſervit. urb. præd.* In contrarium, videtur, *l. 1. §. fin. & l. 2 §. præterea, de aqua plu. arc.* Tu dic breviter, quod aut fuit actum in conſtitutione ſervitutis, quis debeat reficere, & cujus expenſis, & pacto ſtandum eſt, & illud ſervari debet, *dicto Paragrapho præterea, ſecundum unum intellectum.* Aut non fuit actum expreſſe, ad quem refectio ſpectaret: & tunc ſi ille qui debet ſervitutem, conſuevit reficere à tempore, cujus non extat memoria in contrarium, & idem, ut ipſe teneatur, *ut d. l. 1. §. fin. de aqua plu. arc.* quoniam pactum & vetuſtas a pari procedunt, *lege 2. in princip. de aq. plu. arc.* Si vero de iſta conſuetudine non apparet, & tunc in ſervitute oneri ferendi ille reficit ſuis expenſis, qui ſervitutem debet, *ut d. l. eum debere, & d. l. & ſi forte §. etiam*, & rationem dixi ſupra, vel quia ſpeciale in ea, vel quia in conſequentiam venit. In aliis autem ſervitutibus diſtingue: Aut ex refectione poteſt ſequi aliqua utilitas; ut quia ex purgatione rivi trahit ad pinguedinem ibi collectam: & tunc eſt in domini poteſtate prædii ſervientis, vel purgare, vel pati quod per alium purgetur: & ideo ille cui debetur ſervitus, alternative aget, ut res reficiat aut refici patiatur, *ut eſt text. in l. 2. §. apud Labeonem, de aqua plu. arc.* Aut ex refectione nulla ſequitur utilitas, ſed ſolum expenſa. & tunc indiſtincte debens ſervitutem, debet tantum pati, & non reficere, *d l. quoties, §. 1. de ſervitut. & d. leg. & ſi forte, §. etiam, ſi ſerv. venditor. & d. l. 1. §. fina. de aqua plu. arcend.* fallit in ſervitute oneris ferendi, & ita tenet Bartol. *in l 2 §. apud Labeonem, de aqua plu. arcend. & d. §. etiam*, & ita tenet Ang. *in d. Paragrapho præterea.* & Flo. *in d. §. etiam*, & vide quæ dixi ſupra *in 9. qu. princip.* Dictum eſt de refectione rei, quæ onus ſuſtinet: ſed quid ſi petit in totum, puta quia columna combuſta eſt, vel paries depoſitus: an debens ſervitutem oneris ferendi, teneatur aliam ſupponere, vel parietem reædificare: Dic quod ſic, *ut eſt text. in d. l. eum debere columnam, in fin.* de quo dic, *ut ibi per gloſſ. in verſ. parietem.*

Sed * quid ſi conceſſi tibi aream ut, 5
ibi ædifices domum, in qua debeas me recipere cum ſociis meis tranſeuntibus,

bus, an domo deſtructa quocumque caſu novam reædificare teneris? & videtur quod ſic: quia ſicut dixi in ſervitute oneris ferendi, ut perpetuum eſſe debeat: ita videtur eſſe dicendum in iſta obligatione ſeu onere recipiendi me & ſocios meos, ut debeat eſſe perpetua, & hoc tenet Jacob. de Aret. *per d. l. eum debere columnam. in princip. & l. ſi finita. de damn. infect. alii habent in l. qui bona eod. titul. ſed Aug. in d. l. eum debere*, tenet contrarium: quia in hac quæſtione ille qui promiſit, non tenetur recipere, niſi in domo ædificanda, *per not. per l. boves, §. hoc ſermone, de verb ſign.* illa enim quæ ſecundo ædificatur, non eſt ea domus, *ut l. ſervitutes quæ in ſuperficie. §. ſi ſublatum, de ſerv. urban præd. facit l. maritus, cum ibi not. Digeſtis loca.* Non obſtat ſecundum eum *d. l. eum debere*, quia ibi ſemper fuit facta promiſſio oneris ferendi, unde ſui natura hæc obligatio eſt perpetua, cum cauſam ſucceſſivam habeat, & numquam plene ſatisfactum intelligi poſſit: *l. 3. in princ. de cond. ob cauſam & l. 3. in princ. & §. dare, de uſufruct.*

6 Quando * autem paries vel columna debens ſervitutem reficitur, ad quem interim ſpectabit fultura ædificiorum, ne corruat? Dic ad Dominum cujus ſervitus debetur, *ut eſt textus not. in l. ſicuti 8. in principio ſi ſervit. vendit.* & ibi Juriſconſultus dat conſilium domino ſuperiori, ſi non vult fulcire, ut ædificia deponat, & reficiat cum paries fuerit reſtitutus: & eſt conſilium ironicum, ſecundum gloſſ. ibi, quod illud erit ſibi deterius quam fulcire, & allegatus ille text. ad illud vulgare quod conſultius eſt malum ſuſtinere, quam malum pati, & pejus.

Sed quæro * quis debet mihi ſervitutem, ut in parietibus ſuis habeam trabem ſeu tigna, per quæ ſolarium meum ſuſtineatur, an iſta erit ſervitus tigni injuncti vel oneris ferendi? Videtur eſſe tigni injuncti: quia tigna habeo in parietibus ſuis, *per l. ſicuti, §. competit ſi ſerv. vend.* In contrarium videtur quod ſit oneris ferendi, *per l. eum debere, de ſervitu. urbanor. præd.* Ego credo, quod in hoc ſint conſideranda verba impoſitæ ſervitutis. Aut enim dicitur, quod quis poſſit immittere tigna in parietibus ſuis, & ſupra ſolarium ædificare: & erit ſervitus tigni injuncti, licet in conſequentiam onera ſuſtineat: *per dictum §. competit. ubi eſt caſus.* Aut dicitur: quod quis teneatur ſuſtinere onera mea, vel ſolarium meum: & tunc erit ſervitus oneris ferendi: ita loquitur *dicta l. eum debere. ibi paries oneri ferendo, &c.* licet in conſequentiam habeat tignorum immiſſionem: quia inſpicere debemus, quod principaliter ſit: non quod in conſequentiam, *ut l. ſi quis nec cauſam, & ibi not. ſi certum peta.* Aut verba ſunt ambigua, & non conſtat de eis: puta quia præſcriptum eſt: & tunc puto in caſu prædicto, quod ſit potius tigni injuncti, quam oneris ferendi, *& probatur in d. l. ſicuti, §. competit & hoc ſentit. gloſſ. not. in §. diſtat in ver. actiones, ibi*, nam licet utrobique ſuſtineatur onus, tamen quia in prima ſpecialiter de onere ferendo dicitur, non in ſecunda &c. Sed ſi eſſet ſervitus columnæ ſuſtinentis ſolarium vicini, quæ non requieſceret in parietibus, ſed in ſolo debente ſervitutem: & tunc non eſt dubium, quod eſſet ſervitus oneris ferendi non tigni injuncti, *d. l. eum debere in princip.* Ex his habes quomodo cognoſcatur ſervitus tigni injuncti à ſervitute oneris 7

ris inferendi. Item quæ ſit differentia inter unam & aliam, *colligitur ex prædictis in ver. hujus autem ſervi. & in ver. ſed numquid ille & 6. de text. cum gl. in d. §. diſtant.*

8 Ultimò * quæritur, ſi legatur vel venditur domus an videatur impoſita ſervitus, ut ſuſtineat onera pertinentia quæ ipſo actu ſuſtinebat? dic quod ſic: maxime ſi contrahentes hoc ſciebant, *l. quod conclave. de damno infecto.* conjuncta *l. 1. in princ. de actio. empt.* Nec obſtat *l. in vendendo. de actio. empt.* quia loquitur in ſervitute, quæ non habebat cauſam continuam, & ita tenet Bar. *in leg. 1. circa principium de ſerv. leg. & vide dicta in ſeq. ſer. in verbo, ſed reaſſumendo iſtam ſer.* Alia plura circa iſtam materiam vide quæ dicam infra de onere ferendo, quæ etiam hic convenire poſſent.

ADDITIO.

a *Anima.* Anima cunctis rebus eſt præponenda. Adde Corn. *in 5. vol. conſ.* 320. & relictum pro anima; cenſetur relictum ad pias cauſas. *conſ.* 302.

CAPUT XXXVIII.

De ſervitute itineris ſeu actus.

1 *Habeas ſi ſervitut. eundi ad domum tuam per caſtellum meum, vel curiam, vel ſcalas meas, an ego de nocte januam claudere poſſim?*

2 *Diviſio domus vel alterius fundi ſi inter plures facta fuerit, non videtur actum, quod unus aditum per alterius partem habeat ſicut prius habebat, niſi hoc inter eos ſpecialiter conventum ſit.*

3 *Prædium meum ſi tibi vendidi ad quod iri non poterat, niſi per aliud meum prædium, non videtur actum, ut illud tibi ſervitutem debeat, niſi expreſſe dictum fuerit.*

4 *Iter ſeu actus an & quomodo debeatur: & an talis ſervitus ſit præſtanda ab herede, uſufructuario, vel è converſo: & aliis etiam habentibus utile dominium, vel directum.*

5 *Differentia inter uſumfructum & proprietatem quænam ſit?*

6 *Domus duas unica contignatione contextas ſi quiſpiam habeat, & unam vendidit, alteram ſibi retinuit: non poterit emptor invito venditore retinere tigna, quæ requieſcunt in domo vendita, niſi forma contractus aliter ſe habeat.*

7 *Hæres caſu quo aditum præſtare tenetur, an ipſi prædio legato ſervitus conſtituta ſit, ita ut legatarius confeſſoriam contra impedientem intentare poſſit?*

HÆc eſt ultima ſervitus urbana, quam in ſpecie hoc libro declarare conſtitui: cæteræ ſi quæ ſunt in domo per me figurata, de qua proxime dicetur, intelligi poterunt. Servitus iſta itineris ſeu actus non ſolum eſt ruſtica *ut leg. in princip. 1. in de ſerv. urb. præd. & conſt. in princ de ſervi,* puta quando debetur à prædio ruſtico alteri prædio ruſtico, ut ibi: ſed etiam poteſt eſſe urbana, quando à fundo urbano alteri urbano debetur, *ut probatur in l. iter commonia prædio. in l ſervitutes quæ in ſuperficie. §. ſi domo. de ſervit. urb. præd. & pro hoc vide quæ dixi in ſervitute præcedenti. in princ.*

Si habes * ſervitutem eundi ad domum tuam per caſtellum meum, vel domum, vel curiam, vel ſcalas meas an ego poſſim claudere de nocte januam? Et dic, quod ſic: quia intelligitur actum ut poſſis ire de die non de nocte *d. l. iter.* & *ita ibi per Dd.* & eſt ratio, quia de nocte non licet ire per civitatem vel domos alienas, *ut ibi probatur juncta gloſſ. ſecundum Paul. de Caſt.* & *dixi ſupra in* 8. *quæſt. princip. in ult. char. ver. item ſervitut. itineris.* quæ bene not. & pro illis: qui habent plures domos, ad quas ingreditur per unam curiam, quæ ſit unius tantum & omnes ſtant ſub una clavi *l. ſi quis fugitivus* §. *apud Celſum de ædil. edict.* ſicut eſt Venetiis, & in multis locis. Unde ex his not. licet quis prætendat jus eundi per domum vel fortiliciumt aut ſcalas alterius etiam jure ſervitutis conſtitutæ itineris ſeu actus: tamen debet ire congruis horis unde intelligitur, quod tantum de die ire poſſit. & ita Flor. *in l. d. l. iter.* unde facit ſecundum eum ad collegiatum ſeu confœderatum, qui ſe obligavit, ut liceat alteri confœderato tranſire per caſtella & loca ſua, ut licet non aperiat portam de nocte non tamen dicatur venire contra conventa: & ſimiliter excuſantur cuſtodes fortiliciorum, ſi de nocte alicui non aperiant portam: cum hoc non teneatur facere propter imminens periculum *facit ad hoc l. furem.* & *quod ibi not. ff. de ſicar.* hæc tamen non puto ita amare & incivili modo intelligi, ut nullo modo liceat de nocte ire, ſive tranſire. Nam ſi poteſt eſſe ſine periculo, & id quando fieri conſuevit, ſicut in domibus contingit de hieme, quo tempore plerumque de nocte itur, vel propter aliquam neceſſitatem: tunc teneo quod etiam de nocte poſſit ire & tranſire, *argum. d. l. furem eum ibi not.* & quia verba ſunt civili modo intelligendo, *L. ſi cui de ſervit.* nec amare ſunt intelligenda, *ut eſt text. in l. ſi quid venditor. in princ. de edil. edict.* & *l. ſi id quod* §. *ſi quas de donat. inter vir.* & *not. gloſſ. antepen. in cap. relatum. de teſtam. el.* 2. Scriptum eſt enim qui nimium emungit, elicit ſanguinem, *ut dicit tex. in cap. niſi cap. niſi cum* §. *propter militiam. de renun.* & habetur originaliter proverbio *cap.* 30° & *per gl. in l. ſciendum* §. *illud in verbo, artificium, de ædil. edict.* & *adde bis quæ dicam infra in ſecundo libro. de ſerv. itineris* & *ſervit. viæ.*

Not. unum * alium caſum pulchrum quotidianum, quod ſi contractu inter plures eſt facta diviſio *a* domus vel alterius fundi, non videtur actum, quod unus habet aditum per partem alterius, ſicut prius habebat, niſi hoc inter eos ſpecialiter ſit conventum, *ut eſt caſus not in l. via conſtituti.* §. *quæcumque in fin.* & *ibi hoc not. Bald. Flo.* & *communiter Dd. de ſer. urb. præd.* & ideo licet quilibet eorum ante diviſionem poſſet tranſire vel totum fundum, quia in qualibet parte habebat partem pro indiviſo: tamen poſt diviſionem nullus poterit *facit l. in vendendo. de contrahen. empt.* & hoc eſt utile maxime inter fratres dividentes domum per partes, ad quas non poſſit haberi aditus, niſi per alias partes. Pone exemplum: Tres erant fratres, & domum communem habebant. Tria ſolaria habentem: venerunt ad ejus diviſionem, cuilibet fratrum aſſignatum eſt unum ſolarium, poſtea fratres qui habebant ſolaria ſuperiora, volebant ire per ſolarium inferius alio fratre invito: quæritur an poſſint, & an per ſolarium inferius 2 a

habeant iter, ſeu aditum. Et videtur quod ſic *per l. binas. ædes. alias incipit. Scaurus de ſer. urb. præd.* Dicas contrarium; ut eſt caſus not. *in d. §. quæcumque* ſecundum Ubertum de Cremona. & Bald. & Dd. ibi, & hoc probatur etiam ratione. Nam diviſio ſimilis eſt emotioni, *l. 1. C. communia utriuſque judi.* ſed in venditione vel via vel iter non venit niſi expreſſe ſit dictum, *b. l. in vendendo* Et ratio hujus eſt, quia in dubio res libera vendi videtur, & non cum aliqua ſervitute, *l. in tradendis §. interpoſitis in fin. communia prædio.*

3 Et * propter a ſi vendi tibi prædium meum, ad quod iri non poterat niſi per aliud meum prædium, non videtur actum ut aliud debeat tibi ſervitutem, niſi expreſſe dictum fuerit, *d. §. interpoſitis in fin. cum gl.* ſecus eſt in legato: quia in dubio videtur res legata ut hæres poſſit tranſire, ſicut teſtator tranſibat, *ut l. teſtatrix in princip. ſi ſervit. vend. & ibi hoc tenent. Dd. & Bartol. Doct. in leg binas ædes & Bartol. in l. 1. de ſervit. legat.* & eſt ratio quia in ultimis voluntatibus interpretatio fit latior, & favorabilior, quam in contractibus *leg. in teſtamentis de Regul. jur. c. cum dilecti in fin. de do.* ideo ſint cauti fratres in dividendo ut reſervent ſibi ad tum expreſſe, eodem modo debent eſſe cauti emptores. Hinc eſt comuniter, quod Notarii apponunt in inſtrumentis emptionum, & ſimilium unam clauſulam videlicet, cum acceſſibus, & egreſſibus: introitibus, & exitibus ſuis uſque ad vias publicas, & dicit Bart & Dd. *in d. l. binas ædes.* quæ clauſula hic importat, quia licet non debeatur ſervitus ſibi ab alia re mea, tamen ſi conſueveram ire per illam ad rem venditam, vel fratres ſimiliter ire conſueverant, alicujus emptor vel frater ire poterit, quia iſte poteſt dici acceſſus illius rei venditæ vel diviſæ. Cautius tamen eſſet exprimere in ſpecie, quod iter ſeu actus debetur per talem locum, *quod not. in prædicta. & vide quæ dicam infra de curia.*

Sed eaſſumendo * iſtam quæſtionem latius in genere, & ut omnia complecti poſſim, videlicet amiter ſeu actus debeatur, de qua vide plene per Bart. *in l. 1. de ſerv. leg.* per Jacob But. & Barto. Bald. & Dd. *in d. l. binas ædes.* & per Paul. de Caſtr. *in leg. in tradendis §. interpoſitis communia præd.* & per Bart. & Dd. *in leg. quod conclave de damn. infect.* in qua ſic concludas. Quod aut ille à quo peto ſervitutem, mecum non contraxit, nec quaſi: aut vere contraxit, vel quaſi contraxit. Primo caſu quando non contraxit, nec quaſi mecum: & tunc non habeo jus petendi ab eo iſtum aditum *l. eum debere, de ſer. urb. præd.* & ratio eſſe poteſt, quia regulariter res cuilibet libera eſt, niſi ſervitus conſtituta probetur *l. qui luminibus l. & ibi not. eod. titul. & altius & l. ædibus. C. de ſert.* Secundo caſu quando mecum & vere contraxit, ſubdiſtingue: aut contraxit, ſuper uſufructu, aut ſuper proprietate. Si ſuper uſufr. dic quod debetur iter, ſeu aditus, dato quod nihil dicatur *ut eſt text. in l. 1. §. ſi uſufruct. peta. & probatur in l. ſed. ſi quid §. proprietatis in fin. de uſufructu.* & ratio eſt, quia ſine aditu ad eum uſusfructus eſſet inutilis. & eſt etiam tex. qui ponit hanc rationem *in dict. leg. binas ædes verſic. non autem & vide de hoc omnino gl. in d. §. proprietatis ad fin. in verbo contineri, &* intellige ſive debeatur uſufructus ex contractu inter vivos, ſive ex ultima volun-

voluntate: quia reputatur eſſe modici præjudicii, ex quo perpetuo non durat, *ſecundum gloſſ. in d. l. binas ædes* Item intellige, quod iſte aditus debeatur uſufructuario jure cujuſdam commoditatis, non ſervitutis: quia ſervitus ſervitutis eſſe non poteſt *l. 1. de uſufruct. lega.* & quod dictum eſt de uſufruct. idem in quocumque contractu dicas, qui principaliter concernant uſum rei, *argument. l. ſed & ædes, §. illud ff. locat. ſecundum gloſſ.* alias Flor. *in d. l. binas ædes.* Si vero ſuper proprietate rei contractum eſt, puta vendidit quis proprietatem rei: tunc non venit ſervitus itineris, ſive aditus neque alia ſervitus, *l. in vendendo de contrahend. emption. & l. qui libertatis. §. fina. de evictionibus & l. via conſtitui. §. quacumque in fin. de ſervit. urban. præd.* & ita tenet gloſſ. Bart. & Angel. & Doct. *in l. quod conclave de damn. infect.* & intellige etſi ſine aditu res vendita efficeretur inutilis.

5 Et * eſt ratio differentiæ inter uſum fructum & proprietatem: quia uſusfruct. eſt minoris præjudicii, quia proprietas regulariter numquam finitur, ſed uſufruct. *ſic l. corruptionem, C. de uſufruct. cum ſimil.* Sed hoc limita duobus modis. Primo quando eſſet ſervitus tigni injuncti vel oneris ferendi: quia tunc cum ſuo onere res videtur eſſe vendita, vel aliter alienata, *d. l. quod conclave, & l. binas ædes, & l. 1. de ſer. lega.* & ita tenet Bartol. & Flor. *in d. binas.* Sed Bart. & Ang. contrarium dixerunt *in d. l. conclave.* dicunt enim, quod in contractibus inter vivos, ſi non interponitur ſervitus oneris ferendi, non venit per illa jura, & idem dixit Angeli *in d. l. binas ædes.*

6 Ubi * dicit, quod ſi haberet duas domos unica contignatione contectas, unam vendit alteram ſibi retinet: non poterit emptor invito venditore retinere tigna, quæ requieſcant in domo vendita, niſi forma contractus aliter ſe habeat. Unde ipſe dicit, ſis cautus tu emptor; & quia ex hoc vidi jam multas lites, & ſubdit, quod hoc probatur *in l. quod. conclave. de damno infect.* ubi videtur eſſe caſus, dum dicit, ſervitutem oneris porticus ſervandæ impoſitam vendidiſſe, quaſi videatur a contrario ſenſu: quod ſecus eſſet, ſi non fuiſſet impoſita. Sed ego credo quod non benè dicant: quia in contrarium eſt text. *in d. l. binas ædes, cum ſequent.* cum gloſſ. ſuper verbo concesſerint, quæ exponit inter vivos, nam cum venditur domus, videtur impoſita ſervitus, ut ſuſtineat omnia permanentia, quæ ipſo actu tunc ſuſtinebat, & ita debet intelligi. *d. l. quod conclave ſecundum Bartol. in l. 1. de ſervit. legat & d. l. binas ædes, in fin.* & talis ſervitus dicitur habere cauſam continuam, & permanentem: propterea videtur impoſita: maximé ſi contrahentes hoc ſciebant, ut dicit Bartol. *d. l. 1. in principio.* & dixi in præcedente ſervitute, *in fin.* & iſtud teneas. Sed ſi haberet cauſam non continuam, ſicut eſt ſervitus itineris, ſeu actus, tunc ſecundum omnes in contractibus inter vivos, non videtur impoſita, niſi expreſſe actum ſit, *l. in vendendo de contrahend. emption.* & iſto modo intelligo quo dixi ſupra *in verſic. ſi vero ſuper proprietate.* Secundo limita, quando inſtrumentum venditionis invenitur cum illa clauſula, cum acceſſibus, & introitibus, &c. de qua ſupra dixi. Tertio etiam limitare poteſt in via ad ſepulchrum: de qua dic, *ut l. ſi quis ſepulcrum in princ. de religioſ. & not Bart. in d. l. 1. in ſimil.* Tertio caſu principali,

 quan-

quando quis mecum quaſi contrahit puta hæreditatem adeundo, cum me legatario, *l. apud. Julian. Paragrapho ſi quibus ex cauſ. in poſſ. ea* & tunc regulariter ſervit. impoſita non videtur *d. l. quod conclave. & dicam in ſequent. quæſt.* Sed an poſſit agi, ut imponatur? Dic aut fuit legatus uſusfructus aut proprietas. Primo caſu poteſt agi, ut imponatur illa ſervitus, ſi alias uſusfructus eſſet inutilis, *l. binas, verſ. non autem prælega. & l. 1. & 2. ſi uſusfructus pe. & l. damnas, §. & ibi Barto. de uſufruct. legat.* Secundo caſu,
b quando legatu proprietas: *b* & tunc aut quæris an à legatario debeat præſtari ſervitus hæredi: & ſine dubio dicas quod ſic, *l. teſtatrix, in princ. ſi ſervitut. venditor & l. ſi fundum ſub conditione.* c §. *qui fundum, de legatis* 1. *& l. fin. de ſervitut. ruſt. prædiorum.* Aut quæris an debeat præſtari ab hærede ipſi legatorio, vel ab uno legatorio alteri legatorio, vide gloſſ. ordin. quæ hoc diſputat *in l. 3. §. ſi loci, de aliment. legat.* Sed quicquid dicat illa gloſſ. Bartol. *in l. 1. ante finem, de ſerv. leg.* dicit quod credit, quod debeat præſtari, *per d. l. binas ædes*, ubi dicitur, quod non poteſt hæres in totum lumina obſcurare rei cujus proprietas eſt legata: eadem ratione iter debet præſtare: quia minus male poſſet habitare luminibus offuſcatis, quam uti ſine itinere *l. 1. §. 1. ſi uſufruct. peta.* & ita debet intelligi *d. l. binas ædes*, quæ eſt clavis hujus materiæ, ſecundum Bart. & bene.

7 Sed * circa prædicta quæritur eo caſu quo hæres tenetur præſtare aditum an ſit ſervitus conſtituta ipſo prædio legato, ut legatarius poſſit intentare confeſſoriam contra quemquam impedientem, *ſecundum l. ſi quis diutur. no. in fin. ſi ſer. venditor.* Et videtur quod ſic *per l. ſi quis partem*, §. *ſi quemad. ſer. amit.* Dd. dicunt contrarium, quia ibi loquitur quando ſervitus fuit expreſſe legata quod non expreſſe, licet fingatur legata tacite: *ut ſupra dixi*, & ex tacito non tranſit jus ſervitutis: ſicut nec tranſit dominium ipſo jure: *ut eſt tex. cum gloſſ. ſecundum Jac. de Aret. & Dd. in l. emptor, §. fin. de rei vendit. & in l. ſervum filii, §. fin & quod ibi per Dd. leg.* 1. ſolum ergo legatarius habet actionem perſonalem contra hæredem ex teſtamento, ut ſervitutem conſtituat: *ut not. Bartol. in dicta lege binas.* Unde ſi cautus in agendo & faciendo quod conſtituatur tibi ſervitus, ſi vis hoc tranſeat in te ſingularem ſucceſſorem active & paſſive, quod tene menti in practica, Cætera circam iſtam materiam vide infra, initinere ſive introitu. Supereſt nunc, ut quibuſdam nominatis in jure, ſervitutibus urbanis explicatis, de domo per me figurata loquamur, per quam reliquas ſervitutes urbanas facilè quiſque intelligere poterit, quidquid in fundo urbano fieri permittatur, & in quo ſervitus & libertas conſiſtat: ut autem hæc memoria aut cogitatione faciliora ſint, eas ex ipſius domus ordine declaremus.

ADDITIO.

a *Diviſio do.* An in contractu diviſionis habeat locum remedium *l. 2. Cod. de reſcin vend. vide* Corn. *in 4. vol. conſ.* 240. *incip. præſuppoſitis* & an in diviſione cauſetur titulus, *conſ.* 278. Et quæ requirantur in diviſoris judicio, *in 2. volum. conſil.* 110. *incip. in judicio*, & diviſio facta cum extenſiva læſione, licet ſit jurata: & cum refutatione ad cognita, & incognita, an reſcindatur ſi læſus ignoravit conſortem

tem inſtitutum in re certa? vel exhæredatum cum clauſula, quod petere non poſſit: *vol. conſ.* 133.

b *Propriet.* Proprietas proprie capitur pro dominio: & ideo idem eſt dicere, cauſa proprietatis, ſicut cauſa dominii: ideo in ſtatutis ſola poſſeſſio non verificatur in proprietate, *not. Pau. in c.* 1. *de cauſa poſſ. & prop.* & quare fuit inventa proprietas, *not.* 12. *q.* 1. *dilectiſſimus*, ubi dicitur propter iniquitatem ſcilicet negligentiæ, *ſecundum gloſſ. ibid.*

c *Condition.* Conditio ſecunda eſt in rebus, quæ liberæ vel ſervilis conditionis dicuntur, *ff. & C. de ſerv. per tot.* Quomodo conditio concipitur? Reſponde quod per, ſi: modus per, ut cauſa vero per, quia Conditio poſſidentis potior eſt ubi par eſt cauſa turpitudinis, *ff. de condit. ob turpem cauſam*, *l. ſi ob turpem.* §. *porro.*

CAPUT XXXIX.

De ſolo ſeu area.

1 *In ſolo ſeu area domum qui ædificare poteſt, an aliud ædificium altius conſtruere, etiam uſque ad cælum.?*

2 *Conſuetudo vel ſtatutum ædificandi uſque ad certam menſuram, ædificationem ſimpliciter probibere poteſt: & in multis etiam caſibus.*

3 *Ædificatio excellens numquid ad vicini mei æmulationem fieri præſumatur?*

4 *Pactum circa ædificationem contrarium an valeat?*

5 *Area uſumfructum babens numquid ædificare poſſit?*

6 *In area communi an quiſpiam ædificare poſſit?*

7 *Caſtella ſeu fortilicia numquid in ſuo ſolo ædificare licitum ſit, & maxime in confinibus territorii?*

8 *Poſſeſſionem ſoli mei & ædificii in eo per alium facti an babeam?*

9 *Guerræ tempus ſi princeps locum meum fortificaverit, ut habiliter guerram faceret finita guerra, ſi locum meum petam princeps autem velit ut expenſas reficiam, quid juris?*

EX ordine nobis occurrit, ut primum de ſolo ſive area quædam dicam. In ſolo*ſive area regulariter poteſt quis ædificare domum vel ædificium conſtruere, & altius, ut diximus, uſque ad cælum: quia quidquid eſt ſupra olum, uſque ad cælum liberum eſſe debet, & ejus cujus eſt ſolum: *ut probatur in leg. altius & l. fi. in ædibus Cod. de ſerv. & l. fin. in princ. de ſerv. titul. generali, & not. in l. qui luminibus, de ſervitut. urb. præd.* quæ tamen lex prima facie in contrarium potius facere videtur, *ſecundum Albericum de Roſa, in d. l. altius, in principio & hoc etiam not. gloſſ.* 12. *quæſt.* 1. *cap.* 2. *in verſ. aer.* & hoc intelligo, ſive altius fuerit ædificatum, ſive numquam: puta quia erat area vacua: immo etiam ſi per mille annos area mea ſteterit juxta palatium tuum non ædificata, tamen potero ædificare, nec me prohibere poteris: *ut not. gloſſ. in d. l. qui luminibus in fin. & idem not. glo. Baldus in ca. Abbate, in principio in verſ. monachum,* quæ *incipit: hoc modo text de verb. ſignif. & gloſſ. Jo. Teutonici d. cap.* 2. 12. *quæſt.* 1. *Spec. in tit. de cauſa poſſeſſ. & proprie. in ult. columm. verſ. ſed pone & verſ. ſeq & per Roffræ. in libello. ne quid in loco publico fiat, & de conte.* §. *illud quæritur.* Item prædicta intellige, quod quis poſſit ædificare in ſuo vel area etiamſi

officiat luminibus vicini, niſi ei debeatur ſervitus altius non tollendi: *ut probatur in d.l. altius, & d. l. ſi in ædibus, Codice de ſervit. & l. cum eo. & l. pen. de ſerv. ruſt. præd. & in l. altius, ſi ſerv. vend & d.l. qui luminibus*, etiam ſi vicinus eſſet minor, vel pupillus: *ut probatur nota. in dicta lege altius, ſi ſer. vendit. conjuncta gloſſa*, quæ dicit, quod ibi erat ſervitus conſtituta. Item intellige prædicta, etiam ſi obſcurarent in totum lumina, ſeu ædes vicini: *ut d. l. cum eo. & ibi hoc notat Baldus.* Sed prædicta fallunt in quibuſdam caſibus, in quibus non eſt licitum etiam in ſuo altius ædificare maxime obſcurando lumina vicini,

Et primo * quando eſſet conſuetudo vel ſtatutum ædificandi uſque ad certam menſuram: & ſic ſervitus videtur
a impoſita conſuetudine, *a* vel ſtatuto. Nam tunc ædificando altius tollere non poteſt, caſus eſt cum gl. quæ ponit de ſtatuta Flor. *in l.* 1. *Cod. de ædificiis priva.* & not. gloſſ. & Dd. *in l. qui luminibus, de ſerv. urb præd.* & dixi ſupra, de ſervitut. altius non tollendi, *quæſt.* 4. & hujuſmodi ſtatutum, vel conſuetudo ligat etiam forenſem cujus eſt domus quæ non debet altius tolli, *ut ibi dixi in quinta quæſtione.* Secundo fallit, quando ſervitus eſt impoſita per pactum, *ut leg. inter ſervitutes, cum ſequ. de ſerv. urban prædio* de quo dic ut dixi ſupra de ſervitute ne proſpectui officiatur, cum tribus ſequent. vel quando eſſet præſcripta hujuſmodi ſervitus: *ut not. gloſſ. in d. luminibus*, de qua præſcriptione dixi plenè, ſupra decima, & ultima quæſtione principali. Tertio fallit, quando unus habet plures domos: & unus legat uſumfructum alteri: nam tunc non poteſt hæres alteram tollere, vel obſcurare domum uſumfructuarium in totum, ſed ſaltem modicum lumen, quod habitantibus ſufficiat, relinqui debet, *text. in l. ſi is qui binas, de uſufruct. & text. cum gloſſ. in l. binas de ſerv. urb. præd. & dixi plene in fine in ſervitute præcedenti, in penult. quæſtion.* Quarto fallit, quando ædes vicini habent lumen ex publico, quoniam tunc vicinus ædificando nocere non poſſet talibus luminibus: quia non licet vicino aliquid in publico facere quin liceat alteri prohibere, *ff ne quid in loco publico per totum, ſecundum Rofred in libello de confeſſoria poſt princ in verſicui. ſed illud quæritur*, & hanc quæſtionem videtur ſentire gloſſ. *in l. fluminum, §. fin. de damn. infect.* quæ incipit, niſi animo nocendi, ibi: reſponde, non videtur officere, ſi lumen auferat quod ex privato conſuevit habere facit quod not. Bartol. *in l.* 1. *§. ſicut autem, de aqua pluvia, arcen.* Verum puta Albericus de Roſare, *in l. altius, Cod. de ſervitut.* quando officiens luminibus laborat in publico: tunc enim prohiberi poſſet, niſi eſſet conſuetudo, quod poſſet etiam in publico taliter laborare, *ut ipſe not. in l. de quibus, §. numquid videndum ex quo libet ff. de legibus.* Si autem in ſuo laboraret, tunc etiam ſi altius ædificaret, & officeret luminibus, quæ haberent ex publico, prohiberi non poſſet, *ut d. l. altius, cum concordantiis ſupra allegatis.* facit quod dicam infra in ſexta quæſtione. Quinto fallit, quando quis levaret altius, animo nocendi vicino, & ſibi non prodeſt, *ut eſt text. cum gloſſ. in leg.* 2. *§. denique, el.* 2. *de aqua plu. arc.* quæ allegat ad hoc 20. leges, & dicunt Dd. eum pati fluxum legum, ſicut dicimus pati fluxum ſanguinis qui nimium abundat, & idem not. gl. *in d. l. fluminum, §. finali* quæ incipit, *niſi animo nocendi, de damno infecto*,

jecto, vel quando tolleret altius ad æmulationem vel deſpectum vicini: vel quia volebat videre omnia ſecreta domus ſuæ: nam tunc non poſſet ſecundum Petrum, Cyn. & Bald. & Dd. *in l. altius Codic. de ſervit. per l. opus, ff. de operibus publ.* licet contrarium teneat Alb. de Roſ. *in d. leg. altius in fine:* qui dicit quod non obeſt *dicta l. opus*, quia loquitur in ædificatione in publico: nos loquimur in ædificatione in ſuo Idem quod Alberic. de Roſa tenet Angel. *in d. l. cum eo de ſervit. urban. præd.* & Flor. *in l. Sabinus in 2. col. communi divi.* Sed Paul de Caſtr. tenet prima opinionem, *in d. l. cum eo*: quando ædificans nullam reciperet utilitatem: ſed facit ut vicino tantum noceat, *in d. l. 1. §. de aqua plu. arcen.* qua loquitur, quando ædificatur in privato. Et non obſtat reſponſio Angel. *ad dictum §. denique, quam dat. in d. l. cum eo.* qui dicit, quod loquitur quando utilitas ex tuo perveniebat de directo in meum, ut illam mihi auferre non poſſes faciendo in tuo, niſi facias ut ibi proficias: ſed hoc lumen non proveniebat mihi ex tuo, ſed ex cælo, quia iſta reſponſio facit de directo in contrarium ſecundum Paul. de Caſtr. *in dict. l. cum eo.* quia ſi non habebam iſtam utilitatem à te, vel de tuo, minus mihi debes poſſe auferre, *argu. l. ſi arrogator. verſ. ſed an impuberi ibi quia hoc non judicio ejus de adopt.* Præterea hominem homini inſidiari nefas eſt, *l. veluti, de juſtit. & jure.* nec mos eſt ei gerendus, qui facit ſolum ut officiatur *lege in fundo de rei vend.* Idem tenet ipſe Paul de Caſtr. primam partem tanquam humaniorem: & dicit quod ita de facto reſpondit in civitate Paduæ, & idem ego teneo quod non: quia ſæpe accidit de facto in vicinis inimicis, & adde quod dixi infra de feneſtra ſeu balcono.

Sed * eſt dubium, an præſumatur facere ad æmulationem vicini: & dicas quod in dubio non præſumitur, *l. merito ff. de pro ſocio.* & ita vult gloſſ. multum not. *in d. fluminum, §. fin.* quæ incipit, niſi animo nocendi, *in princ.* quam Dd. ſequuntur: Sed ſi facit ut noceat duntaxat vicino: tunc præſumitur facere ad æmulationem, *d. §. denique*, & præſumitur facere ut noceat quando nullam ſentit utilitatem ſecundum Paul. de Caſtr. *in d. leg. altius*, pro hoc allego text *in leg. qui data in princip.* ibi, ſine lucro hoc affectavit *ex quibus cauſis major.* Idem forte poſſet dici, ſi eſſet modica utilitas, & magnum damnum vicini, & eſſent inimici. argu. *ſpadonem l. §. fin.* ibi: *patrimonio. de excuſatio. tutor. conjunctar. 1. §. quæſitum verſ. præterea. ibi*, quia facile mentiuntur de quæſtionibus quod bene nota. Et adde, quando quis ædificat animo nocendi vel ad æmulationem, datur contra eum actio de dolo: *ut not. Innoc. in d. l. fluminum, §. fin. & habetur in d. l. 1. §. denique & in l. 1. §. de dolo.* Sexto fallit, quia illud quod dicitur quem poſſe ædificare, debet intelligi quando poſſet ædificare, de jure communi: puta in domo vel area ſua, *dicta l. qui luminibus, cum gloſſ. cum ſimili ſupra allegatis*, ſecus ſi ex privilegio ſpeciali vel generali alicui concederetur à principe vel à ſuperiore, ut poſſit in loco publico ædificare: quia intelligitur ſine damno alterius: & ideo non poterit ædificare, ſi obſcurat lumina vicini *text eſt not. in l. 2. §. merito, & ſi quis à principe ff. ne quid in loco publico & ibi gloſſ. 1. in princip.* dum dicit, ſcilicet generali conceſſione vel ſimplici: & idem vult gloſſ.

gloſſ. 1. *in fin. in l. 2. de damn. infect.* & *pro hoc l. nec avus. cum ibi not. cap. de emancip. lib.* &*c. quamvis in fin. de reſcriptis in 6. cum ſimili.* Et hoc etiam tenet Bald. *in l. ſi manifeſte circa finem. C. de ſerv.* & *vide quod dixi ſupra in quarta fallentia.* quod nota, quia ſæpe in civitatibus conceditur, quod quis poſſit ædificare in loco publico. Septimo fallit, quando quis ædificare ſuper re communi ipſius laborantis, & ejus cujus luminibus officit, quia tunc non poſſit de quo dic *ut habetur per Alb. de Roſ. in d. leg. altius.* & dixi ſupra *in 7. q. ne luminibus officiatur.* dic ut ibi, & non omittas, quia eſt nota. Octavo fallit *in leg. fin.* §. 1. *C. de ſervitut.* nam ſi area, in qua fructus triturantur, & paleæ à fructibus diſcernuntur, non poſſet habere ventum niſi ab una parte, ipſo jure prædio vicini ſervitus impoſita eſſe cenſetur, ne poſſit altius tollere & ventum impedire: ut eſt caſus ibi mirabilis ſecundum Dd, & not. gloſſ. & *ibi* Angel, *in l. Imperatores, de ſervitut. urb. præd.* & dixi ſupra *in ſerv. altius non tollendi in* 4. *quæſtio.* Sed illud non eſt mirandum: quia iſtud ſi favere agriculturæ, quo multa etiam alia contra juris regulam introducta ſunt: *l.* 2. & *ibi nota. C. de nundinis* & *Authent. agricultores Codice quæ res pigno oblig. poſſ.* & *capit.* 2. *de treug.* & *pace in l.* 1. *in princ. de feriis cum ſimili.*

Sed an * valeat pactum contrarium videtur quod ſic, per text. cum gloſſ. *in leg.* 2. *in princip. de ſervit. ruſtic. præd.* licet videatur contra publicam utilitatem, ſecundum Paul. de Caſt. *in d. l fin. in fine.* Nono fallit in prædiis ruſticis propter utilitatem fructum: *ut eſt text. cum gloſſ. ſecundum unum intellectum, in d. l. final.* §. *fin. C. de ſervit.* & ideo haberem prædium meum in quo frumentum ſeminari conſueverat, & una tantum parte haberet ſolem, non poſſet ibi ædificare; & mihi ſolem pro fructibus neceſſarium auferre & iſtud eſt favore agriculturæ, ut proxime dixi, quod eſt notab. Decimo, & ultimo fallit eadem ratione in ſcalis, nam quis juxta ſcalas ædificare non poteſt: ita quod luminibus earum officiatur, licet ſervitus conſtituta non ſit: & ita reperio tenuiſſe Anton. de Bul. *in d. l. fin.* §. *fin.* facit ad hoc quod not *in l.* 1. *ſolu. matrim.* quæ omnia bene notanda ſunt: & alibi non bene declarata reperies & adde quæ dicam ſtatim in ſequen. rubric.

Numquid autem * habens uſumfructum areæ, poſſit ibi ædificare? Et videtur quod non *per l. uſumfructuarium novum rivum* §. 1. *de uſufruct.* & *per l. uſufructuarius novum eodem titul.* & *in l. repetiti* §. *rei mutatione* & §. *ſi autem quibus modis uſusfruct. amit.* In contrarium videtur tex. *in l. penul. ff. de uſufruct.* & dic quod regulariter non poteſt, ut in primo allegatis. Sed fallit quando vellet ædificare pro conſervatione fructuum, & rerum quæ in eadem area ſunt: & ita loquitur *in d. l. penult* & *ibi not.* & bene. Sed quid ſi alius ædificaverit in area, cujus uſuſfruct. alienus ſit? Dic quod ſublato ædificio reſtitui area uſufructuario debet, *tex eſt cum gloſſ.* & ibi per Dd. maxime Flor. *in l. ſi area uſufruct.* Item quod ſi ædificavit in area aliena, vel per alium poſſeſſa? *vide in l. ſi in area de cond. inde.* & *in leg. Julium. alias incipit, ſi area aliena ff. de rei vend.* 5

Item numquid * in area communi poſſit ædificare? Dic quod ſocius te prohibendi jus habet quamvis jus ædificandi 6

ædificandi habens à vicino conceſſum, cui ſervitus debebatur ne domus communis altius tolleretur, quoniam invito ſocio in re communi non habes jus ædificandi. *text. eſt cum gl. in l. ſed ſi inter te & me. §. ſi in area de ſervit. urban. præd. & adde quæ not per gloſſ. & Dd. in l. Sabinus communi divid.* Si tamen quis ædificavit in area communi ſocio non prohibente, ædificium commune efficitur, *l. ſi in area Cod. de rei vend.* & ibi vide per Cyn. & Dd. ubi etiam ponunt, numqui de expenſæ poſſint repeti. *& adde quæ dicam in ſervit. de pariete ſine muro.* Item adde, quod ſi vicini aream in communi emerint, ne luminibus ſuis officeretur, & alteri tradita ſit, nec præſtet alteri, quod convenit, pro ſocio actio dabitur *text. in l. cum duobus §. idem Mela verſiculi. idemque pro ſocio.*

7 Caſtella * autem & fortilicia numquid ſit licitum in ſuo ſolo ædificare, & maxime in confinibus territorii? *vide per gloſſ. Bartol. & Dd. in l. opera. de operibus pu. & Bart. in l. quæcunque, de fundis limitroph. Cod. lib. 11. & per gloſſ. Ang. & Dd. in leg. lex. 12. tab. ff. ad l. Jul. majeſta.* Et prædicta omnia procedunt, quando quis ædificat in ſuo loco de ſua materia. Si autem ædificaret in ſuo de aliena materia vel in alieno de ſua materia: *vide quæ habentur in l. adeo §. cum in ſuo ſolo. & §. ex diverſo. & §. Titius horreum de acquiren. re domi. & Inſtit. de rerum divid. §. cum in ſuo. & §. ſeq. & Cod. de rei vendi. l. 2.* uti habetur, quod ædificium cedit ſolo. Quod procedit etiamſi ædificaretur unum caſtellum vel fortilicium in ſolo meo: quia dominium efficeretur meum: *ut not. Spec. in tit. de religioſis domi. ver. ſi quid petatur, civitas & vide Innoc. in c. Pſannis. de reſtit. ſpolia. & hoc etiam tenuit Paul. de Caſtr. in l. 2.*

Sed * de poſſeſſione, numquid habeam poſſeſſionem ſoli mei & ædificii in eo per alium facti, *vide per gloſſ. & omnes Dd. in d. l. 2.* 8

Item * pone, Princeps tempore guerræ fortificavit locum meum, ut habiliter faceret guerram, & poſuit ibi gentes ſuas, quod potuit me invito *Cod. de navi non excuſan. li. 11. & leg. fin. §. fin. de pigno. actio.* Poſtea finita guerra peto locum meum ſic fortificatum: princeps petit ut habeam reficere expenſas in eo factas: quæritur quid juris? Dicunt quidam, quod reddere non debeo, & ſic lucro meo cedit illud fortilicium, quia princeps non mihi negotium geſſit, niſi tamquam uni de populo, ſed ſibi & regno ſuo; & ideo non teneor niſi tamquam unus de populo ad conferendum in ſumptum non autem tamquam privatus ad totam expenſam, *argument. l. 2. §. item Labeo in ratione literæ ne quid in loco publico.* & facit. hæc L. dum dicit quod debet fieri publicis expenſis; *ut de negot. geſt. l. ex duobus ſecundum Bald.* qui ita dicit. notab. *in l. ſi in aliquam in princ. de offic. proconſ.* & adde quod notat. Angel. *in l. turres C. de operib. publ.* 9

ADDITIO.

a *Conſuetud.* Conſuetudo eſt jus quoddam moribus inſtitutum quod pro lege ſuſcipitur, *c. conſuetudo 1. diſtinct.* & de hac hic loquor: non de illa conſuetudine largè dicta, quo quis dicitur facere aliquid, quæ eſt quoddam jus privatum non publicum ut iſta de qua hic: *ut l. de quibus & l. cum de conſuetudine ff. de leg.* Quis

poteſt conſuetudinem introducere? Reſponde, quod ille poteſt facere legem: quia à quo removetur genus, & ejus ſpecies, *l. filius in fin ff. de dona.* & *l. ſi juriſgen.* §. *ſi fraudandi, ff. de pac.* in gloſſ. ergo a contrario ſenſu conſuetudo eſt ſuis juris, *Inſtit. de jur. natur.* §. *conſtat ergo.*

CAPUT XL.

De pariete, ſeu muro.

1 *Paries, murus, & maceries, quid ſint, & in quo differant?*

2 *Lex ulti. fin. regun. an habeat locum non ſolum quando ædificatur juxta fundum vicini ruſticum, ſed etiam urbanum?*

3 *Vicinus ſi habeat ſtillicidium domus ſupra ſolum meum, puta per duos pedes, & ego murum in ſolo meo ædificare velim: an à vicini muro per unum pedem remotus ſtare debeam, an verò à loco in quo vicini ſtillicidium caſitat?*

4 *Paries ligneus intermedius ubi eſſet, an ædificari poſſit, etiam affigendo ipſum in via in ſuo, in confinibus nullo ſpatio dimiſſo, ad ſimil. volentis ſepem, & maceriem conſtruere?*

5 *Spatium, quod relinquitur intermedium, an relinquentis, vel utriuſque eſſe debeat?*

6 *Vicinus in muro ſuo an oſtium facere poſſit per quod ad ſolum meum vadat?*

7 *Murum, vel domum juxta domum vicini ædificans, cujus ſtillicidium in medio caſitat, an ſolum incruſtare teneatur, & aquam extra ducere, ita quod murus vicini non marceſcat, nec damnum propter aquæ receptionem in dicto loco patiatur.*

8 *Murus, vel domus vicini juxta aream meam vel hortum ſi reperiatur, an ſolo ſuo dimiſiſſe præſumatur?*

9 *Domus duæ, vel duo muri ſi reperiantur, & in medio reperiatur ſolum dimiſſum per pedem unum, aut duos vel plures, & non appareat quis ædificando dimiſerit, nec quis primo ædificaverit, an in dubio commune eſſe debeat?*

10 *Ædificaveris ſi quiſpiam ſuper pariete alieno, quid juris?*

11 *Murus communis quis dicatur, & quot modis?*

12 *Res pro diviſo duobus modis capitur.*

13 *Murus an ſit communis inter vicinos, vel proprius unius tantum, qualiter cognoſcatur?*

14 *Murariis, & aliis in arte peritis credendum eſt.*

15 *Annulli ferrei lapidibus infixi, in quibus equi alligantur, ad civitatis ornatum ſiunt.*

16 *Inſignia, vel arma in muro ſculpta quid probent?*

17 *Tigna habens cum aliquibus ſignis, in muro, qui eſt inter ipſum, & vicinum, an præſumatur habere jus ſervitutis vel communionis?*

18 *Tigna alia, vel ſigna in principio, vel in fine muri fuerint ab una parte tantum: an eo caſu, quo per illa ſigna murus communis vel Servitus cenſeretur, intelligatur eſſe murus communis in totum, vel ſervitus in toto muro impoſita, an verò in parte illa, in qua ſigna ſunt?*

19 *Muro in communi, an ſocius ædificare valeat?*

10 *Ædificium ſuper pariete cedit parieti inferiori.*

21 *Parieti communi licet per unum tantum*

tantum ex ſociis ſervitus imponi non poſſit : bene tantum ipſi domui poterit.

22 Socius an murum communem cooperire poſſit ?

23 Socius in muro communi an tignum immittere valeat ?

24 Socius an communem parietem poſſit imponere, vel reſtituere, vel reficere ?

25 Socius in muro communi an poſſit facere feneſtram, vel factam claudere ?

56 Murum communem quando quis altius tollere vult, vel in eo aliquid fabricare, cujus expenſis hoc facere debeat?

27 Socius ſi primo ſuper muro communi ædificaverit, ipſum altius ſuis expenſis tollendo, alius poſtea ſocius ſuper dicto muro vult iterum reædificare, vel in eo aliquid fabricare vel immittere, an teneatur ſolvere dimidium illius muri primo elevati per alium ſocium ſuis ſumptibus ?

28 Actio negotiorum geſtorum quo caſu competat ?

29 Ædificans in ſolo alieno ſicut alterius ſumptus non repetit, ſi ſcienter ædificaverit, ita etiam ſcienter muro communi ſuperædificans.

30 Conſuetudo in ædificiis faciendis attendenda eſt.

31 Socius ſi non vult altius murum communem tollere niſi pro una parte tantum, & murus ita elevatus longior ſit, cujus ſumptibus id faceretur teneatur ?

32 Murus altius elevatus ſi reperiatur, nec appareat qui ædificaverit, & cujus expenſis, quid juris ?

33 Vicini duo ſi areas contiguas, vel hortos contiguos habeant, & parietem in medio propter clauſuram fecerint, alter tamen vicinus ex latere ſuo ſuper communi pariete ædificare velit, quo ædificio facto area vel hortus convicini deterior fiat, ſed tamen ab uno latere aër, ſol & ventus liberi ad aream vicini remaneant.

34 Paries qui in medio eſt, an communis remaneat ſi ex duobus domibus una vendatur ?

PAries ſive murus * idem ſignificant 1
tex. eſt in l. quantum, ad jus pertinet
de verbor ſignificat. murus *a* dicitur cum 2
calce ſint cœmento ; *ut not. ibi gl. in &*
l. fin. in fin. in ver. murum ff fin. regum. Sed maceries dicitur murus de lapidibus ſine cæmento, *ut not. gl. in d. l. quæ ad juris & in l. precario, ceterum, ſi in ſuo commun. præd. & in l. ade ſacra* §. 1. *de contrahen. emptio.* qui murus in villis fieri conſuevit : & ideo dicebat Laur. gloſſator contra Joan. quando minus recte fundabat dicta ſua quod ipſe ligabat arenam ſine cæmento : *ut dicit gl.* 86. *diſtinct. facientis in princ.* Si quis tantum juxta regionem alterius ædificare voluerit, pedem derelinquat : ſi autem domum, duos pedes, *text. eſt in l. fin. quæ incipit, ſi quis ſepem finium regun.* quæ fuit ex Græca Solonis, & in Latinum per Cajum interpretata, *ut dicitur in gloſſ.* 1. & capitur ibi regio, pro confinio duorum prædiorum, *ut l. pro regione, & ibi gl. fin. regun.* & probatur *in l. inter eas eod. tit.*

Sed * numquid illa *l. fin.* habeat lo- 2
cum non ſolum quando ædificatur juxta fundum vicini ruſticum, ſed etiam urbanum & videtur quod ſolum locum habeat quando ædificatur juxta ruſticum : quia illa *l. fin.* quæ eſt poſita *in titulo finium. regun.* habet locum in ruſticis, non in urbanis. *l.* 4. § *hoc judicium* 10. *eodem tit.* & hoc videtur

ſentire gloſſ. *in d. l. fin. in verſicul. domum*, dum dicit juxta agrum alterius
b qui ager locus *b* ruſticus, *l. ager. in principio de verborum ſignificatio.* & *lege fundi appellatione*, *eodem titulo*, & idem vult gloſſa. 1. *in principio apertius in l. mæniana, Cod. de ædificiis privatis*, & hoc tenet Flor. *in d. l. fin.* qui dicit iſte eſt verior intellectus ad illam legem. Ego autem teneo contrarium videlicet quod habeat locum quando quis ædificaverit juxta urbanum fundum vicini: *per text. juncta gloſſ. in l. 1. Cod. de interdictis*, & *text. cum gloſſ. in l. quidam Iberus, in princ. in verſicul. ad parietem, ibi* vel dic, id eſt: minus proprie. *de ſerv. urban. præd.* & eſt text. cum gloſſ. *in l qui bona. §. ſi quis juxta, de damno infect.* & *gloſſ. in l. de pupillo, §. Sextus in verſiculo quoties eodem titulo* & idem tenet Azo. *in ſumma Codice de ædificat. privat.* qui dicit quod *l mæniana*, loquitur in mœnianis ſive ſolariis. & *d. l. fin. finium regun.* habet locum in ceteris ædificationibus vel conſtructionibus, & probo per iſtam rationem: nam eſſet valde, abſurdum, quod *l. mæniana, Codice de ædificiis privatis*, providet de ſolariis quæ fuerunt in domo, ut patet in eadem, ædificantibus, & *l. fina.* ſolum providet, quando murus fieret juxta fundum ruſticum, & non provideret quando fieret juxta fundum urbanum quod magis commune contingit magiſque neceſſarium eſt, *facit l. nam ad ea, cum ſimilibus* non obſtat, quod *dic. l. fin. ſit poſtea titul. finium regun.* quia eſt lex nona Græca edita: ut ibi dicitur in prima gloſſ. & c loquitur etiam de fundo ruſtico: puta de ſepe, macerie, fovea, & fructibus, & de aliis lignis quæ communiter in fundo ruſtico fieri ſolent: & ſic facit ad titul, nec eſt inconveniens. etiamſi interſerantur duo alii caſus; qui non faciunt ad titul. *juxta notab. in prima conſtitut. Cod. §. quibus in l. imperatores. de in diem addic.* nam ſatis eſt, quod pro majori parte faciat ad titul. *argument l. quæritur Hermaphroditum de ſtatu homin.* Unde concludo, quod *dicta lege nal. finium regun,* habet locum etiam, quando quis vult ædificare domum vicini, & ſic fundum urbanum: & ita obſervatur, & judicari debet, & adde omnino quæ dicam infra de mœnianis.

Sed pulchra * eſt dubitatio, quid ſi 3
vicinus habet ſtillicidium domus in ſoleum meum puta per duos pedes: & ego volo ædificare murum in ſolo meo; an debeam ſtare remotus per unum pedem à muro vicini; an vero à loco in quo ſtillicidium vicini caſitat? vide quod plene dixi ſupra de ſervitute ſtillicidii avertendi, in octava quæſtione.

Quid * autem ſi eſſet paries ligneus? 4
teneo quod poſſit ædificare etiam affigendo ipſum in via in ſuo, in confinibus nullo ſpatio dimiſſo: ad ſimilitudinem volentis ſepem & maceriem conſtruere per text. *in d. l. fin. in princ. fini. regun.* quæ dicit, ſi quis ſepem vel maceriem effoderit juxta regionem alterius, terminum ſuum excludat, & credo quod ratio hujus ſit, quia *d. l. fin.* vult quod ſpatium dimittatur propter damnum quod poſſet devenire vicino propter ædificationem vel plantationem, ut ibi & *not. Codice de interdict* & ideo cum per ſepem, aut maceriem, vel domum ligneam, non multum fodiatur & ſic nullum damnum poſſit eſſe vicino, merito ſufficit quod terminum ſuum non excedat. ut ibi.

Sed * vidi dubitari, cujus debeat 5
eſſe ſpatium, quod relinquitur: an relin-

relinquentis, vel utriuſque? & puto quod ſit relinquentis, ſi prius ſuum erat: quia pro hoc non debet perdere ſuum: ſatis eſt, quod conſulatur vicino, ne damnum patiatur: non tamen debet conſequi lucrum, *argum. l. ex aſſe. ibi, ſufficit autem. ad Trebellia.* & probatur etiam hoc *in d. l. fin. in fin. ibi ab extranea regione*, & contrarium maximè quando ſit fovea, & plantantur oliva, vel ſepes aut alia ligna, eſſet iniquum, nec etiam obſervatur, ut illud ſolum efficiatur vicini.

6 Sed * numquid vicinus poterit in muro ſuo facere oſtium, per quod poſſit venire ad illud ſolum? iſtam quæſtionem habui de facto Veronæ, & in ea ſic concludo. Aut ille vicinus habebat domum ſuam, ſive ſtillicidium contra dictum ſolum: & pro illa parte erat ſuum, *juxta l. fin. §. fin. de ſervit. urban prædio.* cum ibi not. per Flor. & tunc ſine dubio poterit facere, ut ſaltem venire poſſit ad illud ſolum ſuum. At non erat ſolum ſuum, ſed debebat ſervitutem ſtillicidii recipiendi: & idem poſſit portam facere, cauſa veniendi ad illud pro ſuo tantum ſtillicidio: quia qui habet ſervitutem, intelligitur etiam habere aditum pro ea conſervanda. *argument. l. 1. §. 1. ſi uſusfructus petatur*, & ita vidi obſervari. Aut vicinus non habebat ſtillicidium ſupra: & teneo quod portam facere non poſſit: quia non poteſt ad illud ſolum venire, quod eſt alienum, nec debet ſervitutem, domino nolente, *& habetur in l. divus. de ſer. urb. præd.*

6 Item * numquid ædificans murum, vel domum juxta domum vicini, cujus ſtillicidium in medio caſitat, tenetur incruſtare ſolum, & aquam extraducere ita quod murus vicini non marceſcat, nec damnum patiatur propter receptionem aquæ in dicto loco? Et teneo quod ſic, *per text. in l. ſi fiſtulas in fin. prin. ibi aſſiduum humorem habeat, & noceat vicino, de ſervit. urb. præd. & per text. in l. fiſtulas ſi ſervitus vendi.* hoc optimè probatur, & ita judicari vidi.

Numquid autem in dubio, ſi reperiatur murus, vel domus vicini, juxta aream meam, vel hortum, præſumatur dimiſiſſe ſolo ſuo? *juxta dictum l. finalem fin. regund.* Credo quod ſit dicendum, aliud non appareat ex inſtrumento emptionis fundi mei, vel vicini. Aut ille qui ædificavit. poſſidet tantum de ſolo prope dictum murum, vel domum verſus vicinum: & tunc præſumitur illud dimiſiſſe: quia alias illud poſſidere non poſſet, *argum l. merito ff. pro ſoc.* Aut non poſſidet ipſe, ſed vicinus: & tunc præſumitur contrarium: quia ſi reliquiſſet ædificans, veriſimiliter ipſe poſſideret: ex quo erat ſuum, ut ſtatim dixi. 8

Sed * ſi reperiantur duæ domus, vel duo muri, & in medio reperiatur ſolum dimiſſum per pedem, aut duos, vel plures, & non appareat qui dimiſerit ædificando, nec quis primo ædificaverit: teneo quod in dubio debet eſſe commune, *argum l. pro regione. de acquirendo rerum dominio, & l. inter eos, eodem titulo.* Et ideo cautus debet eſſe ille, qui primò ædificavit, ſi dimiſit ſpatium ſoli ſui affigat in muro ſuo lapidem ſe extendentem ultra murum tantum, quantum eſt ſpatium ſoli quod dimiſit: & ita alias vidi ſolum dimiſſum inter domos, & quemlibet vicinum habere lapidem in domo ſua ſe tantum protendentem quantum eſt ſolum quod dimiſit, quæ omnia perpetuo tene menti: quia ſunt quotidiana, & per Ed. non tanguntur. 9

Dictum * eſt hactenus de ædificante parietem, ſeu murum proprium ſed 10

quid ſi quis ædificaverit ſuper pariete alieno ? Dic breviter ſi ſupra parietem tuum vicinus tuus ædificaverit, proprium ejus id quod ædificavit fieri, Labeo, & Sabinus aiunt: ſed Proculus tuum proprium fieri quemadmodum fieret tuum, quod in tuo ſolo alius ædificaſſet : quod ſecundum Pomponium verum eſt *ut ſcribitur in l. ſi ſupra tuum, de acquirendo rerum dominio.* & idem probatur, *in l.* 2. *in princ. C. de rei vend.* & ibi de hoc plenè per Cyn. & Dd. unde ea quæ dicuntur in ædificante in ſolo alieno, *in l. adeo.* §. *ex diverſo, ff. eod titul. & in* §. *ex diverſo. Inſtit. de rerum diviſ. cum ſimilibus,* procedunt etiam in ædificante ſuper pariete, ſive muro alieno, quod facit ad multa, & prædicta intellige, niſi quis ſupra alienum ædificium ædificaret jure ſervitutis, alias enim ſupra alienum ædificium ſuperius habere nemo poteſt in hoc, *quod dictum eſt in principio, de ſerv. urban. præd.* & cujus ædificium eſt ſuperius, jure ſervitutis poteſt quantum vult ſupra ſuum aliud ædificium imponere, dummodo inferiora ædificia graviori ſervitute non onerentur, quam pati deberent ; *ut dicit text. in l. cujus ædificium, & ibi not. eod.tit.* De pariete ſive muro proprio ſatis diximus : nunc de communi videamus.

11 Et * primo, & principaliter, qui dicatur murus communis. Dic, communis dicitur duobus modis, uno pro indiviſo, alio pro diviſo. Paries communis pro indiviſo eſt, quandoque ex ſocietate expreſſa, *leg. cum duobus,* §. *idem Mela. ff. pro ſocio.* Quandoque ex ſocietate incidenti, & tacita, c verbi gratia, tu imponis tignum in parietem ultra dimidiam muri, & etiam impono, & tu uteris quantum tibi expedit, ego etiam utor, & ex hoc contrahitur quædam tacita ſocietas ; *ut l. in communis parietis de domum. infecto, & l. ut ſit pro ſocio actio. & l.* 4. *in princ. pro ſocio.* & ſic re tacitè contrahitur ſocietas, ut ubi ſentit gloſſ. *in l. ſi ædes communis. circa fin. communi. dividun.* Paries vero, ſive murus communis, pro indiviſo dicitur, quando murus eſt te, & me, & nil per te, & me immiſſum eſt, & ſi eſt immiſſum, miſſum non perforat parietem ultra dimidiam quæ eſt pro parte tua : nam tunc ille paries eſt communis pro indiviſo. *argum. l. arbor. in princip. communi dividun. & l. pro ſocio ff. pro ſocio, & l. bias ædes, de ſerv.urb.præd. & l. pro regione, de acquirenda rerum domin.* & de iſto pariete loquitur lex, *parietes, de ſerv. urb. præd.* iſta ſunt verb. not. Bartol. *in l. damni infecti* §. *cum parietem, in* 2. *column. de damno infect.* & adde omnino quod not. Ant. *in l. hoc quod dictum* §. *ſi ex tribus de ſerv. urb. præd.*

Et * adde quod pro diviſo accipitur 12 res duobus modis, uno modo, quod nulla pars ſit in qua ſit communis, licet termini non ſint impoſiti. *l. inter eos de acquir. rerum domino.* Alio modo poteſt accipi pro diviſo, hoc eſt terminatè, & uſque ad talem lapidem vel foveam : *ut eſt text. in leg. ſi quis fundum.* ſecundum unam lecturam gloſſæ. *de acquirenda poſſ.* ſecundum Bartol, quia ita notavit in ſuo tractatu, *de inſula, in ultima figura, in princip.* & adde quia dixi, quod res poteſt eſſe communis pro diviſo, ſecundum Bartol. *in d.* §. *cum parietem,* & ita vult etiam gloſſ. *in l. hoc quod dictum* §. *ſi ex tribus, in verſicul. paries in fin. princ. ſupra allegat.* Nam dicit Angel. ibi, quod eſt mirandum de hujuſmodi forma loquendi : quia nihil diviſum poteſt eſſe commune : ſed dici poteſt, quod

quod ita reputatur, ex quo termini non ſunt, *d. l. inter eas*: verè tamen non eſt communis per rationem Angel.

13 Secundo * principaliter eſt videndum, qualiter cognoſcatur, an murus ſit communis inter vicinos, vel proprius unius tantum, & dicas quod ex pluribus cognoſcitur. Primo ex poſitione tiguorum: *ut dixi in præcedenti quæſtione.* Item per feneſtras perforantes totum murum. Nam tunc judicare debemus eſſe totum illius à cujus parte eſt illa feneſtra, ſive balconus, quia regulariter non potuiſſet fieri in muro alieno, nec etiam in communi; *ut nota. in l. quidem Iberus, ne ſerv. urb. præd.* & dicam etiam infra, de feneſtra ſive de balcono, quod procedit, niſi vicinus ſimiliter à latere ſuo haberet alias feneſtras penetrantes ab alia parte: quia tunc diceretur eſſe communis pro indiviſo, ſicut dixi ſecundum Bart. *ſupra de impoſitione tignorum*, & probatur per gloſſ. *in leg. ſi ædes communi divi.* & faciliter intelligi poterit, ex qua in parte incipiat eſſe dicta feneſtra reſpiciendo arcum, ſive vultum ejus, & lateres, quæ ſuper eis adponuntur, & etiam veteres & ita alias judicare vidi.

14 Item * etiam intelligi poterit per peritos in arte, *d.* puta mutarios, quibus erit, credendum, *ut in authent. de non alien. §. quod autem dictum eſt ſecunda col. & not. gl. in §. pratea per alluvionem. Inſtit. de rerum divi. & habetur in l. 1. in princip. de ventre inſpi.* Item cognoſcitur etiam per feneſtellas, quæ fiunt ſæpenumero per magiſtros ab utraque parte muri, quæ non penetrant totum murum: nam illæ feneſtræ fiunt ſolum ad ſignificandum cujus ſit murus, & quomodo, & non per alium, & ideo per ſignum cognoſcitur ſignatum, *l. 1. § ſin intelligatur. de ædil. edict. & l. ſtigmata ibi per Bartbol. & de fabric. lib.* 11. *& per Bald. in authen. dos data. Cod. de dona. ante nupt. & dixi pleuè in d. paragrapho, ſi intelligatur.* Si enim illæ feneſtræ ſunt ab utraque parte ultra medietatem muri à latere cujuſque, judicabitur murus communis pro indiviſo: ſed uſque ad dimidiam muri, pro diviſo. Sed ſi ſunt ab una tantum parte & perforatur ultra dimidiam, vel in totum, & alia ſigna in contrarium non appareant judicabitur eſſe illius, à cujus parte eſt illa feneſtra, *per ea quæ dicta ſunt ſupra.* unde ſis cautus, ut quando facias ædificari murum à parte tua, facias fieri illas feneſtras penetrantes uſque ad medietatem muri. Si verò facias ædificari domum communem, ſemper fieri facias feneſtellas penetrantes uſque ad dimidiam muri: & communiter ſervatur, maximè in civitate Veronæ. Item cognoſci poterit ex cœmino, ſive cuppa, aut turba. Item ex neceſſario: & ejus onere, diſtinguendo, *ut ſupra.* Aut eſt in medio muri, vel citra: & tunc præſumetur murus communis. At ultra medium, vel in totum: puta quia camera neceſſarii eſt ultra murum à latere vicini: tunc præſumitur eſſe in totum illius, cujus eſt neceſſarium, ſive ejus camera, niſi aliud in contrarium appareat: puta quia vicinus haberet tigna, vel alia ſigna in illo muro. Et eſt ratio: quia caminus, & neceſſarium non poſſunt fieri regulariter in alieno, ſive communi: *ut not. Angel. in d. l. quidam Iberus de ſerv. urb. præd.* & dicam infra de camino, & neceſſario. Item cognoſci poterit ſi in pariete ſive muro conſtructum erit ſeclarium, aquariolum, vel canale, fiſtula, balneum, puteus, ciſterna, fons, lavellus, quæ

quæ fiunt & fieri ſolent iu ſubmuris, ſecundum exigentiam & opportunitatem locorum diſtinguendo ut ſupra, *de quibus caſibus ſpecialiter tractabimus.* Item cognoſci poterit, ſi ab utroque latere muri, vel ab uno tantum ſunt annulli ferrei lapidibus infixi, in quibus equi ligari ſolent: & iſti annulli appellantur ſigili. *text. cum gl. in l. cætera §. hoc ſenatus in fin. de leg. 1. verſic. ſigilla.*

15 Et ibi Angel. dicit * not. quod tales annulli fiunt ad ornatum civitatis, & ideo de eis non poſſit capi tenuta per extractionem: de illis annullis ſeu ſigilis fit mentio per text. & Flor. *in l. æquiſſimum §. ſed ſi ædium de uſufruct.* ubi dicitur, quod uſufructuarius non poteſt iſtos annullos de domo in qua habet uſumfr. evellere. Item cognoſci poterit, ſi lapides in muro ſunt, in quibus ſuſtentantur aliquando vites, ſeu pergula vineæ, ſicut in viridariis ſæpe reperiuntur. Item per lampades ferreas quæ luminaria dicuntur; & in palatio tantum nobilium & dominorum aut potentium ponuntur, in quibus lumen de pice fieri ſolet. Item per cornua ferrea, in lapidibus domorum fixa, in quibus viſcella apponi conſueverunt, ſicut ſunt communiter Bononiæ. Item per lapides perforatos: vel per quædam alia inſtrumenta ferrea, ſuper quibus perticæ ponuntur pro extendendis ad ſolem veſtibus vel linteaminibus. Item per candelabra quæ in muris dominorum & nobilium fieri ſolent.

Item * per inſignia *e* in muro ſcul-
16 pta, vel depicta, quæ vulgariter arma appellantur: quia per talia inſignia communiter probatur rem eſſe illius, cujus ſunt inſignia, *ut leg. qui libertatem, §. fin.* & ibi Bart. *& l. fin. de oper pub. & habetur plene per Bartol. in ſuo tractatu de Inſignis & armis.* Item per inſcriptionem in muro factam dum dicitur, quoniam hoc opus fecit fieri talis, &c. *ut probatur in l. qui libertatem §. fin. & l. fin. de ord publ.* Et generaliter per alia ſigna in muro poſita cognoſci poterit, probari, an murus ſit proprius, vel communis: nam cum non ſit licitum quidquam in alieno immittere, *l. quemadmodum §. ſit protectum ad l. Aquil. & l. qui vitem §. ſi ad januam. quod vi aut clam.* nec in communi niſi ad uſum deſtinatum, *l. Sabinus communi. divi. & l. ſi ædem eodem tit. l. & leg. quidam Iberus de ſervit. urban. præd.* ſequitur, quod ſi reperiatur aliquid, oportet dicere illum murum aut eſſe meum in totum: aut eſſe communem pro indiviſo: vel me habere jus ſervitutis, per ea quæ dicta ſunt, & prædicta omnia intellige non ſolum. quando dicta ſigna reperiuntur in muro infixa, ſed etiam ſi eſſent extracta, & foramina remanſiſſent nondum clauſa ſeu obſcurata, *per ea quæ habentur per text. glo & Dd. in l. hæc autem jura de ſerv. urb. præd.*

Sed * numquid in dubio habens ti- 17
gna per aliquem de prædictis ſignis in muro qui eſt inter ipſum & vicinum, præſumatur habere jure ſervitutis vel communionis. In hoc ſic concluderem: Aut conſtat, quod paries fuit per vicinum ædificatus in ſuo: & ſic fuit à principio vicini: aut hoc non conſtat. Primo caſu aut ille vicinus habuit pretium per tignorum impoſitionem, & tunc ex qualitate pretii poterit cognoſci an conceſſerit jure ſervitutis vel communionis; quia per communionem ſolvetur majus pretium; puta ſecundum conditionem, & valorem muri, ſed pro ſervitute ſolvetur quantum poteſt intereſſe vicini; & hoc per gloſſ. not. in l. 2. §. qui ſuperficiem. ſuper

ſuper verb. agendo de ſuperfici. & per glo. in l. in obſcuris, & in l. ſemper in ſtipulat. de reg. jur. & per Bart. & Dd. in l. 1. Cod. de jure emphyteu. facit l. quod tibi, ex quantitate pecuniæ. ad Trebell. & l. 1. de rebus dubiis & in cap. tertio, §. donare. in titul. qualiter olim. feud. poteſt. ali. Aut vicinus nullum habuit pretium pro dicta impoſitione tignorum: & tunc teneo quod illa impoſitio tignorum præſumatur potius jure ſervitus, quam communionis, ubi aliud non appareret: quia patientia vicini potius videtur inducere ſervitutem, argum. *l. quoties. la prima §. primo, de ſervit.* Et quia ſi præſumeretur communio, eſſet donatio dimidiæ, quæ in dubio non præſumitur.. *filius famil. ff. de donat. & l. contra jura, §. fin. ff. de pact. cum ſimilib.* Nam quando poſſumus capere aliam conjecturam, quam donationis, illa capienda eſt *l. ſi cum aurum. de ſolut. & l. Campanus. de ope lib.* Secundo caſu principali, quando non conat quod paries à principio fuerit vicini, imo neſcitur ſi à principio fuerit communis, vel non: puta quia tigna ſunt hinc inde poſita, & ejuſdem vetuſtatis ſive temporis: & tunc in dubio præſumo, quod quis videatur potius poſuiſſe tigna jure proprio, quam ſervitutis, etiam ſi plura ſint ab una parte, quam ab alia: quia ſervitus in dubio non præſumitur, niſi probetur impoſita. *arg. l. altius, & l. in ædibus, & quod ibi not. C. de ſerv. juncta l. quæcunque de pub.*

18 Quid autem; * ſi ſunt alia tigna vel ſigna ab una parte tantum in principio vel in fine muri? an eo caſu: quo per illa ſigna cenſeretur communis murus vel ſervitus impoſita, intelligatur eſſe murus communis in totum, vel ſervitus in toto muro impoſita? an vero tantum in parte illa, in qua ſunt ſigna? Iſtam quæſtionem habui de facto, & ſic dicebam: aut ille murus fuit factus diverſis temporibus, vel per longitudinem, vel per altitudinem, ſcilicet una pars in qua ſunt tigna uno tempore, alia pars alio; aut uno & eodem tempore. Primo caſu, quando diverſis temporibus: & tunc quantum ad ſervitutem, dico quod pro illa tantum parte, in qua ſunt tigna, præſumitur ſervitus impoſita: & non alia *argument. l. ſi ſervitus. §. futuro à contrario ſenſu, de ſerv. urban. præd.* imo ſi eſſet paſſus quod imponerentur aliqua tigna, puta tria, alia non poſſet imponere. *ut eſt caſus in l. ſi cum mem. in princ. ſi ſerv. vendi. & dixi plene ſupra de ſerv. tignis immittendis. in §. q.* Nec obſtat. *d. l. ſi ſervitus*, in princip. ubi dicitur, quod ſervitus ne luminibus officiatur, ſimpliciter impoſita intelligitur, tam de præſentibus quam de futuris: quia ibi eſt negativa quæ in totum negat, *ut dixi ſupra de ſerv. lumin. circa principium.* Nos vero loquimur in affirmativa quæ non extenditur ultra id, in quo conceſſa eſt ſimpliciter, vel ſpecialiter. Sed quantum ad communionem, taliter concludo: Aut enim ille murus eſt factus diverſo tempore per longitudinem: & tunc idem teneo quod dixi de ſervitute: quia altius murus eſt. Aut murus ille eſt factus diverſo tempore, & in altitudinem diverſo tempore, elevatus: & tunc aut ille murus erat communis pro diviſo, & elevatus eſt pro ſua tantum parte, & idem, quia alia res eſt. *juxta notata per Bartol. in l. damni §. cum parietem. de damn. infect.* Aut eſt communis pro diviſo, & elevatus eſt, & tunc teneo quod in totum efficiatur communis: ratio: quia quando ædificatur ſuper muro pro indiviſo, & ſuper ædificatum efficitur commune; *ut notat Bartol.*

tol. in l. quidam Iberus de ſerv. urban. præd. & Angel. in l. inter quos, in 2. volum. de damno infect. & dicam in ſeq. q. & hoc caſu non habebit dubium. Secundo caſu principali, quando totus murus eſt ædificatur uno, & eodem tempore, & eſt unus tantum: & tunc in dubio cenſetur ſervitus impoſita, quid juris ſit, *vide quæ plenè dixi ſupra, de ſerv. tigni immittendi, in 5. quæſtion.* Sed ubi judicaretur communis, præſumam eſſe communionem in totum, argument. ejus quod dicitur. Qui autem hominis tetigit, totum tetigiſſe videtur, *in l. vulgaris in princ. de furtis quæ eſt canonizata.* 32. *quæſtione ſecunda, vulgaris, & not. gloſſ. in verſiculo in eas.in fin.in l. reſtituta, in princ. ad Trebellia. facit l. 3. in princip. de acquirend. poſſeſſ. & quod nota per Innocent. in cap. cum dilectus extra de capel. mon.* quod nota, quia quotidianum.

Tertio principaliter eſt videndum,
19* an ſocius poſſit in muro communi ædificare. Et primo videamus an poſſit ipſum altius tollere: & in hoc diſtingue: Aut murus eſt communis pro indiviſo, aut pro diviſo: puta, quia unuſquiſque vicinorum verſus ſe intelligetur habere medietatem parietis ſui pro diviſo, *juxta ea quæ dixi ſupra de pariete, ſive muro proprio, & alieno.* Primo caſu: quando pars eſt communis pro diviſo: & tunc quia non eſt propriè communis, ut dixi: quatenus ſe protendit ille dimidia verſus unum, ille poterit altius tollere: & ædificia ſuper imponere, & tigna immittere: iſte eſt caſus *in l. hoc quod dictum, §. ſi ex tribus.* ſecundum unum intellectum gloſſ. ibi. *in verſ. paries, in princ. de ſer. urb. præd.* & eſt ratio: quia tunc non dicitur elevare murum communem, ſed proprium, nec ſuper communi ædificare, ſed ſuper proprio tantum: quod nemini eſt probatum. *l. altius, & l. in ædibus. C. de ſervit. cum ſimilibus.* & ita tenet Angel. *in d. §. ſi ex tribus*, quod dicit eſſe valde quotidianum: & hoc intelligit verum: ubi paries eſt ita groſſus: quod unuſquiſque vicinorum ædificare poterit ſuper ſua dimidia: non tangendo aliam partem, ſed ſi paries eſſet ita ſubtilis, quod iſtud eſſet impoſſibile, ſcilicet ædificare ſuper dimidia non tangendo aliam partem: quia eſt paries lignaminis: quo utuntur Bononienſens, & Paduani: ſed de Paduanis hodie non eſt verum: quia omnes ſunt Parietibus affixi: vel ſi eſſet paries certorum laterum cum gypſo: quo utuntur Tuſci, & dicit Angel. quod non vidit, quod ibi poſſit eſſe iſta communio pro diviſo: de qua loquitur *d. §. ex tribus.* tum quia partes hujuſmodi non poſſunt ad oculum demonſtrari propter ſubtilitatem parietis: tum etiam quia partes conſideratæ per ſe unicuique vicinorum eſſent inutiles. Secundo caſu principali, quando paries eſt communis pro indiviſo, & hoc ſubdiſtinguitur: Aut unus ſocius vult altius tollere murum communem invito altero vicino, aut invito altero cui ſervitus altius non tollendi debetur. Primo caſu, aut quis altius tollit murum & ſuper eo ædificat & quod ſuper ædificatum ſit, ſuum proprium eſſe non poteſt, *caſus eſt in l. quidam Iberus de ſerv. urb. præd.* ibi, neque parietem quidem ſuum per parietem communem, ſecundum unam expoſitionem gloſſ. quæ exponit, per parietem communem, id eſt, ſuper parietem communem, & ibi hoc notant Angel. Bartol. & Dd. Angel. *in l. inter quos. in 3. col. in princ. de dam. infect.* & probatur hoc *in l. ſi inter te & me, §. ſi de ſerv. urb. præd.* & probatur

tur aperte: *in l. ſuper tuum. de acquir. rer. dom. in l. 2. in princ. & l. ſi in area C. de rei vend.*

20 Ubi habetur, * quod ædificium ſuper pariete cedit parieti inferiori, *ut ſupra dixi, verſ. dictum eſt hactenus.* Aut quis vult altius tollere murum communem, & ſuper eo ædificare, ita quod ſuperædificatum ſit commune, ſicut prima pars muri inferioris eſt communis, & tunc poteſt: *ut eſt caſus in l. hoc quod dictum §. ſi ex tribus, ſecundum unam lect. gloſſ. de ſerv. urb. præd.* & ita tenuit Bart. Ang. & Flor. *in d. l. quoniam Iberus* allegant not. *in l. Parietis, & l. inter quos in princip. de damn. infect.* & not. *in l. ſi ſupra tuum, & in l. 2. & in d. l. ſi in area,* quod intelligo, quando paries inferior poteſt ſuſtinere ſuperædificatum: alias non, *argu. l. cujus ædificium de ſer. urb. præd.* Item intelligo, quando non noceret in ſocia, & ſua intereſſet, ut probatur *in d. l. quidam Iberus, §. parietem. & in l. fiſtulas, in princip. & §. 1. & 2. & fin. eod. tit.* quæ leges ita intelligi debent, *ut not. gl. 2. in princ. in l. Sabinus, communi divid.* ſecus ſi noceret domino nec ſua intereſſet, caſus eſt *in d. l. Sabinus, in princ. & in d. l. pariete, de ſerv. urb. præd* quæ ita debet intelligi: *ut not. glo. 2. in princ. & in l. ſi ut proponis, C. de ædific. privat.* & ita eſt veritas, & ita ſervatur in practica. Secundo caſu quando quis vult ædificare altius communem murum, invito alio cui ſervitus altius non tollendi debetur. Et in hoc dic: Aut ſervitus fuit impoſita per utrumqoe ſocium, & altius tolli non poteſt, *l. 1. de ſervit. urba. præd.* Aut per unum tantum impoſita fuit & tunc aut fuit impoſita parieti tantum, & tunc ipſe imponens non poterit altius tollere, ſed alius ſic: quia habetur ſervitus pro non impoſita *l. per fundum, ubi cauſ. de ſerv. præd. ruſt.* Aut ſervitus fuit impoſita domui per dominum domus in qua erat murus communis inter ipſum & alium tertium vicinum, & tunc ſervitus habetur pro impoſita etiam in pariete communi per unum dominum tantum ſocium in muro: ſed dominum in ſolidum domus, *ut eſt caſus valde not. in d. l. hoc quod, d. §. ſi ex tribus,* ſecundum Angel: ibi.

Qui dicit not. quod, * licet parieti 21 communi non poſſit unum tantum ex ſociis ſervitus imponi *per d. l. qui fundum,* tamen ubi non imponitur ſpecialiter parieti, ſed domui: & unus paries dictæ domus eſt communis cum alio tunc erit impoſita ſervitus illi & parieti: & iſte eſt caſus *in d. §. ſi ex tribus.* Nec eſt mirum ſecundum eum quia cum univerſitate tranſit: & fit illud: quia alias fieri vel tranſire non poſſet *per. l. in modicis, de contrahen. empt.* & hoc caſu talis impoſitio ſervitutis non nocebit alteri ſocio, quin poſſit altius tollere, caſus eſt mirabilis *in d. §. ex tribus.* Et ſi dicatur, ſi eſt impoſita ſervitus ergo contra ſervitutem ædificari non poteſt, per ea quæ habentur *in dict. l. per fundum.* Reſpondeo, quod illud procederet, quando eſſet ſervitus ſpecialiter impoſita parieti, vel impoſitio: ſed hic non fuit ſpecialiter impoſita parieti, ſed principaliter domui proprie & per quandam conſequentiam ipſi parieti. Unde talis impoſitio ſervitutis facta non principaliter, ſed in conſequentiam: non nocet ſocio: qui non conſentit, & iſte eſt caſus mirabilis *in dicto §. ſi ex tribus,* quem perpetuo tenementi: quia per ipſum declaratur *l. ſi unus ex ſociis, de ſervi. ruſtic. præd. & l. an unus, ſi ſervit. vendicet. & dict. l. per fundum & l. ſecunda. C. de ſervitut. ſecundum Angel. in dict. l. hoc quod*

 dictum

22 *dictum §. ſi ex tribus, de ſervi urb. præd.*
Secundo, numquid ſocius poſſit cooperire murum communem? Et
f dicas breviter, quod ſic, ſi non facit damnum f vicino: *per l. fiſtulas, & l. quidam Iberus, §. parietem, cum ibi not. de ſerv. urb præd. cum ſimi ib & per ea quæ dixi in præcedenti quæſtione*
23 Tertio, * numquid poſſit tignum immittere. *vide tex. & gloſſ. & ibi Dd. in l. ſi communes ædes, 12. commun. dividun. & pleue per Angel. in d. l. quidam Iberus in 3. col. ver. veriſimiliter reſtat videre & in l. inter quos, de damn. infect. & quod ſuprà dixi plene de ſerv. tigni immittendi in 5. q. & vide omnino quæ dicam infra. de tigno injuncto.*
24 Quartò, * an poſſit imponere, vel reſtituere, vel reficere communem parietem? *vide l. parietem, cum ibi not. de ſerv. urba. præd. & d. l. ſi ædes communes, communi divid. & in d. l. Sabinus, eodem titul. & per Cyn. & Dd. in l. ut proponis, Cod. de ædific. priva. & per Angel. in d. l. inter quos, & dicam infra, de refectione.*
25 Quintò, * an poſſit facere feneſtram in muro communi, vel claudere? *vide Dd. in l. quidam Iberus, & Angel. in d. l. inter quos, & dicam plenè infra de feneſtra, ſive balcono,* & de ſimilibus quæſtionibus contigentibus murum communem, *vide Angel. in d. leg. inter quos, & in leg. quidam Iberus, & dicam infra in diverſis rubricis*
26 Sed eſt dubium, * quando quis altius vult tollere murum communem vel in eo aliquid fabricare cujus expenſis debeat hoc facere. *vide per Cyn. & Docto. in d. l. ſi ut proponis, & quod dicam infra de refectione,* ubi hoc examinabo.
27 Sed pone, * unus ſocius ædificavit primo ſuper muro communi, ipſum altius tollendo ſuis expenſis: alius poſtea ſocius vult iterum reædificare ſuper dicto muro, vel in eo aliquid fabricare, vel immittere, an teneatur ſolvere dimidiam illius muri primo elevati per alium ſocium ſuis ſumptibus? Iſtam quæſtionem ſæpius vidi de facto, & in ea ſic alia concludebam, aut murus erat communis pro diviſo, aut pro indiviſo. Primo caſu non poteſt repetere ſumptus: quia laboravit in ſuo, *ſicut dixi ſupra in 9. q. in prin. circa princ.* & tunc ceſſaret iſta quæſtio, quia alius debet altius tollere aliam ſuam dimidiam tantum, *ut ibi dixi.* Si vero ſuper utraque parte ædificavit: & tunc aut paries erat ita groſſus, quod ſuper ſua tantum parte potuiſſet ædificare, & tunc ædificando ſuper, & ſic etiam ſuper parte ſocii diviſa, diceretur ædificaſſe in alieno, & per conſequens non poſſet ſumptus repetere, *juxta l. adeo §. ex diverſo de acquirendo rerum dominio cum ſimilibus.* Aut paries non erat ita groſſus, quod ſuper dimidiam tantum potuiſſet ædificari & tunc dic, ut ſtatim dicam, quando murus eſt communis pro indiviſo, & tunc ſubdiſtingue: Aut ille qui prius ædificavit altius tollendo, facit illud quo erat neceſſarium in domo, vel muro: puta reficiendo ſicut prius erat, & teneo, quod ſic: & quod poſſit etiam ſocius cogi ad conferendam expenſam pro dimidia, & non expectare quod ipſe velit altius tollere: *juxta not. per Cyn. & Docto in d. l. ſi ut proponis. C. de ædific. privat, & dicam infra, de refectione.* Aut non fecit illud quod erat neceſſarium utrique, ſed ſolum pro ſua utilitate: quia in eo muro peripſum elevat impoſuit tigna a latere ſuo, æ ſuperædificavit ſolarium, vel domū. & tunc ſubdiſtingue: aut fecit mala fide, qua forte non potuit hoc facere niſi,

niſi faciendo ſcienter damnum alteri ſocio: *juxta ea quæ dixi ſupra in tertia quæſtione principali hujus ſervitutis, verſ. quod intelligo quando paries communis.* Vel non facit tamquam in re communi, ſed tamquam in re propria, ſciens tamen rem eſſe communem, & tunc non recuperat expenſas: *per text. in l. ſi is qui ibi, caſus de hoc. C. de ædific privatis. & argumento, l. adeo. §. ex diverſo, de acquirendo rerum dominio. & §. ex diverſo Inſtit. communi dividun.* Aut fecit bona fide, quam in dubio præſumo, *l. pænul. cum ibi not. C. de evict.* & tunc aut vult repetere ſumptus antequam ſocius ſuperædificaverit: vel ſuper ædificare velit, vel aliquid in eo immittere: & tunc aut alter ſocius proteſtatus eſt, quod non vult aliquid ſolvere, & quod non elevet; & tunc nullo modo tenebitur ad ſumptus pro dimidia. *argum. l. fin. C. de negot. geſt. & l. ſi pro parte mandat.*

28 Et ibi dicitur, * quod etiam actio utilis negot. geſt. competit. Aut alter ſocius prohibuit, nec proteſtatus eſt: & tunc etiam teneo quod ſumptus repetere non poſſit actione pro ſocio, neque actio. neg. geſt. ex quo opus non erat neceſſarium, neque murus ad hoc deſtinatus: nam ſi murus erat communis pro indiviſo, antequam per aliquem altius tolleretur: & unus poſtea ſociorum ſuper ædificaverit: illud ſuperædificatum commune efficitur eo modo quo prius erat murus communis: quia cedit ſuperædificatum muro inferiori primo; ſicut ædificatum in ſolo alterius cedit illi ſolo. *per l. ſi ſupra tuum, de acquiren. rer dom & leg. ſecunda, & l. ſi in area. C. de rei vend. & l. ſi is, C. de ædific. priv. cum ſimilibus*

29 Unde ſicut ædificans in ſolo alterius, ſumptus non repetit, ſi ſcienter ædificavit *ut nota. in dicta. l. ab eo §. ex diverſo, cum ſimilibus.* ita etiam ſuperædificans muro communi ſcienter, facit ſuperædificatum commune: nec ſibi ſumptus refici debent: quia idem juris eſt de toto quoad totum, quod de parte quoad partem: & é contra. *l. quæ de tota de rei vend.* Aut ille qui primo ædificavit, vult repetere ſumptus pro dimidia, poſtquam alius ſocius vult iterum ſuperædificare, vel in eo muroprius elevato tigna imponere, & illud videtur habere majus dubium. Nam videtur, quod non poſſit ſumptus repetere: quia ſi per primam elevationem murus erat effectus communis: nec ſocius tenebatur aliquid conferre pro ſumptibus: ergo videtur, quod ſi vult ſocius alterius tollere iterum, vel in eo prius elevato tigna imponere, quod poſſit: nec cogatur referre ſumptus pro dimidia: quia ſocius poteſt in muro communi tigna imponere, etſi per murum ſubſtineri non poſſint. *l. ſi ædes, communi divid. & in l. communis, l. ædibus, de dam. infect. & not. Angel. in l. inter quos, in princ. ultimæ colu. eod. tit.* Et quando ille ſuus vicinus iterum ſuperædificaverit, non poterit repetere ſumptus ſuos pro dimidia à primo ſuperædificante: nec ſi primus voluerit tertio ſuperædificare, vel tigna imponere ſuper muro ſecundo loco levato, cogetur reficere ſumptus ſecundo ſuperædificanti: & ſic res in qualitate procedit. Veronæ tamen vidi ſervari contrarium, videlicet quod ſi ſocius vult aliquid in muro levato per alium ſocium imponere: vel ſi vult iterum altius tollere, cogitur ſolvere expenſas pro dimidia, quæ fuerunt factæ per alium ſocium, quia prius ſuperædificaverit.

Item alias vidi atteſtationes, * quam 30

plurimum magiſtrorum parietum : qui ſuper hoc interrogati, ita de conſuetudine *g* obſervari conſtituerunt, & ita conſuetudo poteſt fundari in hoc : quia quando iſte vicinus vult imponere tigna in muro altius per ſocium elevato, vel ipſum iterum altius tollere : tunc dicit negotium ſuum eſſe geſtum utiliter : ideo forte tenebitur act. neg. geſt. *argu. l. ex duobus fratribus à contraria ſenſu, de neg. geſt. & l. pupilli, in princ.* cum ibi not. per gloſſ. & Doctores eodem titulo. *l. litis in princ. & ibi not. de negot. geſt.* Item ſi non eſſet utile, ſufficit quod ſit utile nunc ut prædicta conſuetudo procederet de jure: ſine dubio, ſi de facto ſolviſſet ille, qui ſecundo altius elevavit pro medietate muri prius per alium ſuper ædificati, pone exemplum. Murus primo erat communis factus communibus expenſis per aliquot pedes: Titius ſocius elevavit ipſum ſuis expenſis, deinde Sejus alius ſocius, dum vellet ſuperædificare, ſolvit dimidiam ſumptuum muti prius per Titium elevati: poſtremo Titius vult iterum ad tertium murum altius tollere: certe hoc caſu ſine dubio cogetur ſolvere dimidiam expenſarum per Sejum factarum in elevando, ex quo voluit Sejus etiam ſibi ſolveret, quando ipſe Titius etiam altius elevavit ut ſervetur inter eos æqualitate: & ideo dici poteſt: Patere legem, quam tu ipſe tuleris, *in cap. cum omnes, de conſtitut.* & quod quiſque juris in alium ſtatuerit, ipſe eodem jure utatur: *ut in titulo ff. quod quiſque juris, & in dicto c. cum omnes.*

31 Sed, * poſito pro conſtanti, quod de jure conſuetudine, vel ſtatuto volens ſecundum murum communem altius tollere, teneatur prius ſatisfacere pro ſumptibus alteri ſocio, qui prius ſuperædificavit: quid ſi non vult altius tollere murum, niſi pro una tantum parte, & murus elevatus eſt longior? In hac quæſtione ſic diſtinguo: Aut ille murus elevatus altius eſt unus, aut plures. Primò caſu, quando eſt unus murus tantum, videtur, quod non teneatur ſolvere, niſi pro ea rata muri pro qua ipſe ædificavit: quia idem juris eſt de toto quoad totum, &c. *l. quæ de tota de rei vendicat, cum ſimilibus.* Unde ſi ſuper toto altius levato ædificaverit, deberet ſolvere dimidiam expenſarum totius muri: ita quando ſuper ædificavit in parte ipſius muri, videtur quod pro illa tantum parte ſolvere debeat. *& prs hoc facit optime l. 2. §. ſepulchrum, & §. Celſus autem ait. de religio. & ſump. fune & inſtit. de rerum diviſ. §. inſula. ibi, pro modo latitudinis cujuſque fundi, & ibi per gloſſ. & per text. in l. inſula in princ. de acquir. rer. dom.* In contrarium videtur, quod immò teneatur ſolvere pro dimidia totius muri: quia qui partem muri tetigit, totum murum tetigiſſe videtur. *argum. leg. vulgaris, in princ. de furtis, & 32. q. 2. vulgaris, cum ibi not. per gloſſ. & l. 3. in princip. cum ibi notatis, de acquirenda poſſeſſione, & per not. per gloſſ. in l. reſtituta, in princ. in verbo, eorum verſi. ſed numquid, ad Trebelia. & per not. per Innoc. & D. in c. cum dilectus, de capel. mona. & dixi ſupra in 2. q. princ. hujus ſervi. in fin.* & pro iſta parte fuit judicatum. Secundo caſu quando erant duo vel plures muri contigni tantum: & tunc tenendum eſt, quod ædificando ſuper una de dictis elevatis, non cogetur ſine dubio ſolvere, niſi pro dimidia illius tantum muri, ſuper quo ædificatum eſt: quia ſeparatim debent eſſe effecti. *l. Papi. exuli, in princip. de mino. l. maritus Co. de donatio, inter virum &*

& *uxorem eum ſimil.* Et illa etiam ſuper hoc judicare vidi & recte, quæ omnia perpetuo tene menti, quia ſunt utilia.

32 Sed * quid ſi reperitur murus altius elevatus nec apparet quis ædificaverit, & cujus expenſis? Et dic ſi murus elevatus diverſo tempore uni domino ſervit, quia in eo ſuum ſtillicidium vel ſolarium, & vicinus qui eſt à latere in eo nihil immiſſum habet: dicendum eſt quod præſumitur in dubio per illum & ejus expenſis, qui habet in eo tectum vel ſolarium, & ita vidi in qu.facti teſtes in arte architecturæ peritos deponere: quibus eſt credendum *l.* 1.*in prin.de vent.inſp.* & *not.gloſſ.in* §. *præterea quod per alluvionem inſt.de rer. diviſ. cum ſimil.* & hoc etiam vult, Bar. *in lege cum ſervus. de verborum. obligatione.* ubi dicit quando reperitur aliquod opus, in dubio præſumitur factum ab eo ejus expenſis, ad quem hoc ſpectat *allegat. l. fin. C. de alimen. pup.* Præterea ibi dicit eſſe caſum not. & idem tenet. Bart *in l.nomina C.arbitrut.* & Bald. *in l. fin.* §. *in computatione, C. de jure deliber.* & *in l.* 1. *verſi. pen. C. de fruct.* & *.lit. expen.* & *in l.id quod pauperibus in fine, de epiſco.* & *cler. in rub. de fide inſtru. in* 18.*col.verſ.ſequitur videre de ſcriptura* & per Imo. & Canoniſtas *in c.* 1. *in* 3. *colum. extr. ut eccleſ. benefic.* & per Dd. *in d. l. cum ſervus.* Idem etiam quando quis eſſe in poſſeſſione muri quia in dubio judicabitur, quod ſit factum per eum vel ejus authores, & ſuis expenſis, ut dicit not. Bartol. *in d. l. cum ſervum per d. l. fina. l. in reſtituenda. C. de petitio. hæred. per illum text.* qui non facit pro Ang. quia ibi non poſſidebatur illud, pro quo erat expenſum, ſicut hic.

33 Occurit * mihi circa prædicta alia q. quotidiana; Duo vicini habebant areas contiguas vel hortos contiguos parietem in medio fecerunt propter clauſuram: alter vicinus vult ædificare ex latere ſuo ſuper pariete communi quo ædificato ſive ædificio facto, deterior videtur fieri area vel hortus convicini: ſed tamen ab uno latere remanet aër, ſol & ventus liber ad aream vicini: quæritur an poſſit? Et primo videtur, quod in pariete communi ædificare non poſſit, vicino prohibente, *l.Sabinus.communi dividun.* & *in c. in re communi.de reg.jur.in* 6. & *l. fin.* § *fi.C. de ſervit.* In contrarium videtur *l. cum duobus* §. *item Mela ff. pro ſocio.* & *l. ſuper ædes communi divid.* & quia cuique liberum eſt uſque ad cœlum tollere, *l. altius. eo tit.* & *l.fin. de ſervitut.* & *l. ſi vitem.* §. *ſi quis protectum ff. quod vi. aut clam.* Solutio hujus quæſt. eſt, quod in tali pariete communi unus ſocius altero invito ædificare non poſſit: quia ad uſum ædificandi inſtitutus non eſt, ſed ad uſum clauſuræ. *per ea quæ not.per glo.* & *Dd.in dicta regula.in re communi.* & ita etiam reperio conſultum per D.Rapha.Fulg. in quodam ſuo conſilio, quod incipit: duo vicini habent. quod eſt valde not.in practica. & per hoc limitantur ea quæ dixi ſupra *in verſu tertio principaliter videndum eſt.*

Quarto & * ultimo principaliter eſſe 34 videndum, an paries qui eſt in medio, remaneat communis, vendita una ex domibus: ſed ejus deciſionem collige ex his quæ not. Barto.*in l.*1.*de ſervit. legat.* & quæ dixi plenius ſupra *de ſervit. itineris ſeu aditus, verſ. ſed reaſſume iſtam q. dic. ut ibi.*

ADDITIO.

a *Murus.* Adde Corn. 2.*volum. conſi.* 236.& murus civitatis dicitur res ſacra

de

de conſil. & murus ſeu paries inter binas ædes an & quando pro diviſo vel indiviſo communis inter vicinos dicitur *in* 1. *volum. conſ.* 184. *incip. licet.*

b *Ager eſt lo.* Utrum quælibet petia terræ appelletur ager vel locus, *vide Alex.* 3. *volu. conſ.* 73. *in* 3. *col.* §. *fortificantur prædicta.*

c *Societ. incidenti & taci.* Adde Corneum 1. *volum. conſi.* 186. & ſocietas eſt contractus qui ſolo conſenſu contrahitur *in* 3.*vol. conſi.* 152. Et ſocietas per actus ſociales unius tantum non intelligitur contracta. *in* 4. *vol. conſil.* 196. Et ſocietas talis tacite contrahitur qualem actus ſociales demonſtrant, *d. conſil.* 196. Et in re communi an ædificari poſſit invito ſocio, *in* 2. *volum. conſil.* 90. & Alexan. *in* 2. *volum. conſi.* 18. *in penult. col. per totum.*

d *Perit. in ar.* Ars ſive exercitium corporale extrinſecum: utrum ſit licitum. Reſponde quod ſic: ſi hæc concurrant. Primum recta intentio: nam cujus finis bonus eſt id eſt intentio, Ipſum quoque bonum eſt in his, quæ de ſe non ſunt mala: finis ergo ultimus qui debet haberi, eſt Deus 1. *Corinth.* 10. Omnia quæcumque facitis, aut in verbo aut in opere &c. Item *ad Epheſ.* 4. Operetur manibus ſuis ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti.

e *Inſignia.* Utrum poſſit quis ſibi aſſumere inſignia? Reſpon. Pa, *in c. dilecta de exc. prela.* communiter tenetur quod ſic & arma ſicut & nomen aſſumitur ad placitum, ut agnoſcatur ab alio *Inſt. leg.* §. *ſi quis in nomine.* & *l. ad recognoſcendos, C. de ingenu.* & *manu.* Et utrum quis poſſit aſſumere inſignia dignitatis. Reſpon. quod non, ſcilicet ſi non habet illam dignitatem alias eſt falſarius, *leg. eos* & *quod ibi not. ff. de fal ſacit. c.* 1. *de cle. non or. ami.*

f. *Damnum.* Et qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur; *vide Corn. in tertio volum. conſil.* 88. *incip. quamvis* & *in* 4. *volum. conſil.* 33. & *conſil.* 282.

g *Conſuet.* Quomodo interrumpitur conſuetudo? Reſpon. Pa. *in c. fina de conſuet.* quod ſi ex completa & perfecta, requiritur tempus decem ann. Et ſic intelligit Joan. And. ibi alias non frangitur etiam per plures alios contrarios actus. Si vero non eſt completa, ſufficit unus actus contrarius, ita quod de novo oportet quod incipiatur. *argu. l. ubi duo. ff. de regu. jur.* ubi habet locum conſuetud. Reſpon. quod in illis locis ubi viguit, *ut not. Pa. in c. cum olim. de conſuet.* Et ideo nocet contra privilegia generalis ſtudii in loco, ubi viguit, ſed non in alio loco, de quibus in authen. habi. *C. ne fil. pro patr.* Et vide Corn. *in* 1. *volum. conſil.* 89. & *conſil.* 222.

CAPUT XLI.

De ſtillicidio, ſeu tecto.

1 *Stillicidium & tectum an idem ſignificent?*

2 *Tecti ſeu ſtillicidii appellatione, an veniat ſolum illud, quod eſt de tegulis, puta cuppis, lectis an etiam veniat illud quod de plumbo exiſtit? ibid.*

3 *Stillicidium ſive tectum an unicuique licitum ſit extra parietem pro libito voluntatis porrigere?*

4 *In ſtillicidio ſive tecto an luminaria facere licitum ſit?*

5 *Supra ſtillicidium an ſit licitum ædificare,, verbi cauſa ſolarium, ſicut Venetiis fit, hortulos, ſicut in Cata-*

Catalonia : cruſtationem, ſicut in civitate Neapolis?

6 *Domum verſus viam publicam per directum ſi quiſpiam habet cum ſtillicidio caſitante ſupra ſolum publicum, & vicinus habeat domum contiguam à latere depreſſiorem ac ipſam altius elevaverit, quam ſit alia domus ſui vicini, an facere poſſit quod aqua ſtillicidii ſui ſuper vicini ſtillicidium caſitet, vel è contra?*

7 *Uſufructuarius ædium an ipſas altius tollere poſſit?*

8 *Domus an ſi habeat plura ſolaria diverſarum perſonarum, ita quod quando pluit, deſcendit aqua ad ſolarium inferius: an poſſit cogere dominum ſuperiorem ad ipſum ſuis ſumptibus reficiendum?*

9 *Domino tecti an liceat legare tectum ſive tegulas, ſive plumbum, ſive tigna alteri domui?*

10 *Debitor meus ſi quidam ſit, & in executione ſententiæ feci ipſum pignorari; an poterunt pro pignore capi tegulæ domus vel plumbum, vel ligna?*

1 Licet de ſtillicidio plura dixerimus ſupra de ſervit. ſtillicidii avertendi in tectum vel aream vicini, & de ſervit. ſtillicidii non avertendi : tamen ut perfectior iſta materia habeatur, etiam hic aliqua ſubjiciemus. Et ſciendum eſt in primis, quod ſtillicidium & tectum idem ſignificant, *ut probatur in l. 1. de ſerv. urb. præd.* & propterea dixi *in rub. de ſtillicidio ſive tecto.* quamvis in alia materia Senatuſconſult. Syllaniani tectum aliter accipiatur latius, *ut l. 1. §. eodem autem tecto. ad Sylla. l. fin. de his quibus ut indig.* & tectum dicitur à tegendo, quia domum tegit, tegularium etiam appellari poteſt, *ut probatur in l. Tuguri. 180. §. Offilius ait. de verb. ſign.* Sed poteſt dubitari, an appellatione tecti ſeu ſtillicidii veniat ſolum illud quod eſt de tegulis, puta cuppis, laſtis, an etiam veniat illud, quod eſt de plumbo. Et dico quod ſic *text. eſt cum gloſſ. in l. malum §. plumbum de verb. ſign.*

Nam ibi dicitur plumbum, quod pro tegulis ponitur, ædificii eſſe, & gl. exponit pro tegulis, quando loco tegularum plumbum cooperit domum, ut ſunt Eccleſiæ Venetiarum. Adde tu, ut eſt nobile palatium, & Paduæ Eccleſia ſancti Antonii, ex quo ſequitur ſecundum gl. *in d. §. plumbum.* quod vendita domo etiam iſtæ tegulæ de plumbo veniunt, *allegat. l. fundi. §. quæ tabulæ, de actio. empt.* & ad hoc vide *l. granaria & tegulæ. eod. tit.* Item etiam appellatione ſtillicidii ſive tecti, venit id omne, per quod domus ſeu ædificium tegitur, & aqua ſtillat, ſive ſit incruſtatio, ſicut in civitate Neapolis: ſive de paleis, ſicut communiter ſunt in villis, per ea quæ dixi ſupra de ſervi. ſtillicidii avertendi in 1. quæſt. ubi declaravi quid ſit ſtillicidium. Et ideo iſta materia ſervitutis loquens de ſtillicidio ſive tecto, procedit in hujuſmodi ſtillicidiis ſive tectis.

Quæro * circa prædicta, an ſit licitum unicuique ſtillicidium ſive tectum porrigere extra parietem pro libito voluntatis? Dic quod aut vult porrigere ſuper ſolum vicini, & non poteſt, *ut probatur in l. fin. §. Lucius, ibi, neque ſtillicidium in vicini domo cadat. de ſerv. urb. præd.* Et eſt ratio quia ſolum vicini debet eſſe liberum uſque ad cœlum, & ſic cœlum quod eſt ſupra ſolum debet eſſe liberum, *l. fin. in pr. ff. de ſerv. & l. pen. §. pen. quia vi aut clam. & ibi*

ibi per gloſſ. & l. ſi in rem §. pen. eo. tit. niſi eſſet ſervitus ſtillicidii impoſita: quo caſu porrigere poteſt ſecundum impoſitam ſervitutem, & non ultra, ſed citra retroducere poteſt *text. eſt in l. ſervitutes quæ in ſuperficie. §. ſtillicidium verſ. eadem cauſa. de ſerv urb. præd. & dixi ſupra de ſerv. ſtillicidii in 4. q.* Aut vult porrigere ſupra ſolum publ. & tunc ſubdiſtingue: aut ex forma ſtatuti vel conſuetudinis introductus eſt modus, ſecundum quem porrigi poſſit ſtillicidium, & ille modus ſervandus eſt, *ut probatur in l. 1. cum gloſſ. C. de ædif. priva & in l. qui luminib. cum gloſſ. de ſerv. urb. præd.* ubi fit mentio de forma ædificandi Florentiæ. Aut nullus modus ædificandi eſt ſtatutus, & tunc teneo quod nullus poſſit de jure ædificare, porrigendo ipſum ſupra ſolum publicum: quia ita debet eſſe liberum ſolum publicum, ſicut & privatum, *ut d. l. fin. in princ. ff. de ſerv. leg. 2. §. tractatum, ne quid in loco publico. cum ſim.* Si vero eſſet conſuetudo vel ſtatutum in contrarium, ſicut eſt communiter in his partibus: conſuetudo eſt attendenda *ut ſupra dixi, & probatur in l. 1. & ibi not C. quæ ſit longa conſuet. & in l. an in totum. C. de ædif. priv. & not. Ang. in d. l. fin. de ſer.* vel niſi quia haberet poteſtatem à principe vel à regentibus civitatem, *ut l. an in totum, & l. prohibere §. plane, quod ut aut clam.* ubi vide Bartol. & quod dictum eſt de ſtatuto, conſuetudine: aut conceſſione: intellige verum: niſi fieret cum damno vicini, exemplum: vicinus habet penum a latere ſubterraneam, & ex ſolo publico recipit lumen, quia ibi habet unam feneſtram: ſi alius vicinus porrigeret ſtillicidium, puta, per duos pedes, aqua ex ſtillicidio caſitaret in penum vicini, nam hoc caſu non poſſet tale ſtillicidium porrigere ſuper ſolum publicum, quia ſtatutum, vel conſuetudo, aut licentia de ædificando ſupra ſolum publicum intelligitur in dubio ſine damno vicini, *l. 2. §. ſi quis a princ. & in §. merito ne quid in loco publico. & in l. nec avus C. de emancip. libr. cum ſimilibus.* & ita alias judicari vidi in civitate Veronæ. Aut quis vult ædificando ſtillicidium porrigere ſupra ſepulchrum ſeu monumentum: & tunc non poteſt, caſus eſt *in l. ſi vitem. §. penult. quod vi aut clam.* ubi eſt text. magiſtralis in iſta materia, quem omnino vide.

Quæro * ſecundo, an in ſtillicidio ſeu tecto ſit licitum facere lumi- 4
naria, & breviter dic: regulariter, quod ſic: quia quatenus ſe domus extendit & tectum, licitum eſt facere feneſtram à parte ſuperiori: quia illud ſolum uſque ad cœlum debet eſſe liberum ad uſum ejus cujus eſt ſolum *d. l. ſi vitem §. penult. & d. l. fina. de ſerv. cùm ſimilib.* ac etiam quia in ſuo quis poteſt facere feneſtram regulariter, probatur, *in l. altius C. de ſervit. & ibi notat.* niſi fieret illa feneſtra cauſa videndi ſecreta domus vicini, & ex hoc nullam utilitatem percipiat: & ſic potius ad æmulationem vel deſpectum vicini, *argu. l. opus, ff. de operibus publicis, not. per Bald. & Doct. in d. l. altius.* ubi dicunt: idem ſi foret cauſa videndi puellam vicini: de quo plenius dic: ut infra dicam de feneſtra ſive balcono.

Quæro tertio, utrum ſupra ſtillici- 5
dium ſit licitum ædificare: puta ſolarium vel mœnianum, ſicut Venetiis fit: hortulos, ſicut fit in Catalonia: vel cruſtationem, ſicut fit in Civitate, Neapolis. Et dico breviter quod ſic, niſi fieret cauſa æmulationis, vel deſpectus,

pectus; vel puellæ per ea quæ dixi in præcedenti.

6 Quæro * quarto, quidam habet domum verſus viam publicam per directum cum ſtillicidio caſitante ſupra ſolum publicum: vicinus habet domum contiguam à latere depreſſiorem, ipſam altius levavit quam ſit alia domus ſui vicini: an poſſit facere, quod aqua ſtillicidii ſui caſitet ſuper ſtillicidium vicini, vel è contra? & teneo quod non, ſi non debet ſibi aliquam ſervitutem: quia regula eſt, quod licet in ſuo ædificare, dummodo non mittat in alienum, *ut l. quemadmodum §. ſi protectum ad leg. Aquil. & l. ſi vitem §. quid ad januam quod vi aut clam.* Debet ergo ille, qui habet altius ſtillicidium, divertere aquam per unum canale, vel aliter, quatenus ſe protendit ſtillicidium vicini, quod eſt inferius: ita quod illa aqua non caſitet ſupra ſtillicidium ſuum, ſed ſupra ſolum publicum: quod not. quia iſtum caſum habui de facto Veronæ.

7 Quæro * quinto: an uſufructuarius *a* ædium poſſit altius tollere, & dicas quod non: licet non obſcuret lumina domus: eſt ratio: quia per hoc tectum magis turbatur quia ventus magis percutit, *ut eſt tex. cum gl. in l. æquiſſimum* 13. §. *item Nerva, eum, cui de uſufruct.*

8 Quæro * ſexto, eſt una domus habens plura ſolaria diverſarum perſonarum, an ſi tectum eſt fractum, ita quod quando pluit, deſcendit aqua ad ſolarium inferius, poſſit cogere dominum ſuperiorem ad ipſum reficiendum ſumptibus ſuis, ſcilicet ſuperioris. Dicas quod ſic. *ut probatur in l. eum debere columnam de ſerv. urb. præd. juncta l. & ſi forte §. etiam ſi ſervitus vend.* & ad hoc vide omnia quæ dixi ſupra in ſervit, ſtillicidii non avertendi, & in ſervitute oneris ferendi, *ver. hujus autem ſer. & verſ. ſed.*

9 Quæro * ſeptimo, an liceat domino tecti legare tectum ſive regulas, puta cuppos ſive plumbum: ſive tigna alteri. Et dices quod non; quia hæc legari prohibitum eſt per Senatuſconſultum, quod alias præſtari non poteſt, quam ut ædibus detrahatur vel ſubducatur, *ut eſt text. in l. cætera §. hoc ſenatus ſupra de lega.* 1. de quo dic ut ibi.

10 Quæro * octavo, & ultimo, quidam eſt debitor meus, feci ipſum pignorari, puta in executione ſententiæ, *juxta not. in l. à divo Pio. §. in venditione de re jud. cum ſequenti.* an peterunt pro pignore capi tegulæ domus. ut ſunt plumbum, vel cuppi, vel tigna; dic, quod non, *ut eſt caſus in d. §. ſenatus.* & ratio eſt, ne urbs deformetur ruinis, *ut l. final. ne quid in loco publico & not. per Ang. Dd. in d. §. ſenatus.* Cætera circa iſtam materiam vide quæ plene ſcripſi: ut ſupra in ſervitute ſtillicidii avertendi, & in ſervitute ſequenti, & adde quæ dicam in ſequen. ſervi &c.

ADDITIO.

a *Uſufructuario.* Differt uſufruct. ab emphyteuta: quia iſte habet utile dominium, ille ſolum jus utendi. Item differt ab uſuario, nam is cui nudus uſus fundi datur, nihil habet ulterius in eo, niſi ut oleribus, pomis, fæno. & hujuſmodi utatur, ad uſum quotidianum, & in eo moretur, ſed nulli alii jus quod habet, aut vendere, aut locare, aut gratis concedere poteſt, ſed uſufruct. ſic, *ſic Inſtit. de uſu & ha.* §. 1. Multo magis differt ab uſu non juris, ſed facti, quo fratres minores utuntur, in quo uſuarius nullum

Digitized by Google

jus habet : ſed tantum factum pro neceſſitate vitæ, *de ver. ſign. c. exiit qui ſeminat. lib. 6.* propterea additur verbum fructus, & adde Corn. *in* 1. *volum conſ.* 164. *& in* 2. *volum conſ.* 8. *& conſ.* 187. *& in* 3. *volum conſ.* 195. *& in* 4. *conſ.* 249. *& Alexand. in* 3. *volum. conſil.* 88.

CAPUT XLII.

De oſtio ſeu porta.

1 *Oſtium de novo verſus fundum vel domum vicini in ſuo pariete proprio, an quiſpiam vicino invito facere poſſit?*

2 *Stillicidium ſupra ſolum vel aream vicini, verbi cauſa, per tres pedes ſi quis habeat, an tunc in muro proprio oſtium facere poſſit cauſa veniendi ad ipſum ſolum, ſive aream?*

3 *Domum ſuam per directum verſus viam publicam ſi quiſpiam habeat cum ſtillicidio protendente, verbi gratia, per tres pedes ſupra ſolum publicum: & vicinus habeat aliam domum per indirectum à latere, & velit facere oſtium in muro ſuo proprio, cauſa exeundi de domo ſua per ſolum publicum, quod eſt ſub vicini ſtillicidio, numquid poſſit?*

4 *Stillicidii domino non eſt licitum claudere locum inferiorem ſub ſtillicidio, neque ipſum tamquam proprium occupare.*

5 *Domum unam ſi aliqui habeant, quam diviſerunt, & uni contingat in diviſione una pars cum curia, alii alia pars domus, quæ pariete dividitur an ſi prius erat oſtium in dicto pariete & diviſionis tempore nihil de oſtio dictum fuit; vel ſit dictum, quod clauſum ſtet, an poſſit alter cogi quod pariete ſive muro claudat?*

6 *Vicinus ſi vicinum turbaverit in veniendo ex aliquo oſtio ad ſuam curiam, an poſſit cogi ad cavendum de amplius non veniendo?*

7 *Areæ alicujus Dominus an poſſit claudere aream vicini ex parte ſua verſus curiam, januæ tabulas affigendo, ita quod areæ dominus in aream ſuam exire non poſſit?*

8 *Uſufructuarius alicujus domus, an poſſit domus alterius aditum anteriorem vel poſteriorem claudere?*

9 *Oſtii janua an poſſit alicui legari, vel in executione ſententiæ pro pignore capi?*

10 *Civitatem aliunde quam per portas ſub pœna capitis egredi non licet.*

11 *Veſtibulum quid propriè ſit?*

QUidam aperto pariete domus ſuæ quatenus ſtillicidii rigor & tignorum protectum competebat, januam in publico aperuit, numquid poſſit? dicas quod ſic, *ut eſt text. in l. fin. §. Lucius, de ſervitutib. urb. præd.* & dicit ibi glo. quod ita faciunt omnes Veronenſes : quia aperiunt portas verſus viam publicam, & verum dicit, quod olim ita faciebant, ſed hodie aperiunt intra domum, ultra vero ſtillicidii rigorem & tignorum protectum non liceret januam in publico aperire? *ut probatur in d. l. Lucius*, à contrario ſenſu niſi eſſet conſuetudo in contrarium, ſicut eſſe ſolebat in civitate Veronenſi, *per ea quæ dixi in præcedenti rubr. in* 1. *quæſt.* & idem juris eſſe dico, quando quis haberet ſtillicidium domus ſuæ ſupra domum vel aream

Digitized by Google

ãream vicini: quia quatenus rigor ſtillicidii, &, tignorum protectus extenderetur, & non ultra poterit januam ſuam in ſolo vicini aperire: *per dictum §. Lucius, quod eſt not.* Circa quæ adde quæ dixi ſupra de ſervitute ſtillicidii avertendi, *in 8. quæſt.*

1 Sed dubium eſt, * an quis poteſt in ſuo pariete proprio facere oſtium de novo verſus fundum vel domum vicini invito vicino, *& Flor. in l. fin. §. Lucius, de ſerv. urb. præd.* per illum text. dicit, quod licitum eſt, dummodo non protendatur ultra illa ſtillicidia, Petrus autem de Papia *in ſua practica, in ultimo libro ſuo, in gl. antepenult. in fin.* dicit, quod in proprio pariete quis poteſt facere oſtium de novo, invito vicino, ſi jus vicini non læditur, *per not. in d. Paragrapho Lucius*, de hoc concludendum eſt, *ut dixi ſupra de pariete ſeu muro. ver. ſed numquid vicinus poterit in muro facere oſtium, ubi omnino vide.*

2 Ubi adde, * quod licet quis habeat ſtillicidium ſupra ſolum vel aream vicini, puta per tres pedes, *juxta l. ſervitutes quæ in ſuperficie, §. ſtillicidium, de ſervit. urb. præd.* nec eſt neceſſe quod habens ſtillicidium pro eo intret fundum vicini, quia aqua omnino deſcendit, & diſcurit ſine damno ſuo: an tunc poterit facere oſtium in muro proprio cauſa veniendi ad dictum ſolum ſive aream, puta quia ex eo aperto vult ire forte ad viam publicam? Et teneo quod non, quia licet illud ſolum, ſive area ſit vicini, quatenus protendit rigor ſtillicidii recipiendi: *ut d. §. ſtillicidium, & habetur in l. fin. in princ. de ſerv. urb. præd.* tamen non debetur ſervitus aditus ſeu itineris, quæ eſt diverſa à ſervitute ſtillicidii ut patet per ea quæ dixi *ſupra de ſervitute itin. ſeu aditus.* Et propterea illud quod dixi ſupra de pariete ſive muro, in verſ. ſed numquid vicinus, qui habens ſtillicidium ſupra ſolum vicini, ſi ſolum inferius debet tantum ſervitutem ſtillicidi recipiendi, poteſt facere portam in muro proprio, cauſa veniendi ad iſtud ſolum pro ſuo ſtillicidio tantum, intellige quando poteſt eſſe aliqua neceſſitas: exemplum: quando ſunt domus contiguæ, & in medio earum caſitant ſtillicidia, vel ſi à parte mea eſt domus cum ſtillicidio, & à parte vicini eſt murus diſtans forte per unum pedem vel duos: *juxta l. fin. finium regund.* nam tunc inter duos dictos parietes poteſt aqua marceſcere & deſtruere fundamenta parietis. Nam hoc caſu vel ſimili poſſet quilibet dominorum facere portam in muro ſuo cauſa veniendi ad illum ingreſſum, qui eſt inter utrumque vicinum, & ita aliàs vidi judicari. Sed ſi caſitaret iſtud eſt dubium: puta quia à parte mea ſtillicidium, à parte vicini eſt ſolum tantum, ſive area domus ſuæ, tunc non poſſum facere oſtium ſive portam cauſa veniendi ad ſolum ſeu aream vicini, & quatenus protendit rigor ſtillicidiorum meorum, per prædicta, ne etiam detur mihi occaſio ſeu facultas eundi per fundum vicini, quod non eſt permiſſum, *ut habetur in d. l. divus, de ſer. ruſt. præd.* nam per agrum alienum tranſire fas eſt, jus non eſt, & fas divina lex eſt, jus vero eſt humanum, *ut eſt text. diſt.* 1. *omnes leges.*

Alia eſt quæſtio * de ſolo publico hujuſmodi. Quidam habet domum ſuam per directum verſus viam publicam cum ſtillicidio protendente, puta per tres pedes ſupra ſolum publicum: vicinus habet aliam domum per indirectum à latere: vult facere oſtium in muro ſuo proprio cauſa exeundi de domo ſua per ſolum publicum, 3

 quod

quod eſt ſub ſtillicidio vicini ſui, numquid poſſit? Et breviter dico, quod ſic: Nam licet vicinus habeat ſtillicicium ſuper illa parte ſoli publici: tamen illud ſolum inferius propter hoc non deſinit eſſe publicum, quia poſſit per ipſum & quemcumque alium tranſire: *per l. viam publicam, de via publ. cum ibi no. conjuncta, l. ædiles, in fi.* quæ eſt lex Græca, *eod. tit.* Nam de jure communi non dicitur eſſe licitum facere ædificia ſupra ſolum publicum, *argument. l. fin. in princ. de ſerv.* & §. 2. *in tract. ne quid in loc. public.* Sed de conſuetudine ſervatur contrarium, quia quilibet porrigit ſtillicidia ſua pro voluntate ſupra ſolum publicum: *ſicut dicit etiam gloſſ. de porticibus, in rub. C. quæ ſit long. conſue.* & per iſtam conſuetudinem non fit, quod locus inferior ſub ſtillicidio efficiatur illius, cujus eſt ſtillicidium: & ideo licitum eſt unicuique tranſire per dicta loca publica, quæ ſunt ſub ſtillicidiis, & ita videmus per omnes obſervari.

4 Ex * hoc etiam ſequitur aliud, quod non eſt licitum domino ſtillicidii claudere locum inferiorem ſub ſtillicidio, neque ipſum occupare tamquam proprium, & ita aliàs in quæſtione facti obtinui in civitate Veronæ, quod eſt not.

5 Sed circa prædicta dubitari poteſt: * quidam habebant unam domum quam diviſerunt: uni contingit in diviſione una pars cum curia: alii alia pars domus quæ dividitur pariete: dixi ſupra, quod in pariete illo non poteſt fieri oſtium, quid ſi prius erat oſtium in dicto pariete tempore diviſionis, & nihil de oſtio dictum fuit, vel eſt dictum quod eſſet clauſum: an poſſit cogi, quod claudat pariete ſive muro? Et videtur quod ſic, ut tollatur domino oſtii facultas veniendi ad aream vicini: *per not. in l. divus, de ſerv. ruſt. præd.* & *per ea quæ dixi ſupra in ver. ſed ſi.* Adde in contrarium, quod non poſſit cogi ad claudendum: quia nemo in ſuo laborare cogitur; *ut l. 1. in fin. de aqu. plu. arc.* & *ibi not.*

Sed ſi turbaverit * vicinum in veniendo ex dicto oſtio ad dictam curiam: videtur quod poſſit cogi ad cavendum de non veniendo amplius, *per l. barum,* & *l. egi ſi. ſer. vend.* In hoc puto ſic eſſe conſiderandum. Aut eſt actum expreſſe tempore diviſionis. quid ſit faciendum de dicto oſtio, & illud eſt ſervandum, *l. Juris gentium, §. prætor ait, ff. de pact.* Aut nihil eſt actum: & tunc aut nihil novi facit, neque turbavit vicinum: & hoc caſu non tenetur ad aliud: quia diviſio cenſetur eſſe facta, aut nihil novi fiat. Nemo enim in ſuo. laborare cogitur regulariter, etiamſi debeat ſervitutem: *ut probatur in d. l. 1. §. fin. ff. de aqua. plu. arcend.* & *ibi hoc not.* & *habetur, in l. quoties, la. 1. de ſervit.* niſi in ſervitute oneris ferendi, *ut l. eum debere columnam, de ſervit. urban. prædiorum* & *dixi plene de ſervitute oneris ferendi.* Aut aliquid novi facit: puta quia aperiendo januam turbavit vicinum in ejus curia: & tunc aut debetur ſervitus, quia promiſit non aperire oſtium & ſemper tenere ipſum clauſum, & cavere cogitur de amplius non impediendo: ſeu turbando, vel de non aperiendo illud oſtium: *per not. in d. l. barum,* & *l. egi. ſi ſer. vendit.* & *per not. per Bart.* & *Dd. in l. ſi prius de novi oper. nunc.* Aut nulla ſervitus eſt promiſſa vel debita: & tunc etiam hoc caſu poſt turbationem cogitur cavere. ſicut in interdicto, ut poſſidetis, *ut probatur in lege unica, Cod. uti poſſidetis,* & *eſt text. cum gloſſ. in l. 1. §. hoc interdicto, in l. quæſitum, ff. de itiner. actuque*

actuque priva. & not Bart. in l. 1. §. interdictum autem hoc. ff. uti poſſ. & Salic. in d. l. 1. §. quæſt. C. uti poſſid.

Numquid autem dominus areæ poſ-
7 ſit claudere * aream vicini ex parte ſua verſus curiam, affigendo tabulas januæ, ita quod dominus areæ non poſſit exire in aream ſuam. Et dico quod non, immò ſi affixerit, poterit dominus januæ propria auctoritate removere. *ut eſt tex. in l. ſi vitam. §. qui ad januam, quod vi aut clam. & probatur in l. quem. ad §. ſi protectum, ad l. Aq.*

8 Sed numquid * uſufructuarius eidem poſſit aditum anteriorem, vel poſteriorem claudere? Et dicas quod non. *text. eſt in l. æquiſſimum, §. ſed ſi ædium, de uſufruct. ibi, vel aditus poſticaſve vertere.* & ita tenet ibi Flor. qui dicit per illum text. quod uſufruct. vel inquilinus aditum poſteriorem non poteſt immutare, nec loca aperta claudere: propter refugium tempore neceſſitatum neceſſarium, ut aperiantur propter conſervationem perſonæ & rerum: Et ex hoc not. quod uſufructuarius vel inquilinus non poteſt in domo uſufructuaria, vel conducta facere oſtium in porticu, ſi non eſt. Nam vulgò dici ſolet, quod hujuſmodi oſtium domum deſtruit, vel ſi eſt ipſum claudere non poteſt, quia præſumitur eſſe utile domui, ex quo factum eſt.

9 Item * numquid janua oſtii poſſit alicui legari, vel capi pro pignore, vel in executione ſententiæ? Et dicas quod non, *textus eſt in l. cætera, §. hoc ſenatus, el. 2. de leg. 1. & ibi not.* facit ad hoc quod dixi in rubrica præcedenti *in 7. quæſt.*

10 Item notandum, * quod non licet egredi civitatem aliunde quam per portas ſub pœna capitis, *text. eſt in l. fin. Digeſtis de rerum diviſ.* de quo dicendum eſt, ut ibi, quia non eſt materia noſtra.

11 Ultimò adde prædictis * quod aliquando ante oſtium eſt veſtibulum, quod eſt locus quidam ante oſtia utriuſque domus, per quod habetur aditus, & tecto coopertum eſt, veſtimento, ſicut homo veſtimento tegitur: *ut eſt textus cum gloſſ. in l. arbor. §. de veſtibulo, communi dividun.* & ibi de hoc not. & habetur per Bart. *in l. damni, §. cum parietis, de damno infect.*

ADDITIO.

a *Conſuetud.* Quot actus requiruntur, ut quia dicatur habere aliquid in conſuetudinem? Reſpond. quod in civilibus requiritur quod ſint tot actus, quot faciunt præſcriptionem: nam tres actus: aut quatuor non faciunt conſuetudinem, niſi ſit legitimè præſcripta: *ut not. gloſſ. in d. c. cum Eccleſia de cauſa poſſeſſ. & propriè.* Verum eſt quod duo vel tres actus tuentur aliquem in poſſeſſione quouſque ſit dubium, 17. *quæſt. 2. ſervitutum.* In criminalibus vero introducitur per binum actum, *ff. de inoff. teſta. l. nam & his, ff. ad Syl. l. ſi quis. §. quod ſub eodem tecto, vide etiam Corn. 1. vol. conſ. 69. & in 2. volum. conſ. 90. in 3. vol. col. 179.*

CAPUT XLIII.

De aditu, ſeu itinere.

1 *Promiſerit ſi mihi quiſpiam, ut per aream ſuam in domum meam, vel ex domo mea per aream ſuam, ire poſſim, nec de plano aditum*

Digitized by Google

aditus ſit, quoniam area ſua, domo mea altior eſt, aut ſcalas, vel gradus, aut clivos, in meo, vel in ſuo facere debeam?

1 SI quis * mihi promiſit, ut per aream ſuam in domum meam, vel ex domo mea per aream ſuam ire, agere poſſim, nec de plano aditus ſit, quia area ſua eſt altior domo mea, an ſcalas, vel gradus, aut clivos facere debeam in meo, vel ſuo? Et videtur quod in meo: quia ſolum eſt facta promiſſio, quod poſſim ire, vel agere per fundum ſuum: non autem quod in ſuo poſſim aliquid facere. Et pro hoc videtur text. *in l. ſuper iter in princ. de aqua plu. arc.* Tamen contrarium eſt dicendum, videlicet quod ſcalas ſive gradus, aut clivos prope januam meam in ſolo vicini jure facere poſſim, dummodo ne quid ultra quam neceſſarium eſſet, cauſa itineris demoliatur, *text. eſt ſingul. in l. ſervitutes quæ in ſuperficie, §. ſi domo de ſervit. urb. præd.* & eſt ratio, quia ſi iter debetur, quia promiſſum eſt, vel legatum in ea parte, qua niſi opere facto iri non poſſit, licet fodiendo, & ſubſtrahendo iter facere. *leg. ſi iter. ff. de ſervit. tit. generali. & probatur in l. refectionis, cum ibi not. commun. præd.* Et quia iſta materia itineris, ſeu aditus eſt ſervitus urbana, & de ea ſatis dictum eſt ſupra in ſervitute itineris, ſeu aditus: & eſt etiam ruſtica, reliqua reſervo in ſeq. libro, *in rubr. de ſervitute itineris*, ubi plura dicemus, & adde quæ dixi in præced. rub. *in ver. ſed nunquid aditus. & not.* per Bart. & Dd. *in l. quod conclave. in final. de dam. infect. & quod not. in c. unico, de conſecr. Eccleſiæ, vel Altar. lib. 6.*

CAPUT XLIV.

De Clauſtro, ſeu Conclavi.

1 *Clauſtrum unde dicatur?*
2 *Conclave in neutro genere, vel conclavis in fœminino, quid ſit?*
3 *Porticus quid propriè dicatur?*
4 *Homini privato an ſuper locis publicis verſus vias publicas ædificare licitum ſit: ſicut communiter reperiuntur Paduæ, & Bononiæ?*
5 *Domus appellatione an porticus contineatur?*
6 *Statutum ſi puniat committentem maleficium in domo, vel inventum extra domum, an porticus etiam comprehendatur?*
7 *Duas domos ſi habeam habentes clauſtrum, vel porticum communem in illarum ædium medio: & unam ſimpliciter vendam, & aliam retineam: cujus erit ipſum clauſtrum?*
8 *Porticum, vel clauſtrum cooperiens ſolum ſuum ſi quis habeat, & in alieno requieſcat, an dominium ejus ſuum ſit?*
9 *Porticum, vel clauſtrum cum columnis ſi quiſpiam facere velit, an poſſit imponere columnas, quæ unius Eccleſiæ fuerint?*

SCiendum eſt in primis, quid ſit clauſtrum, & conclave, & porticus. Clauſtrum * dicitur quaſi claudens, 1
ſive clam ſtans, id eſt, privans habitantes in eo, ne paſſim vagari liceat: ita not. Archid. *in cap. 1. §. verum, in verſ. more, de ſtat. re. in 6.* & eſt locus religioſus: *ut in cap. religioſus, de conſuet.* & idem not. ipſe Archid. 7. *quæſt.*

quæſt. 1. *cap. fin. in fin. verſ. clauſtra.* ubi etiam dicit quod hoc dictum a quodam animali, cujus nomen eſt Caſtor: quia cum ſentit venatores, ſe ipſum caſtrat. Clauſtra etiam dicuntur inſtrumenta quæ claudunt domum vel aliquam ejus partem, ut oſtia, & portæ quæ non adhærent, ſed nocte portantur ad claudendum: *ut eſt text. cum gloſſ. in fundi, in princ. ſuper. ver. clauſtra de act. empt.*

2 Conclave * in neutro genere: vel conclavis in fœminino, dicitur cella, vel camera ſecreta, vel clave alterius domus clauſa, vel quæ ſub multis clavibus continetur, vel ad quam per multas claves venitur. Alibi dicitur conclave curia, ſeu porticus inter duas domos *ut de damn. infect. l. quod conclave. & habetur in cap. ubi periculum, §. in eod. de ele. lib. 6.* Alibi ſumitur pro dormitorio 12. *quæſt.* 1. *omnes, & ibi hoc not.* Archi. vel ſecundum Bart. *in d. l. quod conclave, in princip.* conclave dicitur domus diſcooperta inter duas domos in quodam ſolario ſupra terram: ut accipitur hic. Item poteſt dici camera bene formata cum clavi: *ut leg.* 1. §. *de inſpiciendo. d. ventr. inſpic.* & ita etiam poteſt capi *d. leg. quod clave.* & ita etiam not. *in l. foramen. de ſer. urb. præd.*

3 Porticus * vero dicitur locus coopertus deſuper, diſcoopertus ante: & hoc modo accipitur *in d. l. quod conclave & in l. cætera §. hoc ſenat. de leg.* 1. ſecundum Bart. *in d. l. quod conclave.* qui etiam dicit quod mœniana, quæ vulgari profercula dicuntur: poſſunt dici porticus, & hoc modo accipitur ſecundum gloſſ. *in d. l. quod conclave.*

4 Circa porticum primò quæro, an ſit licitum homini privato ædificare ſuper locis publicis, verſus vias publicas, ſicut communiter reperiuntur Paduæ, & Bononiæ. Et de jure dico, quod non: quia in loco publico non eſt licitum privato ædificare *l.* 1. & 2. *per totum ne quid in loco publico cumſimili* Sed de conſuetudine ſervatur contrarium, quæ prævalet in locis ubi eſt. *ut gloſſ. not. in rubric. quæ ſit longa conſuet. in fin. & pro hoc l. an in totum. C. de ædific. privat.* & in hoc modus conſuetudinis eſt ſervandus, *ut not. gloſſ. in l. an in totum, & in l. qui luminibus, de ſerv. urb. præd.*

Secundo * quæro, numquid appellatione domus contineatur porticus: & videtur quod ſic, *per l. cætera §. hoc ſenatus, de legat.* 1. ubi ædes & porticus æquiparantur. Et ſic facit ut ſtatutum puniens exiſtentes extra domum de nocte ſine lumine non intelligatur punire exiſtentes in porticu, ſecundum Bald. ibi. ad idem videtur eſſe text. *in l. ſi quando, la ſecunda. de operibus publ.* Sed certe contrarium videtur facere textus *in l. inter cætera. §. hoc ſenatus de legat.* 1. ubi ædes & porticus ponuntur tamquam diverſa. Item quia domus conſiſtit ex tecto, ſolo, & pariete, *ut l. eum qui ædes. de uſucap.* ſed porticus non eſt hujuſmodi, *ut ſupra dixi, ergo, &c.* In hoc puto ſic eſſe diſtinguendum: Aut porticus eſt conjuncta domui, & ei affixa, & tunc appellatione domus continetur: *per dictam l. ſi quando, & per not. in c.* 1. *de conſecrat. Eccleſiæ vel altar. in ſexto.* aut non eſt conjuncta vel affixa domui: & tunc ſecus, per prædicta. 5

Et ex hoc * infero ad deciſionem ſtatuti punientis committentem maleficium a in domo vel inventum extra domum, an comprehendatur porticus: quia aut eſt extra domum, & non conjuncta vel affixa domui, & nullo modo comprehenditur: aut eſt conjuncta vel affixa domui, & tunc aut ſtatutum 6

ſtatutum loquitur per dictionem, *In* puta, quia dicit, qui delinquit in domo: & tunc non comprehenditur porticus: quia dictio, *in*, ſignificat in loco, & requirit tactum loci, *ut l. 1. §. in flumine, de fluminibus* & probatur *l. inqui § 1. conjuncta l. 2 § primo, de religioſis.* Nam aliud eſt porticus proprie. dicto quod ſit conjuncta domui, aliud eſt ipſa domus, intelligendo de porticu inferiori, ideſt, diſcooperto ante: ſecus in ſuperiori parte ſupra porticum, in qua habitatur; quia alia dicitur proprie domus, & pro hoc facit, *l. fiſtulam, de ſervit. urb. præd.* & quod ibi notat Bald. & Flor. per illum textum, qui dicunt, quod non eſt idem juris, ut de ſcalis & de muro; unde ſcalæ, quæ ſunt foris extra oſtium non continentur appellatione domus, & ſic maleficium, quod fit in ſcalis exterioribus, non videtur eſſe factum in domo; Aut ſtatutum loquitur per dictionem, *Ad*, puta ſi quis fecerit inſultum ad domum, tunc comprehenditur etiam faciens ſub porticu; quia dicitur eſſe ad domum, id eſt, juxta domum, *per not. per gl & Dd. in l. quidam liberus. de ſerv. urb. præd. & ibi Flor.* de iſta quæſtione, vide plene per Albericum de Roſa, *in l. præſenti, circa principium, de his qui ad eccleſ. confug. & in dicta l. cætera § hoc ſenatus, de leg. 1. & ibi per omnes Dd.*

7 Tertiò quæro, * habeo duas domos habentes clauſtrum vel porticum communem in medio illarum ædium; unam ſimpliciter vendo, & aliam retineo, cujus erit clauſtrum vel porticus? Dic quod debet dividi, & medietas à latere emptoris erit ſua, alia medietas à latere meo erit mea, ita not. dicit Bart. *in d. l. quod conclave per illum text. cum gloſſ. fin. quæ incipit, per hoc apparet.* facit pro hoc quod not. Bald. *in c. 1. § ſi quis de menſo. in 5. col. verſic. quid ſi quædam plateo eſt in medio, in tit. de controverſ. in veſt. in uſib. feudor.* Sed Angel. *in l. quod conclave.* dicit hoc procedere, quando in utraque domo eſſet oſtium, per quod devenitur in dictum clauſtrum, & exitur, ſed ſi in una domorum tantum eſſet oſtium, per quod intratur, & exitur in clauſtrum ſeu porticum; tunc clauſtrum ſeu porticus erit illius tantum cujus eſt domus oſtium habens, quod tene menti.

Quartò quæro, * quis habet porticum vel clauſtrum cooperiens ſolum ſuum, & requieſcit in alieno, an dominium *b* ejus ſit ſuum? Dic breviter quod ſi iſta duo concurrunt, ſcilicet quod cooperiat ſolum ſuum, & requieſcat in alieno jure ſervituti, tunc clauſtrum ſive porticus dicitur ſuum: *ut d. l. quod conclave.* ſecundum Bart. Angel. & Doct. ibi, alias ſi iſta duo non concurrant eſſet illius in cujus ſolo requieſcit, *l. quemadm. § fin. ad leg. Aquil.* ſecundum Doct. *in d. l. quod conclave quod eſt not.* 8 b

Quinto & ultimo quæro, * quis vult facere porticum ſeu clauſtrum cum columnis, an poſſit imponere columnas, quæ fuerunt unius eccleſiæ. Et dicas breviter, quod ſi ſit porticus ſeu clauſtrum privati hominis, ſeu laici, & non poteſt *text. eſt cum gl. in c. ligna. in fin. de conſecrat. diſt. & habetur in c. cum adhæc, de relig.* Sed ſi eſſet porticus ſeu clauſtrum alterius eccleſiæ vel monaſterii, ſic, *ut eſt text. in d. c. ligna, & in c. ſeq. & ibi per Archid & habetur per Dd. in d. c. ad hæc per Alber. de Roſ. in auth. multo magis de ſacroſ. eccleſ.* 9

ADDI-

ADDITIO.

a *Maleficium.* Maleficium dicitur quodcunque crimen, ut furtum, rapina, & hujuſmodi: *ut inſtit. de oblig. quæ ex dict. naſ.* Eſt etiam quaſi maleficium nocumentum quod fit proximo præter propoſitum: *ut inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſ. per totum.*

b. *Dominium.* Dominium eſt jus habendi, poſſidendi, fruendi, & utendi, ac diſponendi de aliqua re pro libito voluntatis vel ſecundum aliquem determinatum modum à quadam ſuperioritate vel autoritate diffinitum. *& vide Alex. in 3. parte ſummæ. & Corn. 1. vol. conſ. 98 & Alex. de Imo. 3. vol. conſ. 78. in 2. col. §. ſentio tamen.*

CAPUT XLV.

De Penu.

1 *Penum ſubterraneam ſi quiſpiam habeat quod à patre ſuperiori in ſolo publico lumen recipere velit numquid poſſit?*

2 *Penum ſubterraneam ſi quiſpiam facere velit, & fodere ſubtus ſolum publicum, vel domum vicini numquid poſſit?*

3 *Penum ſubterraneam ſi velim facere quatenus ſe protendit ſolum meum, uſque ad finem ſoli vicini, numquid poſſim?*

QUidam * habet penum ſubterraneam, vult recipere lumen à parte ſuperiori in ſolo publico, nunquid poſſit; & videtur quod non quia in alieno quis non poteſt facere feneſtram, *l. quemadm. §. ſi protectam, ad leg. Aquil.* Item quia non poteſt in re communi facere invito ſocio, *l. quidam liberus & ibi not. Dd. ſerv. urb. præd.* & dicam infra de feneſtra & balcono. Item quia in ſolo publico non eſt licitum ædificare: *l. 1. & 2. ne quid in loco publico.* & iſtud teneo de jure: ſed de conſuetudine vidi ſervari contrarium: quia quilibet pro libito voluntatis recipit lumen penoris ex ſolo publico: quæ conſuetudo ſervanda eſt, *l. an in totum. C. de ædif. priva.* & pro hoc *gloſſ. not. in rub. Cod. quæ ſit long. conſuet. in fin.* quæ loquitur de porticibus, *ut dixi in rubr. præced. & in rubr. de oſtio verſi alia eſt. q.* Credo tamen, quod per judicem cogi poſſit ad faciendum ferratum deſuper, vel aliam coopertturam de ligno propter tranſeunte *arg. l. qui foveas ad l. Aq.* & illa obſervatur in civitate Veronæ.

Quid ſi * unus vult facere penum ſubterraneam; & fodere ſubtus ſolum publicum vel domum vicini, numquid poſſit? & dicas quod non quia ſicut ſolum unius debet eſſe liberum uſque ad cœlum, *l. fin. in pr. de ſerv. ſ. & l. ſi vitem, § pen. quod vi aut clam. & altius. Item pro hoc l. vend. §. ſi conſtat commun. præd. & l. divortio. §. ſi vir in fundo ſolut. matrim.* Item quia non habet jus ad theſaurum *a* inveniendum in ſolo alieno, *l. unic. C. de theſaur. lib. 11.* Item quia ſpeciale eſt in venis cotareis & marmoreis, *ut l. cunctis & ibi glo. C. de metal. lib. 10. conjuncta l. 1. & l. quoſdam eodem tit.* quæ dicit, quod propter publicam utilitatem licitum eſt marmora & ſimil. ſub fundo alieno fodere, dummodo dominus non patiatur damnum, *de quo vide omnino quod not. in l. inter publica, in 9. colum. de verb. ſigno. in §. publica* ergo in aliis ſecus eſt jus commune, id eſt jus ſingulare, *& l. quod vera ſſ. de leg.*

Sed quid * ſi volo facere penum ſubterraneam, quatenus ſe protendit ſolum

ſolum meum uſque ad finem ſoli vicini, numquid poſſim? Et videtur quod non: quia qui foveam facit juxta fundum vicini, debet tantum relinquere, quantum eſt profunditas foveæ, *text. in l. final. ff. fin. regum.* & maximè hoc videtur procedere, ubi in medio eſſet fundus communis, vel vicini propter ejus periculum, vidi tamen obſervari contrarium: quia quilibet facit penum in ſuo, quatenus durat ſolum ſuum, dummodo vicinus damnum non patiatur, *pro hoc l. fluminum. §. fin. de dam. infect.* & fortè illa *l. fin.* voluit loqui de ſimili fovea, quæ habet nomen ſpeciale, ſicut eſt penus: ſed de illa tantum fovea, quæ ſtat in ſuo tantum ſimplici nomine, & propterea non habet locum etiam in puteo, qui habet foveam profundam: quia perdit nomen foveæ, & aſſumit nomen putei: *pro hoc videtur text. in d. l. fluminum, §. pen.* & ita communiter obſervari vidi: de hoc dicam etiam aliquid infra de puteo, & de fovea.

ADDITIO.

c *Ad theſaurum.* Utrum inveniens theſaurum teneatur reſtituere? Reſp. quod in ſolo ſuo invenit, ſuum erit: ſi vero in alieno ſolo, & à caſu, medietas erit ſua, & alia medietas erit domini ſoli: ſi vero data opera, totum erit domini fundi. *Inſt. de rer. diviſ. §. theſauros, & C. de theſaur. l. unica.* nec eſt verum quod dicit *gloſſ. in c. ſi quid 15. quæſt. 5.* quod inventus in loco ſacro, vel religioſo, ſit inventoris, ſed erit ſecundum diſtinctionem prædictam; *ut expreſſe patet in d. Paragrapho theſauros.*

CAPUT XLVI.

De curia, ſive curte.

1 *Planities terræ quid dicatur?*

2 *Domum ſi quiſpiam habet cum tribus, vel quatuor cluſis, & in eorum medio una curia; ſive curtis exiſtat, in qua fortè eſt unus puteus, & in quolibet dictorum cluſorum eſt unum oſtium, & ipſe vendat, ſeu leget unum ex dictis cluſis, ſive curiam: an legatarius, ſive emptor dicto oſtio uti poſſit, ex quo ad dictam curiam venitur?*

3 *Domum inter feudatariam, & domum domini ſi una curia ſit ſeu plateola quomodo dividatur?*

4 *Aqua cadens in curte mea naturaliter, & per ſe, ſi ad curiam tuam diſcurrat, an tibi in curte tua aliquid facere licitum ſit, ut aquæ diſcurſus impediatur, & in curte mea remaneat?*

Curia dicitur * planities terræ, & de iſta hic loquimur: aliis modis aſſumitur curia, *ut not. Arch. 11. qu. 1. ſi quis clericus.* 1

Si quis * habet domum cum tribus, vel quatuor cluſis, & in medio eorum ſit unica curia, ſive curtis, in qua fortè eſt unus puteus, & in quolibet dictorum cluſorum eſt unum oſtium, & vendidit, ſive legavit unum ex dictis cluſis, ſive curiam, an legatarius, ſive emptor poſſit uti dicto oſtio, ex quo venitur ad dictam curiam, & ſic an poſſit exire per dictum oſtium ad curiam prædictam cauſa veniendi ex dicta curia, puta in viam publicam, vel cauſa hauriendi aquam ex puteo, qui in dicta curia, vel alia de cauſa? 2

Et.

Et dico breviter, quod non: quia in emptione vel legato via vel iter non venit, niſi fuerit expreſſum, *l in vend. de contrab. empt.* Et idem ſi eſſent plures fratres, vel conſanguinei, qui dividerent unam domum, quæ haberet plures partes: & in medio earum eſſet curia quæ uni in diviſione contingeret aliis pars dicta domus cum curia, vel aliæ duæ partes ſine curia: hi qui habuerunt partem domus cum curia, non potuerunt per partes ſuas venire in d. curiam aliqua de cauſa: & ideo cogi poterunt, ut claudant oſtia, ſive portas quæ ſunt in dictis cluſis verſus dictam curiam, & pro prædictis omnibus vide text. & quod ibi not Bald. & Flor. *in l. ſi fundum, quæcunque. de ſerv. urb. præd.* quod not. quia quotidianum, & bis habui de facto. Adde prædictis, quæ dixi deſup. de ſervitute itineris, ſeu aditus, & ſupra de pariete, ſive muro. verſi. ſed numquid vicinus poterit in muro ſuo facere oſtium, & ſupra de oſtio, ſive porta, verſi. ſed dubium eſt ſi quis poteſt.

3 Quid * inter domum feudatariam & domum domini eſt una curia, ſeu plateola? Dic quod per chordulam dividi debet verſus dom. m domini, & illa dimidia erit ſua: alia dimidia verſus domum vaſalli, erit vaſalli: ſicut fit inter duos proprietarios *ut not. Bart. in l. quod conclave, de damno infect.* & dixi ſupra de clauſtro, ſive portic. *in 3. quæſt.* & ita notat Bald. *in c. 1. §. ſi quis de manſo. in tit. de controver. inveſtit. in uſib. feud.* qui dicit hoc procedere ſi patitur diviſionem Curia aliquando enim eſt ita modica, quod dividi non poteſt & tunc de ea idem eſt dicendum quod de veſtibulo. *l ſi ut certus, § fin. commod & l arbor §. de veſtibulo. communi dividun.* de quo veſtibulo dixi ſupra de oſtio, ſive porta, in fine.

Sed quid ſi aqua cadens in curte mea naturaliter, & per ſe diſcurrit ad curiam tuam, an ſit tibi licitum in curte tua aliquid facere, propter quod diſcurſus aquæ impediatur, & remaneat in curte mea? Et dicas quod ſic. *arg. l. 1. §. ſunt qui putant, ne quid in loc. publ.* & ita Paul. de Caſtr. *in l. quoties l. 1. de ſerv.* & dixi vobis ſupra, *in quarta diviſione ſervitutis, verſic. & primo videamus, ibi* & hoc ſequitur, & adde text. *in l. 2. §. ſi quis in ſuo.* & ibi Bart. *ne quid in loco publico*, quod tene menti.

CAPUT XL.

De puteo, ciſterna, & lavella.

1 *Domum inter feudatarii, & domum domini ſi unus puteus tantum exiſtat, cujus aqua non ſufficit utrique, quis præferatur?*

2 *Puteus communis ſi inter duos vicinos ſit, an dividi poſſit, & quo judicio?*

3 *Vicini civitatis, vel loci an ad locum commmem, ut puta furnum, contribuere teneatur?*

4 *Communitas, ſeu vicinia ſi habeat unum puteum, vel furnum, vel porticum communem, qui purgatione, vel refectione egeat, & quidam ex vicinis collectæ expenſam evitare volens, uſui, vel commodo illius renuntiare velit, an poſſit?*

5 *Puteum ſi in domo mea aperiam, quo aperto venæ tui putei præciſæ ſint, an tenear?*

6 *Interdictum de fonte an illi competat, qui uti prohibetur puteo vivam aquam non habente?*

7 *Puteum, vel ciſternam, aut lavellum prope vicini fundum fodere an licitum ſit nullo ſpatio interpoſito?*

8 *Ciſternam ſi quis aperuerit, vel foderit, & eam non cooperuerit, cecideritque bos, vel aſinus in eam, an talis teneatur?*

9 *Ciſternas habens, ſi ciſternas legaverit, an debeatur aqua in ea regione, in qua aqua venalis eſt, ut in regione Africæ, & Ægypti?*

10 *Ciſternas habentem an ſervitus vel obligatio perſonalis ſequatur?*

1 INter domum * Feudatarii, & domum domini eſt unus puteus tantum, cujus aqua non ſufficit utrique, quis præferatur? Et videtur quod Dominus tanquam habens majorem partem: habet enim domum alteram pleno jure & in altera feudariata nudam proprietatem, *arg. l. ſancimus, circa princ. Cod. de dona.* & ita dicit not. Baldus, *c. 1. ſi quis de manſo. verſic. quæro quid ſi inter dominium, de controv. inveſtit. in uſib. feud.*

2 Sed * quid ſi inter duos vicinos eſt puteus communis, an poſſit dividi, & quo judicio? Dic quod poteſt judicio communi dividi, ſi ſolum ejus ſit commune ipſorum vel viciniæ ipſorum adjudicaretur, *ut eſt text. in l. 4. §. communi divid.* ibi Flor. qui dicit, ſecus eſſe ſi ipſi haberent ſolum jus hauriendi aquam: quia forte ſolum in quo eſt puteus, ſit publicum, vel aliorum.

3 Sed quæro * numquid vicini civitatis, vel loci teneantur contribuere ad locum communem, ut furnum? Et videtur quod ſic, *per text. cum gloſſ. in l. 1. ad leg. Rhod. de jact.* & ibi hoc tenuit Ubert. de Bobio, & Alber. de Roſ. & pro hoc *l. ad reparationem C. de aquæduct. lib. 11. & l. aud. portus C. de operib. publ. & l. ad inſtructionem. C. de ſacroſ. Eccl.* & iſtud, veriſſimum, ut patebit quæ ſtatim dicam in ſeq. q.

Sed pone, * quædam communitas ſeu vicinia habet unum puteum, vel furnum, vel porticum communem, qui eget refectione, vel purgatione: quidam ex vicinis volens evitare collectionem ſive expenſam collectæ, dicit quod vult renunciare uſui vel commodo illus rei: quæritur an poſſit? Iſta q. formatur per Spec. *in tit. de conſi. §. 1. verſicul. item pone, quædam vicinia,* ubi plene, & idem quaſi de verbo ad verbum ſcribit Alber. de Roſ. *in ſuo tractat. ſtatutorum, in prima parte, c. 35.* & ponitur etiam per Flor. *in l. cum fructuarius, de uſufruct.* & vide quod ponit Dyn. *in l. imperator. §. centum. de lege 2.* & Jacob. de Are. *in l. prætor. §. hoc edicto de damno infect.* in qua q. videtur quod renunciare non poſſit, & expenſam evitare; *per d. l. ad reparationem, & l. ad portus.* Item quia lex videtur imponere onus incumbens domui, non perſonæ *argument. l. fin. quæ incipit, ædiles de via publ.* Item pro hoc: quia vaſſalus non poteſt ſe eximere ſervitio domini renunciando feudo, habetur per gloſſ. & Jacob. de Belui Nic. de Neap. & Dd. *in c. 1. de vaſallo, qui cont. conſtit. Lotha beneficium aliena in uſib. feud.* & per gl. & Dd. *in c. quæ in Eccleſ. extra. de conſtit.* & per ſpec. *in titul. defend. §. quoniam, verſiculo 28.* & per Bald. *in c. 1. §. clauſulis, in titul. de probibi. feud. ali.* & per Dyn. & per Bart. *in l. ſi is cum quo de aqua plu. arcend.* & per Flor. *in lege ſi abſente, & in lege cum fructu.* & ibi omnino vide uſufruct. In contrarium videtur illa regula vulgaris, quæ dicit, quod pars poteſt renuntiare juri ſuo, *lege ſi quis in conſcribendo, Codice de*

de pact. cum ſimil. Item pro hoc *l. prætor ait. Paragrapho fin & quod ibi not. de damn. infect.* Item *l. ſi forte. Paragrapho 2. ſi ſervitut. vendid. & d. l. cum fructuarius.* Item quia ſi aliquis eſt de collegio, poteſt renunciare, & eo recedere, *l. 1. in fine de colle illici.* Item pro hoc *totus titul. de relig. & l. 2. Paragrapho vicinales ne quid in loco publico.* Sed pro deciſione breviter ſic diſtingue: Aut puteus, vel furnus indiget reparatione temporis præteriti, aut futuri. Primo caſu tenetur indiſtinctè contribuere, nec poteſt renunciare in damnum viciniæ, & eſt ratio, quia jam utilitatem accepit ex uſu, ſicut alii vicini: unde ſicut ſentit commodum ita ſentire debet incommodum, *ut l. ſecundum naturam de regul. jur. &c. qui ſentit onus eodem titulo in 6.* ſecundo caſu quando ratione futuri temporis: & tunc aut vult ſtare in vicinitate, ſeu vicinia: & iſto caſu licet nolit uti puteo, vel furno, quia fortè habet unum in domo, tamen poterit cogi ad reficiendum, ſeu contribuendum: quia iſtud eſt onus impoſitum domui, & non perſonæ, *argument. d. l. ædiles, de via publica.* Item quia puteus vel furnus ſunt communes univerſitatis, non ut ſingulorum, in rebus autem univerſitatis non attenditur voluntas unius, ſed majoris partis, *l. quod major. ad municip. cum ſint.* Aut non vult amplius ſtare in vicinia vel communitate: & ſic vult renunciare, nedum uſui putei vel furni, ſed etiam viciniæ, vel communitati: & tunc teneo quod non ſit obligatus ratione futuri temporis, licet Alber. & Flor. videantur velle, quod indiſtinctè teneantur contribuere: & moveor per ea quæ dixi ſupra pro parte negativa, & adde quod de puteo, lacu, & piſcina reficiendis, & purgandis interdictum competit, *textus eſt in lege prima, verſiculo pen. Dig. de fonte.* Et quid reficere, & purgare, *vide text. in l. 1. §. reficere §. purgandi de rivis.*

Quid * ſi in domo mea puteum 5
aperio, quo aperto venæ putei tui præciſæ ſunt, an tenear? Et dic quod non *text. eſt in l. fluminum, § pen. verſic. idem videmus,* & ibi etiam, *§. fin. cum duabus legibus ſequen. & quod ibi no. de dam. infect. & l. 1. §. denique de aqu. arcen.* & Paul. de Caſtr. *in l. ſit ibi, in fin. C. de ſerv.*

Sed * numquid interdictum de fon- 6
te competat illi qui uti prohibetur puteo vivam aquam non habente? Et dicas quod non, *textus eſt l. 1. Paragrapho hoc interdicto, de fonte,* & ibi omnino vide Bartol. qui per illum textum dicit not. quod ſtatutum prohibens mulieres portare perlas intelligitur de veris, & naturalibus, non autem de fictis & compoſitis. Ego dixi *de verb. ſignif. l. mulieres in princip. in 10. & ultim. quæſt.* ubi poſui aliqua de ornatu mulierum. Adde prædictis, quod vendita domo non ſolum venit puteus: qui eſt in ea, ſed etiam putealia, id eſt quibus puteus cooperitur, & funes, quibus trahitur aqua, & quædam alia veniunt, de quibus omnibus vide text. *l. Julianus §. fin. cum l. ſeq. de action. empt.* & venit etiam Rota & ſitula *ut l. qui fundum, §. fin. de contrahen. empt.* & omnia quæ dicta ſunt ſupra de puteo, habent locum in ciſterna, & lavello. Et ſciendum eſt, quod ciſterna eſt, quæ non habet aquam perpetuam, nec vivam, *text. eſt in l. 1. §. interdicto, ff. de fonte.* Et iſtud patet manifeſtè Venetiis, ubi ſunt ciſternæ, quæ ſæpiſſime deducuntur ad ſiccitatem. Lavellum autem intelligo locum, in quo colligitur aqua pro pan-

pis

nis lavandis vel animalibus potandis.

7 Sed * an ſit licitum fodere puteum vel ciſternam aut lavellum prope fundum vicini nullo ſpatio interpoſito? Et videtur quod debeat dimitti tantum ſpatium, quantum eſt profunditas foveæ, *per l. fina. fin.reg.* Ergo teneo contrarium: quia illæ non ſunt proprie foveæ, ſed habent alia nomina ſpecialia, *ut dixi ſupra de penultim. in fin. ubi vide.*

8 Si quis * foderit ciſternam, & non cooperuerit, ceciderit que bos vel aſinus in eam, dic, quod dominus ciſternæ tenetur reddere pretium jumentorum, quod autem mortuum eſt, ipſius domini ciſternæ erit, *ut in c. 2. extra, de injuriis & damno dato*, & eſt caſus notab. qui limitat materiam poſitam *in l. Stichus, de verbor. obligat.* videlicet, ut quod ex re mea ſupereſt, meum eſt: & mihi reddi debet, *l. ſolum, §. meum, de rei vendi.* intellige, niſi ex culpa alterius pereat, ubi ita not. Ludo. Rom. *in d. l. Stichus, in fin.* qui tamen intelligit, quando ciſterna fieret in publico, *argument. l. foveas, ad leg. Aquil.* ſecus in privato, *ut not. gloſſ. in d. c. 2. de injuriis & damno dato.*

9 Ultimo, * unus habens ciſternas, legavit ciſternas, an debeatur aqua in ea regione, in qua aqua venalis eſt, ut eſt in regione Africæ, & Ægypti, *ut dicit text. in l. Mela. §. fin. de ciba. leg. & not. Bart. in l. eod. tit.* & ſicut Bononiæ Ferrariæ, & Venetiis, & dicas quod ſic, ſive habeat ciſternas, ſive non, ut eſt caſus *in d. l. 1.*

10 Sed * quando habet ciſternas, an tunc erit ſervitus vel obligatio perſonalis; vide omnino text. gloſ. & Bartol. *in d. l. Mela. §. fina.* & dixi plene ſupra *in princ.* poſt definitionem ſervitutis realis: in illa quæſtione quomodo cognoſcatur an ſint ſervitutes reales vel perſonales.

CAPUT XLVIII.

De Cloca.

1. *Cloca quid proprie ſit, & quid ejus appellatione veniat?*
2. *Statutum ſi dictaverit, quod ſi quis offenderit aliquem in domo, puniatur in tantum: an offendens in oſtio, ſtatuti pœna teneatur?*
3. *Domo in ſua privata quis non poteſt exercere artem, per quam malus odor, ſeu fœtor vicini fiat?*
4. *Cloacam inter ædes meas & tuas, te etiam invito, & contradicente, an de novo mihi facere liceat: & ſi denuncias novum opus, tuam denunciationem contemnere poſſim.?*
5. *Cloacæ uſum aliquis ſi habeat vi, clam, vel precario: & velit cloacam reficere, vel purgare, an contra impedientes ſibi interdictum cloacæ prohibitorium competat?*
6. *Cloacam facere in muro communi, invito altero ſocio, an uni ſocio facere liceat?*
7. *Cloacam in fundo vel domo ſua an facere licitum ſit, & ex ea aquam in viam publicam mittere?*
8. *Aquæductum loco cloacæ uſque ad viam publicam an facere liceat?*
9. *Uſumfructum in fundo vel cloaca publica ſi quiſpiam habeat, & refectione, vel reparatione indigeat, an iſtud onus ad ipſum ſpectet?*
10. *Jus agendi ſeu prohibendi aliquid, an ſolum ædilibus vel habentibus curam civitatis, vel aliis competere poſſit?*

11 Pri-

11 *Privato vel forenſi, an competat jus agendi, vel prohibendi aliquid actione populari?*

12 *Actio quænam ſit, quæ pro cloacis competat?*

13 *Interdictum prohibitorium & reſtitutorium ad hoc ut competant, quæ neceſſaria ſint?*

14 *Libellus & poſitiones in actionibus popularibus quomodo formari debeant?*

1 CLoaca * eſt locus concavus, per quem colluvies quædam fluit, *ut dicit text. in l.* 1. §. *cloaca autem ff. de cloacis.* qui ſubdit: quod cloacæ appellatione, & tubus & fiſtula continetur, & tubus dicitur foramen cloacæ, ubi purgatur colluvies aquæ: fiſtula vero eſt aliud genus inſtrumenti ad idem, *ſecundum glo.* ibi ex quo not. ſecundum Bart. ibi, quod appellatione cloacæ continetur etiam oſtium cloacæ.

2 Quod * facit ad quæſt. ex ſtatutis dicentibus, quod ſi quis offenderit aliquem in domo, puniatur in tantum, ut offendens in oſtio teneatur pœna ſtatuti: quia appellatione domus continetur oſtium, & alia quæ eidem ſunt affixa, etiam ſi ſi protenderentur extra domum, *l. aquæductus. cum l. ſeq. de contrahen. emp. & l. ſi venditor.* §. *fin. de act. emp.* & dixi aliquid in titul. præcedenti, intelligo tamen de oſtio intra clauſuram exiſtente: quia tunc non diceretur factum in domo *l.* §. *flumine de flumi.* de quo dic ut per Bart. *in d. l.* 1. *de cloacis & in l. cætera.* §. *hoc ſenatus de leg.* 1. & per Bald. *in l. data opera C. qui accuſ. non poſſ.* & vide quæ plenius dixi ſupra de clauſtro *in* 3. *q.* Item cloaca quædam eſt privata quædam eſt publica, *l.* 1. §. *hoc autem de cloacis.* Item ſciendum eſt, quod Prætor introduxit duo interdicta. Unum de cloacis purgandis & reficiendis: & iſtud eſt prohibitorium, quia nemo debet prohiberi reficere & purgare cloacam *l.* 1. §. 1. *de cloacis.* Aliud eſt reſtitutorium, quia nemo debet aliquid in cloacis mittere, propter quod deterior fiat, *ut d. l.* 1. §. *fin.* & eſt ratio quia hæc interdicta pertinent ad ſalubritatem & tutelam civitatis, nam & cælum peſtilens ruinas immunditiæ cloacarum minantur. Item ſi non reficiuntur, *text. eſt not. in d. l.* 1. §. *de cloacis.* & ibi vide gloſſ. 1. & adde gloſſ. not. *in l. peu.* §. *in ver. quem cæl. quod vi aut clam.* quæ dicit quod aër corrumpitur apponendo ſtercus vel cloacam aperiendo, & vide alium text. not. & ſing. *in l.* 2. §. *idem ait. ſi in publ, cum gloſſ. ne quid in loc. publ.* per quem tex. cum gloſſ. alias judicavi.

Quod * quis non poteſt in domo 3
ſua privata exercere artem, per quam malus odor ſeu fœtor fiat vicinis: & per prædicta teneo, quod non ſit licitum privato aperire de die cloacam, vel neceſſarium, aut ſimilia, propter fœtorem; ſed nocte tantummodo, niſi ſubſit neceſſitas, & non alias, quod eſt not.

Quæro * primo circa iſtam mate- 4
riam cloacarum, an liceat mihi cloacam de novo facere inter ædes meas & tuas, te invito & eo contradicente: & ſi denuncias novum opus, poſſim tuam denunciationem contemnere. Videtur, quod non, per ea quæ dixi ſupra de penu. *in* 2. *q. & per tot. tit. de nov. oper. nun.* tamen contrarium teneas *per l.* 1. §. *ſi quis mihi purganti. & l. fina. de cloacis.* dummodo ſi in viam
publicam * velis cloacam facere, fa- 5
cias permittente illo cui viarum publicarum cura committitur, *ut d. l. fin.*

& ibi gloſſ. & ita tenet Rofred. *in ſuis libellis, in tit. ſi vis cloacam tuam purgare in fin.* & vide text. *in d. l.* 1. *in fin. & in* §. *deinde ait prætor. cum ſeq.* & vide omnino *l. de pupillo.* §. *ſi quis rivos. cum ſeq. de no. op. nun.* ubi de hoc quomodo declaratur.

5 Quæro ſecundo * aliquis habet uſum cloacæ, vi clam, vel precario: vult cloacam reficere vel purgare, an contra impedientes ſibi competat interdictum cloacæ prohibitorium, dic quod ſic, *l.* 1. §. *hoc interdictum.* 5. *de cloacis* & ratio ponitur ibi. *& d.* §. *ſi quis rivos.*

6 Quæro tertio, an * ſit licitum uni ſocio facere cloacam in muro communi, invito altero ſocio, de hoc dic ut dicam infra, de balneo ſeu ſtufa, de neceſſario, &c.

7 Quæro * quarto, an ſit licitum facere cloacam in fundo vel domo ſua, & ex ea immittere aquam in viam publicam & dicas quod ſic, niſi ex illa aqua via efficeretur minus habilis, *ut eſt text. in l.* 2. §. *ſi quis cloacam, ne quid in loco publ.* & via dicitur fieri minus habilis ſive deterior, ſi uſus ejus ad commeandum corrumpatur, hoc eſt ad eundem vel agendum: ut cum plana fuerit, clivoſa fiat, vel ex molli aſpera, aut anguſtior ex latiore, aut paluſtris ex ſicca. *ut eſt tex. in d. l.* 1. §. *deteriorem autem & vide in ſeq.*

8 Quæro * quinto, numquid liceat facere aquæduct. loco cloacæ uſque ad viam publicam? Et dic quod ſic, *ut in* 5. *præcedenti*, & ita obſervatur etiam de facto. Sed adverte, quia poſt ductum prædictum non eſt licitum mittere ad viam publicam aliquid fœtidum, vel turpe, vel ſtercus ſive lavetur latrina, *ut eſt text. in l. ædiles. in final. de via publi. alleg. in tit. de loc. publ. fruendo* pro hoc gloſſ. *in l. pen. quod vi aut clam.* & ideo non eſſet licitum lavare in domo vegetes, in quibus fuiſſet vinum fœtidum vel alia vaſa fœtida, ſi aqua illa veniret in viam publicam quod no. quia multi contra faciunt & male. Nam ædiles curules, vel qui præpoſiti ſunt viis publicis hoc permittere non deberent, *ut dicit. d. l. ædiles, in fin.* & vide quod dicam in 7. quæſt.

9 Quæro * ſexto, aliquis habet uſumfr. in fundo vel cloaca publica, quæ indiget refectione vel reparatione, an iſtud onus ſpectet ad ipſum. Et dicas quod ſic, & non ad proprietarium *ut l. ſi pendentes* §. *ſi quid cloacarii. & ibi Flor. de uſufr.*

10 Quæro * ſeptimo, an jus agendi ſeu prohibendi competat ſolum ædilibus ſeu habentibus curam civitatis vel aliis. Et dic quod illis quorum intereſt, competit jus, puta quia ſunt de eadem contrata, & iſtud eſt clarum, *ut probatur in l.* 2. §. *pen. ne quid in loc. publ.*

11 Sed quid * ſi nihil aut parum intereſt privati: puta quia eſt de alia contrata. Et dicas idem: quia actio popularis eſt, *ut eſt glo. valde no. in d.* §. *pen.* quæ non eſt alibi: ſecundum Ang. *in l. in provinciali.* 1. *de no. ope. nun.* & communiter tenetur, ut dicit Joan. de Ana. *in c. qualiter & quando. el.* 2. *in* 12. *col. de accuſ.* de quo vide per Dd. *in d.* §. *pen.* ubi probatur hæc deciſio. Sed quid ſi eſſet forenſis *b*, & idem ſi nomine publico agat, de quo dic, ut plene per Bart. & Dd. *in d.* §. *fin.* b

12 Quæro * octavo, quæ actio competat pro iſtis cloacis. Dic duo interdicta: unum prohibitorium, aliud reſtitutorium, ut probatur, *in l.* 1. *in prin. de cloa.* & dixi ſupra circa principium. Et idem Joan. in arbore ſua actionum fecit duos articulos de his duobus interdictis.

13 Quæro * nono, quæ ſint neceſ-

ſaria,

ſaria ut competant iſta duo interdicta. Dic tria principaliter. Primum quod ſit cloaca, ſed quid ſit cloaca? vide ſupra in princ. Secundum, quod aliquis prohibeat te volentem purgare cloacam factam: vel reficere, vel aliquid eſt immiſſum in quo uſus cloacæ impediatur, quod removeatur, *ut d. l. in princ.* Tertium quod ille qui vult reficere, vel purgare cloacam caveat vicino de damno infect. *l.* 1. *&* §. *ſi quis purganti. de cloacis,* & ita tenet Rofre. *in tit. ſi vult cloacam tuam purgare, &c.*

Quæro * decimo & ultimo: quomodo & qualiter debeant diſpoſitiones, & qualiter debeat formari libel-
c lus, *c* vide in dicto ſuo libello, ubi plene. Cætera dic, *Ut per text. & gl. in d. l.* 1. *&* 2. *de cloacis.*

ADDITIO.

a *Viam publicam.* An liceat ædificare in via publica & ſi eſt ædificatum, an ædificans debeat ædificium removere, vide Corn. 2. *volum conſi.* 281. & quomodo intelligitur verbum, juxta vias publicas, vide Alex. 3. *vol. conſ.* 73. 1. *col.* §. *fin.* & quaſi per totum conſilium.

b *Forenſis.* An dicatur forenſis, qui habet domum conductam in civitate, licet firmiter non habitet, vide Cor. 1. *vol. conſ.* 20. *&* 4. *vol. conſ.* 194. *& conſil.* 72. *& in* 2. *vol conſi.* 94. *& conſ.* 144. *&* 4. *vol. conſi.* 147. *incip. pro deciſione.*

c *Libellus.* Utrum & quomodo in libellis procedat concluſio generalis, vide Alex 1. *volum conſil.* 121. *in* 5. *col* §. *non ob iſtud.* & quod in libel. verba improprientur ad finem, ut ſuſtententur *habes conſil.* 121. *in* 2. *pro hoc etiam* & de importantia clauſulæ, quæ conſuevit apponi in libellis petent ſuper præmiſſis ſibi juſtitiam miniſtrari, *vide conſil.* 121. *in* 2. *colum.* §. *alio fundamento & in* 3. *col* §. *non ob. illud. & quaſi per totum conſil.* ubi ponit de virtute clauſula non aſtringens, &c. & an libellum obſcurum productum à domino poſſit procurator ſine ſpeciali mandato declarare, *habes vol.* 5. *conſ.* 78. *circa fin.* 3. *col. in* §. *præterea, in fin.* §.

CAPUT XLIX.

De Fiſtula.

1 *Fiſtulæ quid proprie ſint?*
2 *Caſtellum quid proprie dicatur?*
3 *Licentiam habens à principe vel ſuperiore avertendi aquam ex publico debet eam ducere per caſtellum, vel per fiſtulas ne matrices fiſtulæ corrumpantur & contra faciens conceſſionis beneficium perdit, & etiam in corpore punitur.*
4 *Socio an liceat facere in pariete communi fiſtulam, vel canale aliquod per quod aqua pluvialis arceatur, ſive recipiatur?*
5 *Domorum in venditione an etiam ſervitutes veniant?*

Fiſtulæ * ſunt vaſa plumbea, vel 1
fictilia, aut ligneo, per quæ ex caſtello, vel ex cælo aqua ducitur, *ut leg. ſi fiſtul. & l. fiſtulam de ſervit. urban. præd. & l. fiſtulas, de ſerv. vend. l. fundi. Paragrapho pen. & final. eod. tit.* & dixi aliquid ſupra de cloacis, in princ. & vocantur quandoque matrices, *ut l. eos. C. de aquaduct. lib.* 11. & regulariter apud nos dicuntur canalia, & poſſunt conſiſtere ex quacunque materia.

Et dicitur * caſtellum receptaculum, quod aquam recipit, *l. 1. §. hoc interdictum neceſſario, de aqua quotid. & æſti.* & dicitur propter locum circumdatum ad modum caſtelli, ubi congregatur, & unde dicitur aqua, *ut dicit gl. d. l. fundi, Paragrapho ab eo, & in d. l. eos.*

2 Et * not. quod habens licentiam à principe, vel ſuperiore avertendi aquam ex publico, debet eam ducere per caſtellum, per fiſtulas, ne matrices fiſtulæ corrumpantur: & contra faciens perdit beneficium conceſſionis: & punitur etiam in corpore, *caſus eſt in d. eos. quod not.*

3 Numquid autem liceat * ſocio facere in pariete communi fiſtulam: vel aliquod canale, per quod aqua pluvialis arceatur, ſive recipiatur? Dic quod non *l. fiſtulam 19. ff. de ſer. urb. præd. l. fiſtulas, ſi ſer. vend.* Et ita tenet Angel. & Dd. *in l. inter quos, in l. 4. col. in princ. in verſic. ſimile in pariete, de damn. infect.* Et idem tenet Joan. Pet. de Papia. *in ult. libro in antepenult. gloſſ. ex hoc not.* quod etiam in pariete communi, non licet etiam facere aquarolum, vel ſiculum, ſecundum Bartol. quia etiam ita not. *per l. fiſtulam: per illum text. de ſer. urb. præd.* imo plus non licet habere aquarolum in pariete proprio, ſi per eum aqua miſſa inundaret in parietem vicini: *ut d. l. fiſtulam*, & ibi hoc tenet Bartol. & adde omnino quæ dicam infra de balneo: & neceſſario, & cellario, & in ſpecie de aquarolo, ſeu canali: & ea quæ dicuntur hic, & plurimum conveniunt.

4 Sed * an prædicta veniant in venditione domorum? Dic quod ſic, *text. eſt in l. fundi, §. Labeo, & in l. vendit. hominis, §. fin. de act. empt. & l. fiſtulas, in prin. de contrah. empt.*

CAPUT I.

De Furno.

1 *Furnum ſi juxta communem parietem habeas, & damnum parieti dat, vel veriſimiliter dare poteſt an tecum agi poſſit?*

2 *Furnum, ſeu molendinum in aliqua villa vel vicina ſi quiſpiam habuerit, & habeat, & omnes de dicto loco jam longiſſimo tempore etiam eo cujus in contrarium memoria non exiſtat, ſemper venerunt ad dictum furnum, ſeu molendinum pro pane coquendo, ſeu macinando; & aliud furnum noviter conſtruere velit: an ne conſtruat prohibere poſſit?*

3 *Promiſerit ſi mihi quiſpiam coquere panes in furno ſuo pro tota mea familia, an hæc ſervitus vel obligatio perſonalis eſſe dicatur?*

4 *Promiſerit ſi aliquis mihi, & Titio, quod poſſim coquere in furno ſuo omni hebdomada decem ſeſtaria frumenti, & Titius deceſſit, utrum Titii portio mihi accreſcat?*

5 *Pactum ſi fecerim cum furnario, ut coqueret panem pro me, & familia mea ſingulis annis: vel perpetuo: & quod ſibi darem omni anno 10. lib. ſed tunc habebam duos filios tantum, & poſtea mihi plures alii filii nati ſunt, & ſic famil. mea aucta eſt: an mihi panem pro eodem pretio coquere teneatur?*

6 *Servitus ſi hominibus impoſita ſit, tam de præſentibus, quam de futuris ſimpliciter intelligitur.*

7 *Inſpicitur multoties, quod evenire poteſt.*

8 *Contrarium eadem eſt diſciplina.*

9 Con-

9 *Conduxerit ſi quiſpiam unum molendinum cum quatuor rotis, & convenit præſtare modios* 10. *pro qualibet rota; & poſtea conductor ibi aliam rotam conſtruxerit, an pro illa nova rota aliquid ſolvere teneatur?*

10. *Paterfamil. cum Abbate & conventu ejuſdem monaſterii, ſi pactus fuerit, quod molendinum dicti monaſterii ſibi & familiæ ſuæ pro certa penſione molere deberet ſine certa penſione monaſterii pacti initi tempore: & poſtea filiorum quilibet habet ita magnam familiam, ſicut habebat paterfamil. celebrati contractus tempore, & quilibet ipſorum vult molere ad molendinum, ſicut eorum pater faciebat, quid juris?*

11 *Verba in dubio ſecundum præſens tempus intelliguntur, ſicut contractus in dubio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

12 *Verba contractus intelliguntur ſecundum quod apparet contractus tempore.*

13 *Hæredum ex perſona conditionis obligatio mutari non debet.*

14 *Expenſa ubi creſcit, & labor, pretium, ſeu ſalarium creſcere debet.*

15 *Famulus ſi convenit ſtare cum tribus ſcholaribus pro certo pretio quolibet menſe: & unus ſcholaris moritur, vel recedit ſalarium minui debet.*

16 *Conventio ad incogitata non extenditur.*

17 *Infinitas evitanda eſt.*

18 *Conceſſum ſi fuerit alicui, quod in aliquo nemore pro ſe & familia ſua ligna incidere deberet, & multis relictis familiis recedat, an & quantum incidere poſſit?*

19 *Prædium ſi quiſpiam alicui monaſterio, dederit, ut perpetuo ad ſuum molendinum ſibi & filis ſuis granum molere deberet: & poſtea filii ſuperexcreverint, quid juris?*

20 *Monaſterium ſi promiſit mihi & familiæ meæ molere frumentum, non tenetur hæredibus molere in majori quantitate, quam mihi teneretur.*

21 *Promiſerit ſi ruſticus quidam cuilibet canonico pro anniverſario* 10. *dare: & promiſſionis tempore non erant niſi* 10. *canonici, deinde* 20. *exiſtant, an omnibus teneatur?*

22 *Perpetuo, ſeu in perpetuum quis ſe obligare poteſt.*

23 *Furnum in muro communi, invito ſocio, vel juxta vicini murum, invito, an facere liceat?*

SI furnum * juxta communem parietem habeas, & damnum dat parieti, vel veriſimiliter dare poteſt: an tecum agi poſſit? Dic ſi damnum dedit parieti: puta quia paries exuſtus ſit, agi poteſt actione in factum, l. Aquiliæ: *ut eſt text. in l. ſi ſervus ſervum, §. ſi furnum, ad l. Aquil. & ibi Dd. & l. fluminum, §. præterea, ſi furni. & ibi plane de hoc not. ff. de damn. infect.* Sed ſi non damnum dederit an poſſit peti cautio de damn. infe. Et videtur quod ſic: *per d. §. ſi furnum.* In contrarium videtur, *per d. §. ſi præterea.* gloſſ. ibi ſolvit pluribus modis. Sed tu breviter concludas: aut tenetur damnum ex vitio furni tantum: aut ex vitio ſeu culpa furnarii tantum, aut ex vitio ſeu culpa furni & furnarii Primo caſu, quando timetur damnum ex vitio furni tantum, poteſt peti cautio: & *ita loquitur d. §. ſi furnum.* Et ratio, quia tunc 1

 iſtud

iſtud vitium cadit in actionem in factum utilem l. Aqu. quæ non excludit iſtam cautionem, ubi tenet Bartol. & Dd. *in d. §. præt.* & Flor. *in Paragr. ſi furnum.* Secundo caſu quando timetur damnum ex vitio furnarii tantum, & tunc ſubdiſtingue: Aut damnum timetur ex facto furnarii: aut omiſſione: ſi ex facto, puta quia imponit in furno maximum ignem: & tunc non competit cautio damni infecti, *& ita loquitur. d. §. præterea ſi furni*, & eſt ratio, quia quando principaliter datur damnum à furnario culpa ſua competit contra ipſum actio, l. Aqui. directa, ex 3. *c. ut d. ſi ſervum ſervum. §. tertio autem; capite*, & iſta actio eſt directa ordinaria, quod facit ceſſare cautionem damni infecti, quæ eſt extraordinaria: *juxta not. per Bart. in l. provinciali, Paragr.* 1. *de nov. ope. nun.* & ita tenet Bar. *in d. §. præterea.* Si verò timetur damnum ex non facto, puta ex negligentia vel omſſione furnarii: & tunc poteſt peti cautio: quia non competit actio, l. Aqui. *caſus eſt no. in l. ſi cujus, §. de præteritis* 2. *in fin. de uſufruct.* & ita tenet Angel. *in d. §. præterea.* Tertio caſu principali quando timetur damnum ex culpa furni & furnarii ſimul tunc dic idem quod in primo caſu, ſcilicet quod poſſit peti cautio, ſecundum Bartol. & Doctores *in d. §. præterea*, & circa prædicta vide omnino Ang. *in d. §. præterea.* & Flor. *in d. §. ſi furnum.*

2 Secunda * quæſtio eſt, quidam habuit, & habet furnum ſeu molendinum in aliqua villa, vel vicinia: & omnes de dicto loco jam longiſſimo tempore etiam ejus initii, cujus non extat memoria in contrarium, ſemper venerunt ad dictum furnum, ſeu molendinum pro pane coquendo ſeu macinando, alius vult furnum ſeu molendinum noviter conſtruere, an poſſit prohibere ne conſtruat? Et videtur quod ſic, quia non debet immutari antiqua conſuetudo in præjudicium alterius, *l. ſi manifeſte, C. de ſerv.* Item pro hoc *l. quiſ iam, de diver. & tempo. præd.* Sed contrarium eſt verius; quia in ſuo licitum eſt ædificare: etiam ſi noceat alieno, *l. fluminum, §. fin. cum duobus ſequent. de damn. infect. & l. ſi in meo de aqua plu. arc. & l. fin. & ibi Ang. de uſucap.* & pro hoc allegato text. *in cap. ſignificante in princ. de appell.* & ibi hoc not. in terminis Innoc. & Anton de Butr. & communiter Dd. & prædicta intellige vera, niſi ſervitus vel obligatio perſonalis eſſet impoſita: *juxta not. in d. l. fin. de uſucap.* & ita not. Dd. *in d. ca. ſignificante*, vel niſi eſſet præſcriptum: quæ præſcriptio non currit niſi à tempore quo alius voluiſſet ædificare furnum vel molendinum: & propter prohibitionem ſibi factam deſtitiſſet: *ut not. per gl. & Dd. in l. qui luminib. de ſervit. urb. præd. & in l.* 1. *de ſerv.* & de iſta qu. vide gl. & Dd. *in d. l. manifeſte, & per gl. in l. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium tabularum, ff. de eden* & per Bart. *plene in l. quo minus in* 2. *quæſt. ff. de flumin. & in l.* 1. *Paragrapho ſicut autem de aqu. plu. arcend.* & per Flor. *in l. imperatores de ſervitut. urbanorum prædio.* & originaliter iſta fuit quæſt. Plici. 36. quæ incip. quidam ſalinarius, & de iſta materia, & quomodo formari libellus, & poſitiones fieri debeant, vice in materia libellorum compoſita à domin. Pet. Jac. anno. M. 47. in libello ſuper furno, & eſt 20. rubr. & ex illa ſumma, ut plurimum ſumpta eſt prædicta Joan. Petri de Papia, quia nunc utuntur procuratores, licet de dicta ſumma mentionem non faciat.

Tertia

2 Tertia * quæſtio eſt: aliquis promiſit mihi coquere panes in furno ſuo pro tota familia mea, an iſta ſit ſervitus, vel obligatio perſonalis, vide Bald. *in l. ſi plures*, *Codice de condi. inſert.* & ego dixi ſupra circa fin. primæ diviſionis ſervitutum, verſicul. tertio quæro ſi aliquis promiſit, & ſupra in quæſtione quomodo cognoſcatur ſervitus realis. Dic, ut ibi dixi.

3 Quarta * quæſtio eſt, quis promiſit mihi, & Titio, quod poſſim coquere in furno ſuo omni hebdomada decem feſtaria frumenti. Titius deceſſit, utrum portio Titii mihi accreſcat Bald. *in l. unica*, §. *cum autem, de cadu. tol.* format eandem quæſt. & dicit conſidera. Nam ſi conjuncti ſumus re & verbis, venio per jus non decreſcendi: quod etiam in contractibus locum habet. Contrarium dicit eſſe verum, quia cum Titius ſemel fecerit partem, receſſum eſt à jure non decreſcendi, & oportet venire per jus accreſcendi: ut ſubtiliter not. Bart. *de leg.* 3. *re conjuncti. in articulo ſervitut.* ſed jus accreſcendi non habet locum in contractibus lucrativis: ut not. dixit Bald. ſubtili conſideratione.

4 Quinta * quæſtio pulchra: feci pactum cum furnatio, ut coqueret panem pro me, & familia mea ſingulis annis, vel perpetoo: & quod ſibi darem omni anno 10. libras, tunc habebam duos filios tantum, & poſtea mihi nati ſunt plures alii: & iſta familia mea eſt aucta, an teneatur mihi coquere pro eodem pretio. Iſtam q. format Jacob. Butr. *in l. fin. Cod. de ſacroſ. Eccles.* Alber. de Roſ. ponit ſimilem de molendino, *in Auth. hoc jus porrectum, ver. unam aliam pulchram quæſt. eodem titulo in l. non modus*, *C. de ſervitut.* & Joan. de Imo. *in cle. literas* 11. *colum. verſ. quod ſi promittens coquere de reſcriptis.* In qua qu. primo dicendum videtur, quod teneatur: quia promiſit coquere pro familia mea, & iſta nunc eſt familia mea, licet ſit aucta, *ut l. peculium in princi. ff. de pecu.* ubi videtur hoc probari, pro hoc etiam *l. proponebatur, de jud.* pro hoc videtur text. juncta gloſſ. *in l. penult. de fun. inſtrum.* quæ vult not. quod omne univerſale recipiat argumentum, & diminutionem: *ut ibi. & l. grege, de leg.* 1. *& in d. l. peculium, & not. in d. leg.* 1. *de leg.* Sed familia eſt univerſale, quia eſt collectivum ſine aliquo ſigno particulari, vel generali? ut nota. gloſſ. *in l.* 1. *ff. de edend.* & Bart. & Dd, *in l. ſcire debemus in princ. de verb. obl.* Tertio ad idem videtur text. *in l* 2. *in princ. ff. quorum leg. & in l. fin.* §. 1. *in prin. de lib. lega.*

Quarto * videtur probari, *in l. ſi ſervitus in princ. de ſer. urb. præd.* ubi dicitur, quod ſervitus impoſita luminibus, ſimpliciter intelligitur tam de præſentibus, quam de futuris. 5

Quinto, * quia ſæpe inſpicitur, quod evenire poteſt: *ut not. gloſſ. inter ſtipulantem, ſacram. de verb. oblig.* Sexto probari poteſt ratione: nam ſi unus filius moreretur remaneret eadem familia, *d. l. proponebatur, de judic.* & vellet furnarius ſervare ſibi promiſſionem: & ita & è contra, ſi eſt aucta, debet mihi ſervare. 6

Ut * contrariorum eadem ſit diſciplina, *l.* 1. *de his qui ſunt ſui vel alien. juris, cum ſim.* & quia ad quem ſpectat augmentum, diminutio ſpectare debet: *ut eſt text. & ibi Dd. in l. ſi ex toto. de leg.* 1. nam regula eſt, qui poteſt ſentire incommodum, &c. *l. ſecundum naturam. de rer. jur.* & qui in uno gravari poteſt, in alio relevari debet *l. eum* 7

qui

qui, in princip. de jurejur. Septimo, pro hoc facit text. *in cap. quia circa de privileg.* & quod not. Cyn. ſecundum Pet. *in l. placet, in ultim. quæſt. de ſacroſ. Eccleſ.* & quod not. plene Ang. & Floor. *in l. ſervitus, de ſervi. urb. præd.* Octavo facit pro hoc *l. hoc jure, §. aqua. de aqua quotid. & æſtiv.* Nono pro hoc adduco, quod not. Alber. de Roſ. *in ſimili in l. Rutilia Polla. de contrahen. emption.* ubi dicit.

9 Quod * ſi aliquis conduxit unum molendinum cum quatuor rotis, & convenit præſtari modius 10. pro qualibet rota, & poſtea conductor ibi aliam rotam conſtruxit, quod non teneatur pro illa nova rota aliquid ſolvere: & ſic non debet creſcere fructus. Et dicit quod ita fuit determinatum: prout refert Ugol. de Fontan. allegat ad hoc, *l. non modus, Cod. de ſervit.* & vide omnino eundem Albe. *in d. l. Rutilia Pollo.* ubi adducit alias ſimiles, quæſt.

10 Decimo * adduco aliam deciſionem Albe. *in auth. hoc jus porrectum, Cod. de ſacroſ. Eccl.* 10. *col. verſ. unam aliam quæſt. ſubjicio;* ubi dicit, quod ſi paterfam. cum Abbate & conventu ejuſdem monaſterii pactus fuit, quod molendinum dicti monaſterii ſibi & familiæ ſuæ pro certa penſione molere deberet, nec in hoc fuit læſum & deceptum monaſterium tempore pacti initi: poſta quilibet filiorum habet ita magnam familiam, ſicut habebat paterfam. tempore celebrati contractus, quilibet ipſorum vult molere ad molendinum, ſicut faciebat eorum pater: & determinat, quod de ſtricto jure poſſit & allegat, *in d. l. ſervitus.* In contrarium vult, quod imo non teneatur furnarius coquere pro eodem pretio, aucta familia: *per textum in l. non modus, cum his quæ ibi not. per gl. & Cyn. & Doctores Codices de ſervitutibus.*

Secundo * per *l. ſi ita de au. & arg. leg.* ubi dicitur, verba in dubio intelliguntur ſecundum tempus præſens, & pro hoc, *l. ſi cum meus proprius, cum ibi not. ſi ſerv. vend. & C. e. literas, cum ibi no. de reſcrip.* Item pro hoc, qui verba contractus in dubio intelliguntur rebus ſic ſtantibus, *l. quoad ſervitus de cond. ob cauſ.* 11

Tertio, * quod per *l. Rutilia: Polla. de contrahen. empt.* ubi dicitur quod in dubio verba contractus intelliguntur ſecundum quod apparet tempore contractus: & poſtea illum text. inducit. Alber. de Rot. ad plures, quæſt. & ad idem eſt text. *in l.* 1. *eod. tit.* & ibi Alber. de Rot. *in fin.* adducit illum text. ad deciſionem hujus quæſt. in terminis: remittit tamen ſe ad dicta per eum *in d. auth. hoc jus porrectum.* Quarto facit text. *in l. §. item quæritur de aqua quotidiana & æſtiv. & in l. fin. §. fin. in fi. de lib. leg.* 12

Quinto, * hoc videtur probari optima ratione: quia ex perſona hæredum non debet condit. oblig. mutari, *l.* 2. *§. ex his de verb. oblig.* & ibi vide Alber. de Rot. Et arg. iſtud procederet, quando eſſet aucta familia poſt mortem patrisfam. 13

Sexto, * quia ubi creſcit expenſa & labor, debet creſcere pretium ſeu ſalarium: quia tam labor, quam pecunia diviſionem recipiunt: *ut eſt text. in l. amico, in princ. de an. leg.* & ibi pronunt Dd. per illum text. 14

Quod * ſi famulus convenit ſtare cum trib. ſcholaribus pro certo pretio in menſe: & unus ſcholaris moritur, vel recedit, debet diminui ſalarium, ſi alter ſupervenit, debet augeri, ſicut augetur & diminuitur labor, ita hic dicitur, quod ſi augeatur vel diminuatur 15

ſimilia

familia, debet augeri & diminui pretium. Septimo pro hoc adduco tex. *in ca. quanto extra de cenſ.* & ibi ponitur iſta q. per Jo. And.

16 Octavo, quia * regulariter conventio non extenditur ad incogitata, *l. cum Aqui. & l. qui cum tutoribus, de tranſact.* ſed furnarius non cogitavit, quod deberet familia creſcere, ergo &c.

Nono quia * infinitas eſt evitanda,
17 *l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Nam ſi furnarius teneretur pro familia aucta, teneretur etiam ſi in infinitum augeretur, quod non videtur eſſe dicendum, ut ibi, & per hanc potiſſime rationem pro hac parte determinat ibi Jaco. Butr. dicens: quod non obſtat, quod promiſerit coquere mihi & familiæ meæ, quia intelligitur de familia, quam tempore conventionis habebam.

18 Decimo & ultimo * facit, *l. cui fundus, in fin. de cond. & demonſt.* quem tex. *inducit ibi Dyn. & Alber. ad* 1. *q. dom. Azo.* quod ſi conceſſum eſt, quod in aliquo nemore poſſit ligna incide-
a re pro ſe & familia *a* ſua: decedat relictis multis filiis, quod unuſquiſque filiorum non poterit incidere quantum expediat ſibi & familiæ ſuæ, ſed omnes ſimul incidere tantum debent, quantum poterat pater & non plus. Idem inducit ibi Alb. ad aliam quæſtionem.

19 Si aliquis * dederit prædium alicui monaſterio, ut perpetuo deberet molere ſibi & filiis ſuis granum ad molendinum ſuum, poſtea liberi ſupercreverunt.

20 Item * adduco etiam deciſionem Pilei, quam facit in q. ſua 48. quæ incipit, quidam paterfam. in qua tenet, quod ſi monaſterium promiſit mihi & familiæ meæ molere frumentum, non tenetur hæredibus molere in majori quantitate, quam mihi teneretur, propter infinitatem evitandam: quoniam non eſt veriſimile monaſterium ſe voluiſſe obligare ad talem infinitatem: & idem tenuit Bar. Arixienſis, *in quæſt. ſuis, quæſt.* 51. quæ incipit quidam paterfamil.

Et * ad idem allego etiam quæ not. 21
Cyn. ſecundum Pet. *in l. non modus. in fin. C. de ſervit.* ubi per illum text. dicit quod ſi quidam ruſticus promiſit cuilibet Canonico dare x. pro anniverſario: & tempore promiſſionis non erant niſi 10. Cononici, deinde ſunt 30. numquid teneatur omnibus. Et dicit, quod non, quia non poteſt tunc cogitari quot ibi Canonici eſſent, & idem dicit Joan. de Imol. *in Cle liter. in.* 18. *col. de reſcript.* Ego autem in iſta q. ita concluderem, diſtinguendo & concordando iſta jura: aut promiſſio furnarii eſt facta ſub nomine univerſali: aut ſub nomine particulari, aut generali, aut definito. Primo caſu quando promiſſio eſt facta ſub nomine univerſali, ut familiæ meæ *ut dixi ſupra in* 1. *arti. primæ partis*, & ut formavi in q. principali. & tunc teneo primam partem veriorem, videlicet quod teneatur etiam pro familia aucta, per jura ſupra pro prima parte allegata, & potiſſime quia nomina univerſalia recipiunt augmentum & diminutionem, *l. peculium in princip. de leg.* 2. *cum aliis alleg.* §. 1. & 2. *art. primæ partis* Et hoc etiam tenet Cyn. *in l. non modus. Codice de ſerv. & in l. placet. in fin. de ſacroſan. Eccle.* Pet. de Anc. in c. *quanto extra de cenſ.* & hoc intellige, quando filii habitant cum patre, ſecus ſi ſeorſum habitent, quia illa dicitur familia quæ ſimul habitat, *per l. tria onera. de excu. tu.* licet quo ad alia, ſint de familia, *l. fin. Cod. de verb.*

ſignif. Pet. de Anch. Joan. de Ana. *in d.c quinto.* Nec obſtant in argumenta: *b* in contrarium adducta: quia poteſt reſponderi, ſicut poteſt diminui familia, ita poteſt augeri, & è contra: unde propter iſtum dubium eventum non poteſt dici & eſſe aliqua læſio, ſi non fuit inſpecto tempore contractus, *ar. leg. ſi pater puellæ* & quod ibi. not. per Cy. & Dd. *C. de inoſ. teſta.* Secundo caſu, quando promiſſio eſt facta ſub nomine particulari, puta mihi, & duobus filiis meis: & tunc non habet dubium, quia non egreditur perſonas nominatas: quia limitata diſpoſitio limitatum producit effectum. *l. in agris. de acquir. re. do.* & ita poteſt loqui, *l. non modus. Cod. de ſervitut.* ſecundum Cyn. ibi. Tertio caſu quando eſt facta promiſſio ſub nomine generali, puta mihi, & omnibus liberis meis, & tunc ſubdiſtingue: aut promiſſio eſt facta ad certum tempus limitatum, aut in perpetuum, aut ſimpliciter. Si ad certum tempus puta ad 10. ann. promiſit coquere mihi, & omnibus liberis meis. Et tunc intelligo pro omnibus liberis, qui pro tempore reperiuntur: unde ſive creſcant, ſive decreſcant, furnarius tenebitur ſemper pro eodem pretio, cum potuerint partes cogitare hoc evenire poſſe: *ut not. in l. inter ſtipul. §. ſacram. de verb. oblig.* maximè quia verba ſunt generalia, quæ generaliter debent intelligi, *l. 1. §. & generaliter de l. præſtan. & 18. diſt. ſi Romani. cum ſim.* Si vero promiſſio eſt facta in perpetuum, & idem eadem ratione. Nec obſtat ratio infinitatis evitandæ: quia verba infinita repugnant.

22 Poteſt * enim quis ſe obligare in perpetuum *l. 1. §. ſi in perpetuum ſi ag. vect. vel emph.* Et prædicta intelligo vera quando fit augmentum vel diminutio liberorum per nativitatem vel mortem eorum: ſecus ſi creſceret familia ex aliquo caſu accidenti: puta ego ſum creatus miles: vel ſupervenit mihi hæreditas opulenta propter quam ego incepi tenere tres vel quatuor famulos vel totidem pediſſequas, *juxta l. ſed & ſi lege. §. ſi quis re ſua. de peti. hæred.* & quod not. gloſſ. *in Authen. ut judices ſine quoquo ſuf. §. cogitatio in verb. largioris. colum.* 1. quia de iſto non potuit furnarius veriſimiliter cogitare: ergo non tenetur, *l. cum Aq. & l. qui cum tutoribus. de tranſact.* Et ſic non inſpicitur hoc caſu quod evenire poteſt: quia quando præſens ſtatus non indicat contingentiam de futuro, non inſpicitur quod evenire poteſt. *ut d. §. ſacram.* & ibi hoc not. Bart. ſed ſi promiſſio eſt facta ſimpliciter, non expreſſo aliquo tempore: puta promiſit furnarius coquere mihi & liberis meis panes pro 10. liberis in anno & tunc credo, quod licet creſcat familia vel decreſcat in uno anno, non propterea debet creſcere vel decreſcere pretium, per prædicta: ſed poſt annum non cogitur furnarius coquere pro eodem pretio, ſi crevit familia, nec ego teneor idem pretium ſolvere ſi decrevit: imo etiam ſi non eſſet mutata familia: quia dicta promiſſio non durat, niſi ſingulis annis: & in fine cujuslibet quiſque noſtrum poteſt contractum diſſolvere, facit quod nota. *in l. item quæritur §. qui impleto loca.* Quarto caſu principali quando promiſſio eſt facta ſub nomine indefinito: puta promittit furnarius mihi & filiis meis: & tunc credo quod cenſeatur tacite actum de filiis qui reperiuntur tempore contractus, quia de futuris in dubio non videtur actum ſecundum propriam ſignifica-

Digitized by Google

ſignificationem verborum: *ut probatur in l. ſervitus ibi, humanius eſt de ſervitut. urbanor. prædior.* & not. per Bartol. *in l. ſi pluribus de leg.* 2. & ſic intelligitur de rebus ſic ſtantibus, & probatur etiam hoc *in l. non modus, C. de ſer.* intelligendo quod ibi fuerunt verba indefinita, & pro hoc eſt text. *in l. ſi ita, & in l. medico, in prin. de aur. & arg. leg.* & ad hoc etiam allego, quod not. Cyn. *in l. placet in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & quia iſta q. eſt ſatis difficilis, prædictam materiam, & deciſionem ſubjicio correctioni cujuslibet melius ſentientis: *& dicam etiam in l. pronuncia, paragrapho familiæ. de verborum ſignificat.*

13 Sexta * q. an liceat facere furnum in muro communi, invito ſocio, vel juxta murum vicini eo invito. De hoc dic, *ut dicam in ſeq. titul. de fornace, & fornello. in princip.* Ultimo de iſta materia furni vide per Albe. de Ro. *in ſuo opere ſtatutorum, in prima parte quæſt.* 135. & per Angel. *in l. inter quos, in princip. de dam. infect. & vide quæ dixi* ſupra de puteo, in plurib. q. *& maximè in ver. ſed quæro numquid, & vide quæ dicam infra de balneo. ſive ſtufa, & camino, & cellario.*

ADDITIO.

a *Familia.* Quod familia alicujus dicatur ejus familia poſt mortem ſuam, vide Alex. 2. *vol. conſi.* 20. *in* 1. *col.* §. *bene faciunt.* Quod veniat appellatione familiæ. vide Corn. 3. *vol. conſ.* 229. b *Argumen.* Argumentum à contrario ſenſu, quando habet locum, vide Alexand. 2. *vol. conſ.* 17. Et utrum in contractibus habeat locum argument. à contrario ſenſu; *in* 4. *vol. conſi.* 5. & Corneum 1. *volum. conſil.* 168. *in* 2. *vol. conſil.* 24. & 43. & 110. & 119. *in* 3. *volum. conſi.* 31. & *in* 4. *vol. conſil.* 266. & 308.

c *Contract.* Contractus declaratur ex quantitate pecuniæ: vide Corn. 1. *vol. conſ.* 116. & *in* 2. *vol. conſ* 40. & 75. & 180. & *in* 3. *vol. conſ.* 190. & 201. & *in* 4. *vol. conſil.* 255.

CAPUT. LI.

De Fornace.

1 *Fornacem an quis in muro, vel fundo communi conſtruere poſſit?*

2 *Fornacem an quis in muro proprio juxta vicini murum conſtruere poſſit?*

3 *In fornace ſi ignis periculum exiſtat, ne vicini paries flamma corruat, quid juris?*

4 *Fumus ſi aſcendat de fornace ad vicini domum, an propter hoc contra fornacis dominum, agi poterit?*

5 *Fornacis propter ignem ſi villa, vel domus exuſta fuerit, an contra fornacis dominum agi poſſit, & qua actione?*

Quæritur * primo, an quis poſſit in muro, vel fundo communi conſtruere fornacem? & dicas regulariter, quod non: quia in re communi melior eſt conditio proh bentis; *l. Sabinus, communi divi.* niſi fundus ille eſſet deputatus ad fornacem, *l. arboribus, de uſufruct. & l. ædiles communi divi. & leg. cum duobus, §. item Mela. pro ſoc. & not. gloſſ. & Dd. in d. l. Sabinus & habetur in l. parietem, de ſerv. urb. præd.* fallit etiam in aliis caſibus not. *in dict. l. Sabinus, & in reg. in re communi lib. 6. & vide quod dicam infra de cellario, & quod dixi ſuprà de pariete* 1

ſive muro, & de ſervitute tigni immit. in 4. *quæſt.*

2 Quæritur ſecundò, quis vult conſtruere fornacem in muro proprio juxta murum vicini. Et dubium facit, *l. fin. ſi reg.* quæ vult, ut ſi quis domos ædificat, pedes duos debet relinquere, ſi murum unum tantùm pedem. Ego teneo quod potius muro, quam domui hoc æquiparetur, & ſic ſufficiat relinquere unum pedem: *per d. l. fin.* & hoc voluit gloſſ. *in leg. quidam liberus, in ver. parietem, de ſervitute urbanorum prædiorum.* quæ dicit, quod infra duos pedes, vel unum, *per d.l. fin.* & eſt ratio, quia fornax non eſt locus, niſi eſſet conjuncta domui ad habitandum ſicut reperitur in multis fornacibus. *argum. l. plerique de in jus voc. juncta l. prædio. §. balnea de leg.* 3. *& l. eo jure §. ſtabula in quibus cauſ. pig. tac. contrahatur.*

Quæritur * tertio, quid ſi in fornace eſt periculum ignis, ne flamma paries vicini corruat, dico, quod non poteſt conſtrui ita penes fundum vicini, quod ejus paries poſſit damnum pati ex flamma, vel igne: *ut eſt caſus in d. l. quidam liberus.* & hoc tenet ibi Angel. *in ultim. col. in princ. per illum text.* de quo vide etiam quod dicam in ſeq. tit. circa princ. & quæ dicta ſunt de fundo proprio vicini, idem dicendum eſt de communi: quia juxta ipſum non poteſt quis fornacem conſtruere: ſicut non poteſt prope fundum alienum vicini: *ut ex text. in l. quidam liberus.* ubi paries communis & alienus in hoc æquiparantur, *& adde quæ dixi ſupra de furno, in* 1. *q.*

4 Quæritur * quarto, quid ſi fumus aſcendit de fornace ad domum vicini, an propter hoc poterit agere contra dominum fornacis? dicas quod non regulariter, *per l. ſi cui §. Ariſto. ſi ſerv. vend.* de quo vide quæ dicam infra de furno.

Quæro * quintò, quid ſi propter ignem fornacis, villa, vel domus exuſta eſt, an contra dominum fornacis agi poſſit, & qua actione *vide text. l. ſi ſervus ſervum, §. fornicarius,* & quod ibi not. per glo. & DD. *ad l. Aquiliam.* quæ dixi ſupra de furno *in* 4. *quæſt.* Et quæ dicta ſunt de fornace, habent locum etiam in fornello, qui fit cauſa cineris, coquendi, alia de cauſa. 5

CAPUT LII.

De Balneo, ſive ſtuſa.

1 *Balneum, vel ſtuſam facere etiam invito ſocio in communi licitum eſt, dum tamen ex hoc communis paries non lædatur, alias ſecus.*

2 *Balneum conſtruere in pariete proprio juxta vicini parietem, an licitum ſit?*

3 *Balneum qualiter de jure conſtrui poſſit?*

4 *Balneum, ſeu ſtuſam, an uſufructuarius poſſit in fundo uſufruct. conſtruere?*

5 *Balneum, vel ſtuſam ad uſum publicum, an inquilinus, vel uſufruct. deputare poſſit?*

6 *Balneator, ſeu ſtuſar. an de receptis teneatur, ſicut nautæ, caupones, ſtabularii?*

7 *Balneorum, & thermarum calefactiones an munera perſonalia eſſe dicantur?*

IN muro communi * licitum eſt balneum vel ſtuſam facere etiam invito ſocio, dum tamen ex hoc paries communis non lædatur, alias ſecus *ut probatur* 1

probatur in l. fiſtulam, in princip. & §. 1. *de ſervit. Urban prædior.* & *in l. quidam Iberus*, §. *fin.* & tenet hoc Joan. Pet. de Papia. *in ſuo ultim. li. in antepen. gloſſ. verſ. & ſi paries*, & ideo ſi ex flamma balnei exuratur paries communis, hoc facere non licet, *argument. l. fiſtula. ſi ſervit. vend. in l. ſi ſervus ſervum.* §. *ſi fornicarius, ad l. Aquil.* & in eo pariete non poſſunt injungi tabulæ vel vaſa vitrea, quib. in altum flamma tollatur, & paries comburatur: *ut d. l. quidam Iberus ver. de tabu. ut not. Angel. in l. inter quos in princip. in pen. column. de dam. infect.*

2 Sed quæro * numquid in pariete proprio juxta parietem vicini ſit licitum balneum conſtruere, & dic quod ad duos pedes ipſum facere non licet, per quod paries vicini comburatur, & hoc tenet Angel. *in d. l. quidam Iberus, in principio in ultim. quæſt.* ego autem non credo, quod duo pedes ſint menſura propriè, per quos quid diſtare debeat: licet text. cum gloſſ. ſecundum unam expoſitionem hoc ſentiat, *in d. l. quidam Iberus*, ſed teneo quod tantum quis debeat diſtare, quod non noceat ei, à vicino fundo: & ita loquitur, *d. l. quidam Iberus*, quam ſic intelligo, & ita etiam dixi in præcedenti tit. in 3. quæſt.

3 Qualiter * autem balneum de jure conſtrui poſſit, vide text. cum ibi not. per gloſſ. & Dd. *in l. 1. Cod. de ædifi. privat.*

4 Numquid * uſufruct. poſſit balneum, ſeu ſtufam conſtruere in fundo uſufruct. & dicas quod non, *ut eſt tex. in l. æquiſſimum*, §. *item ſi dominum* & ibi Flor. *de uſufruct.* & ſic ibi videtur caſus quod ſcholaris in domo conducta non poſſit facere ſtufam invito, vel inſcio domino: licet ibi loquatur de uſufruct. quia eadem eſt ratio.

Nam * ſi uſufruct. qui habet plus juris quam inquilinus, vel conductor, non poteſt, multò minus poterit conductor, vel inquilinus. Prædicta intelligo vera in partibus in quibus balnea ſive ſtufæ privatæ non habentur communiter in uſu, ut eſt hic Paduæ: ſed in locis in quibus eſſe conſueverunt, ut in Alemania, ſecus, *argum. l. fin. in fi.* & uſu quotidiano ſemper hoc verſatur, *Cod. de fidejuſſo* & ibi hoc not. per D. & not. Bart. *in l. errore, Cod. de teſt.* qui dicit *per d. l. fin.* quod conſuetum tacitè ineſſe videtur, quia ea, quæ ſunt in uſu quotidiano pro expreſſis habentur, pro hoc *l. quod ſi nolit.* §. *qui aſſidua de ædil. edict.* & quod ibi lat. ſcripſi.

Sed * an inquilinus, vel uſufruct. 5
poſſit ſtufam, vel balneum ad uſum publicum deputare? dic quod non, ſecundum Flor. *in d.* §. *ſi dominus per illum textum.*

Sed poteſt dubitari an balneator, 6
ſeu ſtufarius teneatur de receptis, ſicut nautæ, caupones, ſtabularii: dic quod ſic: *ut notat Guil. de Cu. in l.* 1. §. *item, ff. naut. cau.* balneator in publ. balneo ſi quid projiciatur, poteſt agere actione injuriarum, *text. eſt in l. 2.* §. *ſi quis in mari, ne quid in loc. publ.* religioſi intrare poſſunt Balneum tempore neceſſitatis 24. *quæſt.* 1. omnes qui, & ibi not. in gloſſ. ac etiam tempore neceſſitatis die dominico balneum conceditur, *de conſe diſtinct.* 3. *prævenit. ut not. gloſſ. in d. c. omnes qui.* An autem ſenatuſcon. quod prohibet legari, vel vendi ea quæ ſunt conjuncta ædibus, *ut l. ſenatus de contrahend. emption.* & *l. cætera*, §. *hoc ſenatus el. 2. de leg.* 1. habeat locum in balneis, &c. dic quod ſic, *text. eſt in d. l. cætera*, §. *hoc ſenatus el. 2. in princ.* item numquid appellatione domus contineantur bal-

nea *vide l. prædiis, §. balnea, leg.* 3. & quod ibi not. facit quod dixi in eodem tit. præced. in 2. quæſt.

Item * adde, quod calefactiones thermarum, & balneorum dicuntur eſſe munera perſonalia: *ut eſt text. in l.* 1. *in princ. de mun. & ho.* quem text. intellige de balneis publi. ſicut erant thermæ Domini Diocl. Imperatoris, quarum ædificium miræ magnitudinis adhuc Romæ extat. Ultimo de balneo vide omnia quæ dixi ſupra, *de ſervitut. projiciendi, in* 2. *quaſt.* & *vide l. ſicuti, Paragrapho fin. ſi ſer. vend.* & *l. qui inſulam, Paragrapho primo, Digeſtis loca.* & *in l. qui Bal. in principio qui po. in pi. hab.* & *inſtitut. de li. oblig. Paragrapho multis in fin.*

CAPUT LIII.

De Fumo.

1 *Ædificia inferiora habens ſi ignem faciat, & per foramen, vel per feneſtras fumum in ſuperiora ædificia immittat, an poſſit?*

2 *Apes alienas ſi quiſpiam fumo facto fugaverit, vel necaverit, qua actione teneatur?*

1 HAbens ædificia * inferiora ignem facit, & per foramen, vel per feneſtras fumum in ſuperiora ædificia mittit, an poſſit, & videtur quod non per textum not. in *l. ſicuti, Paragrapho Ari. ſi ſervitut. vend.* In contrarium videtur text. *in Paragrapho fin. in. ea l.* Ego nunc diſtinguendo ita breviter concludo: Aut eſt ſervitus conſtituta, & nulli dubium eſt, *ut not. per gloſſ. in d. Paragrapho Ariſtot.* Aut ſervitus non eſt impoſita, & tunc aut vult immittere ſervitutis jure, & non poteſt: *ut eſt caſus in d. §. Ariſto.* ſecundum intellectum gloſſ. aut vult immittere jure ſuo: & tunc aut facit animo injuriandi, & non poteſt: imo ſi tunc mittit, tenetur actione injuriarum, *l. pen. de inju.* & ibi Angel. & not. gloſſ. *in d. §. Ariſt.* & dixi ſuprà *de ſervitut. projiciendi, in* 2. & 5. *quæſt.* in dubio tamen non præſumitur animus injuriandi, vel nocendi, *gloſſ. eſt not. in l. fluminum, §. fin. de damn. infect.* aut non facit animo injuriandi, ſed immittit jure ſuo: & tunc aut facit ignem ſolitum, & conſuetum pro uſu ſuo, & familiæ: & poteſt, ut eſt caſus qui ita debet intelligi, *in d. l. ſicuti, §. Ariſto. in princip.* Aut facit ignem inſolitum, puta nimis gravem: & tunc non poteſt: *ut d. §. fin. ibi*, fumum non gravem, à contrario ſenſu, & ita poteſt intelligi, *§. Ariſto.* & ita tenet ibi Barthol. Flor. & Paul. de Caſtr. & dixi ſuprà, *de ſervitut. projiciendi, in* 2. *q.* quod bene not. quia vidi ſæpenumero habitantes inferius immittere fumum per foramen, aut per feneſtras ad ædificia ſuperiora, aut habentes furnos, & furnellos, & ex his mittere fumum in domos vicinas, quia contra eos agi non poteſt, nec prohibere, ſi faciunt ignem ſolitum, ſecus ſi inſolitum, puta comburendo paleas, vel ſtramen, ut quandoque fit, & adde quæ dixi ſuprà de fornace, *in* 4. *quæſt.*

Si quis * autem fumo facto apes 2 alienas fugaverit, vel etiam necaverit, quia mortis cauſam præbuiſſe videtur magis, quam occidere, in factum actione tenebitur: *ut eſt tex. in l. ſi quis fumo, ad l. Aquil.*

CAP-

CAPUT LIV.

De Scalis.

1 *Scalas muro communi apponere licitum eſt uni ex ſociis, ſi nullum damnum parieti fiat.*

2 *Scalæ lapideæ an juxta murum communem per unum ex ſociis apponi poſſint?*

3 *Scalæ non ſolum ſi quiſpiam velit appropinquare, ſed etiam tigna vel lapides immittere, an poſſit?*

4 *Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum?*

5 *Scalæ in muro alieno, an & quomodo opponi poſſunt?*

6 *Scalas in ſolo publico juxta domum ſuam ſi quiſpiam ædificare voluerit, an poſſit?*

7 *Scalas in muro ſupra ſolum vicini vel publicum, an quis facere poſſit?*

8 *Scalæ, an domus appellatione veniant?*

9 *Scalis admotis ſi quis muros civitatis aſcenderit, quomodo puniatur?*

10 *Scalas apponenti muro alterius cauſa ingrediendi ejus domum, quæ pœna ſit?*

1 SCalas * muro communi apponere licitum eſt uni ex ſociis, ſi nullum damnum parieti fit, *tex. eſt cum gl. in l. fiſtul. §. fin. de ſerv. urb.* & hoc modo debet intelligi gl. *in l. quidam Iberus in ver. ſerv.* ibi, *ſecus autem in ſcalis, eodem tit.* quæ facit differentiam inter tubulos, & ſcalas: quia per tubulos committitur damnum parieti communi ex flamma ignis, ſed per ſcalas appoſitas non ſolet fieri communiter damnum parieti, & iſta fuit intentio gl. licet ibi Ang. eam reprobet, ſed ſi per ſcalas fieret læſio, tunc apponi non poſſunt muro communi invito ſocio, *per d. l. Iberus, & d. l fiſtulam, in princip.* Ange. tenet hoc *in d. l. quidam Iberus in fin. & l. inter quos in princip. de damn. infect. in 4. col. verſi. ſimiliter ſcalas lapideas juxta murum communem &c.* & Flor. *in l. Sabinus, in fin. communi div.* Et dicuntur ſcalæ non afferre damnum, ſeu læſionem in muro communi, quando non impediunt ipſius parietis refectionem, vel quando ſublato pariete communes ſcalæ per ſe ſtare poſſunt, alias ſecus, *ut dict. l. fiſtulam. §. juxta,* ubi hoc notat Bart. & Dd. vel quando aliud impedimentum, ſeu damnum fieret ipſi muro communi, puta quia oſtium fieri debeat, vel feneſtra, vel aliud ædificium quod per dictas ſcalas impediretur, vel incommodaretur, *arg. d. l. quidam Iber. & d. l. fiſtulam in prin. & l. fiſtulas, ſi ſer. ven. & l. ſi communes ædes, communi div.* & per id quod not. *gl. in l. Sabinus eo tit.* Et ex his ſequitur: quod ſcalæ ligneæ poſſunt regulariter apponi per unum ex ſociis juxta murum communem, quia faciliter removeri poſſunt: *ut dicit text. in d. l. fiſtul. §. fi.* & ſic communiter damnum communi muro inferre non poſſunt, ſi tamen damnum inferrent, apponi non poſſunt, ut dixi.

Sed * quid de ſcalis lapideis, an apponi poſſint juxta murum communem per unum ex ſociis? Et videtur quod non, quia faciliter removeri non poſſunt, per *d. §. fi.* contrarium dic, ſcilic. quod poni poſſunt, quia ſublato pariete per ſe ſtare poſſunt: *ut d. l. fiſtul. §. juxta* & ibi Bart. ſi modo muro communi nullum damnum fiat, & ita tenet Angel. *in d.l. inter quos in 4. col.* In hoc tamen eſt differentia: quia facilius poſſunt nocere ſcalæ lapideæ quam ligneæ, ſed cæteris paribus nulla eſt differentia: 2

quia ubi nullum ſit damnum per eos fieri poſſunt, aliter non; & ita vidi obſervari, & in ſumma not. pulchram regulam pro ſociis habentibus inter ſe commune, puta in muro vel domo communi ſi quæritur utrum unus eorum poterit aliquid appropriare, vel apponere in muro communi; nam debet attendi an illud quod appropriatur vel apponitur, poſſit per ſe ſublato muro vel domo ſubſiſtere: quia tunc poteſt apponi, alias ſecus: item an impediat refectionem communis parietis vel domus, & non poteſt, ſi non impeditur, poteſt: ut probatur *in d. §. juxta.* item an afferit aliquod damnum vel non, ut patet ex prædictis, quæ procedunt, ut dixi, non tantum in ſcalis, ſed etiam in quacunque alia re vel ædificio, quod eſt valde not. quia per hoc multæ quæſt. decidi poſſunt, quibus adde quæ dicam infra proxim. quæſt. & infra de ſolario.

3 Quid * autem dicendum, ſi quis vult non ſolum ſcalas appropriare, ſed etiam mittere, puta earum tigna vel lapides, an poſſit? Et videtur, quod debeat diſtingui, ut de appropriatione dictum eſt, in contrarium videtur, videlicet quod indiſtincte poſſit: *per tex. cum gloſſ. in l. ſi communes ædes in verſ. mittere, communi div.* item quia in re communi licitum eſt uni ſocio aliquid facere quando alterius ſocii nihil intereſt, *l. quidam liberus § parietem de ſerv. urb. præd. & not. gloſſ 2 in princip. in l. Sabinus. communi div.* Ego autem teneo, quod regulariter non poſſit, quia in communi non poteſt invito ſocio aliquid facere: & melior eſt conditio prohibentis *d. l. Sabinus.* niſi murus communis eſſet ad hoc deſtinatus, *ut ibi not gloſſ.* facit ad hoc quod dixi *in tit. præced. de fornace in 1. quæſt.* nec obſtat text. cum gloſſ. *in d. l. ſi communes ædes.* quia debet intelligi quando ædes erant ad hoc deſtinatæ, ut ibi fierent ſcalæ, & ita etiam intelligit ibi Flor. Nec obſtat quod dixi, quando non intereſt ſocii, poteſt alter ſocius in muro communi immittere: quia non poteſt intereſſe tigna vel lapides non immittantur, ut de ſe patet. In hoc tamen poſſet ſic diſtingui, aut murus eſt communis quoad omnia, quia ſic actum fuit & conventum inter ſocios: & non habet dubium quod etiam pro ſcalis in eo poſſunt immitti tigna & lapides & ſimilia: aut eſt actum, quod murus ſit communis tantummodo ad unum uſum, puta pro dividendo viridarium, & tunc etiam clarum, quod nihil poteſt immittere.

Quia limitata * diſpoſitio limitatum producit effectum, *l. in agris de acquir. re. dom.* & pro hoc vide omnino quæ dixi ſupra de pariete ſive muro, *in pen. q. verſ. occurrit mihi.* Aut nihil eſt 4 actum expreſſe inter ſocios quod conſtet: & tunc aut murus apparet communis ex eo, quia in eo ſint appoſita tigna vel trabes, vel lapides; & tunc in dubio reputabitur communis ſaltem, quantum ad hoc: & ideo quilibet ex ſociis poteſt ſcalas immittere aut tigna vel lapides pro ſcalis ſuſtinendis: Et ita poteſt intelligi text. cum gl. *in l. ſi communes ædes in ver. immittere, communi divi.* Et hoc intelligo, quando murus eſt ſufficiens & idoneus ad ſuſtinendum talia onera: alias ſecus *ut l. in parietis de damn, infect. & l. cujus ædificium de ſerv. urb. præd. & dixi ſupra de ſervit. tigni immit. in 4. quæſtio.* aut murus apparet communis ex alio, puta quia ſunt feneſtellæ vel annuli ab utraque parte, vel ſim. *de quibus vide ſupr. de pariete ſive muro verſ. 2. principaliter eſt videndum.* & tunc in dubio

dubio credo quod non poſſit: quia regulariter in communi re melior eſt conditio prohibentis, *d. l. Sabinus*. Nam negari non poteſt, quod per dictam immiſſionem tignorum, vel lapidum quibus ſcalæ ſuſtentantur, non fiat aliqua læſio muro communi, ſi tamen fiat talis miſſio, per quam nullo modo poteſt intereſſe alterius ſocii, puta quia modica eſſet miſſio facta, nec pondus magnum ſuſtineret murus, propter talem miſſionem, tunc fortaſſe poſſet: *ut d. l. quidam Iberus*, §. *parietem.* & *gloſſ* 2. *in d. l. Sabinus*, & ita alias vidi judicari. Hoc tamen an intereſſet vel non vicini, relinquendum ex arbitr. judi. qui inſpecta qualitate muri & loci & miſſioni judicare debet. *argument. l.* 1. §. *fin de jur. delibe.* & *c. de cauſis*, *de offic. de leg.* & prædictis adde quæ dixi ſupra *de ſervitut. tigni immit. in* 4. & 5. *qu. de pariete. ſive muro verſ.* 3. *principaliter eſt videndum cum ſeq.*

5 Videmus * de muro communi, an poſſint ſcalæ juxta cum apponi, vel immitti? tunc dicamus de muro alieno, in quo ſic breviter eſt concludendum: Aut quis vult ponere ſcalas ligneas, vel lapideas immittendo tigna, vel lapides in muro, & non poteſt invito aut non conſentiente Domino: imo Dominus muri poteſt propria auctoritate illud quod immiſſum eſt in muro ſuo tollere, vel deſtruere, *l. quemadmodum* §. *ſi protectum, ad leg. Aquil.* & *leg. qui vitem*, §. *ſi ad januam*, *quod vi aut clam.* de quo dic, ut dixi ſupra *de ſervitut. tigni immit. in* 6. & 7. *queſtion.* Aut quis vult ponere ſcalas prope murum in alienum, nihil in muro immittendo: & tunc aut vult tangere murum ita, ut requieſcat in eo, & non poteſt per dicta jura, & *per l. fiſtulam.* §. *juxta de ſerv. urban. præd.* Aut vult tangere etiam non requieſcendo: & idem eadem ratione, facit, *l. vulgaris in princip. de fur.* dum dicit, qui aurem hominis tangit, totum hominem tetigiſſe videtur. Aut quis vult ædificare ſcalas prope murum alienum, ipſum non tangendo: & tunc ſubdiſtingue, aut ſunt ſcalæ ligneæ aut lapideæ; ſi ſunt lapideæ, vel de muro, & tunc aut habent fundamentum in terra, ita quod murus dici poſſit: & credo quod non poſſit niſi ſtent remotæ per unum pedem: *per l. fin. fini. regun.* & ita intelligo Bald. & Flor. *in d. l. fiſtulam*, §. *fin.* qui dicunt, quod idem jus eſt ſcalis, quod eſt de muro: aut non habent fundamentum in terra, ita quod proprie murus dici non poteſt: & tunc ædificare poterunt prope fundum alienum, dummodo ipſum non tangant: quia tum non habet locum, *l. fin. fini. regund.* ſi vero ſunt ſcalæ ligneæ, teneo quod indiſtincte ædificare poſſit prope fundum alienum, dummodo ipſum non tangat, nec in eo aliquid immittatur, etiam ſi ſcalæ ſint affixæ ſuper tignis affixis in ſolo ædificantis prope fundum alienum circa unum pedem, *arg. l. Titius fin. regund.* quod not. quia eſt quotidianum. Et prædicta procedunt, quando quis ædificavit in ſuo ſcalas prope fundum alienum.

Sed * quid ſi aliquis vult ædificare ſcalas in ſolo publico juxta domum ſuam, an poſſit? Videtur quod non: quia regulariter prohibitum eſt privato in ſolo publico auctoritate propria ædificare, *l.* 2. & *per totum*, *ne quid in loco public. cum ſimilibus.* In contrarium videtur, quando quis haberet porticum in ſolo publico, vel ſtillicidium ſupra ſolum publicum, quia quatenus ſe protendit ſtillicidium, vel porticus, videtur quod ſub eo poſſit ædificare ſcalas 6

ſcalas , & ſimilia. *argum. l. fin. in fin. de ſerv. urb. præd.* & ita in multis locis reperiuntur. In hoc puto , quod loci conſuetudo ſervanda ſit , *leg. an in totum.* & quod ibi not. per gloſſ. & Dd. C. *de ædifi. priv.* Sed ubi non apparet de conſuetudine , teneo quod fieri non poſſit: quia locus publicus ſub ſtillicidio , vel porticu remaneret publicus : *ut dixi ſupra de oſtio ſive porta , verſic. alia eſt quæſt. ſimilis.*

7 Poſſet etiam dubitari ; an quis poſſit facere ſcalas in muro ſupra ſolum vicini, vel publicum. Et dicas regulariter , quod non *per l. fin. in fin. de ſerv.* fallit quando fieret ſub ſtillicidio ſuo, quatenus protenditur ſtillicidium, *l. fin. §. fin. de ſervit. urban præd.* Item fallit quando ſervitus eſſet impoſita : *quod vide ſupra de ſerv. proji in 2. 3. 4. & 5. quæſt.* & de pariete ſive muro *in 6. & 7. quæſt. infra in ſequent titu in princip.* & quod dicam infra de neceſſario.

8 Quæro * an appellatione domus veniant ſcalæ. Dic aut ſcalæ ſunt extra domum , ſeu extra oſtium domus, & tunc non continentur appellatione domus, & ideo maleficium quod fit in ſcalis exterioribus extra oſtium domus, dicitur non eſſe factum in domo ſecus ſi eſſent interiores, & ita not. Bartol. & Flor. *in leg. fiſtulam. §. ſi de ſerv. urb. præd.* Et propterea ſequitur aliud quod quis poteſt capi pro debito in ſcalis exterioribus : nec habet locum , *l. plerique, de in ius voc.* & adde prædictis, *leg. creditor. §. fin. cum ibi not. de act. act. empt. & quod not Bal in l. Gallus § ſi adſi. ad fin. de liber. & poſthu.* & quod plenè dixi ſupra de clauſtro, ſeu conclavi, & porticu. *in 2. quæſt.*

9 Quæritur etiam * quid ſi ſcalis admotis quis muros aſcenderit civitatis ? Dic quod capite puniri debet, *l. fin de re. di. & ibi per Dd.* Item ſi quis aſcenderit caſtrum quod habet murum vel valla lignea : ſecus ſi foſſas tantum loco murorum : *ut eſt caſus ſing. in l. deſertorum, §. nec non , de re milit.* ſecundum Ludov. Rom. *in quodam ſuo ſingulari.*

10 Ultimo quæro, * quæ ſit pœna apponenti ſcalas muro alterius cauſa ingrediendi in domum. Vide Bald. omnino *in l. fin. de re judi. & quæ ipſe not. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & cleric.* & vide text. *in §. oper. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi deli. naſ.* & gloſſ. 22. *quæſt.* 3. *illud ſanè.*

ADDITIO.

a *Civitatis.* Civitas muri circumdata an poſſit elevare murum , vel ſuper aſcendere, vide Corn. 3. *volum. conſ.* 76. *incip præſens.*

CAPUT LV.

De Ferratis.

1 *Feneſtris ſuis ſi quiſpiam fecit apponere ferratas protendentes extra murum ſuum ſupra vicini ſolum , an poterit ?*

2 *Feneſtras ſuas ferratas ſi quiſpiam verſus ſolum , vel domum vicinii habeat , quæ ſic per* 30. *vel* 40. *annos ſteterunt . & ipſemet eas tollere velit , vicinus autem contradicat , quid juri ?*

3 *Feneſtras ſi quis verſus domum , vel etiam fundum vicini habeat per quas in domum vicini ire poteſt , an cogi poſſit , ut feneſtras ferratas ponat , ut ſibi dicta facultas intrandi tolletur ?*

Quia

QUis fecit feneſtris ſuis ferratas apponere protendentes extra murum ſuum ſupra ſolum vicini, quæritur an poterit: Et dicas regulariter, quod non, *per l. fin. ff. de ſerv. & l. ſi iterum, §. penult. quod vi aut clam.* quia ſolum vicini debet eſſe liberum uſque ad cælum, *ut ibi.* ſed hoc fallit, quando eſſet ſervitus impoſita, vel quando fieret ſub ſtillicidio ſuo, quatenus ſtillicidium ſe protendit *per l. fin. de ſerv. urb. cum ibi not.* facit. quod dixi ſupra de ſcalis, *verſic. poſſet etiam dub.* & quod dicam infra de ſpeculariibus. Item fallit quando fieret ſupra ſolum public. quia ita ſervatur de conſuetudine, *per l. an totam, C. de ædif. priv.*

2 Quid * ſi aliquis habeat feneſtras ſuas ferratas verſus ſolum, vel domum vicini, quæ ſic ſteterunt per 30. vel 40. ann. ipſe vult tollere eas, vicinus contradicit, dicens quod non poteſt de jure, quia ſibi eſt quæſitum jus per dictum tempus, *argum. l. omnes, & l. ſicut. C. de præſcript. 30. ann.* Item quia intereſt ſua, ne vicinus, vel alius poſſit per dictas feneſtras venire in domum ſuam, quæritur quid juris. In hac q. puto ſic dici poſſe, aut eſt ſerv. & conſtituta, ut retineantur ferratæ, &. non poteſt eas auferre, aut non eſt conſtituta, & tunc aut alius voluit auferre, & fuit impeditus per vicinum & propter impedimentum, & per contradictionem deſtitit auferre, & elapſum eſt tempus ſufficiens ad præſcribendum iſtam ſervitutem, *& idem per l. hæc autem jura cum ibi not. & gloſſ. & Dd de ſervit urb.* aut non eſt tranſactum illud tempus, & tunc licet non ſit præſcripta ſervitus, tamen propter iſtam deſtitutionem, & contradictionem contradicens eſt conſtitutus in quaſi poſſeſſione ilius juris remanendi ferratæ. *text. eſt cum gloſſ. not. in l. qui luminibus ff. de ſerv. præd. & l. 1. C. de ſervit. & ibi not. per Dd.* aut nunquam fuit contradictum: & tunc aut ille vult tollere ferratam in deſpectum vicini, vel ut noceat vicino principaliter, puta ut poſſit per illas feneſtras viſitare domum vicini propter filiam ſuam, vel pediſſequam, vel alia cauſa ſimili, & non poteſt, *argum. l. 1. §. denique, de aqua pluv. & in l. in fundo, de rei vend. & in l. opus. cum gloſſ. de oper. publ.* & pro hoc vide quod not. Cyn. & Dd. *in l. altius, C. de ſerv.* In dubio tamen non præſumitur animus nocendi, *gloſſ. eſt valde not in l fluminum. §. fin. in gl. pen. in fi. de damn infect.* aut vult tollere ferratas pro aliqua commoditate domus ſuæ & poteſt, licet noceat vicino, *ut probatur in d. l fluminum. §. fin. cum l. ſequu. quæ incipit. Proculus.*

Sed quid è contra? * quidam habet feneſtras, verſus domum, vel fundum vicini per quas poteſt ire in domum vicini, an poſſit cogi, ut ponat feneſtras ferratas, ut tollatur ſibi dicta facultas intrandi? Dic breviter, quod non quia nemo cogitur in ſuo laborare, niſi ſit impoſita ſervitus, *ut habetur in l. fin. cum l. ſequent. de aqua plu. arcend.* & quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter. *l in re mandata. Cod. man* Eo autem caſu quo tenetur habere feneſtras ferratas in ſuo, ſi reperiantur fractæ vel ætate conſumptæ, an ipſe teneatur iterum reficere, & ſumptibus ſuis? Teneo quod ſic *per leg. & ſic forte, §. etiam, verſic. nam in omnibus, ſi ſerv. vend. conjuncta, l. eum debere, de ſerv. urban præd. ad quod adde quod dixi ſupra de ſerv. oneris ferendi verſ. hujus autem ſerv. & ſupra de ſtillicidio non avertend. ver. circa iſtam ſervitutem*, imo etiam plus 3

dico, quod etiam deſtructæ vel extructæ eſſent in totum ferratæ de feneſtris, ſicut fit quandoque per ſtipendiarios tempore guerræ, & etiam quia domus vel murus in quo ſunt ferratæ, corruerit, an ſi reficiantur feneſtræ, teneantur refici ferratæ, & dico quod ſic, *pro quo vide quod dixi ſupra, de ſerv. ſtillicidii avertendi, in 8. quæſt.* Ultimo adde prædictis, quæ dixi ſupra *de ſtillicidio ſive tecto, in 1. q. & ſupra de pœna.*

CAPUT LVI.

De Solario.

1 *Solarium ſi quiſpiam ædificare velit ad hoc ut ſuſtineatur, in quo loco ipſum affigere debeat?*

2 *Murus quomodo cognoſcatur an ſit communis, vel non, & an ſit communis pro diviſo, vel indiviſo?*

3 *Solarium quod eſt infixum muro communi vel alieno jure ſervitutis, an pavimento vel lateribus cooperiri poſſit?*

4 *Solarium unum vel plura ſi una domus habeat, & pars inferior ſit unius, pars vero ſuperior alterius ſicuti Venetiis contingit, ſi ille qui partem ſuperiorem habet non habeat aditum veniendi ad ipſam, niſi per ſcalas per partem inferiorem, numquid per illam venire poterit?*

5 *Solarium ſuperius domus alicujus ſi quiſpiam habeat: in quo quotidie habitantes currant, vel ejus pueri ſalient vel pulſent, ita quod exiſtentibus in parte inferiori impedimento ſint, quid juris?*

1 SI quis * vult ædificare ſolarium, in quo loco debet ipſum affigere ut ſuſtineatur? dic quod aut muri undique ſunt ſui, & in eis poteſt tigna ponere, & iſtud non habet dubium: aut muri ſunt communes vicino, & tunc aut pro diviſo aut pro indiviſo. Primo caſu poteſt, quatenus durat pars ſua eadem ratione & non ultra, niſi eſſet ſervitus impoſita per ea quæ ſtatim dicam; Si pro indiviſo, tunc poteſt imponere quatenus durat murus, ſi murus eſt ad hoc deſtinatus, *ad hoc vide quod dixi ſupra. de ſcalis. verſi. quid autem dicendum.*

Quomodo * autem cognoſcitur an murus ſit communis vel non, an ſit communis pro diviſo vel indiviſo: *vide quæ dixi ſupra de pariete ſive muro in 1. & 2. quæſt.* aut murus eſt alienus, & regulariter non poteſt: quia in re aliena non eſt licitum aliquid immittere citra ſervitutem, niſi domino volente, *ut leg. quemad. §. ſi protectum, ad l. Aq. de quo vide quæ ſupra dicta ſunt de ſcalis verſi.* videamus nunc de muro communi. Sed prope murum alienum ſuper trabibus vel lignis poſitis vel requieſcentibus in ſolo ſuo inferiori bene poteſt ædificare ſolarium, nec eſt opus dimittere ſpatium aliquod etiam unius pedis: quia non habet hoc caſu locum *l. fin. fini. reg.* & ita vidi ſæpe obſervari in ſolario & ſtillicidio: quia poſſunt prope murum vicini ædificari, dummodo ipſum non tangant, neque ſuper eo requieſcant, ſed trabibus exiſtentibus in ſuo quod nota, quia quotidianum eſt. 2

Sed * quæritur, an quis poſſit ſolarium, quod eſt infixum muro communi vel alieno jure ſervitutis, pavimento vel lateribus cooperire, dic regulariter quod ſic. Fallit ſi propter talem coopertura nimium gravetur murus in quo requieſcit ſolarium: nam tunc non poteſt, *arg. leg. cujus ædificium de ſerv. urb.* 3

urb. præd. Nam in tali ſolario non poteſt dominus imponere magnum pondus: puta frumenti, vel bladi, quando murus commode ſuſtinere non poſſet, quod eſt notandum contra multos qui habent granaria.

4 Sed pone, quod una domus habet unum ſolarium vel plura pars inferior eſt unus: pars ſuperior eſt alterius, ſicut Venetiis in multis domibus contingit, ille qui habet partem ſuperiorem non habet aditum veniendi ad ipſam: niſi per ſcalas vel partem inferiorem: an per illam poterit venire? Dic quod non niſi ſit impoſita ſervitus: ſed debet facere ſcalas aliud: *ut probatur in l. via conſ. tui §. quæcunque, de ſerv. ruſt. præd. & ibi hoc not. Bald. Flo. Paul. de Caſtr.* & ego plenius dixi *ſupra de ſerv. itineris ſive aditus, ver. unum. alium pulchrum caſum ubi omnino videas.*

5 Quid * autem ſi habens ſolarium ſuperius in quo quotidie currant, vel ejus pueri ſaltent, vel pulſent, ita quod ſint impedimento exiſtenti in parte inferiori. Dic aut hoc fit in deſpectum & damnum vicini, & non poteſt, *per ea quæ dixi ſupra in titul. præcedenti, in 2. q. vide ibi.* Aut hoc non fit in deſpectum ſeu damnum, ſed pro uſu familiæ ſuæ: & tunc poteſt, *per l. fluminum, §. fin. cum ſeq. de damn. infect. & pro hoc vide optimum text. in l. ſicuti, §. Ariſt. ſi ſerv. vend.* ubi etiam habetur quod ſi projiceretur aqua in ſolario cauſa ſcopandi, vel propter calorem, & aliquid de aqua caderet inferius, propter hoc non tenetur, *circa quod vide omnino quæ dixi ſupra, de ſerv. projii. in 2. quæſt.* Ultimo adde pro complemento materiæ quæ dicam infra de mœniano.

CAPUT LVII.

De tigno injuncto.

1 *Ædes duæ eadem contignatione contextæ ſi pluribus legentur, quiſque legatarius habebit quatenus pars ſua ſibi legata duret, nec unus contra alium agere poterit, ut tigna non exiſtant, ſicuti teſtamenti, vel mortis tempore erant.*

2 *Tignum unum, vel una tigni contignatio ſi unam domum tegat, & poſtea inter plures dividatur, illud tignum ſociorum cuilibet proprium eſt quatenus tigni longitudo verſus partem ſuam ſe extendit.*

3 *Tigna immiſſa debent immiſſa remanere tempore quo domus pluribus vel inter vivos, vel in ultima voluntate aſſignatur, ſicut prius ante aſſignationem vel diviſionem extiterunt.*

4 *Domos duas unica contignatione contextas ſi quiſpiam habeat, & unam vendat, aliam autem ſibi reſervet, an emptor, venditore invito, tigna aut cæmenta retinere poterit, tigna aut cæmenta retinere poterit, quæ in domo vendita requieſcunt?*

5 *Molendinum in flumine publico ſi facere velim, in ripam viæ publicæ tigna immittere potero?*

SI duæ * ædes eadem contignatione contextæ pluribus legentur, quiſque legatarius habebit quatenus pars ſua ſibi legata durat, nec unus poteſt agere contra alium, ut tigna non ſint uti tempore teſtamenti vel mortis erant, *l. binas ædes de ſerv. urb. præd.* 1

Ex quo*notandum eſt, quod ſi unum tignum vel una contignatio tigni

tegit

tegit unam domum, & poſtea dividitur inter plures: quod illud tignum eſt proprium cuilibet ſociorum quatenus longitudo tigni ſe extendit verſus partem ſuam, *ut d. l. binas ædes, & ibi hoc notant Dd.*

3 Item * not. alium ex prædictis, quod tigna immiſſa debent remanere immiſſa tempore quo domus aſſignatur pluribus vel inter vivos, vel in ultima voluntate, ſicut erant prius ante aſſignationem vel diviſionem, *quibus adde quæ dixi ſupra de clauſtro, in 3. qu.*

4 Sed * quid ſi habens duas domos unica contignatione contextas, unam vendit, aliam ſibi reſervat, an emptor poterit invito venditore retinere tigna aut cæmenta, quæ requieſcunt in domo vendita? Dic quod non, niſi forte contractus aliter ſe habeat: *ut l. quod conclave de damn. infect.* Unde ſis cautus emptor, ut facias in inſtrumento emptionis apponi, vel tigna vel cæmenta remaneant, prout nunc ſunt pro ſervitute oneris ferendi, *ita dicit. Angel. in d. l. binas ædes, de ſervitut urbanorum prædiorum & in d. l. quod conclave,* ſecus eſt quando domus legaretur alteri, quia ſemper intelligitur legari cum ſervitute oneris ferendi: prout erat tempore teſtamenti: *per d. l. binas ædes*, & ita eſt in hoc differentia inter contractus & ultimas voluntates ſecundum Bart. Ang. & D. *in d. l. quod conclave.* An autem & quando ſit licitum tigna immittere in communi muro, *vide omnino Angel. & Doctores in l. inter quos, in princip. in pen. colum. in fin. de damn. infect. & plenius per eundem in l. quidam Iberus, in fin. de ſervit. urban prædior. & vide quæ plenius dixi ſupra de ſervit. tig. immit in 4 quæſt. & adde omnino quæ dixi ſupra de pariete ſive muro, in pen. qu. verſ. occurit mihi circa præd.*

Sed * quid ſi volo facere molendinum in flumine publ. an poſſim tigna immittere in ripam viæ publ. Dicas quod non, niſi volente eo qui habet propre viam fundum, *argument. l. maritus de acquirend. rerum dom. & pro hoc gloſſ. inſtitution. de rer. diviſ. Paragrapho riparum, & ita tenet Bartol. in dict. leg. maritus. & in l. quominus in ſeptima quæſtion. de fluminibus ubi plenius per eum in rub. eodem titulo*, cætera circa iſtam materiam *vide ſupra de ſerv. tig. immit. & ſupra de clauſtro ſeu conclavi & porticu, & ſupra de pariete ſive muro, & not. in tit. de tig. injun. & vide omnino quæ dicam in ſeq. rubrica in princ.* 5

CAPUT LVIII.

De onere ferendo.

1 *Tigni immittendi inter ſervitutem & oneris ferendi quæ differentia ſit.*

2 *Verba, promitto ferre, vel ſubſtinere onera domus tuæ quid importent.*

3 *Servitus oneris ferendi ad factum competit.*

4 *Servitus oneris ferendi an perſonalis actio eſſe dicatur.*

5 *Murus vicini ſi ſervitutem oneris ferendi debeat, ſi domus corruat, vel refectione indigeat: & ipſe vicinus non vult reficere, ſed ei cedere, & mihi relinquere, an poſſit.*

6 *Murum oneris ferendi caſu quo vicinis reficere teneatur, qualiter iſta refectio fieri debeat.*

7 *Murum communem ſi duo habeant, qui onera ædium communia ſuſtinebant, & eorum alter ipſum deponere velit & melius fundare ac graviora*

graviora pondera ſuperimponere, an altero ſocio invito facere poſſit.

8 *Molendinum commune ſi duo habeunt & unus molas meliores imponere velit, an etiam alter ad expenſas teneatur.*

1 QUæ ſit * differentia inter ſervitutem tigni immittendi. & oneris ferendi dubitari poſſet Et dic quod eſt in ſignificatione verborum ſeu ordine: *ut probatur in l. eum debere columnam, de ſervit. urban præd. juncta l. ſicuti in princ. ſi ſerv. vend. quod ſic declaro.*

2 Hæc verba promitto ferre vel ſuſtinere onera domus tuæ: hoc importat, ut dominus ædium ſervientium ſeu ipſæ ædes aliquid faciant. Habet enim ſe in iſta oratione domus ſerviens per modum agentis: quia iſta debet ſuſtinere onera: & agit hunc actum ſuſtinendi onera: ſed in his verbis, quod liceat tibi immittere tigna, nihil importat, quod debeat facere domus ſerviens, ſed conceditur facultas Domino ædium dominantium, *ut probatur in l. eum debere conjuncta d. l. ſicuti, in princ. ſecundum Bart. qui ita not. in d. l. ſicuti, in princ. & adde quæ ſcripſi ſupra de ſervitute oneris ferendi, verſ. ſed quæro, quis mihi debet ſervitutem*, plenius declaravi quomodo cognoſcatur ſervitus oneris ferendi, & ſervitus tigni immittendi, & quomodo una cognoſcatur ab alia.

3 Et ex his * nota, quod licet aliæ ſervitutes regulariter non competant ad factum, ſed ad patientiam tantum: *ut l. quoties §. 1. de ſerv.* tamen aliud eſt in iſta ſervitute oneris ferendi: quia competit etiam factum *& l. ſi forte, §. etiam. ſi ſerv. vend. de quo ut dixi ſup. de ſer. one. feren. ver. hujus autem ſervit.*

4 Et quo * not. aliud quod licet caſu quod alicui incumbit onus ferendi non dicatur ſervitus, ſed potius obligatio perſonalis, *l. ſi ſervitus §. futuro & ibi not. de ſerv. urban. præd & habetur in l. fin. §. fin. ff. de con. empt.* tamen hoc fallit in ſervitute oneris ferendi, *ut d. §. etiam, & ibi hoc not. Flor.* De hac ſervitute oneris ferendi, non videtur fieri mentio, niſi in prædio urban. *l. eum debere columnam, ff. de ſervit. urban. ſecundum Flor. in d §. etiam.* Sed tu dic, quod poteſt eſſe in prædio ruſtico, *ut dixi ſupra de ſervit. oneris ferendi in princip. dic ut ubi.*

5 Circa iſtam * ſervitutem oneris ferendi, pone, murus vicini debet ſervitutem oneris ferendi & ſuſtinendi onera domus: ſic corruit, vel refectione indiget, vicinus tenetur onera reficere, non ego. *ut d. §. etiam, & dixi ſupra de ſervit. oneris ferendi, verſi. ſed nunquid ille.* Quid ſi vicinus non vult reficere, ſed ei cedere & mihi relinquere, an poſſit? Et dices quod ſic: quia iſta eſt obligatio in rem, non in perſonam: *textus eſt not. in l. & ſi forte, §. Labeo ſi ſervit. vend. quod facit ad not. per Bart. & Dd. in l. is cum quo, de aqua plu. arcend. & per. Flor. in d. §. etiam & per gloſſ. in cap. quæ in Eccleſiarum, extra de conſtit.*

6 Quæro * etiam caſu quo vicinus tenetur reficere murum oneris ferendi qualiter debeat fieri iſta refectio? *vide textum & quod ibi not. in d. leg. & ſi forte, §. modus.* & adde, quod parietem proprium quis meliorem, quam in ſervitute impoſitus eſt, facere poteſt, non deteriorem: quia tunc tenetur actione confeſſoria, vel prohiberi poteſt, de nov, ope. nun. *per d. l. & ſi forte, §. fin. cum ſequ.* ubi etiam poni

ponitur quis ſit eventus harum actionum.

7 Item * quæro, duo habent murum communem, qui ſuſtinet onera communia, puta ædium ſuarum: alter eorum vult eum deponere, & melius fundere, vel alio modo ipſum fortiorem facere, forte ut poſſit bararnum ſuum voltæ lapideæ fundare, vel forte graviora pondera ſuperimponere quam conſuevit, quæ ſecundum ſui primam formam ſuperimponi tunc non poſſet: quæritur, an poſſit invito altero ſocio, & dicas quod non, *text. eſt*, *& ibi hoc not. Did.n*[illegible]*l. parietem,de ſervit. urb.prædio.* niſi paries eſſet ad iſtum uſum deſtinatus, vel niſi hoc eſſet actum, vel niſi indigeat tali refectione: & ex his modis poteſt intelligi *l. ſi communes ædes*, *communi divi.* & ibi hoc not & habetur per Bart. *in l.in parietis communis, & in l. damni. §. cum parietem*, *de dam. infect. & per Cyn. & Dd. in l. ſi ut proponas. Cod. de ædific. privat. Et per d. l. parietem,* ſecundum Bald. & Dd. ibi fuit determinata iſta quæſtio.

8 Quod * ſi unus ex habentibus commune molendinum vult imponere molas meliores, & alter ſociorum non vult teneri ad illas expenſas: quod non teneatur, quia melior eſt conditio prohibentis *l. Sabinus communi divid.* Nec obſtat *l. cum duobus*, *§. idem reſpondit, ſocius qui ceſſantis*, *pro ſocio*, per quam quidam dicebant contrarium quia ibi res erat aliter peritura, non facta ibi expenſa: hic ſecus. & eodem modo debet reſponderi, *ad l. ſi ut proponis, Cod. de ædificat privat.* An autem actio quæ competit pro illa ſervitute oneris ferendi, ſi ædes plurimum dominorum ſint, competat inſolidum? Dicas qui d. ſic, *ut d. l. & ſi forte*, *§. plurimum,ubi vide.* Item in hac actione veniunt fructus, id eſt,commodum, quod haberet, ſi onera ædicum ejus vicinus ſiſtineret: *ut text. eſt in d. l. ſi forte*, *§.pen.* Cætera circa illam materiam vide *ſupra*, *de ſervit. oneris ferendi.*

CAPUT LIX.

De Refectione.

1 *Reficere quid propriè ſit?*
2 *Rem propriam an quis reficere teneatur?*
3 *Converſantibus per viam publicam ubi eſt domus ruinoſa, per quod remedium ſuccurratur?*
4 *Domus diruta; ſi deformitatem in civitate pariat, quod remedium contra dominum intentandum eſt?*
5 *Domus vel res quando aliena fuerit, an & quomodo, & per quem refici debeat?*
6 *Idoneitas intelligitur, quando in extremo non peccat quoniam nullum extremum laudabile eſt.*
7 *Actio quæ competat ſocio reficere volenti in caſu permiſſo contra alium ſocium prohibentem?*
8 *Sociorum unus ſi ſuo ſumptu ædificium commune jure ſocietatis, ſeu communionis reficiat ad uſum, ad quem paratum, ſeu deſtinatum erat, verbi cauſa domum ruinoſam, aut molendinum in flumine, aut parietem communem, an contra illum qui recuſavit, agere poterit?*
9 *Dominium partis alicujus rei, quæ refectione indiget, an in reficientem ipſo jure tranſeat, vel requiratur ſententia, & numquid tranſeat etiam poſſeſſio;*
10 *Socius alicujus rei, qui rem reficit, an ſuo, vel communi nomine refeciſſe*

ciſſe dicatur.

11 *Parietem communem ſi unus ex ſociis reficere velit, alter vero timeat, ne ex ea refectione ſibi damnum immeat, qualiter ſibi ſuccurratur?*

12 *Parietis refectio oneris ferendi ſervitutem debentis, ad quem ſpectat?*

13 *Si quidam nobilis promiſerit comitatenſi cuidam reficere pontem: qui pons tunc parvus erat, & poſtea in tantum acqua crevit, quod pontem creſcere neceſſe fuit, qualiter iſta nobilis teneatur?*

14 *Paries alienus ſi per medium pedem in alterius domum inclinaverit, an contra eum agi poſſit, ut ipſum erigat & reficiat?*

15 *Rem uſufructuariam reficiendi onus, ad quem ſpectat?*

16 *Rei uſufructuariæ refectio ad quem ſpectat?*

17 *Fundus ſi locatus eſt, vel etiam domus, refectionis impenſa ad quem ſpectat?*

18 *Emphyteuta, libellarius, ſeu feudatarius, an fundum, vel quid aliud reficere teneatur: ubi etiam quid de re dotali. num. 19.*

20 *Fructus vel reditus alicujus fundi, vel domus ſi legetur, refectio ipſa ad quem ſpectabit?*

21 *Eccleſia & clerici an teneantur ad reparationem murorum, ſeu refectionem fortiliciorum civitatis, & pontium & viarum, & portarum, & aquæductuum?*

22 *Eccleſiam parochialem an laici parochiani teneantur reficere, an vero clerici?*

23 *Eccleſiæ ædificatione ſi jus patronanatus acquiratur: an etiam ex refectione, vel reparatione quæratur?*

24 *Tutor an pupilli ædificia collapſa, & deformata reficere poterit?*

25 *Refectio rei ſervitutem debentis ad quem ſpectat?*

26 *Opus novum an nunciari poſſit ædificium vel cloacam reficienti?*

27 *Domus refectio an pia cauſa dicatur?*

Quia in materia ſervitutum pluries occurrit de refectione, & maxime in ſervitute oneris ferendi, ideo de eo aliqua utilia videamus.

Et * primo, quid ſit reficere. Dic, reficere eſt rem ad priſtinum ſtatum reducere; hoc eſt, ne quis dilatet, aut producat, aut exaggeret, *ut eſt tex. in l. 3. §. reficere, de iti actuque privat.* 1

Secundo * numquid aliquis compellatur rem propriam reficere? dic, aut quæritur de domo ſeu re ſua, aut aliena, aut de communi. Primo caſu aut domus eſt deſtructa prorſus uſque ad aream: & tunc non compellitur eam reficere quia de novo quis non compellitur ad reædificandum, *ut l. ſingularium. C. de ædif. pri. & ibi hoc not. gloſſ. & in l. ad curatoris, de damn. infect.* iſta enim videtur eſſe nova conſtructio, non refectio *l. 1. §. ſi quis ædificium de nov. oper. nun. & l. inter ſtipul. §. ſacram. de verb. oblig.* Fallit in curialibus, *ut d. l. ſingularium*, fallit ſecundo, quando per ſtatutum vel conventionem id eſſet tantum. Fallit tertio quando eſſet impoſita ſervitus oneris ferendi in domo deſtructa: quia tunc cogeretur eam reædificare dominus ſuis ſumptibus ad hoc ut poſſit onera ſuſtinere, *l. eum debere columnam, de ſerv. urb. præd.* Aut domus non eſt in totum deſtructa, quia non eſt diruta uſque ad aream: & tunc ſive ſit unius, ſive plurium, debet refici. Et poteſt dominus cogi per procuratorem ſeu adminiſtratorem, *a* reipub. ut reficiat, & in quantum non ſit potens, ſumptu publico refici debet, *text. eſt not. in d. l. ad curatoris. & ibi per gl.* 2

& Dd. & habetur in l. ſi præſes. ff. de off. præſid.

3 Ex quo not. * quod licet converſantibus per viam publicam, ubi eſt domus ruinoſa, ventum habens non ſuccurratur per remedium cautionis damn. infect. quia non timetur damnum in rem, ſed in perſonas, *ut l. qui binas, & l. qui damn. de damn. infect. in fin.* tamen ſubvenitur alio remedio; qua poſſunt judicis officium implorare, ut aut rem in totum deponant, aut reficiant, ut tranſeuntibus damnum dari non poſſit, & ita ſentit gloſſ. *in d. l. ad curatoris* & ibi hoc not. Angel. & ita alias, dum eſſem judex procuratoris communis Veronæ, coegi quemdam ad reficiendum domum ſuam ruinoſam, quæ tranſeuntibus minabatur ruinam.

4 Item * ex hoc not. aliud, quod quando domus eſt diruta, & deformitas perducitur in civitatem, ſi dominus ad refectionem eſt potens, poteſt compelli ut reficiat, & hoc ſpectat ad officium curatoris & in quantum ille non ſit potens, dictus curator ſumptu publico illam reficiat, ſeu reficere poterit, niſi intra tempus à judice aſſignatum reficiatur, cum uſuris eam reſpub. detrahere poterit pro jure dicti ſumptus, & uſurarum, *ut eſt text not. in d. l. ubi Ang. & Dd. de damn. infect.* Poteſt etiam dominus, ſi non habet unde reficiat cogi ad vendendum alteri, qui ſit potens ad reficiendum, & ſi eam juſto pretio vendere non poſſet, non cogitur ad vendendum, ſed licite poterit à repetere tantum, quantum ſufficiat ad reparationem domus, dictum eſt ſingulare aureum Spec. *in tit. de ſatis d. §. hoc qui alleg. in ar. l. leg. in prin, ad Syt. & l. 3. §. fin. C. ſerv. qui pro præ lib. accep.* quod dictum Spec. ſequitur Ludo. Ro. 331. *not.* quod inci. not. quod in pluribus locis tibi faciet honorem.

5 Secundo caſu * principali, quando res vel domus eſt aliena in totum, an cogatur reficere? Et regulariter dicas quod non. Fallit quando de hoc eſſet facta promiſſio. Fallit ſecundo, *in caſu not. l. ſicuti ſi ſer. vend. in pr.* de quod dixi ſupra *de ſerv. oneris ferendi verſ. quomodo autem paries, vel colum.*

Tertio caſu principali quando domus: ſeu res eſt communis plurimum dominorum: & tunc ſubdiſtingue. Aut nullus vult ædificare, aut reficere, & nullus compellitur, niſi quando timetur damnum tranſeuntibus, vel quando inducit deformitatem civitati: quia ſicut unus dominus cogi poteſt: ita & plures, *per d. l. ad curatores, de damno infect. & ſupra dixi in primo caſu princ.* Aut uterque vult reficere, & tunc aut concordant in refectione, & non eſt dubium: aut diſcordant in modo reficiendi: tunc aut vult unus reficere in majori quantitate quam prius eſſet, alter in eodem ſtatu, & iſte ultimus præfertur, iſtud eſt propriè reficere, *l. 3. §. reficere de intin actuque privat.* & pro hoc vide quæ dixi ſupra *titul. proxim. verſicul. & per prædictam parietem.* Aut quilibet vult reficere juxta priorem formam diverſis tamen modicis idonee *leg. in reficiendo. & ibi hoc not.* Dyn. Barto. & Doct. *de damn. infect.* & Angel. *in d. l. quidam Iberus in princ. in 3. colum. verſ. reſtat videre de ſerv. urb. præd.*

Ubi * dicit, quod idoneitas debet intelligi quando non peccat in extremo? quia nullum extremum eſt laudabile, *ſecundum Philo. & probatur in d. l. in reficiendo cum gl.* Aut unus tantum vult reficere; alter vero non, & tunc ille qui vult reficere, vult reducere in melio- 6

meliorem ſtatum rem quam prius eſſet: ſed non eſt neceſſarium, puta quia eſt molendinum habens duas molas, & vult imponere meliores, & alter non cogitur, *l. parietem, de ſerv. urb. præ. & ibi hoc not. Dd.* & tunc procedit illa regula, quod in communi melior eſt conditio prohibentis, *l. Sabinus communi divid. & dixi in præcedenti tit. ante fin.* Aut vult unus tantum reædificare rem communem reducendo ad priſtinam formam: & tunc aut vult in re communi reædificare jure ſervitutis & non poteſt: *d. l. parietem*, aut vult ædificare jure communionis: & tunc aut vult facere id ad quod erat parata res ſeu deſtinata, & poteſt invito ſocio, *l. cum duobus, §. idem reſpondendum, & §. idem Mela pro ſocio, & l. in tantum. §. in commune de rer. diviſ. & l. ſi communes ædes, & ibi not. communi divi.* aut res non eſt ad hoc deſtinata, & tunc aut eſt actum, & poteſt, aut non eſt actum, & tunc aut non intereſt alterius ſocii prohibere, & poteſt eo invito reficere, *l. fiſtulam, § pen. & fin. de ſerv. urban. præd. & l. quidam iberus, Paragrapho fin. eod. titul.* Aut intereſt alterius ſocii. & tunc eſt melior conditio prohibentis, & ita loquitur, *d. l. Sabinus, communi divid. & d. l. parietem*, & ita tenet Cyn. *in d. l. ſi ut propoſuis, Cod. de ædif. pri.* & pro hoc habes expeditum perfecte iſtum articulum.

7 Tertio * quæro, quæ actio competat ſocio reficere volenti in caſu permiſſo, contra alium ſocium prohibentem. Dic aut res eſt communis inter plures hæredes, & agi poterit judicio fam. erc. *l. 1. & per totum ff. fam. erc.* aut inter non hæredes, & tunc non jure ſocietatis, & competit judicium communi divi. vel uti poſſ. *l. ſi quis communes ædes, communi, div.* aut eſt communis jure ſocietatis ad hoc principaliter ordinatæ & tunc poteſt agi pro ſocietate, *text. eſt cum gl. in §. inter quos, Inſtit. de oblig. quæ ex qua contra. & not. Aug. in d. l. quidam Iber. in princ. 2. col.*

Quarto * quæritur, numquid ſi unus ſociorum ſuorum ſuo ſumptu reficit ædificium commune jure ſocietatis, ſeu communionis ad uſum, ad quem paratum, ſeu deſtinatum erat, puta domum ruinoſam, aut molendinum in flumine, aut parietem communem, an poterit agere contra illum qui recuſavit? Dic, aut ſuo nomine, aut nomine communi, aut dubitatur quo nomine, primo caſu recuperat, *l. ſi ut. C. de ædif. pri.* ſecundo caſu quando reficit nomine communi, & res eſt communis jure ſocietatis, & ſocius fuit requiſitus, & contumax imponendo expenſam, & tunc habet tria remedia. Primum quod reficiens uſque ad quatuor menſes ſumptus repetere poteſt cum uſuris centeſimis. Secundum quod elapſis dictis quatuor menſibus, reficiens conſequitur rem refectam jure dominii. Tertium quod ſi non vult conſequi jure dominii, poteſt repetere omnes ſumptus, & intereſſe, *caſus eſt not. in l. cum duobus. §. idem reſpondit ſocius qui ff pro ſociet, & in d. l ſi ut propoſuis, Cod. de ædific. privat.* & eſt veriſimile, quod propter ſocietatem, & contumaciam non audiatur volens cedere rei, alias eſſet ſecus *l. cum uſufruct. de uſufruct. ſecundum Aug. in d. l. quidam Iberus, in princ. ad quod adde quæ dixi in titul. præc. verſ. circa iſtam ſervitutem.* Et not. quod propter ſecundum remedium, quod eſt ſingulare: videlicet, quando res communis indiget refectione, puta domus, vel molendinum: & unus ſociorum ab altero requiſitus non expoſuit ſumptus pro parte ſua, ſi alter ſocius reficit in totum de ſuo, & poſt refectio-

nem non requirit ſociū, quod reſtituat ſibi ſumptus pro ſua parte, quod ſi ſtat per quator menſes à die refectionis factæ per alium ſocium, & non reſtituat pro parte ſua, dominium totius tranſit pro refectione, text. eſt elegans *in d. l. ſicut proponis, & in d. §. idem reſpondit, ſocius qui ceſſantis.* quod perpetuo tene menti.

9 Et * numquid dominium tranſeat ipſo jure, vel requiratur ſententia numquid tranſeat etiam poſſeſſio, *vide per gl. & Dd. in d. §. idem reſpon.* Aut contumax non fuit contumax in reficiendo: & tunc ſolum agitur ad ſumptus, *ut l. ſocius, §. ſi tectum ff. pro ſoc.* & ita tenet Ang. *in d. l. quidam Iberus, in princ.* aut res eſt communis non tamen jure ſocietatis: ſicut contingit in duobus communiter rem ementibus, aut duobus legatariis: vel hæredibus ejuſdem rei, vel alio modo in conjunctione incidentibus: & unus iſtorum reficit rem communem ſuo ſumptu proprio: & tunc aut alter ſocius fuit contumax: & habent locum duo prima remedia, ſcilicet repetitio ſumptuum cum uſuris, adjudicatio dominii contra contumacem, qui noluit in ſumptu conferre. Sed tertium non habebit locum, ſcilicet ut poſſit agere præciſè, ut refundantur ſumptus cum omni intereſſe, *tex. eſt in d. l. ſi ut proponis.* aut alter ſocius non fuit contumax: quia non fuit requiſitus, & hoc caſu conveniri non poteſt, niſi tantummodo pro reſtitutione fructuum *d. l. ſi ut proponis, & not. in d. §. idem reſp. & Angel. in l. quidam Iberus.*

10 Tertio * caſu principali, quando dubitatur quo nomine ſocius refecerit, an ſuo, an communi. Dic, quod in dubio videtur refeciſſe nomine communi, *leg. merito, ff. pro ſoc.* quia hoc eſt ſibi licitum, contrarium eſt illicitum *leg. ſi is, C. de ædif. priv.* Item quia faciens nomine proprio, intelligitur donare ſumptus: donatio vero in dubio non præſumitur, *leg. cum in decimo, de prob.* ita tenet Ang. *in d. l. quidam Iberus, in princip. in 3. col.*

Quarto * quæritur, quid ſi unus ex ſociis vult reficere parietem communem: alter vero timet ne ſibi damnum immineat ex ea refectione, qualiter ſibi ſuccurratur, vide plenè per Barto. *& Dd. in l. damni infecti. §. cum parietem de damn. infect.* & pleniſſimè Ang. *in l. inter quos, & in l. in pariete eo tit.* per Ioan. Pet. de Papia, *in uti li. in gl. antepen.* 11

Quinto * quæritur ad quem ſpectat refectio parietis debentis ſervitutem oneris ferendi? dic ad eum qui debet ſervitutem, & non ſolum de pariete exiſtente tempore ſervitutis, ſed etiam de ſurrogato, *l. eum debere col. de ſerv. urb. præd. & vide quæ dixi ſupra de ſerv. oneris ferendi vide l. ſicuti in pr. ſi ſerv. vend.* 12

Sexto * quæritur: quidam nobilis promiſit cuidam comitatenſi reficere pontem: tunc pons erat parvus, poſtea crevit aqua, quod oportet creſcere pontem, qualiter iſte nobilis teneatur? Iſtam q. diſputavit Franc. Accurſ. Bald. eam ſic decidit. *in leg. non. modus, Cod. de ſervi.* aut augmentatum eſt onus refectionis intrinſecæ circa eandem latitudinem pontis: ut quia aqua perfodiens hoc facit, ut neceſſaria ſit major impenſa ſolito: tunc pertinet ad nobilem: quia eſt augmentatio intrinſeca, aut eſt augmentatio extrinſeca in majori latitudine pontis: & tunc eatenus ad nobilem non pertinet: quia tempus contractus inſpicitur, *d. l. non modus, & l. 3.* 13

&

& l. Rutilia Polla. de contrab. emt. & l. Damni, §. ſi is qui de damn. infe. & l. hoc jure §. ſi aqua. de acq. quot. & aſti. & de rivis l. 1. §. pen. de verbor. oblig. l. quicquid aſtringendæ, eo titul. per quas leges Franc. Accur. determinavit, per illam promiſſionem nobilem non teneri.

14 Septimo * quæritur, ſi paries alienus per medium pedem inclinavit in domum alterius, an poſſit contra eum agi, ut ipſum erigat, & reficiat? dic quod ſic, text. eſt not. in leg. ſi cum meus in final. & in leg. ſi quomodo in princip. ſi ſervit. vend. & ita tenet. Joan. Pet. de Papia in ſuo ult. lib. in gloſſ. antepen. ad fin. quot not. pro turri, quæ Bononiæ pendet ſupra turrim Aſcellorum.

15 Octavo quæritur * ad quem ſpectat onus reficiendi rem uſufructuariam? dic, aut quæritur de cura, & ſollicitudine refectioni, & iſta ſimpliciter pertinet ad uſufructuarium leg. 1. in final. uſufr. quemadm. cavea & l. inter fructuarium de damno infect. & l. 1. §. fin. de nov. ope. nun. & not. Bart. quem omnino vide in l. cotem ferro. §. qui maximos in pen. col. in final. de Public. Aut quæritur de impenſa: & tunc aut eſt magna, & pertinet ad proprietarium, aut eſt parva, & ſpectat ad uſufructuarium, l. hactenus, & ibi not. de uſufru. & leg. eum ad quem & ibi per gloſſ. & Dd. Codic. de uſufruct. & leg. damni infect. & ibi not. per gloſſ. & illa eſt communis opin. An autem ſit facienda differentia, an uſuftuctuarius habeat uſumfructum ex cauſa lucrativa, vel oneroſa & Flo. in leg. hactenus 7. ff. de uſufr. videtur dicere, quod ſit facienda differentia, videlicet quod habens ex oneroſa, non teneatur etiam ad modicam, per d. l. ſi qui dominium, & l. ſi quis fundum. ff. locat. de qua dic ut infra dicam in 13. quæſt. Et quando eſſet tanta impenſa, ut æqui valeret receptioni fructuum, non teneatur uſufructuarius, quia ego reputo eam magnam impenſam, argum. l. qui concubinam, §. qui hortos de leg. 3. & per ea quæ not. Bart. in leg. his verbis, §. idem teſtator. eod. tit.

Nono quæritur, * ad quem ſpectat 16
refectio rei uſuariæ? dic ut per text. not. & quod ibi not. in l. ſi domus de uſu, & hab. ubi ſit alia diſtinctio, quam uſufructuario.

Decimo * quæritur, ſi locatus eſt 17
fundus, vel domus, ad quem ſpectat refectionis impenſa? dic ad dominum locantem, non autem ad conductorem, l. ſi merces, §. ſi vis major. loc. & l. ex conductio in princip eod. tit. & vide textus cum gloſſ. in d. l. ſi merces, §. conductor. & in ſum. & ibi per Pet. Cyn. & Dd. Cod. de pign. & ideo ſic ſtatutum dicit quod quilibet ante domum teneatur ſcopare, ſcholares vel alii domum conducentes non tenebuntur, quia non poſſident, l. non ſolet. ff. de loc. & ſi ſolverent, volunt imputare locatori pro penſione, vel repetere actione ex eo contractu, & ſi non ſolverent, poſſent occupare domum, leg. ædiles, ff. de via publica, ſecundum Pet. Cyn. & Doctor. in d. l. in ſumma. & idem tenet Rofred. in libello. de offic. ju. ne quid fiat in via public. in final. & idem tenet Albert. de Roſ. ſecundum Odofred. in ſuo opere ſtatutorum. in prima parte, quæſt. 135. & Flor. in leg. ſi pendentem. §. ſi quid cloacarii ff. de uſufruct. & vide Paul. de Caſtr. in dict. leg. ex conducto, princip. ff. loca. & Bald. in leg. ob. cauſam, ff. de act. & oblig. & intellige prædicta quando conductores cogi poſſunt ad refectionem, vel purgationem viæ expenſis tamen penſionis,

ſionis, *ut d. l. ædiles*, item intellige, ſi
quis gratis habitet, ſi purgatio eſt ta-
lis, quod pertinet ad utilitatem mo-
mentaneam, ſecus ſi ad perpetuum, *l.*
4. § 1. *de impen. ſecundum Bart. qui ita*
not. in l. ædiles. Item adde, quod viam
deſtructam quis reparare, ſeu refice-
re tenetur, quatenus protenditur lati-
tudo ſuæ domus, *ſecundum Ang. in l. fin.*
per illum tex. C. de ædifi. privat.

19 Undecimo quæritur, * quid in em-
phyteuta, ſeu libellario, ſeu feudata-
rio? Dic cum iſti poſſideant, & ha-
beant utile dominium, *l. 1. §. qui in*
perpetuum, ff. ſi ager. vectig. vel emph.
pet. & cap. 1. rei autem in titul. de re
alie. fact. impenſa refectionis ſpec-
tat ad eos, non autem ad domi-
num, *ut probatur in leg. 2. Codic. de*
jure emph. & ibi hoc not. per Albert.
de Roſ. & per eundem in ſuo opere ſta-
torum. in 1. parte, quæſt. 136. &
ideo in inſtrumentis inveſtituræ ſolet
communiter dici, quod dominus dat
ad meliorandum. &c. idem eſt di-
cendum in ſuperficiario eadem ratio-
ne, *per l. ſuperficiario cum ſequ. de rei*
vend.

20 Quid autem * in re dotali? *dic ut*
in tot. titul. de impen & maximè in l. 3.
§. 1. & l. quod dicitur, eod. titul. & in
§. divortio. §. impendia, cum ſeq. ſol.
matr.

21 Duodecimo quæritur, * quid ſi le-
gantur fructus, vel reditus alicujus
fundi, vel domus, ad quem ſpectabit
refectio? in hoc debet conſiderari,
Aut intelligitur legatus uſusfructus
proprie, *& tunc dic ut dixi ſupra*
in 9. quæſtione Aut non cenſetur
legibus uſusfructus, & tunc ſpectat
refectio ad hæredem, *iſtud probatur in*
l. fund. Trebatiani de uſufr. leg. quomo-
do autem cognoſcatur, an intelligitur
tunc legatus uſufr. vel non, *vide gl.*
ord. in l. ſi quis ita. & quod ibi not. per
Dd. ff. de uſufru. & in l per ſervum §. 1,
d. uſu & hab. & in l. idemque uſufr.
quemad. cap.

Decimo tertio * quæritur, an Eccle- 23
ſia, & Clerici teneantur ad reparatio-
nem murorum, ſeu refectionem forta-
liciorum civitatis, & pontium, & via-
rum, & portarum, & aquæ ductus, &
ſimilium? Et dicas quod ſic, *ut l. ad*
portus, C. de oper. pub. & ita tenet Azo.
in ſum. Cod. de oper. pub. in pr. & Bald.
in tit. de pac. Conſt. in 9. colum. de quo
vide per gl. quæ aliter dicit, & ibi per
Bartol. & omnes Dd. *in l. ad inſtructio-*
nem, C. de ſacroſ. Eccl. & per Bald.
in l. qui pendentes de uſufruct. in apoſtil-
lis, & per Arch. 16. *q. 1. juxta* & per
Ant. de Butr. & Dd. *in c non minus de*
immu. Eccl. & per Jo. Pet. de Papia *in*
1. libello in gloſſ. in ver. jure dominii, vel
quaſi in ult. colum. qui etiam tenet
quod ſic.

Decimoquarto quæritur, * an eccle- 24
ſiam parochialem teneantur reficere
laici parrochiani, an vero clerici, *ut* 10.
q. 1. diſcernimus. & not gloſſ 12. q. 11.
quatuor, & ibi per Archid. & vide om-
nino gl. 16. q. 1. ſi monachus & Innoc.
omnes Dd. & in gl. in c. de his, de eccl. ædif.
& per Alb. de Roſ. in l. ad inſtructionem,
de ſacroſ. Eccleſ.

Decimoquinto quæritur, * ex ædifi- 25
catione Eccleſiæ acquiritur jus patro-
natus: *ut in cap. nobis, de jure patr.*
numquid ex refectione vel reparatione
etiam quæratur? *vide per hoc gl. in d.*
c. quoniam, & ibi per omnes Dd. & per
aliam gloſſ. magnam de conſec. diſt. 1.
de fabrica.

Decimoſexto * quæritur, an tuto 26
poſſit ædificia pupilli collapſa defor-
mata reficere? Et dic quod ſic. *ut pro-*
batur in l. lex qua tutores. C. de admi.
tut. & ibi hoc not. Saul.

Decimo

25 Decimo ſeptimo * quæritur, ad quem ſpectet refectio rei debentis ſervitutem? Dic ut habetur, *in l. loci corpus §. ſi quis mihi ſi ſerv. vend. & in l. & ſi forte §. & etiam eod. tit. & in l. refectionis ff. communia præd. & in l. inter. ſi ſerv. vend. in l. 1. in fin. de aqua plu. arc.* & vide quæ dixi ſupra *de ſervitute oneris ferendi verſi. ſed numquid ille.* & quod ſupra dixi *in pr. hujus libri in 9. quæſt. princ.*

26 Decimo octavo * quæritur, an poſſit nunciari novum opus reficienti ædificium vel cloacam? Dic regulariter quod non, *leg. 1. §. ſi quis ædificium & l. de pupillo. §. ſi quis rivos de nov. oper. nunc.*

27 Decimonono * & ultimo quæritur an refectio domus dicatur pia cauſa? dicas ut eſt caſus ſingularis, *in l. ſi quis pro redemptione. § fin. de don.* ex quo not. quod fidei commiſſarii ſeu executores teſtamentorum pro relictis ad pias cauſas poſſunt diſpenſare pro refectione alicujus domus combuſtæ vel ruinoſæ: quod intellige quando dominus domus eſſet pauper: ſecus ſi eſſet dives, *per not. in l. illud. C. de ſacroſ. Eccl.*

ADDITIO.

a *Adminiſt.* Utrum adminiſtrator teneatur de mala adminiſtratione ſatisfacere? Reſponde ſecundum Innoc. *in c. præſentium, de pignor.* quod ſic, & ille cujus eſt adminiſtrator habet actionem negot. geſt. contra eum qui male adminiſtravit: *ff. de nego. geſt. leg. 3. §. ultim 12. quæſt. 2. ſi quæ de rebus &c. ſi qui qualibet conditione.* Unde adverte, quod teneatur adminiſtrator ſecundum gloſſ. *in leg. cum oſtendimus ff. de fidejuſſ. tut. de dolo, ut ibi. & lata culpa : ut l. curatoris. C. de negoſt. geſt.* & etiam levi, *ut l. quicquid. C. de arb. tut.* Per quantum tempus intelligatur adminiſtratio ſi non fuit limitatum, vide Corn. *2. vol. conſ. 3. & in 3. volum conſ. 196.* & vide per Alex. *1. volum. conſ. 22. in 2. col. verſ. attento.*

CAPUT LX.

De Ponticello.

1 *Ponticellos ſeu pontes ſuper domibus privatorum appenſos, & pendentes ſuper viam vel ſolum publicum, an de jure communi quis tenere poſſit?*

2 *Stillicidii per ædificationem ſuper ſolum publicum, illius ſoli dominus aliquis non efficitur.*

3 *Ponticellum ædificare ſuper ſolum publicum ex conceſſione facta à principe vel ſenatu, aut ex gubernatione civitatis, vel ex conſuetudine, vel ex forma ſtatuti ſi licitum ſit, & quis in dictis caſibus velit ædificare pontes ita latos & longos, quod inferatur damnum, vel incommodum & impedimentum vicinis, ſeu tranſeuntibus cum plauſtris & animalibus oneratis, qui commode pertranſire non poſſunt, an hujuſmodi ponticellos ædificare poſſit?*

4 *Generalis conceſſio ſemper intelligitur, quod ſine damno & alterius incommodo fiat.*

5 *Ædificandi licentia in loco publico ſine incommodo & damno alterius conceſſa intelligitur, niſi expreſſè dicatur etiam cum alterius damno & incommodo.*

6 *Incommodum maximum, vel magnum, vel parvum, judicis arbitrio dicitur.*

7 Con-

Digitized by Google

7 *Conſuetudo vel ſtatutum ſi dictaverit, quod ponticelli ſuper viam publicam fieri poſſint, & duo ſint, unum ex una parte ſtratæ, & alius ex alia, an eorum quilibet cum ponticellis ad ſtratæ medietatem ſe extendere poterit?*

8 *Promiſerim ſi tibi dare viam ad fundum tuum per fundum meum, an ſupra viam pontem facere potero?*

9 *Ponticelli ſuper ſolum commune per unum ex ſociis an ædificari poſſint?*

10 *Domum unam ſi ab utraque parte viæ habeam, & pontem ſupra ſolum publicum: vel etiam ſupra privatum, vel communem in caſu permiſſo, an ſi unam domum de domibus meis vendam videar pontem vendere, qui in alia domo requieſcit?*

1 Conſueverunt* in multis civitatibus & locis ponticelli ſeu pontes appendi ſuper domibus privatorum pendentes ſuper viam publicam vel ſolum publicum, numquid de jure quis eos tenere poſſit, vel de novo fabricare, & dicendum eſt, quod non regulariter, *ut l.2. §. tractatum, & ibi gloſſ. ne quid. in loco publ. & in l. fin. ne quid in flum. publ. in princip. & ibi Flor. de ſervit. & in l. qui ſellam, §. in ruſticis, & ibi hoc not. etiam Flor. de ſerv. urb. præd.* niſi conſuetudo eſſet in contrarium: *ut l. an in totum C. de ædif. privat.* vel niſi hoc eſſet conceſſum à principe, vel ſenatu, vel adminiſtratore civitatis poteſtatem habente, *l.2. §. merito, & Paragrapho ſi quis à principe, ne quid in loco publi. & in eodem l. in princip. & ibi per glo. & in l. prohibere, §. plane, & ibi per Bart. quod vi aut clam.* vel niſi eſſet permiſſum à ſtatuto *ut d. §. plan. ibi.* ſi vero lex municipalis, vel niſi eſſet præſcriptum, ſcilicet per tantum tempus, quod non extet memoria in contrarium: quia tale tempus habet vim conceſſionis & privilegii, *ut in c. ſuper quibuſdam, §. præterea, de ver. ſig. in fin. & in c. 1. in fin. de. præſcr. in 6.* vel niſi eſſent facti patiente vicino, & nemine contradicente, nec prætore prohibente: quia tunc non deberent demoliri ne urbs deformetur ruinis, *l. 2. §. quis nemine prohibente, ne quid in loco public. & l. fin. eod. tit. & not. per gl. in l. maniana, C. de ædifi. priv.* vel niſi eſſent ponticelli ſub ſtillicidio domus quatenus ſtillicidia ſe protendunt, eo tamen caſu quod ſolum, quod eſt ſtillicidio, ſit ejus, cujus eſt ſtillicidium ſive domus, quod quando ſit, *vide quæ plene dixi ſupra de ſerv. ſtillicidii avertendi, in 9. q.* & adde prædictis quæ dixi ſupra *de ſerv. protegendi, in 4. q. & ſup. de ſtill. ſive tecto.* Circa tamen prædicta alter conſiderando poteſt ita diſtingui: quandoque ponticellus tranſcendit viam, quia forte unus habet duas domos, & in medio earum eſt via publica an ſit licitum eum habere pontem, per quem itur de una domo ad aliam: vel etiam ut quandoque vidi, per talem pontem non poteſt iri de domo in aliam: tamen tranſcendit totam viam & requieſcit in alia domo ultra viam & ſolum publicum, & his caſibus non liceat habere *ut eſt text. in d. l.2. §. tractatum, & ibi gl. & Bart. ne quid in loc. publi. & eſt text. apertus in l. fin. eod. tit. not. Bart. in l. quominus in 13. qu. de flum. & in l. ſi duo §. Labeo per illum text. uti poſſid. & Bald. in l. item lapilli, in 5. column. verſic. dicto de occupat. de rer. diviſ. & not. dominus, Do. de ſancto Ge. in c. cum ex eo de exceſſ. prælat. lib. 6. & dixi ſupra de ſervitute protegendi, in 4. quæſt.* niſi conſuetudo

gendi in 4. quæſt. niſi conſuetudo, vel ſtatutum, vel princeps, aut ſenatus, aut præſcriptio hoc permitteret, per ea quæ ſupra dicta ſunt. Quandoque ponticellus non tranſcendit totam viam ſed pendet ſuper via vel ſolo communi: quandoque nullum eſt deſuper ſtillicidium, & idem eadem ratione, quia eſt ſuper communi. Quandoque eſt ſtillicidium deſuper, & tunc aut ponticellus ſe extendit ultra ſtillicidium: & idem eadem ratione. Aut ponticellus non ſe extendit ultra ſtillicidium; ſed in tantum, vel minus, & tunc videtur quod poſſit licitè fieri, & teneri, *per leg. fin § de ſerv. urb. præd.* intelligendo, quod lex illa locum habeat, etiam quando ſolum, quod eſt ſub ſtillicidio, ſit publicum.

3 In dubio tamen * ego teneo contrarium, videlicet quod per ædificationem ſtillicidii ſuper ſolum publicum ædificans non efficiatur dominus illius ſoli, ut dixi ſupra de ſervitute ſtillicidii avertendi. Sed horticellus, & ſimilia ex quibus non timetur damnum tranſeuntibus, bene poſſunt apponi, etiam ſupra ſolum publicum, de quo dic, *ut dixi ſupra de ſerv. protegend. maximè in* 5. *q.* & prædicta procedunt, niſi per ſtatutum eſſet aliter permiſſum, vel de conſuetudine aliter ſervaretur: *per d. l. an in totum, C. de ædif. privat.* vel niſi hoc eſſet permiſſum à principe, vel ſuperiore, aut præſcriptum, *ut ſupra dixi.* Quandoque ponticellus ædificatur non ſuper ſolo, vel via communi, ſed ſuper ſolo alieno privato, vel communi cum uno privato: & tunc ſubdiſtingue in omnibus, & per omnia, *ut ſupra dictum eſt*, quando ædificatur in ſolo publ. excepto quia ſi habet ſtillicidium, quatenus ſe protendit, poteſt ponticellum fabricare, *per ea quæ habentur in l. fi. § fin. de ſervit. urb præd. de quo vide plene quæ dixi ſupra de ſervitute ſtillicidii avertendi, in 9. quæſt. ſupra de ſervit. proteg. in* 2. *quæſt. vide quæ dicam infra de neceſſario, & camino.*

Circa * prædicta dubitari poteſt, 4
quid ſi eſt licitum ædificare ponticellum ſupra ſolum publicum ex conceſſione facta à principe, vel ſenatu, aut ex gubernatione civitatis, vel ex conſuetudine, vel forma ſtatuti, & quis vult ædificare dictis caſibus ponticellos ita latos, & longos, quod inferunt damnum, vel incommodum, & impedimentum vicinis tranſeuntibus cum plauſtris, & animalibus onerariis, qui non poſſunt commodè pertranſire, vel etiam aliter, an poſſit hujuſmodi ponticellos ædificare: Puto quod ſit ita diſtinguendum: aut ex forma ſtatuti vel conceſſionis, aut conſuetudinis, non eſt data certa forma ponticellos faciendi, & tunc ſine dubio non poteſt, quia hujuſmodi conceſſiones in dubio intelliguntur ſine damno, & incommodo alicujus: *ut eſt text. ad hoc not. in l. 2. merito. §. ſi quis à principe, ne quid in loc. publ. & ibi gloſſ. allegat. ad hoc multa jura, & probatur in c. quamvis in fi. & ibi not. per gloſſ. Arc. & Dd. de reſcript. in 6. & in c. de his, & ibi etiam gloſſ. extr. de privil. cum ſimil.* & hoc caſu tales ponticelli, & ſimilia ædificia quæ obſtant uſui publico, debent deponi, *ut eſt text. in dicta l. 2. §. ſi quis nomine prohibentis.* Aut eſt data certa forma ædificandi, & tunc ſubdiſtinguo: Aut illa forma eſt generalis, puta quod quilibet promiſit ponticellos facere per totam civitatem, tam de lignis, quam de lapidibus pro libito voluntatis: & tunc dicas idem quod in præcedenti, * quia in generali conceſ- 5
ſione intelligitur ſemper, quod ſine damno, & incommodo alterius fiat:

ut eſt gl.not. in d.§. ſi quis à Principe in gloſſ. in princ. dum dicit, neque ſi concedi ur, ſcilicet generali conceſſione, &c. & allegat ad hoc jura. Aut illa forma conceſſionis, & licentiæ eſt ſimplex: quia dum ſimpliciter dicitur, quod poſſint ponticelli fabricari ſuper ſolum publicum, & idem dicendum a eſt: quia ſi in generali conceſſione *a* intelligitur ſine incommodo, & damno alicujus, multo fortius in ſimplici, *pro hoc eſt text. in d. §. ſi quis à princ.in princip.* dum dicit, ſi quis à principe ſimpliciter impetraverit, ut publico loco ædificet, & ibi gloſſ. in princ. dum dicit in generali conceſſione, vel ſimplici. Aut iſta forma conceſſionis vel licentiæ eſt ſpecialis, puta quod poteſt fabricare ponticellos in tali contrata, vel tali domo, & idem eadem ratione, quia in dubio dicendum eſt, quod concedens intellexerit ſine injuria, & incommodo alicujus, quia quotieſcunque aliquid fieri permittitur, ita permitti oportet, ut ſine injuria cujuſquam fiat: *ut eſt text. not. in d. §. merito.* Aut forte ſingularis puta quod quis poſſit fabricare ponticellos ſupra ſolum publicum tantæ altitudinis, & longitudinis, & latitudinis: tunc ſecundum formam illam poſſunt fieri, *pro hoc eſt text. cum gloſſ. not. in l.* 1. *Cod.de ædifi privat.* quæ ponit exemplum, quando eſt ſtatutum certis modis ædificandi, ſicut eſt Florentiæ. & etiam gl. ſingularis, *in l.quibus luminibus, de ſerv. urban. præd. in princ.* puto tamen quod hoc caſu intelligatur talis conceſſio ſingularis, ſine incommodo alterius, per prædicta jura:& per hanc rationem, quia in dubio conceſſio quantumque ſpecialis, & ſingularis ſemper intelligitur ſine damno; & incommodo alterius, niſi in conceſſione dicatur expreſsè, etiamſi ſi hoc faciat damnum, vel incommodum alteri, *ut eſt text. qui hoc ibi vult. in l.* 2. *§. ſi quis à princip ff. ne quid in loco publ. ibi.* niſi hoc impetraverit, & iſto modo debet limitari dicta gl. videlicet in *l.* 1. *Cod.de ædif.priv. & in d. qui luminibus.*

Et ſic not. * quod in omnibus prædictis caſibus intelligitur conceſſio, vel licentia ædificandi in loco publico, vel ſupra ſolum publicum ſine damno & incommodo alterius niſi expreſſè dicatur, etiam cum damno, & incommodo alterius. Et prædicta conceſſio, ſcilicet quod poſſit ædificari cum incommodo & damno alterius, valet: *ut eſt text.in d. §. ſi quis à principe.* ſed intelligitur de damno ſive incommodo parvo. *ut ibi not.* aut de maximo ſive magno, *arg. l. quoties de præcib. imper. offer. & l. ſi quis ſepulchrum in princip. de relig.* & ita debet intelligi, *l. ſervitutes,§.* 1. *de ſerv.*& tenet ibi gloſſ.*& in d. §. ſi quis a principe, in ver. impetraverit*, in 2. ſolutione, quam puto veram, facit ad hoc quod not. Bart. *in l quominus, in* 11. *quæſt. de flumin.* niſi in conceſſione fuerit dictum etiam cum maximo damno, vel incommodo alterius juxta not. in *d. leg. quoties.* 5

Quomodo autem dicatur * maximum, vel magnum, vel parvum incommodum, vel damnum? Dic arbitrio judicis, *arg. gloſſ. not.in § pretium in ver. deſiniérit. Inſtitut. de contrahen. empt. facit.l.* 1.*§.* 1. *de jur. delib &c. de cauſis, de offic. deleg.* Item quæro quis dicatur damnum pati? Dic quando quis commodo amittit, quod ex publico conſequebatur tale, quale ſit, & ideo ſi cui protectus, aut ſi cui aditus ſit deterior, ſive anguſtior dicitur damnum pati: & agere poteſt, *ut eſt text. in d. l.* 2. *§. merito. in ver.* 6

damnum

damnum. Et intelligo ſive iſtud damnum concernat publicam utilitatem, ſive privatam: quoniam loca publica privatorum uſibus deſerviunt, jure ſcilicet civitatis, non quaſi propria cujuſque *ut d. l.* §. 1. quæ omnia ſingulariter tene menti, non ſolum pro ponticellis: ſed etiam pro quibuſdam aliis ædificiis factis in loco publico.

7 Quid autem * ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, quod ponticelli poſſint fieri ſuper viam publicam, & duo ſunt unus ex una parte ſtratæ, alius ex alia, aut poterit quilibet eorum ſe extendere ad medietatem ſtratæ cum ponticellis? Dic quod ſic, & non ultra ſicut dicitur in alveo, & in aqua communi, & inſula: *ut inſtit. de rer. diviſ.* §. *Inſulam.* & ita tenet Bald. *in l. item lapilli, ut in ult. de re. diviſ.* Et ex hoc not. quod ubicunque eſt permiſſum ſupra ſolum publicum ædificare ponticellos, non eſt licitum ædificare niſi uſque ad medietatem ſoli publici in medio exiſtentis, & idem, ſi poſſit ædificari ſupra ſolum commune, quod eſt not.

8 Item quid ſi promiſi tibi * dare viam ad fundum tuum per fundum meum, an ſupra viam poſſim facere pontem? Dic quod ſic, vel etiam ponticellum, ſi tibi non nocet, & mihi prodeſt, *l. hoc jure,* §. *fin. de aqua quotid. & æſti.* quia ſolum eſt meum, & non tuum: ſupra meum ædifico, & tibi non officio. Ambulabis ergo ſubtus pontem, vel ponticellum meum: & ſatis eſt tibi, quia non in plus teneor, ita dicit Bald. & bene, *in d. item lapilli, in pen. q.* qui dicit, quod ita de facto vidit Florentiæ.

9 Dictum eſt ſupra * numquid ponticelli poſſint ædificari ſupra ſolum publicum, vel privatum: ſed numquid poſſint ædificari ſupra ſolum commune per unum ex ſociis? Et dicas, quod non, *ut d. l. ſi duo,* §. *Labeo, & ibi hoc not. Bart. uti. poſ.*

Sed * quid ſi habeo ab utraque 10
parte viæ unam domum, & pontem ſupra ſolum publicum, vel etiam ſupra privatum, vel commune in caſu permiſſo: an ſi vendo unam de domibus meis, videar vendere pontem qui requieſcit in alia domo: *vide l. quod conclave de damn. inf & quod ibi not. Bart. & Doct. & quod not Bald. in d. l item lapilli. in ult. col.* Ultimo adde prædictis quæ dixi ſupra *de ſerv. protegendi in 6. q. & quæ dicam in ſeq. tit. de mœnianis.*

ADDITIO.

a *Generali conceſ.* Generalis clauſula continet omnia niſi contraria mens appareat, *ff. de pec. l. qui peculii Cod. de inoff. teſtam. ſi quando, in gloſſ.* Non enim videtur quis generaliter concedere, quod ſpecialiter non eſſet condere, quod ſpecialiter non eſſet conceſſurus. *Cod quæ res pig. obl. po l. 1. in gl.* item in generali locutione perſona loquens intelligitur excepta, *c. petitio, in glo. de jure jur. cum concor. ipſi poſitis,* unde ſi promiſi tibi dare aliquid contra omnem hominem, non teneor dare contra me: & generalis conceſſio non comprehendit ea quæ quis ſpecialiter non conceſſiſſet, vide Corn. 2. *volum. conſil.* 235 *incip. de pluribus, & in* 1. *volumin. conſil.* 106. *incip. circa.*

CAPUT XLI.

De Mœnianis.

1 *Mœniana dicuntur ſolaria, ſeu ponticelli*

ticelli, qui in muro ſunt, & ita projecti, ſeu immiſſi provehuntur: ut nuſquam requieſcant, ſicut ſubgrundo?

2 *Mœniana ab immiſſis in quo differant?*

3 *Mœniana ſi quis in muro ſuo ædificare velit verſus domum vicini privatam, vel ædificium publicum verſus, quantum ſpatium dimittere debeat?*

4 *Mœnianæ legi an ſtandum ſit, ubi aliquando conſuetudo non fuerit?*

5 *Sub mœniano, ſeu ſub ſolario, aut ponticello pannos, ſeu linteamina, aut alia, an extendere liceat, per qua vicinis lumen tollatur?*

6 *Actio qualis competat contra protendentes pannos in aliorum præjudicium?*

1 MOeniana dicuntur * ſolaria, ſeu ponticelli qui ſunt in muro, & ita projecti, ſeu emiſſi provehuntur, ut nuſquam requieſcant, ſicut ſunt ſubgrunda, *ut ex text. in l. malum*, §. 1. *de verb. ſignif. & l.* 2. §. *cum quidam, & ibi gl. ne quid in loc. publ. & in l. mœniana, & ibi gl.* 2. *in princ. C. de ædif. priv.* & dicuntur mœniana à mœnibus, *ut not. glo. in d. §. cum quidam.*

2 Differunt * autem mœniana ab immiſſis: quia mœniana, ut dixi, ita provehuntur, ut non requieſcunt in alia parte immiſſa: quæ ita ſunt, ut in loco alieno requieſcant, veluti tigna, trabes, quæ mittuntur, *ut eſt text. in d. l. malum.* §. 1. *& not. glo. in l. ſervitutes, quæ in ſuperficie*, §. *& ibi etiam per Alber. de Roſ. de ſerv. urb. præd.*

3 Pro declaratione hujus materiæ quæro de quibuſdam: primo, * quis vult ædificare mœniana in muro ſuo verſus domum vicini privatam, vel verſus ædificium publicum, quantum ſpatium debeat dimittere? Dic, aut ædificat verſus ædificium privatum, & 10. pedes debet dimittere liberi aëris: aut verſus ædificium publicum, & tunc debet dimittere intervallum 15. pedum: *ut eſt text. in d. l. mœniana, & ibi hoc tenet gl. & in l. Imperatores, de ſerv. urb. præd. & facit ad hoc text. cum gl. in ver.* 15. *pedibus in l.* 1. *Cod. de aqua duct. lib.* 11. *& plus vult. illa l. mœniana*, quod ſi quis vult ædificare ædem, vel domum verſus ſolum publicum, debet dimittere ſpatium 10. pedum, ut patet ibi, quem intercapedinis modum ædificaturis, &c. & ſi contra fiat, illud quod ædificatum eſt, debet detruncari, & fabrica dono fiſco aſſignanda eſt, *quæ l.* eſt intelligenda, quando tale ædificium fieret vicino neſciente, vel contradicente, ſecus eo ſciente, & patiente: quia tunc deſtruere non compelleretur, *arg. l. prius, de mor. inferen. l. qui bona.* §. *ſi quis juſſu, de damn. infect. & ita tenet glo.* 2. *in d. l. mœniana, facit ad hoc l. Sabinus communi divid.* Item *l. mœniana*, eſt intelligenda ſecundum Ange. ibi, quando ex objectu alicujus ædificii laboratur, ſecus ſi a latere: quia tunc illud intervallum non requiritur, & ideo dicit quod videmus habitatores domorum habere ædes communes é latere. Sed dicit gl. *pen. in verſ.* 15. quod *illa l.* non ſervatur: & verum dicit, quod non obſervatur, in quantum loquitur de mœniano, vel alio ædificio facto juxta aliud privatum, ſed ſervatur diſpoſitio, *l. ſi. fin. reg.* licet gloſſ. dixerit, *in d. l. mœniana, quod illa l.* loquitur, quando ædificatur juxta agrum, vel ſepem, quam ego non teneo: *ut dixi ſupra de pariete, ſive muro: circa princ.* Sed in quantum loquitur, *d. l.* mœ-

mæniana, quando ædificat juxta ædificium publicum, puta muros civitatis, vel horrea publica, tunc debet dimitti ſpatium 14. pedum, *ut eſt text. in l. ſi cui, & ibi gloſſ. C. 3. de ædif. priv.* & dicit Ang. quod ita obſervatur, quia juxta muros civitatis, vel caſtri non permittitur ædificari, niſi tantâ latitudine intermiſſa, ad hoc ut nihil mali, vel ſiniſtri excogitari poſſit, ut propter periculum incendii & ruinæ, aut proditionis: quia habens ædificium ſuum juxta muros, ex parte ſui poſſet clam murum ſuum perforare, & ingreſſum dare hoſtibus, & ita dicit ſe pluries vidiſſe, & audiviſſe, ſubdit tamen quod in quibuſdam locis hoc non ſervatur, tu dic ſicut eſt in civitate Neapol. ſed hoc in civitate Paduæ bene ſervatur, ſtandum eſt itaque in hoc conſuet. *ut in l. 1. & in l. an in totum, C. de ædif. privat.*

4 Ubi autem non * ſit aliqua conſuetudo, an ſit ſtandum *illi l. mæniana?* videtur quod non: quia ſicut iſta gloſſ. dicit, ita ſervatur de conſuetudine quæ habetur pro lege, *ut habetur in authent. hoc locum, C. ſi ſecundo nup. mul. & per Bart. in l. Titia cum teſtamento, §. fina. de leg.* 2. ita videtur ſervari è contra, quando gl. dicit quod non ſervatur de conſuetudine, & maxime, quia videtur, quod lex tollatur per conſuetudinem: *ut tenet glo. Inſtit. in princ. præmii, in §. igitur, verſic. de conſuetudine; & in l. de quibus de legi, & gl. in c. ſi terra extr. de pri. & vide ad hoc gloſſ. optimam, 15. quæſt. fin. c. cum multa in ver. cum dubio in fin.* Ego autem teneo contrarium, quia lex per conſuetudinem non tollitur, *l. fin. in prin. & ibi not. Cyn. C. de ju. dot. imp.* ſed per contrariam conſuetudinem benè tollitur: & ideo ego in hoc ſic concluderem. Aut quærimus de ædificio, quod ſit juxta ædificia publica, ubi non ſit aliqua conſuetudo certa: & tunc puto eſſe ſtandum, *d. l. ſi cui, C. de ædifi. priva.* ex quo varie, ut dixi, obſervatur de conſuetudine. Aut quærimus de ædif. priv. quod ſit juxta ædificium privatum, & tunc non eſt ſtandum, *d. l. mæniana.* ſive ædificium fiat ex objectu alterius, ſive ex latere, quia nullo caſu hoc ſervatur. & ideo ſtandum eſt deciſioni, *l. fin. fini reg.* de quo dic, ut dixi ſupra de pariete, ſive muro. Concludo ergo ex prædictis, ſi quæritur quantum debeat diſtare mœnianum, ſeu aliud ædificium ab alio ædificio privato, vel publico: Aut conſtat ex ſtatuto vel conſuetudine ſuper hoc diſponente, & illis ſtandum eſt: *ut l. 1. & l. an in totum, C. de ædifi. privat. & not. per gloſſ. in rub. in fin. C. quæ ſit long. conſuet. quæ loquitur de porticibus.* Aut non conſtat de conſuetudine, vel ſtatuto: & tunc quæritur quando ædificatur juxta ædificium publicum, & ſtandum eſt deciſioni *d. l. mæniana, & l. ſi cui, C. de ædif. privat.* aut de ædificio quod fit juxta aliud ædificium privatum: & tunc ſervatur *l. fin. fin. reg.*

Secundo principaliter quæritur, * an quis poſſit ſub mœniano, ſive ſolario, aut ponticello extendere pannos, ſeu linteamina, aut alia per quæ auferatur lumen vicinis? In hoc ſic diſtingue; aut vult ponere in ſuo tantum, ita quod ſe non protendit extra: ut puta, quia vult extendere in altum, ut faciunt illi qui habent ponticellum ſupra tectum: ut eſt Venetiis & maxime propter emptores, & ſicut communiter invenitur in civitate Neapol. & poteſt: quia quatenus durat ſolum ſuum, poteſt ædificare, & ponere, & facere regulariter quic- 5

Aa 3 quid

quid vult uſque ad cœlum, *l ſi.in prin. de ſerv. & l.ſi vitem, in §. pen. quod vi aut clam.* & probatur *in l.* 1. §. *pen. & ibi glo. eod. tit.*etiam ſi ex hoc tolleretur lumen vicino, niſi hoc faceret in deſpectum vicini, vel ad ejus æmulationem: *ut l. opus cum glo. de oper. public.*in dubio non præſumitur malus animus, *ut eſt gloſſ.not. in l. fluminum*, §. *fin. de dam, infect.* circa quod vide quæ dicam in ſeq. tit. verſic. 2. fallit, ſi vellet. Aut quis vult ponere ſupra ſuum, & extendere ultra ſuum: ſicut quando quis ſuper uno ligno extendit linteamina, vel ſimilia quæ protendantur extra mœnianum, vel ſolarium: vel feneſtram: & tunc aut vult extendere ſupra ſolum vicini: & non poteſt, *per d. l.fin.in princ. de ſerv.cum aliis ſimilib. ſupra alleg.* aut vult extendere ſupra ſolum publicum: & tunc aut non fit damnum aliquod vicinis, vel tranſeuntibus, & tunc poteſt, quia ita ſervatur ut ibi de conſuetudine. Aut fit damnum vicino, puta quia aufertur ſibi lumen, exemplum: quis vult extendere pannos à latere mœniani, ſeu ponticelli verſus feneſtram vicini ex objecto, ita quod ejus lumen obſcuret, vel ingreſſum ſolis auferat, vel quis vult extendere pannos per directum ultra mænianum, vel feneſtram, ab alio latere eſt feneſtra vicini: quæ per hoc obſcuraretur, vel ſi quis habet ſolarium ſuperius, & pars inferior eſt alterius, & ſuperior vult extendere pannos ſuper ponticello ab extra ſuper longitudine, qui panni pendentes deſcendunt extra ponticellum, ita quod auferrent lumen vel ſolem feneſtris partis inferioris: & iſtis caſibus non poteſt, *ut eſt text.* qui in omnibus iſtis caſibus poteſt exemplificari, *l.* 2. §. *cum quidam ne quid in loc. publ.*

Tertio principaliter quæritur* quæ actio competat contra protendentes hujuſmodi pannos? Dic, utile interdictum, ne quid in loc.publ. immittas, *ut eſt text. in d.* §. *cum quidam*, & ideo competit utile interdictum, quia in ſuo non publico facit, licet in publico protendatur, *ut not. ibi gloſſ. in verſic. utile.* Ultimo circa iſtam materiam adde quæ dixi in titulo præcedenti, & ſupra de pariete, ſive muro, *poſt princip. & de ſervitut. tigni immittendi, in* 6. *quæſt.* 6

CAPUT XXII.

De Feneſtris.

1 *Feneſtram in ſuo an quis facere poſſit, etiam ſi per eam in vicini ſui fundum inſpiceret?*

2 *Regula quod quis in ſuo invito vicino feneſtram facere poſſit, quas fallentias patiatur?*

3 *Feneſtram in muro communi ignorante vel invito ſocio.an quis facere poſſit?*

4 *Feneſtram in muro communi elevato pro ſua utilitate tantum, an quiſpiam facere poſſit?*

5 *Domum ſi quiſpiam vicinus elevare velit juxta murum ſocii elevatum, & ponere culmen æqualiter cum culmine domus vicini, vel etiam ſupra obſcurando feneſtras vicini, ipſo invito, an poſſit?*

6 *Feneſtram in alieno, domino invito, an quis facere poſſit?*

7 *Feneſtram, de ligno quod dicitur balconus, an facere licitum ſit, & ipſam, aperire in publico ſupra ſolum vicini?*

8 *Promiſerim ſi vicino ſub certa pœna non facere feneſtram in muro domus*

Digitized by Google

mus mea, & poſtea illam domum vendam, an emptor feneſtram facere poterit?

9 *Domus dominus an poſſit obſcurare lumina domus locatæ alteri: vel in quo alius de domo locata uſumfructum habeat?*

10 *Feneſtras vitreas, ligneas, & papyreas, quæ vulgo ſperæ dicuntur quis domui ſuæ apponere poſſit?*

11 *Feneſtras vitreas, ligneas, & papyreas, an quis imponere cogatur, & in feneſtris ſui parietis tenere?*

12 *Feneſtrarum vitra, vel tela ſi fracta eſſent, adeo quod in alterius domo videri poſſit: an debens ſervitutem ſuis ſumptibus reficere teneatur?*

13 *Feneſtrarum, & balconorum materia ubinam ſit remiſſivè?*

1 VIdeamus primo * an quis in ſuo poſſit feneſtram facere etiam ſi per eam inſpiceret in fundum vicini? Et dicendum eſt quod ſic regulariter: *ut probatur in l. altius, in princip, C. de ſerv. & aqua, & ibi hoc not. Bald. & Doct.* Et eſt ratio, quia in ſua re quis poteſt ædificare, dummodo mittat in alienum etiamſi noceat vicino: *l. fluminum, §. fin. cum duobus ſequent. de damno inſect.* in re enim ſua quilibet eſt moderator, & arbiter *l. in re mandata, C. mand.* Et intellige etiam, ſi quis haberet murum juxta fundum vicini factum jam 100. annis & in eo nunquam fuerunt feneſtræ, quia poteſt Dominus feneſtram facere, *argum. gloſſ. in l qui luminibus de ſerv. urb. præd.* quia licet murus ille ſteterit longiſſimo tempore ſine feneſtris, non propter hoc tollitur Domino facultas ipſa faciendi niſi quando voluiſſet facere, & per vicinum fuiſſet impeditus, & propter hoc deſtitiſſet, *per l. hac autem jura. cum ibi not. de ſervitut. urbano.*

Sed iſta regula, * quod quis poſſit in ſuo muro feneſtram facere invito vicino, fallit in quibuſdam caſibus. Prima quando eſſet impoſita ſervitus. ut in tali muro non poſſint fieri feneſtræ. Nam poſſum ibi conſtituere ſervitutem, ut non poſſim in meo facere feneſtram, per quam in domo tua proſpicere poſſim: *ut eſt caſus in d. l. alterius. ſecundum unum lect. in verb. pariete, Cod. de ſervit.* & ibi not. Bald. qui dicit ſe hoc vidiſſe de facto in civitate Peruſii in domibus quæ nunc ſunt comitis, alias Domini Julii, & idem tenet Paul. de Caſtr. *in l. quoties, de ſervit. tit. generali*, ubi dicit, quod talis conventio valet, ſi tua intereſt propter honeſtatem, quoniam non poſſes uti domo liberè, cum homines nolint in omnibus videri, & iſte caſus poterit contingere quotidie inter fratres dividentes inter ſe domos, pro hoc etiam facit *l. venditor in princ. communia præd.* & quod ibi not. Bart. per illum text. qui dicit, quod ſi ego vendo tibi aliquam domum cum pacto, quod non poſſim exercere talem artem, valet iſta conventio, ut obligeris tu, & hæredes tui, licet iſta non ſit ſervitus cum non ſit prædium dominans; de quod dic, *ut dixi ſupra de ſervitute projiciendi, in 3. quæſt.* Secundo fallit, ſi vellem in meo facere unam feneſtram in loco, in quo eſſe non conſuevit, quando facerem hoc ad æmulationem, vel in deſpectum vicini: puta quia vellem videre omnia ſecreta ſua, *per leg. opus, cum ibi not. de operib. public.* & ita tenet Petr. Cyn. & Paul. de Caſtr. *in dicta l. altius.* In dubio tamen non eſt præſumendum, quod faciat ad æmulationem, vel deſpectum, *ut eſt gloſſ. not. in l. fluminum, §. final. de damno infecto*

infecto, niſi quando per eam poſſent videri ſecreta vicini, & nullam ex hoc faciens feneſtram perciperet utilitatem: quia tunc crederem quod hoc faceret in deſpectum: & ita ſentit Paul. de Caſt. *in d. l. altius.* Puto tamen quod hoc ſit remittendum arbitrio judicis, qui conſiderabit qualitatem vicinorum, ſi ſint amici vel non: & maxime qualitatem facientis feneſtram, & ſi veriſimiliter feciſſet eam, etiam ſi eſſent amici: *argum. l. 2. § de jure deliberan. & c. de cauſis de offic. de leg & l. 3. §. 1. de teſtib.* & ſi faciens feneſtram, eſt ſolitus facere in deſpectum vicini: tunc contra eum eſt præſumendum, *arg. leg. non omnis §. à barbaris, de re milit.* Quibus adde omnino quæ dixi ſupra de ſolo ſive area, *ut in 5. fall. verſic. ſed dubium eſt.* Tertio fallit, quando quis habet parietem juxta domum vel hortum cujuſdam puellæ, vel religioſarum, vel monialium, ut poſſit videre illam puellam aut moniales, aut religioſas: quia ſi hoc faciat ad inhoneſtatem vel æmulationem, hoc non poteſt, *arg. d. l. opus, de oper. publ. & in l. in fundo, de rei vend.* ubi dicitur, quod malitiis hominum obviandum eſt, & ita tenet Cyn. ſecundum Pet. quem ſequitur Bald. & communiter Dd. *in dict. l. altius, C. de ſerv.* quod bene not. contra vicinos ædificantes ad deſpectum alterius vicini: quia ſi hoc faciunt, ut noceat, non poſſunt etiam in ſuo: ſecus ſi faciunt principaliter ad ſuam utilitatem, licet noceant: quia tunc poſſunt, *ut not. in d. l. fluminum, § final de damno infect.* & hoc vult etiam Paul. de Caſtr. *in d. l. altius.*

*Nunc dicamus, an poſſit facere feneſtram in muro communi ignorante vel invito ſocio. Et dicas regulariter, quod non, *ut probatur in leg. quidam Iberus, de ſervit. urb. præd.* & ibi hoc not. Ang. & idem not. Angel. *in leg. inter quos, in 4. colum. verſ. ex his infertur, quod in pariete de damn. infect.* dicens, quod ratio eſt: quia per eam puta feneſtram mutatur facies, puta parietis, & debilitatur paries, & per conſequens nocet ſocio, & idem in effectu tenet Bald. *in d. l altius, in 2. not. C. de ſerv.* & Paul. de Caſtr. *in leg. quoties, de ſervit. & in l. parietem, in fin. de ſerv. urb. præd. & in l. penult. quæ incipit, eos, eod. tit.* Dixit tamen not. Paul. de Caſtr. *in d. eos*, quod ſocius poteſt in re communi facere feneſtram, vel aliquid aliud quod alterat rem, niſi aliquod afferat nocumentum, *per d. l. quidam Iberus, & leg. fin. in princ. de ſerv. urb. præd.* Quod non credo eſſe verum indiſtinctè, quia vix poteſt eſſe, quin afferat damnum vicino, ſi alterat parietem: *ut dixi ſupra ſecundum Ang.* unde in hoc puto ſic eſſe diſtinguendum: Aut murus eſt communis, quod ad omnia, quia ſi actum fuit inter eos, & poteſt: aut inter eos eſt communis, quoad certum uſum tantum: puta pro dividendo hortum communem, & tunc non poterit facere feneſtram in muro unius ex ſociis: *per ea quæ dixi ſupra de pariete ſive muro, in pen. q. ver. occurrit mihi.* Aut eſt communis ſimpliciter, & tunc aut faciendo feneſtram facit damnum muro communi, & non poteſt, *d. l. quidam Iberus, in princ.* aut non facit damnum muro, ſed poteſt reſpicere in domum vicini de præſenti vel futuro, ſi in area vicini poſtea ædificaretur domus, & non poteſt eadem ratione, *ut per regulam, l Sabinus communi divid.* Aut nullo modo facit damnum nec facere poteſt, quia murus eſt fortiſſimus, & ſic propter feneſtram alterari non poteſt, nec etiam propter

Digitized by Google

propter dictam feneſtram poteſt videri in terra ſeu fundo vicini, nec de præſenti, nec in futurum, ita ut ſocii nullo modo interſit, nec intereſſe poteſt, & tunc æquum eſt dicere ut poſſit, *argum. d. l. quidam Iberus*, §. *final & l. fiſtulam*, §. *penult. & arg. gloſſ. in leg. Sabinus, in princip. præalleg.* aut fumus in dubio ſi nocet vel nocere poteſt, & tunc ſtandum eſt regulæ, *dict. leg. Sabinus*, quæ dicit, quod in re communi melior eſt conditio prohibentis. *Et prædictis adde quæ plene dixi ſupra de ſcalis, verſic. quid autem dicendum, & quæ dicam infra de camino, & neceſſario, & de ſolario.*

4 Sed * circa prædicta vidi dubitari, quia unus ex ſociis poteſt murum communem altius tollere, *ut ſupra dixi de pariete ſive muro, verſic. 3. principaliter eſt videndum, &c.* an ille, qui altius tollit murum communem, poſſit in muro elevato feneſtram facere, & pro ſua tantum utilitate? Et iſta quæſtio dependet à prædictis: nam murus communis altius elevatus per unum tantum ex ſociis, efficitur communis *ut eſt caſus in l. hoc quod dictum*, §. *ſi ex tribus, ſecundum unam lect. gloſſ. de ſerv. urb. præd.* & tenet Barthol. Angel. & Flor. *in dict. l. quidam Iberus*, & dixi plene ſupra de pariete ſive muro, verſic. tertio principaliter eſt videndum. Ergo in caſibus in quibus in muro communi poteſt fieri feneſtra per unum ex ſociis tantum, in illis caſibus poterit murum elevans in eo feneſtram facere, & non altius ut patet ex prædictis, quia ſæpe contingit, quod unus vicinus elevat murum communem, & facit feneſtram verſus vicinum, à latere ſupra culmen ipſius vicini. Communiter tamen vidi obſervari contrarium in facto, quia indiſtincte dictæ feneſtræ fiunt, & maxime in civitate Veronæ, ubi infinitis domibus elevatis hæc feneſtra reperiuntur: & ita fuit alias judicatum, & ubi eſſet conſuetudo, in hoc illi ſtandum eſſet, *ut dictum & ſupra de mænianis*, & prædicta intellige in muro communi pro indiviſo: ſecus ſi eſſet pro diviſo communis, quia nunc quilibet poſſet partem ſuam elevare, & in parte ſua feneſtram facere, ſicut quis poteſt in muro proprio ædificare regulariter, *ut eſt dictum ſupra in principio*, & hoc quando groſſities muri pateretur *ut not. Bart. in l. damn.* §. *cum parietem, de damn. infect. & dixi ſupra de pariete ſine muro.*

Sed poſito * pro conſtanti, quod dictæ feneſtræ in muro altius elevato fieri poſſunt per unum tantum de ſociis, ſive de jure, ſive de conſuetudine: ut quia tanto tempore ibi fuerint à parte, quod inducta ſit præſcriptio, *a* quod ibi ſtare poſſint, an ſi alter vicinus ſocius vult elevare domum ſuam juxta dictum murum prius elevatum, & ponere culmen domus ſuæ æqualiter cum culmine domus vicini, vel etiam ſupra an poſſit, obſcurando dictas feneſtras vicini ipſo invito? & videtur quod ſic, *leg. cum eo, de ſervit. & l. eos, eod. titul. & per altius Codic. eod. titul.* licet illa *l. altius*, loquatur in ædificante in ſuo tantum, tamen *d. l. cum eo, & d. l. eos*, loquuntur generaliter in quocumque ædificante, ſive in muro propio ſive in communi, *l. 1.* §. *generaliter, de leg. præſtan. cum ſimil.* maxime cum videatur eſſe eadem ratio: quia quod commune eſt pro eo jure, quod ad me ſpectat, meum eſt, *l. pupillus*, §. *fina. de verbo ſignif.* & audio quod ita de facto ſervatur Veronæ. In contrarium videtur, quod non poſſit: nam cum ille murus primo elevatus in quo ſunt feneſtræ, ſit

5 a

communis : videtur quod alter ſocius non poſſit ædificare domum ſuam, quæ eſt à latere, claudendo, vel obſcurando dictas feneſtras : quia regula eſt, quod ſocius invito ſocio non poteſt aliquid ædificare in muro communi, propter quod fiat damnum aut incommodum alii ſocio, *l. Sabinus, communi divid.* & Angel. & Dd. *in dict. leg. quidam Iberus, & pro hoc vide quæ dixi ſupra de ſervit. ne luminibus officiatur, in 7. quæſtione.* Ego autem teneo primam partem, videlicet, quod poſſit, maxime per iſtam rationem. Nam cum ille murus ſit principaliter deſtinatus ad recipiendum tigna, vel culmen domus, poterit elevari domus ſua depreſſa, etiam obſcurando lumina alterius vicini, *per l. ſi communes ædes, & quod ibi not. communi divid. & quod not. in l. Sabinus, per gloſſ. eod. titul.* & ideo ſi eſſet jam ædificata domus utriuſque vicini ſuper dicto muro, & unus ipſum prius elevaſſet, & alter poſſet eum iterum elevare, etiam obſcurando lumina vicini, qui prius elevavit, & in muro elevato feneſtras fecit. Nam ſi aliter diceremus tolleretur ſibi per directum poteſtas altius tollendi domum ſuam, & utendi re ſua & communi, ad uſum deſtinatum : quæ eſſent contra prædicta jura. Sed ubi murus non eſſet deſtinatus ad ædificium domus, ſed forte ad dividendum tantum, & uni permiſſum eſt ut in muro elevato ſuperædificet domum, tunc alter non poterit non tantum reficere feneſtras, ſed etiam non poterit uti re communi ad uſum non deſtinatum, maxime nocendo vicino, *per not. per gloſſ. in dict. leg. Sabinus,* & quia conceſſio ſibi facta prius non debet tolli ſibi ſine facto ſuo, *per regulam, leg. id quod noſtrum, de reg. jur.* quod bene not. quia quotidie de facto contingit.

6 Supereſt * nunc, ut dicamus ſi quis poteſt facere in alieno feneſtram Domino invito. Et dicas breviter, quod non niſi eſſet impoſita ſervitus, quod fieri poteſt, *ut eſt caſus ſecundum unam lect. glo. in l. altius. Codic. de ſervitut. de qua vide quæ dixi ſupra de ſervitut. luminum, verſic. item eſt alia differentia, &c.*

7 Ultra * prædicta poteſt quæri, an ſit licitum facere feneſtram de ligno, quod dicitur balconus, & ipſum aperire in publico ſupra ſolum vicini. Et dic breviter quod ſic, ut dicitur de janua : quia quatenus ſe protendit ſtillicidium poteſt, ultra non, *ut probatur in l. fin. § fin. & ibi not. per gloſſ. de janua de ſerv. urb. præd. de quo dic, ut dixi ſupra, de oſtio ſive porta.*

8 Item * quæri poteſt, promiſi vicino ſub certa pœna non facere feneſtram in muro domus meæ & poſtea illam domum vendo, an emptor poterit facere feneſtram? Videtur quod ſic, quia iſta non fuit ſervitus, ſed obligatio quædam perſonalis, quod apparet ex forma obligationis, in qua non continetur, cauſa, quare promiſit. Si enim cauſa aliqua exprimeretur, puta ne aliquis uſus vicini impediretur, tunc ſervitus præſumeretur, ita dicit Spec. *in titul. de emp. & vend. verſi. ſed pone cavit.* & Flor. refert. *in l. pomum, in princ. de ſervit. & vide not. in l. 3. §. opus,* & ibi Bart. *de alien. jud. mu. cauſa fac. & in l. fin. de nov. oper. nunc. & in l. final. de contrahend. empt.* Et vide omnino dictum Paul. de Caſtr. *in l. penul. quæ incipit, Lucius Mitius, de ſerv. ruſt. præd. & in l. 2. §. item ſi in facto, circa medium, de verb. obl.* adde quod dixi Spec. ubi idem tenet, & vide omnino quæ dixi ſupra *in princip. hujus, l. in illa quæſtione,* quo-

quomodo cognoſcatur an ſint ſervitutes reales, vel perſonales, ubi plene hoc examinavi.

9 * Item quæri poteſt: an dominus domus poteſt obſcurare lumina domus locatæ alteri vel in quo alius habet uſumfruct. De domo locata, *b*

b dic quod non licet domino obſcurare & ſi obſcuraretur, etiam ab extraneo etiam dominus teneretur, *l. ſi merces, §. fi. ff. loca. & ibi valde not. & idem tenet gloſſ. in l. ſi is qui binas, & ibi not. Dd. de uſufruct.* De domo vero, in qua alius habet uſumfruct. dic, aut dominus pleno jure vult ædificare in ſua domo propria, & poteſt, licet obſcuraretur domus uſufru. *d. l. ſi is qui binas ædes*, aut vult ædificare in domo, in qua alius habet uſumfruct. & non poteſt, *ut not. ibi Flor. & vide l. Scaurus, alias incipit, binas, de ſerv. urb. præd. & quod not. in l. 1. §. fin. ſi uſufruct. peta.* & adde quod uſufruct. poteſt bene feneſtras aperire fundi fructuarii, *text. eſt in l. æquiſſimum, §. ſed ſi ædium de uſufr.* Sed non poteſt claudere, *ut eadem l. §. Nerva. & ibi hoc not. glo. in ver. obſcurare, & not. gloſſ. in d. §. ſed ſi ædium.*

10 * Quid autem eſt dicendum de feneſtris vitreis, ligneis, & papyreis, quæ vulgo ſperæ dicuntur, an quis poteſt eas feneſtras domui ſuæ apponere? Et dic regulariter, quod ſic, quia in ſuo poteſt quis ædificare *ut dixi ſupra, in princip.* niſi eſſet ſervitus impoſita, quod feneſtra ſtet aperta, ut vicinus ex ea poſſit lumen habere & recipere, *l. lumen, de ſerv. urb. præd.* vel niſi talis feneſtra protenderetur extra parietem, & ſtillicidium ſupra ſolum vicini, quod debet eſſe liberum. *l. fin. in princ. eod. tit.* circa quod vide quæ dicam *in tit. ſeq. de ſpecularibus, ver. circa iſta ſpecularia.*

* Sed an quis cogatur dictas feneſtras imponere, & tenere in feneſtris ſui parietis. Et dic regulariter quod non, niſi ſervitus eſſet impoſita, *ut probatur in d. l. altius, ſecundum unam lect. C. de ſer. quod not.* quia ſæpe contingit inter fratres dividentes inter ſe domum: quia quando uni obvenit pars domus, quæ habet feneſtras reſpicientes in hortum vel partem alterius, fratres conveniunt, quod debeat tenere clauſas feneſtras cum feneſtris, puta vitreis: quoniam valet iſta conventio, *ut dixi.* 11

Sed * quid ſi aliqua vitrea eſſet fracta, vel tela, papyrea, ita quod in domo alterius fratris poſſit videri, an debens ſervitutem, teneatur reficere ſuis ſumptibus? Dic quod ſic, *per l. eum debere, col. in fin. de ſerv. urb. præd. conjuncta l. & ſi forte, ſi ſerv. vend.* quod not. quia eſt quotidianum. 12

Ultimo * circa iſtam materiam de feneſtra & balcono, *vide ſupra de ſervi. ſtillicidii avertendi, in 9. quæſt. in fin. de ſervi. ne proſpectui officiatur, cum tribus titul. ſequentib.* & de pariete ſive muro, *verſ. ſecundo principaliter eſt videndum* & de ſtillicidio ſive tecto, *in 2. qu. & de pen. in princ.* & per Salice. *in l. altius. C. de ſerv.* & ibi etiam per omnes Dd. 13

ADDITIO.

a *Præſcript.* Sed quid dicamus de fundo dotali, quid jam inceperat præſcribi, antequam daretur in dotem? Reſpon. quod præſcriptio nihilominus curret, licet non poterit inchoari, poſtquam eſſet factus dotalis: ſecus erit de pupillo alteri ſuccedente, contra quem non currit præſcriptio durante pupillari ætate: licet antea fuiſ-

ſet incœpta, ſed defertur uſque poſt pupillarem ætatem, *l. fi. C. de anna. præſcript.*

b *Domo loc.* adverte quod contractus locationis & conductionis, eſt contractus bonæ fidei, *ut Inſtitut. de act. §. actionum* & ideo merces debet convenire arbitrio boni viri, *l. ſi in lege locationis, in prin. ff. loca.* aliter reſtituere obligatur. Et quod locatio facta alicui artifici in dubio intelligitur facta propter artificium ſuum, *vide Alexand. in 3. volum. conſil. 131. in ulti. col. in fin.*

CAPUT LXIII.

De Specularibus.

1 *Specularia ſunt quæ vulgo geloſiæ dicuntur.*

2 *Domus uſumfructum ſi quis habeat, an etiam ſpecularia tanquam domus inſtrumenta veniant, ita quod proprietarius non poſſit probibere uſumfructuarium illis uti?*

3 *Specularia an indiſtincte feneſtris apponi poſſint?*

1 SPecularia * ſunt quæ vulgo geloſiæ dicuntur, ab inſpiciendo dicta, *ut eſt text. cum glo. in l. ſed ſi quid §. proprietatis, in verſi. ſpecularibus, de uſufru. & in l. quæſitum. §. ſpecularia, de fund. inſtruct.* & inſtrumenta ſunt domus ligneæ, quæ in feneſtris poni ſolent ut ubi ſtantes maxime mulieres videre; & non videri poſſint: & ſi ſunt affixa feneſtris, pars domus ſunt, &
b domo vendita continentur, etiam ſi ſint in ædificia poſita, & ad tempus detracta ponuntur, *ut eſt text. in d. §. ſpecularia, & ibi glo. & pro hoc l. fundi, §. fina. cum l. ſequen. & l. grandia, de actiom. empt.* Sed ſunt de novo facta; & nondum impoſita: ſed ad hoc facta, ut imponantur, & ſuppleantur, ſi quæ deſunt tunc non ſunt pars domus, ſed inſtrumento domus continentur, *ut eſt text. in d. § ſpecularia, verſ. ſed ſi non ſint.*

Et ideo ſi quis habet uſumfru. do- 2
mus veniunt etiam ſpecularia tanquam domus inſtrumenta: & proprietarius non poteſt prohibere fructuarium illis uti, *ut eſt text. in d. l. ſed ſi quis §. proprietatis, de uſufruct. &* propterea videtur eſſe legata vel vendita domus ſine inſtrumento: ideo non veniunt dicta ſpecularia, quæ nunquam fuerunt appoſita feneſtris quia illa ſunt inſtrumenta domus, ut dixi, ſed ſpecularia affixa, vel ad tempus detracta, ut reponantur, bene comprehenderetur, quia ut dixi iſta pars domus non ſunt inſtrumenta, *ut probatur in d. l. quæſitum §. ſpecularia, de fund. inſtr.*

Circa * iſta ſpecularia poſſet dubita- 4
ri, an diſtincte poſſint poni in feneſtris? Diſtingue breviter. Aut quis vult ea ponere in feneſtris ſuis, & tunc regalariter poteſt: niſi eſſet ſervitus conſtituta, *ut dixi ſupra de feneſtris, verſ. ſupereſt nunc ut dicamus & verſ. ſed an quis cogatur.* Aut vult ponere in communi feneſtra ſocio invito, & non poteſt, *per l. Sabinus communi divid. & per ea quæ dixi ſupra ti. proxim. verſ. nunc dicamus.* Aut quis vult ea ponere in feneſtris alienis, & non poteſt regulariter, niſi eſſet ſervitus conſtituta, *ut dixi ſupra de feneſtris, verſi. ſupereſt nunc ut dicamus, & verſ. an quis cogatur.* Aut vult quis ponere in ſua feneſtra propria: & tunc aut ſpecularia non excedunt parietem ſuum proprium, & breviter poteſt, ſicut etiam in ſuo feneſtram facere, *ut l. altius. C. de ſerv.* niſi eſſet ſibi ſervitus

vitus impoſita, ut non poſſit ibi tenere ſpecularia, ad hoc forte, ut ex illis feneſtris poſſet haberi lumen in domo vicini, *ut habetur in l. lumen de ſerv. urbanor. præd. & dixi ſupra de ſerv. lumin. ver. item eſt alia differentia, & in tit. præced. in prin. in ver. ſupereſt nunc & verſic. quid autem.* Aut ſpecularia excedunt parietem. & tunc aut ſunt ſuper ſolum publicum, & de conſuetudine ſervatur ubique, quod poſſunt fieri, ergo dicendum eſt quod poſſint, *& l. an in totum. Cod. de ædif. privat. cum ſimil.* Aut ſunt ſupra ſolum vicini privatum: & tunc ſub ſuo ſtillicidio, quatenus protendir ſtillicidium vel circa, & fieri poſſunt, ſed non ultra, *per l. ſi. §. fin. cum ibi not. per glo. & Dd. de ſer. urb. præd.* & per idem quod dixi de feneſtra, de ligno, *ſupra tit. præced. verſic. ultra prædicta poteſt quæri.*

CAPUT LXIV.

De Camino.

1 *In camino quot principaliter conſideranda?*

2 *Ignis ſuper ſolario facientis fieri poteſt, niſi vicinus incendii periculum timeat.*

3 *Solarium ſi commune ſit, & ille qui eſt inferior, incendii periculum timeat, cautio damni infecti peti poteſt.*

4 *Murum ſub ſolario vicinus inferior occaſione incendii evitandi, quibus expenſis facere poſſit?*

5 *Caminum faciens an vicino invito murum in ſolario communem facere poſſit?*

6 *Ignem juxta parietem communem etiam maximum, ſicuti ſolet nuptiarum tempore fieri, quo caſu ſocius facere poſſit?*

7 *Cuppa camini an & quo caſu à ſocio fieri poſſit?*

8 *Socius quilibet muri communis, in qualibet ipſius particula portionem habet.*

9 *Caminum quandocunque aliquis in pariete communi ædificare velit, & murus ita debilis exiſtat, ut pro faciendo ignem temperatum etiam pro uſu ſuo torreretur: an poſſit facere murum parvum à parte ſua unius pedis altitudine, ut communiter ipſa flamma aſcendere poſſit?*

10 *Murum juxta alienum etiam non demiſſo ſpatio unius pedis, quiſpiam alium murum ſine fundamento, vel etiam modico facere poteſt.*

11 *Camini tubus an, & ubi quomodo fieri debeat?*

12 *Fumus qui de tubo camini exit, quomodo manifeſtet, an murus proprius communis exiſtat?*

IN camino * quinque principaliter conſiderari poſſunt primum camini locus, in quo ignis fit: alterum ipſe ignis qui fit in eo: tertium cuppa ejus: quartum tubus: quintum fumus, qui exit de camino. De ſingulis videamus. 1

Et primò de loco ubi fit ignis, dicas, ſi fiat ſuper * ſolario, & ſolarium eſt ignem facientis: & poteſt facere quando vult: quia quis poteſt uti re ſua pro voluntate, niſi vicinus timeat periculum incendii. 2

Item quando * ſolarium eſt commune: & ille qui eſt inferior timeret periculum incendii: quia ſolarium non haberet ſub ſe murum, & tunc poteſt peti cautio damni infecti, *l. fluminum §. præterea, & ibi not. Bart. & Dd. de* 3

dam. infect. & *l. ſi ſervus ſervum* §. *ſi fornicarius*, *ad l. Aqui. cum gloſſ.* & *per ea quæ dixi ſupra de furno*, imo plus poſſet facere vicinus inferior murum ſub ſolario, *arg. l. 1. in fin. de aqua plu. arcend.*

4 Sed * cujus expenſis, videtur quod facientis: *argum. d. l. 1. in fin.* niſi eſſet ſervitus appoſita illius oneris ferendi, quia tunc deberet fieri expenſis communibus, *arg. l. & ſi forte*, §. *etiam ſi de ſerv. vend.* Adverte tamen quia nec hæc ſervitus oneris ferendi eſſe poteſt hic in re communi pro indiviſo *l. in re communi*, *de ser. urb. præd.* & ideo non poteſt dici, quod fieri debeat expenſis communibus: fiet ergo murus ſub ſolario per ædificantem caminum expenſis ſuis, & non domini inferioris, qui ſolummodo pati tenetur: *arg. l. quoties, la. 1. §. 1. de ſerv.*

5 Sed * numquid faciens caminum poteſt facere murum in ſolario communi invito vicino? Credo quod ſic, quia ut dixi, nedum eſt utile ſed etiam neceſſarium, propter periculum incendii.

6 De ſecundo * vero ſcilicet de igne qui ſit in camino: dic, aut murus à latere eſt ita groſſus, qui eſt communis, quod ex igne non poteſt recipere detrimentum: & tunc alter ex sociis poteſt facere ignem juxta parietem communem, etiam maximum, ſicut fit tempore nuptiarum, & ita tenet Angel. & Paul de Caſt. *in l. quidam Iberus*, *de ſervit. urb. præd.* aut paries non eſt ita groſſus: & tunc aut vult facere ignem familiarem & temperatum, & poteſt, etiam ſi aliquod damnum faciat ex quo utitur ad uſum deſtinatum, *argu. l. fiſtulam*, *in princ. eod. tit.* & *l. ſicuti*, §. *fin. ſi ſerv. vend.* & ita tenet Angel. *in d. l. quidam Iberus*, *circa princ.* etiam pro hoc allego optimum text. *in l. arboribus*, §. *ſi navis*, *de uſufruct.* & quod ibi not. per glo. & Dd. & maxime Flor. Item quia utitur re ad uſum deſtinata: *ut not. in d. l. ſi communes ædes*, *l. Sabinus communi divi.* aut vult facere ignem non familiarem, nec temperatum, propter quod ſit damnum parieti communi, & non poteſt: *per d. l. quidam Iberus*, *per gloſſ. in verſi. adjicitur*, & hoc tenet ibi Bart. Bal. & communiter Dd. Angel. *in l. inter quos*, *de dam. infect.*

De tertio * ſcilicet cuppa camini: 7
dic, aut ædificium ſit in muro proprio ædificantis, aut alieno, aut communi Primo caſu quando ſit in proprio, non habet dubium: quia poteſt, niſi ſit in contrarium ſervitus conſtituta: *per ea quæ dixi ſupra de feneſtra*, *in princ.* Secundo caſu quando ſit in alieno: & breviter non poteſt, *l. ſed ſi inter me*, *in princ. de ſerv. præd.* & *l. quemadmodum*, §. *fin. ad l. Aqui. cum ſin.* niſi eſſet ſervitus impoſita: *per ea quæ dixi ſupra de feneſtra*, *verſic. nunc ſupereſt.* Tertio caſu quando ædificium in communi pariete: tunc ſubdiſtingue: Aut paries eſt communis ad unum uſum tantum, puta ad hortum dividendum, & in eo non poteſt fieri caminus: *per id quod dixi ſupra de pariete ſive muro in p. qu.* & *ſupra de feneſtra*, *in verſ. nunc dicamus.* Aut non eſt communis ad unum uſum tantum, ſed ad omnia vel ſimpliciter: & tunc ſi quæritur an poſſit cavare murum, & tunc aut murus eſt pro diviſo; & poteſt uſque ad dimidiam, & uſque quo durat pars ſua, quia tunc dicitur facere in ſuo, & *pro hoc gl. in l. hoc quod dictum*, §. *1. in verſ. paries in princ. de ſerv. urba. præ.* Aut eſt communis pro indiviſo

&

& tunc etiam poteſt ultra : quia in omni parte muri dicitur laborare in re communi.

8 Habet * enim quilibet portionem in qualibet particula pro indiviſo, *ut gl. in l. qui Romæ, §. duo fratres, de verb. obl. & in l. ſi familiæ. Cod. fa. er. & in §. quidam. Inſtit. de act.* Fallit hoc in tribus caſibus. Primo quando paries non poteſt cavaturam pati : *per l. cui ædificium, de ſerv. urb. præd.* Secundo fallit, quando alter ſocius velit ab altera parte ſua facere caminum : quia unus plus juris non habet, quam alius. *ut dixi, & habetur in dict. l. quidam Iberus* maxime per Ang. qui dicit circa princ. quod ita ſervat conſuetudo : quoniam videmus in pariete communi quemlibet ſociorum caminum habere in parte ſua. Tertio fallit, quando murus eſſet ita debilis, quod etiam faciendo ignem ita temperatum pro uſu ſuo torreretur, & ſibi damnum fieret : *per d. l. quidam Iberus, in princ. cum ibi not. per gloſſ. & Dd. in verſ. non licet.* Et adde omnino quæ dicam infra *in verſ. ſed hic poteſt dubitari.* Aut quæritur de ipſa cuppa camini tantum : & tunc aut vult mittere tigna vel lapides ſuſtinentes cuppam ultra dimidiam muri : & non poteſt, ſi eſt communis pro diviſo : ſecus ſi pro indiviſo : per ea quæ proximè dixi de cavatura. Aut vult mittere tigna uſque ad dimidiam vel citra, quando eſt communis pro diviſo : & tunc aut per talem ædificationem non fit damnum muro : puta quia per eam murus communis non debilitatur, neque mutatur ejus facies : & tunc poteſt, *arg. l. fiſtulam, de ſerv. urb. præd.* & not. Bart. Bald. & Dd. *d. l. quidam Iberus.* Aut fit damnum muro communi, & non poteſt : *per d. l. quidam Iberus, in princ. cum not. & ibi*, ſi vellet apponere lapides magnos in muro communi pro ſuſtinenda cuppa camini, qui deſtruerent murum communem propter ponderoſitatem, non poſſet : *per d. l. cui ædificium, & per ea quæ dixi ſupra de feneſtra, verſ. nunc dicamus.*

Sed hic non poſſet dubitari, quando 9
aliquis vult ædificare caminum in pariete communi, & murus eſt ita debilis, quod faciendo ignem temperatum, etiam pro uſu ſuo torreretur : *ut dixi ſupra verſ. tertio fallit*, an hoc caſu poſſit ſibi providere, faciendo ſcilicet unum murum parvum à parte ſua, puta unius pedis, & altitudinis : quantum poteſt communiter aſcendere flamma ignis, ſicut ſæpiſſime vidi. Et videtur quod non : quia prope murum communem non eſt licitum uni ſocio facere alium murum prorium : *per d. l. quidam Iberus, in princip. verſic. ad parietem, ſecund. un. lect. ultimæ gloſſ.* quæ dicit, quod debet diſtare per duos pedes vel unum : *per l. fin. fini. regun.* & ita vult Angel. Et intellige de duobus pedibus, quando ædificatur murus cum domo : ſed quando eſt murus ſimplex, ſufficit dimiſſio unius pedis, *per d. l. fin.* & ita videtur in caſu noſtro, quod debeat ille murus diſtare per pedem à muro communi : & ſic *d. l. fin.* locum habet non ſolum in ædificante juxta murum alienum, ſed etiam juxta murum communem, quod eſt notandum. In contrarium tamen videtur text. *in l. fiſtulam, §. juxta, de ſerv. urb. præd.* Ego puto in hoc eſſe diſtinguendum. Aut quis vult facere murum proprium juxta murum communem, ita quod incumbat, & non poteſt. *d. l. quidam Iberum, in princ. & ita tenet gloſſ. in §. juxta, verſic. manet.* Aut vult facere murum juxta communem, ita quod communi non inhæreat,

hæreat, & quod ſublato pariete communi remanere poſſit, & ſi parietis communis refectionem non impediat, poteſt, *caſus eſt in d. § juxta*, & licet ille text. loquatur de camera ex figulo opere facta juxta parietem communem & gloſſ. ibi exponit, ex figulo, id eſt, ex lateribus non coctis, & lutoſa materia: & ſic non videtur loqui de muro, tamen credo quod idem ſit in dicto muro parvo: quia eſt eadem ratio in utroque caſu. Nec *obſt. l. fin. fini. reg. gl. in d. l. quidam Iberus in verſ. ad parietem in fin.* quia intelligitur quando quis vult ædificare murum fodiendo in terra, propter quod veriſimiliter poſſit damnum inferri muro communi; tunc enim debet diſtare per pedem: quia ita taxatum eſt *p. d. l. fin.* Sed quando eſt murus ædificatus ſuper ſolario vel etiam in terra pro dicto camino ad defendendum murum communem: & ſic pro ejus utilitate: quia ex eo non poteſt ſocius damnum pati ex illa modica foſſione, imo utilitatem: tunc poteſt. Nec habet locum, *d. l. finał. per d. §. juxta, fecit ad hoc l. Titius borreum, de acquirend. rer. dom.* & quod dixi ſupra de pariete ſive muro. Et quid ſi eſſet paries ligneus? *& vide ſupra quæ dixi de ſcalis, verſ. videamus de muro communi.*

10 Ex quo etiam infero ea * ratione; quod quis poteſt juxta murum alienum etiam non dimiſſo ſpatio unius pedis facere murum ſine fundamento vel modico, puta pro ſedendo, vel cauſa ponendi ſupra horticellos, dummodo humorem non faciant muro communi: *per. d. l. quidam Iberus, in princ. quæ omnia bene not pro intellectu, d. l. fini. regund.*

11 De quarto principali, * ſcilicet de tubo camini: dic aut in totum ille tubus eſt extra murum communem à parte facientis caminum, & per eum ſolum fumus aſcendit, & ignis non appropinquat, & poteſt: *per l. fiſtulam, de ſerv. urb. præd.* & ita tenet Bart. Bal. *in d. l. quidam Iberus, in princ.* & Angel. *in d. l. inter quos, in princ. in 3. col. de dam. infect.* Aut ille eſt cavatus in muro communi & tunc aut per illam cavaturam flamma ignis torreretur & deterior fieret murus, & non poſſit: *per d. l. quidam Iberus, in princ.* & ibi per omnes Dd. & per Ang. *in d. l. inter quos.* Aut per illam torreretur murus communis nec per hoc deterioraretur, & tunc diſtingue: aut illa cavatura eſt ultra medietatem muri vel circa: & tunc dic in omnibus, *ut ſupra dictum eſt de cuppa.*

De quinto * & ultimo principali, 12
ſcilicet de fumo, qui exit de camino ſive de ejus tubo: *dic ut dixi ſupra de pariete ſive muro verſ. ſecundo principaliter eſt videndum*, ubi dicitur quod ex cuppa camini poteſt cognoſci an murus ſit proprius vel communis, *de quo dic ut ibi plene dixi, & vide quæ dixi ſupra de ſerv. ſtillicid. averten. in 11. quæ. in fine.*

CAPUT LXV.

De neceſſario.

1 *Neceſſarium quot partes habeat?*
2 *Feneſtra ſive locus neceſſarii ad ſedendum, & quando in muro proprio vel communi fieri poſſit?*
3 *Neceſſarii cava, an & quomodo in proprio vel communi muro fieri poſſit?*
4 *Neceſſarii cava an in muro proprio ſupra ſolum publicum vel vicini fieri poſſit?*

5 *Neceſſarii fovea an & qualiter in muro communi vel proprio fieri poſſit?*

6 *Neceſſarii fovea an pro voluntate domini fieri poſſit?*

9 *Neceſſarii fovea murata vel non murata, ſi humor vel putredo exeat, & in puteum vicini vel ciſternam deſcendat, vel in ejus venas, aut etiam in penu, an cogi poterit ad reficiendum dictam foveam, ita & realiter, quod puteo vel ciſternæ, aut alii vicini loco nocere non habeat?*

8 *Neceſſarium plenum habens, ſi ipſum purgare velit, an poſſit?*

1 NEceſſarium * tres habet partes, prima eſt feneſtra, in qua locus ſit ad ſedendum: alia eſt cava ejus quæ ſolet ex vaſis fictilibus fieri: tertia eſt fovea, ad quam omnes immunditiæ deſcendunt.

2 De * feneſtra ſive loco neceſſarii ad ſedendum, an & quando poſſet fieri in muro proprio, vel alieno: aut communi, diſtingue *ut dixi ſupra, de cuppa camini. in tit. præcedenti. & vide quæ dixi ſupra, de feneſtra.*

3 De ſecunda * parte neceſſarii, videlicet de ipſius cava, an illa poſſit fieri, diſtingue, aut quis vult facere cavam neceſſarii in ſuo proprio, aut in alieno, aut in communi. Si fit in ſuo proprio, regulariter licet, niſi fiat juxta parietem vicini: quia ſi tunc lædatur paries vicini, fieri non poteſt, *l. fin. ſi ſerv. vend.* & idem dicas, ſi noceret puteo vel ciſternæ vicini. *ut dicetur infra, de fovea neceſſarii.*

4 Tamen * vidi dubitari an illa poſſit fieri in muro proprio ſupra ſolum publicum vel vicini. Dic de puteo, quod non poteſt, niſi aliter ſit de conſuetu-
5 dine. *a* Supra ſolum autem privatum vicini etiam non poteſt, niſi habeat ſupra ſtillicidium domus: *per l. ſi vitem. §. fin. quod vi aut clam, & l. fin. de ſervit.* Sed ſi habet ſtillicidium, poteſt ſub eo quatenus durat, dictam cavam protendere, *l. fi. §. de ſervit. urb. præd. circa quam vide quæ dixi ſupra, de ſerv. ſtil. aver. in 9. q. & ſupra. de feneſtra, in ver. ultro prædict. & de ſpecularibus, in fi.*

De tertia † vero parte neceſſarii, videlicet ipſius fovea, an illa poſſit fieri, diſtingue: aut quis vult facere eam in ſuo proprio, aut in communi, aut in alieno. Si vult facere in ſuo proprio, regulariter licet, niſi fiat juxta parietem vicini, qui ex hoc lædatur: *ut leg. ſi quando, §. fin. l. ſi ſerv. vend.* & idem ſi noceret puteo vel ciſternæ vicini: *ut dicam infra, de fovea neceſſarii*: vel niſi eſſet ſervitus impoſita, quod in ſuo facere non poſſit, *argu. leg. altius, Codic. de ſervit.* Si vero vult facere in communi muro dictam cavam neceſſarii, videtur quod non poſſit: quia in re communi melior eſt conditio prohibentis, *l. Sabinus. communi divid.* In contrarium: quod poſſit; *per l. fiſtulam, de ſervit. urb. præd. & per Gloſſ. in d. l. ſi quando. §. fin.* Ego autem in hoc ſic diſtinguo. Aut eſt aliquid conventum inter ſocios: illud eſt ſervandum, *leg. ſemper in ſtipulationibus, de reg. jur.* Aut nihil eſt conventum: & tunc aut eſt conſuetudo in loco ſuper hoc, & illa eſt ſervanda, *per dictam l. ſemper. & per l. an in totum, C. de ædif. priv.* Aut nulla eſt conventio vel conſuetudo: & tunc aut murus eſt communis ad omnia ſimpliciter: & tunc aut ex dicta cava neceſſaria non ſit aliquod damnum muro communi, & poteſt, *arg. d. l. fiſtulam & d. l. quidam Iber. §. fi. eod. tit. & per not. in d. leg ſi quando, §. final.* &

hoc tenet Joan Pet. de Papia. *in ſuo ultimo lib. in gloſſ. in verſ. & in futurum percipiendis , verſ. an autem ſciunt.* Aut infertur damnum muro communi : puta quia murus eſt ſubtilis , & nimium debilitaretur : & non poteſt , *per leg. cujus ædificium. de ſerv. urb. præd.* vel quia propter humorem cavæ neceſſarii murus communis debilitatur, *per d. l. quidam Iberus, in princ. cum ibi not. & per leg. fiſtulas. ſi ſervit. vend. & d. l ſi quando, §. final. cum gloſſ. eod. tit.* hoc tenet etiam dictus Joan. Pet. *in loco præallegato*: qui dicit idem, ſi ex dicta cava exit putredo vel malus odor : & ad hoc nihil allegat , *ſed tu allega tex cum gloſſ. in leg. 2. §. idem ait, ſi odore, ne quid in loco publico, & tex. cum gl. in l. pen. quod vi aut clam. & vide quæ dixi ſupra de cloaca, in antepen. quæ.* Idem etiam dicas ſi ex dicta cava exit humor vel putredo in domo vicini : quia quis non poteſt etiam laborando in ſuo immittere aliquid in alieno : *ut not. gloſſ. in d. leg. ſi quando , §. fin.* & dicam infra, de fovea neceſſarii.

6 De quarta * parte & ultima , ſcilicet de fovea neceſſarii, poſſet quæri, an poſſit illa fieri pro voluntate domini. Dic, aut vult facere foveam ſubterraneam etiam ultra ſuum ſolum ſub ſolo vicini , & non poteſt : *ut dixi ſupra de penu, verſic. quid ſi unus vult facere.* Aut vult facere quatenus durat ſolum ſuum , & poteſt , nec tenetur dimittere ſpatium aliquod , *l. ſi. regum. ut dixi ſupra, de penu , & puteo*: nec etiam hæc ſervantur de conſuetudine, ut dimittatur aliquod ſpatium , & præſertim quando fiunt hujuſmodi foveæ quæ undique re murantur , quæ vulgo le volte dicuntur.

7 Secundo * quæri poteſt quid ſi ex fovea murata , vel non murata, exit humor vel putredo , & deſcendit in puteum vel ciſternam vicini , vel ejus venas , aut in penu , an poterit cogi ad reficiendum dictam foveam ita & taliter quod non noceat puteo vel ciſternæ aut alii loco vicini ? Dicas quod ſic : quia non eſt licitum quicquam facere in ſuo per quod aliud immittatur in alienum, *l. ſicuti §. Ariſto. ſi ſerv. vend. & d. l. ſi quando. §. fin. ſi ſerv. vend. l. fluminum. §. fin. gloſſ. pen. in fine de damn. infect.* & ita tenet Jo. Pet. de Papia, *in ſuo ult. lib. in loco præallegato* & ita not. Flor. *in dict. l. ſi quando §. final.* qui dicit per illum text. ubi aliquis conſtruit loca communia juxta domum vicini , ex quibus cauſetur ad illam humiditas , cogi poterit ad talia loca purganda & purgata retinenda. Adverte tamen quia gloſſ. *in d. l. ſi quando. §. fin.* videtur tenere ſecundum Azo. quod ſit licitum ſterquilinium in ſuo ponere : licet alius ſentiat inde humorem *per l. ſicuti §. idem ait ſi ſerv. vend. & per l. fiſtulam. in princ. de ſerv. urb. præd.* quam gloſſ. intelligo , quando raro humorem faceret : ſecus ſi aſſidue : *per l. fiſtulam in princ. & adde quæ dicam in tit. 1. poſt princ. & infr. de ſterquilinio.*

Sed * pone , quod habens neceſſa- 8
rium plenum , vult ipſum purgare , an poſſit? Credo quod non propter fœtorem : & ideo de nocte tantum fieri debet , *per ea quæ dixi ſupra de fornace verſicul. & prædicta teneo. ubi vide , & adde quæ dicam in titu. ſequen.*

ADDITIO.

a *De conſuet.* Utrum conſuetudo prava excuſet ? Reſp. ſecundum gloſſ. *q. diſtinct. 1. c. denique.* quod ſic, quod verum intelligo , quod non excuſat quo ad Deum , quando ignorantia pravæ

gravæ conſuetudinis eſſet craſſa, ut puta contra jus naturale, 27. *quæſt.* 2. *flagitia.* ſecus ubi eſſet probabile dubium ſuper conſuetudinis validitate: nam tunc ignorantia legis non eſt peccatum *ut in l. regula ff. de jur. & fac. igno. & in cap. cum dilectus. de conſue. & quod not. Innoc. in cap. per tuas de ſimo. & gloſſ. in c. uno de poſtb. præd. lib. 6. in verſ. de cætero.* Et utrum conſuetudo interpretetur privilegia, ſicut & legem? Reſpon. quod ſic. *c. cum dilect. de conſuet. l. ſi de interpretatione. ff. de leg.* & quod ibi not. Joan. And. *in c. quod dilectio. de conſan. & affi.* & vide Alexan. 2. *volum. conſil.* 107. *in ult. colu. verſi. confirmantur. & conſil.* 68. *in* 6. *conſil. in fin. & in* 1. *vol. conſil.* 832. *in* 2. *colu in princ. & in* 4. *vol. conſ.* 134. *in princ.* ubi ponit quæ requirantur ad eſſe conſuetudinis.

CAPUT LXVI.

De Seclario.

1 *Seclarium qui ſit, & quot partes habeat?*

2 *Seclarium ſi quis juxta parietem communem ædificare velit, an poſſit?*

3 *Seclario ſi aqua ſpargatur, & deſcendat per ſolarium ad partem vicini inferiorem, vel ſolarium commune madefaciat, an prohibere poſſit ne amplius ſpargat?*

4 *Seclarii murus ſi communis eſſet; & propter pondus ſupellectilis appenſæ debilitaretur, an prohiberi poſſit?*

5 *Seclarii foramen, & fovea, ac ejus camera qualiter ſe habere debeant?*

SEclarium quinque * habet partes. Prima eſt lapis ſive lignum, ſuper quo lavatur ſupellex. Altera eſt ſimiliter alius lapis vel lignum deſuper in quo pendent ſitulæ, & his ſimilia, ac etiam ſuppellectilia coquinæ ponuntur. Tertia pars eſt foramen, per quod aqua deſcendit. Quarta eſt fovea, ad quam aquæ & cæteræ immunditiæ diſcurrunt. Quinta eſt quandoque camera, in qua ſtatur ad lavandum. ſuper prima parte de lapide ſeu ligno ſeclarii quod lavari ſolent ſupellectilia, ſi quæritur an imponi poſſint in muro proprio aut in communi, aut in alieno, dicendum eſt breviter, ſicut dixi de cuppa camini.

Sed * quid ſi vult ædificare juxta parietem communem ipſum non tangendo? diſtingue. Aut per talem ædificationem ſeclarii non fit damnum vicino ſuo ſocio, nec impeditur refectio communis vel alieni parietis, & poteſt, *argum. l. quidam Iberus in Princ. & leg. fiſtulam.* §. *juxta de ſervit. urb. præd.* Aut impedit refectionem; & non poteſt, *per d.* §. *juxta*, Aut non impedit refectionem, ſed noceat vicino: & tunc aut nocet aſſidue: quia aſſiduum humorem emittit, & non poteſt, *per d. l. fiſtulam, in princip.* & ita tenet Angel. *in d. l. inter quos in ult col. verſi. ſi autem quis velit ædificare de damn. infect. & adde quæ dixi ſupra de camino verſic. ſed hic poſſet dubitari & in tit. præc.* 2

Item * quid ſi ex ſeclario ſpargitur aqua, quæ deſcendit per ſolarium ad partem inferiorem vicini, vel madefacit ſolarium commune: an poteſt prohiberi ne amplius ſpargat? Dic? aut ſpargit pro caſu quotidiano ſuæ familiæ & poteſt *argum. l. ſicut.* §. *fin. ſi ſerv. vend. & l. fiſtulam, in princ. de ſerv. urb. præd.* Aut ultra uſum, 3

quotidianum, & non poteſt, ut dictis juribus, *circa quod vide quæ plene dixi ſupra de ſervit. projici in 2. quæſt.*

De ſecunda * parte ſeclarii dicendum eſt in in omnibus, ſicut de prima: ſed in hac ſecunda in primis conſiderandum eſt, ſi murus eſſet communis? & propter pondus ſupellectilis appenſæ debilitaretur: prohiberi poſſit, *per l. cujus ædificium, de ſerv. urb. præd.*

De 3. 4. & 5. parte ſeclarii, * ſcilicet de foramine, & fovea, & ejus camera, dic in omnibus & per omnia ut concluſum fuit ſupra, *tit. præced. de neceſſario & adde quæ dixi ſupra de ſervitute projiciendi, & quod dicam in ſequ. tit.*

CAPUT LXVII.

De aquaralo ſive canali.

1 *Aquaralus quid propriè ſit?*

2 *Aquarolum ſi quis in ſuo habeat, & aquam per unam regulam ducat, quæ cadat in ſuum puta in curiam vel hortum: deinde illa aqua paulatim in fundum vel penum vicini vel communem deſcendat, an cogi poſſit ut dictam aquam in ſuo retineat, ne in alienum veniat?*

3 *Aquarolo vicini mei ſi aquam deſcendentem videam, & ex ſuo ad curiam meam cadentem: an aliquid in meo facere poſſim propter quod aquæ fluxus impediatur: ita quod in vicini ſolo remaneat?*

4 *Aquarolo vicini ſi aqua in fundum meum deſcendat, quid juris?*

5 *Aquarolo tuo ſi aqua in via publica deſcendat, quid ego vicinus contra te agere poſſim?*

6 *Pariete in communi an ſit licitum mittere canale recipiens aquam de cœlo cadentem, vel aquam de ciſterna diſcurrentem, aut de aliquo aquæ receptaculo, quod caſtellum appellatur?*

Diximus de iſta materia ſupra, in tit. de fiſtula: verum quia multum convenit ſeclario, Ideo eam hic commemorare conſtitui.

1 Et * appello aquarolum parvum ſeclarium, vel vas lapideum in muro immiſſum, habens fiſtulas ferreas ad ſimilitudinem capitis ſerpentis vel leonis, aut hominis, de quo exit aqua pro manibus lavandis. Si quis autem aquarolum ſive canale in ſuo aut alieno fabricare voluerit ea, quæ de ſeclario dicta ſunt obſervare tenetur per jura in duobus titulis præcedentib. allegata.

2 Sed juxta * ea dubitari poſſet quis habet aquarolum in ſuo, & ducit aquam per unam tegulam quæ ſimiliter cadit in ſuum, puta in curiam vel hortum, deinde illa aqua paulatim deſcendit in fundum vel penum vicini vel communem, an cogi poſſit ut dictam aquam in ſuo retineat ut in alienum non veniat? Et videtur quod non, *per gloſſ. ordin. in l. ſi quando ſi ſervit. vendid.* In contrarium videtur, *l. fluminum. §. fin. in gloſſa pen. in fin. de damn. infect.* Puto quod ſit dicendum, aut illa aqua aſſidue deſcendit in fundum vicini, vel communem, & prohiberi poteſt, *per l. fiſtulam, in princip. de ſerv. urb. præd.* Aut non diſcurrit aſſidue, & tunc *ſecus per d. l. fiſtulam. & pro hoc vide quæ dixi in tit. præceden. primam partem.*

3 Quid * autem ſi ego videns aquam vicini mei deſcendere & cadere ex ſuo ad curiam, non facio aliquid in meo propter quod impeditur fluxus aquæ; ita quod remaneat in ſolo vicini, an poſſim? Dicas quod ſic: *argument. l. 1. Paragrapho ſunt qui putant, Digeſtis ne*

ne quid in loco publico, & vide quæ dixi ſupra in 4. diviſione ſervitutum, verſic. & primo videamus, & ſupra de curia in fine.

4 Item * quid ſi aqua deſcendit ex canali vicini in fundum meum? Dic quod eum prohibere poſſim *per l. ſicuti §. Ariſt. ſi ſerv. vend. & per ea quæ dixi ſupra de ſerv. projici, in 1. & 2. quæſt.*

5 Item quid ſi ex aquarolo tuo deſcendit aqua in via publica: *a* an ego vicinus poſſim agere contra te? Dic quod ſic, nocet, vel nocere poteſt mihi tranſeunti, *argum. 2. in princ. ne quid in loco publico, circa quod vide quæ dicam infra tit. ſeq. & quæ dixi ſupra in tit. præcedenti.*

6 Item * numquid in pariete communi ſit licitum mittere canale recipien- aquam de cælo cadentem, vel aquam de ciſterna diſcurrentem aut de aliquo receptaculo aquæ quod caſtellum appellatur: Dicas quod non: *per l. fiſtulam, de ſerv. urb. præd.* Et eſt ratio: quia per talem diſcurſum aquarum parietem corrumpi veriſimile eſt: ſecundum Ang. *in d. l. inter quos, in princip. in 4. col. de dam. infect.* Reliqua circa iſtam materiam vide ſupra de fiſtula.

ADDITIO.

a *Via pub.* Adde Alex. 3. *vol. conſ.* 73. *in 1. colum. Paragrapho fin. & quaſi per totum,* & Corn. 2. *volum. conſil.* 254. *in 3. volum. conſilior* 282. & quid ſignificet via, *dicto volum. conſiliorum* 295. *& in 4. conſiliorum* 212, *incipien. præmittendum.*

CAPUT LXVIII.

De aquæ projectu ſeu aliarum rerum.

1 *Aquam in vicini fundum an immittere licitum ſit?*

2 *Aquam vel alias immunditias in ſtratam publicam, vel alium locum publicum, an projicere liceat?*

3 *Putredinem aliquam puta lavaturam vel aliud putridum, ſi pediſſequa vel famulus projecerit, & ſuper veſtem vel caputium, tranſeuntis per viam publicam, vel ibi ſtantis deſcenderit, an ejus dominus teneatur?*

4 *Aquam ut illic projiciat, ſi duos tibi terræ pedes concedam, an proprietas vel uſus concedi videatur?*

QUæro primo numquid ſit licitum immittere aquam in fundum vicini? Et dic quod non, niſi ſit ſervitus impoſita, *l. ſicuti, §. Ariſt. ſi ſerv. vend.* de quo dic ut plene dixi de ſervitude projiciendi. 1

Quæro * ſecundo, an liceat projicere aquam vel alias immunditias in ſtratam publicam, vel alium locum publicum? Et puto quod ſic, dummodo non noceatur uſui publico: vel tranſeuntibus, vel in exiſtentibus, *argu. l. 2. in princ. ne quid in loco publ. juncta l. 1. in princ. de his qui dejec. vel effu.* niſi ex lege, vel ſtatuto, vel conſuetudine aliter eſſet proviſum, *d. l. 2. in princ.* Nam communiter circa hoc per ſtatuta locorum eſt proviſum, & aliter quam ſit de jure communi. 2

Quæro * tertio, pediſſequa vel famulus unius projecit ex feneſtra ali- 3

 quam

quam putredinem, puta lavaturam vel aliud putridum, & deſcendit ſuper veſtem vel caputium cujuſdam tranſeuntis per viam publicam, & ibi ſtantis, & veſtem vel caputium deturpavit, an
a dominus a ejus teneatur: & in quantum? Et dic regulariter quod in duplum damni dati: *ut eſt text. in l. in princ. & ibi hoc nota. Flor. de his qui deje. vel. effude.* quod eſt verum, quando eſt projectum in loco quo vulgo iter fieri ſolet: ſecus ſi eſſet projectum in loco non conſueto quo vulgo iter non conſuevit eſſe: *ut eſt text. in d. l.* 1. §. *ſumma cum utilitate, eodem titulo facit l. ſi putator & quod ibi not. ad l. Aquil.* quod not. quia accedit ſæpe de facto: & ita etiam ſervatur ſed pœnæ aliter ſolent imponi per ſtatuta locorum, quæ ſunt ſervanda, *l. omnes populi de juſti. & ju.* ubi autem non eſſent ſtatuta vel conſuetudo, ſerva quod
4 ſupra dixi. Quæro * quarto, quid ſi concedo tibi duos pedes terræ, ut ibi projicias aquam, an proprietas vel uſus concedi videatur? Et videtur quod non, eo quia fuit conditio projiciendi & cauſa dandi: *ut eſt text. in l. ſi mulier. de jur. do.* de quo dic ut ibi per Dd. Ultimo de iſta materia de ejectionibus & effuſionibus, *vide plene in tit. de his qui dejec. vel effu. per totum, & adde quæ dixi ſupra de ſervitute projiciendi.*

ADDITIO.

a *Dominus.* Utrum Dominus teneatur de facto familiæ? Reſpond. ut colligo ex D. Ant & Joan. de Tig. ac Pa. *in c. licet, de reſt. ſpo.* & Bartol. *in l. ne quid ff. de incen. rui. & nav.* quod ſic: quod familia ejus deliquit in officio ſeu miniſterio in quo ipſe dominus eſt præpoſitus & ipſe utitur opera talis familiæ: quia ſibi imputet quod talem egit, quia honeſtam debeat ponere, *l.* 1. §. *familiæ ff. de publ.* civiliter tamen tenetur non criminaliter: *ut d. l. ne quid.* Ex quo patet quod poteſtas ſeu rector tenetur ex maleficiis ſuorum officialium, *l. ſi poſt, C. de aſſeſſ.*

CAPUT LXIX.

De Aquæductu.

1 *Aquæductum alicui in ſuo habere non licet, per quem aqua in alienum fluat: & quomodo ſi contra eum agi poſſit?*

2 *Aquæductum an per vicini fundum facere licet?*

3 *In aquæductu ſi ego privatus aliquod jus habeam: numquid à ſolito curſu diverti poterit?*

4 *Conſuetudine vel ſtatuto quis poteſt habere jus aquam tollendi per rotam ex flumine vel caſtello.*

Non licet * alicui aquæ ductum habere in ſuo perquem a qua in alienum fluat: & ſi contra fiat, poteſt agi contra eum: ita jus illis non eſſe: *ut probatur in fiſtulas, ſi ſerv. vend.* Ex quo not. ſecundum Flor. ibi, quod faciens aquæductum in ſuis domibus, non poteſt, quatenus per eum fiat damnum domui vel parieti vicini, & pro hoc etiam, *l. fiſtulam, in prin. de ſer. urb præd.* Item not. ſecundum eundem Flor. *in d. l. fiſtulam,* quod ductus aquæ ad fontem, vel ad aliam utilitatem vel commoditatem publicam, ſi tranſeat per domum privati: ita debet ſervari & manu teneri expenſis publicis quod illi privato non noceat: & ad hoc poteſt agi: *ut l. fiſtulam,* niſi aliter actum ſit, vel conſuetudine ſervatum, facit ad prædicta, *l.* 2, §. *merito & ſi quis à* 1

prin-

principe, ne quid in loco public.

2 Sed * numquid ſit licitum aquæ ductum facere per fundum vicini? Dic quod non: & ſi fiat, poteſt vicinus propria authoritate deſtruere: *ut eſt text. in l. quemadm. §. ſi protectum ad l. Aquil.*

3 Sed pone in * aquæductu, ego privatus habebam aliquod jus: an poterit diverti à ſolito curſu? Dicas quod non: imo poterit cogi divertens, ut in priſtinum ſtatum aquam ducat: *ut eſt text. ubi hoc not. Dd. in l. 2. Cod. ad l. Aquil.* quot not. quia alvei aquarum in quibus vicini conſueverunt haurire vel tollere aquam, vel pannos lavare non poſſunt perverti in eorum præjudicium.

3 Ultimo * not. quod quis poteſt ex
a pacto *a* vel conſuetudine habere jus aquam tollendi per rotam ex flumine vel ex caſtello: *ut eſt text. in l. 2. communia præd.* de quo dic ut ibi per glo. & Dd. Cætera circa iſtam materiam, *vide quæ dicam in ſeq. tit. de ſervitute aquæ ductus.*

ADDITIO.

a *Pacto.* Quæ differentia eſt inter pactum & conventionem? Pactum eſt conſenſus duorum vel plurium ad aliquid faciendum, vel dandum verbis expreſſum, ita quod verba præmittantur à promittente, & conſequantur à recipiente. Conventio vero eſt nomen magis generale quam pactum: quia ſcholares in ſcholis, & fratres in capitulo convenire dicuntur, *ff. de pact. l. 2. §. conventionis verbum.*

CAPUT LXX.

De Ponte.

1 *Pons dicitur ille, qui eſt de lignis, non autem de lapidibus.*

1 *Flumen ſi per civitatem diſcurrat, & unus ab utraque parte ripæ domos habeat: an pontem ſuper flumen facere poterit, per quem de una domo in aliam ire valeat?*

3 *Pontis partem, puta decem pedum longitudine, numquid in flumen quis facere poſſit, per quem poſſit ire ad hauriendum aquam, vel ad lavandum pannos ſtare?*

4 *Pontis reficiendi & faciendi onus ſuper flumine publico, ad quem ſpectat, per quem iter tranſeuntibus neceſſarium ſit?*

5 *Pons an viæ publicæ appellatione veniat?*

Pons proprie * dicitur ille, qui eſt de lignis, non de lapidibus, *ut l. ſupra iter. in princip. de aqua plu. arc.* & ibi hoc not. Bart. & Angel. qui dicunt, quod licet illud ſit de jure: tamen de conſuetudine pons & arcus lapideus ſynonyma ſunt: quia continetur appellatione pontis, cui conſuetudini ſtandum eſt. Et pons poteſt eſſe duobus modis, in urbe, ſeu in municipio. Uno modo, quando ſupra ſolum publicum, *& de iſto ponte dixi ſupra in tit de ponticello, ubi vide.* Alio modo, quando eſt ſupra flumen, vel aquam: & de iſto dicamus. 1

Numquid ſi flumen diſcurrit per civitatem, & unus habet domos ab utraque parte ripæ, an poſſit facere pontem ſuper flumen, per quem poſſit ire de una domo in aliam? Dicas quod non:

non: *caſus eſt in l. fin. ne quid in flum. publ.* ſicut non poteſt ſupra viam publicam, *l. 3. §. tractatum ne quid in loco publ. & l. fin. & ibi ad hoc notat. Bul. de ſerv.*

3 Secundo * numquid poteſt in flumine facere partem unius pontis, puta longitudinem decem pedum, per quem poſſit ire ad recipiendum de aqua, vel ſtare ibi ad lavandum pannos? Et teneo quod non: quia ſicut in loco publico vel privato non licet aliquid immittere, *l. 1. & 2. ne quid in loc. publ.* ita nec in flumine publico, *argum. d. l. fin. ne quid in flu. publ.* de conſuetudine tamen ſervatur contrarium cui conſuetudini ſtandum eſt: quia regula eſt quod in pontibus & aquis ſtandum eſt antiquitati: *ut eſt text. & ibi hoc not. Bald. in titul. de pace Conſtan. in 6. colu.* quam regulam perpetuo tene menti: quia per eam decidere potes plures quæſtiones.

4 Tertio * ad quem ſpectat onus faciendi, & reficiendi pontem ſuper flumine publico, per quem fit iter tranſeuntibus neceſſarium? Diſtingue. Aut eſt pons qui debet retineri & cuſtodiri per dominum civitatis: & debet expenſis domini fieri & refici: quia ad ipſum dicitur principaliter ſpectare: ſicut etiam ſpectant alia fortilicia. Aut eſt pons qui non cuſtoditur, ſed ſimplex tantum pro tranſitu: & tunc aut deſervit omnibus de civitate: & per omnes de civitate fieri & refici debet. Aut deſervit uni tantum contratæ ſeu viciniæ & illi de illa ſolum contribuere tenentur, ſicut de puteo commun. dicitur, *arg. l. ſecundum naturam, de regul. jur. & c. qui ſentit, onus. eod. tit. lib. 6. facit l. ædiles & quod ibi nota. de via publ.*

5 Quartò, * an appellatione viæ publicæ veniat pons; Et dicas, quod ſic quando per illum vulgo iter fit, *argu. l. fi. ne quid in flu. publ. juncta l. fin. in princ. ff. de ſervit.* & ideo ſtatuta loquentia de maleficiis commiſſis in via publica, verificantur in commiſſis ſuper ponte publico. *Et adde prædictis quæ dixi ſupra de ſerv. tit. immittendi. in 6. q. & ſupra de refectione, in 7. q. & ſupra de pon. & vide l. ſupra iter in pr. & ibi per Bar. & Dd. de aqua plu. arc.* Reliqua quæ ſpectant ad materiam pontis, dicam plene in ſeq. lib.

CAPUT LXXI.

De picturis ſeu incruſtationibus.

1 *Picturas habere in pariete communi an ſocio liceat?*

2 *Parietem communem unus ex ſociis, etiam altero invito an dealbare & pingere poterit?*

3 *Incruſtationes quid proprie ſint, & quomodo capiantur?*

4 *Picturarum & incruſtationum an ratio habeatur, ſi de aliquo muro de damno infecto cautum ſit?*

5 *Picturæ ſi in pariete communi exiſtant, an cauſa imponendi tigna alter ſocius pulſare poſſit, ex qua pulſatione damnum illis picturis contingere poſſet?*

6 *Pingi ſi velim facere in eccleſia crucifixum, vel aliquid aliud, an poſſim?*

7 *Uſusfructuarius vel inquilinus an in domo uſufructuaria vel conducta poſſit facere pingi inſignia ſua, quæ vulgo arma dicuntur?*

8 *Depingi non poteſt facere inſignia ſua poteſtas officialis, vel privatus quiſpiam, vel nomen ſuum in ædificio*

Digitized by Google

ædificio publico ponere.

9 *Depingi facere poteſt inſignia ſua ille, cujus pecunia publicum opus factum ſit.*

10 *Capellam vel Eccleſiam ſi quiſpiam fecerit, & in memoriam ſui inſignia ſua apponi fecerit, an clerici ea delere poſſint, & alia imponere?*

11 *Depictus ſi eſſet quiſpiam in aliquo loco publico tanquam proditor, & quiſpiam ſine principis licentia illam picturam deleret: an in aliquod edictum incideret?*

12 *Imaginem Dei vel Sanctorum percutiens qua pœna puniri poſſit?*

13 *Pictores & miniatores pingentes cum adulterinis coloribus, an domino ad intereſſe teneantur?*

14 *Pictura an cedat tabulæ vel chartæ, an è contra?*

15 *Imagines Sanctorum Leo Imperator cum deleverit.*

16 *Imagines Sanctorum qualiter adorare debeamus?*

1 NOn * eſt dubium quod licet ſocio in pariete communi picturas habere: *quia eſt text. in dict. l. quidam Iberus in principio de ſervit. urb. præd.* & ibi per omnes Dd. & not. Angel. *in l. inter quos in principio in ult. col. de damn. infect.* qui dicit quod non eſt: quia per eas non fit aliquod damnum vicino, ſed toti ſocietati prodeſt, ſaltem quoad ornamentum: & ideo invito ſocio etiam fieri poſſunt, *ad hoc ut allegat. l. impenſæ, in fin. de verb. ſignif.*

2 Et ſic not. * quod parietem communem unus ex ſociis poterit etiam altero invito dealbare & depingere, & ſimilia ſuper eo facere, ſecundum Joan. Petr. de Papia, *in ſuo ultimo libro, gloſſa antepen. verſ. licet hoc caſu quilibet eorum*, & ita tenet Angel. *in dicta lege quidam Iberus, ante fin. princip.* poteſt etiam incruſtationes facere, *ut eſt textus dicta lege quidam Iberus, Paragrapho fin.* exemplum ponit Angel. *dicta lege inter quos.* in Florentinis volentibus incruſtare parietem, quæ incruſtatio fortificat parietem.

Et incruſtationes * dicuntur cruſtæ ſubtiles marmoris, quæ ponuntur extra murum, ut totus marmoreus videatur: *ut eſt tex. cum gl. in l. impenſæ, in fin. in verſ. incruſtationes*: & pone exemplum tu, ſicut eſt tota Eccleſia ſancti Marci de Venetiis. Poſſunt etiam capi incruſtationes pro opere moſaico, quo teſtudines dictæ Eccleſiæ ſunt ornatæ. Et per prædicta etiam concludo, quod ſi murus eſſet ſimpliciter factus, poſſet unus ſociorum etiam altero invito calce impleri facere, & ipſum dealbare: quia per hoc efficitur melior & pulchrior ſine aliquo damno ſocii. 3

Sed * quid ſi eſt cautum de damno infecto illius muri: an habeatur ratio illarum picturarum & incruſtationum? Dic quod non: *ut eſt textus in d. l. quidam Iberus §. fin. & ibi per gloſſ. & Dd, & per Ang. in d. l. inter quos, in princ. in ult. colum.* 4

Sed quid * ſi in pariete communi ſunt picturæ, an alter ſocius poſſit pulſare, puta cauſa imponendi tigna, ſi propter illam pulſationem fieret damnum illis picturis; Dic quod non: idem ſi vellet mittere aquam per ſeclarium vel neceſſarium, & propter humiditatem delerentur picturæ: nam dictis caſibus non poteſt: debet enim ſocius ita ut re communi, quod non fiat damnum parieti communi; *per d. l. quidam Iber. & per l. fiſtulam, ſi ſerv. vend.* 5

Quid * ſi volo facere depingi crucifixum, vel aliquid aliud in Eccleſia, 6

 utrum

utrum poſſim prohiberi? Dicas quod non, quia iſtud pertinet ad ornamentum, non ad deformitatem *l. 2. ne quid in loco ſacro*, & ibi hoc not. Bart. imo dico plus, quod legatum factum pro pictura Sanctorum, cenſetur eſſe factum in piam cauſam, *l. linea margaritarum*, & ibi hoc not. Bartol. *ff. ad l. Falc.* & probatur etiam *in l. Titia in fin. de auro, & arg. leg.* & vide *omnino quæ dicam infra verſ. ult. not.* Item poteſt relinqui uſusfruct. ſtatuæ, vel
a imaginis *a l. ſtatuæ, & ibi not. per gloſſ. de uſufruct.*

7 An autem uſufructuarius, vel inquilinus poſſit in domo uſufructuaria, vel conducta facere depingi inſignia ſua, quæ vulgo arma dicuntur? Et dicas quod ſic: *per l. ſed & ſi cujus §. ædificium, de uſufruct.* & ibi hoc not. Florent. quia per hoc non videtur eſſe deterior conditio rei, & mutari ejus ſubſtantia: alias ſecus; *C. de reli. l. monumentorum, & l. ne quis vel e regia. C. ut nemo privatus, tit. præd. ſu. vel alien. impo.* & propterea in picturis, quæ faciliter deleri poſſunt, procederet: ſecus ſi vellet ſculptas in lapidibus ponere.

8 Item * nullus etiam poteſtas, vel officialis, vel privatus poteſt depingi facere inſignia ſua, vel ponere nomen ſuum in ædificio publico, puta in palatio, vel platea: ſed ſolum nomen, & inſignia principis: *ut eſt text. in l. opus in fin. cum l. ſeq. ff. de ope. publ.* quod not. quia ſervatur totum contrarium in practica.

9 Item ille, * cujus pecunia opus publicum factum eſt, poteſt nomen, & inſignia ſua depingi facere: *ut eſt caſus in l. 1. & in l. opus in fin. & in l. fin. de oper. publ.* & ita obſervatur: maximè, quando fabricatur una Eccleſia, vel Capella: & intellige quando de ſua pecunia: ſecus ſi de pecunia aliena: & ideo cum quidam Epiſcopus Veronenſis, etiam Cardinalis erat, & Viceecamerarius Papæ, expoſuiſſet de bonis erogandis pauperibus in fabrica majoris Eccleſiæ Veronæ duo millia ducatorum, & feciſſet ſculpi inſignia ſua ſuper capella ſua cum columnis, fuerunt ſibi abraſa, & merito quidem, quia illa non erat pecunia ſua, omnino tenebatur eam erogare: *argum. c. relatum, cum ibi not. per gloſſ. Dd. extra de præb.*

Item pone, * unus fecit fieri capellam, vel Eccleſiam, & in memoriam ſui nominis ibi fecit apponi inſignia ſua, prout ſolitum eſt: an poſſint illa inſignia clerici delere, & altera imponere? Dicas quod non, imo puniri debent arbitrio judicis, *l. qui liberalitate ad fin. & l. ope. publ.* Secundum Ludov. Rom. *in 355. ſingulari*, & not. Bart. *in d. l. qui liberal.* qui dicit not. contra fratres minores, & aliquos religioſos, qui capellas aliquorum defunctorum attribuunt nomini alterius, qui hoc facere non debent. Item contra eos, qui abradunt arma alicujus, & ponunt arma alterius? Adverte tamen, quod arma eorum, qui propter traditionem de patria expulſi ſunt, poſſunt deleri; *caſus eſt in l. eorum qui, ff. de pœnit. ſecundum Ludov. Rom. in ſuo ſing. 353. quod incipit eorum arma*, & ita etiam ſæpiſſimè obſervatur. 10

Item adde, * quod ſi aliquis eſſet depictus tanquam proditor in aliquo loco publico, & unus deleret illam picturam ſine licentia principis, incideret in edictum, *de quo habetur in l. ſi familia, de juriſdict. omn. judic. & ibi hoc not. Angel.* 11

Item * quod percutiens imaginem Dei vel Sanctorum puniri poteſt, *leg. Cornelia de ſicar. l. hoc ſenatus, de ſica.* 12

&

& ibi hoc notat Angel. qui dicit, quod vidit Peruſii frangentem majeſtatem ligneam, amputari ſibi manus: & quod etiam gravius puniri poteſt pœna mortis, *de quo vide etiam per eum in l. 1. Cod. de rapt. virg. & quod habetur in c. 2. de offic. ordin. lib. 6.*

13 Item * not. contra pictores, & miniatores, qui miniant & pingunt cum adulterinis coloribus, ut teneantur domino ad intereſſe, *ut l. 2. & ibi hoc not. Bart. C. de muri legulis.lib.* 10. Item tenentur crimine ſtellionatus, *l. 3. §. ſi quis ſervos, de crim. ſtellio. & not. Bart. in dict. l. 2. ad fin.* qui dicit item in tinctoribus pannorum, & ſim.

14 Item * numquid pictura cedat tabulæ vel chartæ, an è contra? *vide tex. Inſtit. de rerum div. §. ſi quis in aliena tabula, & in l. rem. §. ſed & id quod in charta, de rei vendi. & quod not. in dictis juribus.*

15 Ultimo * nota quod multi infideles reprehendunt imagines Sanctorum dicentes quod ſumus idolatræ: & propterea Imperator Leo, qui fecit, *leg. dies feſtos, C. de feriis, & l. ſi quemquam, Cod. de epiſcop. & cleric.* ex ſuggeſtione quorundam hæreticorum habuit contentionem cum Eccleſia Romana: quia fecit removeri omnes picturas de eccleſiis tanquam idololatriam continentes: ſed Papa qui tunc erat, congregavit Concilium Romæ, & ipſum Leonem exiſtentem Conſtantinopoli excommunicavit: qui Leo lepra percuſſus poſtea mortuus eſt: *ut ſcribit Paul. de Caſtr. in leg. final. Cod. de feriis.*

16 Et * tu dicas defendendo Chriſtianos quod imagines adorare non debemus, videlicet colores earum, ſeu lapides; ſed eis debemus reverentiam propter Deum & Sanctos, qui per eas repræſentantur. Unde ſcribit Gregor. Papa Sereno Epiſcopo Maſſilienſi qui imagines Sanctorum fregerat ſub excuſatione, ne adorari debuiſſent, & *habetur de conſecr. diſt. 3. perlatum, in hæc verba*: Et quidem imagines adorari vetuiſſe omnino laudamus: fregiſſe vero reprehendimus. Aliud enim picturam adorare. Aliud per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum, addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus: quia in ipſa ignorantes vident, quod ſequi debent: in ipſa legunt, videlicet qui litteras neſciunt, unde & præcipue gentibus pro lectione pictura eſt. Item ex ſexta Synodo Scribitur Venerabiles Imagines Chriſtiani non Deos appellant, neque ſerviunt eis, ut diis, neque ſpem ſalutis in eis ponunt, neque in eis ſpectant futurum judicium: ſed ad memoriam & recordationem primitivorum venerantur eas, & adorant: ſed non ſerviunt eis cultu divino, nec alicui creaturæ: *ut eſt text. de conſec. diſtinct.* 3. & ibi omnino vide quod not. pro fide noſtra, ut ſcias qualiter imagines *b* Dei & Sanctorum ſint adorandæ. b Et de materia picturarum vide etiam perd Bart. *in ſuo tractat. de inſigniis, & armis.*

ADDITIO.

a Imaginis. Imagines Sanctorum quare depinguntur? Reſp. Gregor. *in c. perlatum, de conſ diſtinct.* 3. ſic inquiens, quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus: quia in ipſa ignorantes vident quod ſequi debeant: in ipſa legunt qui litteras neſciunt, unde præcipue gentibus pro lectione pictura eſt.

b *Imagines.* Utrum adoratio requirat locum determinatum? Reſpond. quod

quod non principaliter, quaſi ſit de neceſſitate ejus: ſed bene requiritur ſecundum concedentiam, ſicut & alia ſigna corporalia, ſecundum illud Luc. 19. Domus mea domus orationis vocabitur, & id. Joan. 4. Venit hora in qua veri adoratores adorabunt ipſum, qui eſt principalis actus adorationis, ut dictum eſt. Locus tamen requiritur non propter eum qui adoratur ſed propter adorantes.

CAPUT LXXII.

De Horreo.

1 *Horreum in ſolario communi ſi quis habeat, an ipſum frumento, vel aliis mercibus implere poſſit?*

2 *Horreum rebus onuſtum ſi multum ponderet ita quod ſolarium ſuſtinere nequeant quid juris?*

3 *Horreum frumentarium novum ex tabulis ligneis mobile factum ſi quiſpiam in alterius ſolo poſuerit, an ipſi ſolo cedat?*

4 *Decimas numquid ruſtici in horrea ad Eccleſias deferre debeant?*

1 SI quis * habeat horreum in ſolario communi, an poſſit ipſum implere frumento, vel aliis mercibus? Et dicas quod ſic, quia dicitur uti re communi ad uſum deſtinatum, *leg. ſi communes ædes, commun. divi. & not. in d. l. Sabinus, eod. titul. facit, l. arboribus, §. ſi navis, de da. uſufruct.*

2 Sed * quid ſi nimium ponderat, ita quod ſolarium non poſſit ſuſtinere? Dic quod non poteſt cogi ad ſuſtinendum columnas, quæ ſuſtineant ſolarium, *argum. l. ſicut in princip. ſi ſerv. vend.* Et ſi non ſubſtituerit, vel etiam ſubſtituerit, & ſolarium non poſſit ſuſtinere, vel cum paries communis debilitaretur: tunc poſſet cogi ad ſublevandum pondus: *per l. cujus ædificium, de ſerv. urb. præd.* volentes etiam ædificare juxta horrea publica, debent dimittere ſpatium 10. pedum liberi aëris: *ut l. mænia, C. de ædific. pri. & not. gloſſ. in l. ſi cui eod. titul. de quo dic, ut dixi ſupra de mænianis.*

Sed * quid ſi aliquis horreum frumentarium novum ex tabulis ligneis mobile factum in ſolo alterius poſuerit, an ſolo cedat. Dic quod non: & ſic non officitur domino prædii, *ut eſt text. in l. Titius horreum de acquiren. re. do. & vide l. granaria, in princip. de acti. empt.* ſi ſecus eſſent tabulæ terræ affixæ, *d. l. ſi ſupra tuum de acquir. rer. do. & d. l. granaria. & not. gloſſ. in d. l. Titius horreum.* 3

Ultimo, * numquid ruſtici debeant in horrea deferre decimas *a* ad Eccleſias? Dic quod ſic, ita ut à clericis, vel eorum nunciis non ſint colligendæ in agris? *per text. 16. q. 1. revertimini, & ibi hoc notat. gloſſ. in verſ. in horrea, vide not. per Specul. in tit. de decimis verſic. ultimo quæro* & horreo, *vide plene leg. cum in plures, §. locator horrei. ff. locat. & in leg. dominus horreorum, eod. titul.* 4

ADDITIO.

a *Decimas.* Decimæ quando dari debent? Reſp. ut dicitur *in c. cum homines de deci.* quod ſtatim fructibus collectis: & hoc quoad prædiales: quod perſonales, debent ſolvi in fine anni: ſed tu dic, ſecundum conſuetudinem præſcriptam ſunt ſolvendæ, & ſi perierunt, peribunt illi qui eſt in mora, alias non: ſed cui debentur,

CA-

CAPUT LXXIII.

De Armatura.

1 *Armatura machina dicitur illa, ſuper qua operarii ad ædificandum ſtant.*

2 *Armaturam vicinus ædificans, an ſupra vicini ſolum ad murum ponere poſſit, ut laborantes valeant ſuper illa armatura ad laborandum ſtare?*

3 *Armaturam in fundo vicini an ponere licitum ſit?*

4 *Armaturam ſi quis in ſuo muro habeat & eam in vicini muro ponere velit, ita quod in eo requieſcat, quid juris?*

5 *Armatura regulariter in ſolo alterius poni nequit.*

6 *Armatura ſi male ligata fuerit, vel in ea pertica vel funes poſitæ fuerint quæ vetuſtæ erant, propter quod unus de armatura cecidit, an magiſter de armatura teneatur?*

1 ARmatura * machina dicitur illa ſuper qua operarii ſtant ad ædificandum, *l. ſi ut certo, §. interdum ff. commoda*, de ea ita vidi dubitari.

2 Numquid * vicinus ædificans domum poſſit armaturam ponere ad murum ſupra ſolum vicini, ut laborantes valeant ſuper illa armatura ſtare ad laborandum? Et videtur quod non, *arg. l. quemadm. §. 1. ad l. Aquil. & l. 1. §. ædificare, de mor. inferen.* Sed eſt *arg. contra id l. refectionis, communia præd.* & iſtud puto verius, quando aliter commode fieri non poteſt. Nam ſi eſt licitum mihi murum meum altius tollere, *l. altius, C. de ſerv.* intelligitur quod poſſim ea facere per quæ poſſim ipſum altius tollere vel reficere etiam apponendo ad ea loca, quæ non ſerviant: *ut eſt tex. in l. refectionis, in princ. facit ad hoc l. ſi inter ſi ſerv. vend. & l. veteres, de iti. actuque priv.*

Sed numquid * ſit licitum ponere armaturam in fundo vicini? videtur eſſe text. ad litteram quod non *in d. l. 1. §. ædificare, verſicul. cæterum, de mor. inferen.* pro hoc, quia non licet in alienum immittere *l. ſicuti, §. Ariſto. ſi ſervitus vendicatur, l. quemadm. §. 1. ad l. Aquil.* puto quod ſi aliter non poſſit quis domum ſuam reficere, niſi ponat armaturam in fundo vicini, tunc poſſit: *per d. l. refectionis, & d. l. veteres.* ſed ſi aliter poſſit, ſecus eſſet. Ita intelligitur *d. §. ædificare*, & alia jura ſuperius ad hoc allegata: quod eſt not. quia quotidianum. 3

Quid * autem, ſi quis habeat armaturam in ſuo muro, & eam vellet ponere in muro vicini, ita quod in eo requieſcat? Dic quod non poteſt: *ut eſt tex. in d. l. ſi duo, §. vicinus, uti poſſidetis.* 4

Et * ex his omnibus conclude, quod armaturam quis non poteſt in ſolo vicini, neque in pariete vicini, neque ſupra ſolum alterius regulariter apponere, niſi aliter in ſuo ædificare non poteſt. 5

Sed * pone, quod armatura fuit male ligata, vel in eo fuerunt poſitæ perticæ vel funes, quæ erant vetuſtæ, propter quod unus ex armatura cecidit: an magiſter de armatura teneatur? Dic quod ſic: *ut eſt tex. & ibi gl. not. in d. l. ſi ut certo, §. interdum, ff. commo. & prædictis adde quæ dixi ſupra de ſerv. tigni immittendi, in 5. q. circa medium. ver. & ideo ſi tibi conceſſi, &c.* 6

CAPUT LXXIV.

De Stabulo.

1 *Stabulum dicitur locus qui tantum equos recipit, & quid de communi uſu loquendi?*

2 *Stabulum domus an uſufructuarius locare poſſit pro ſtabulo ad recipiendum jumenta?*

3 *Domus locator, an nedum ipſam domum, ſed etiam ſtabulum reficere teneatur?*

1 STabulum * dicitur ille locus; qui tantum equos recipit, *ſecundum gloſſ. in l. palam, in princ. de ritu nupt.* quæ ponit, quid ſit taberna, caupona, ſtabulum. Nam haud dicitur proprie ſtabulum locus, in quo recipiuntur alia animalia: *ut l. ex conducto, in princip. ibi*, vel ſtabulum, vel ubi greges ejus ſtare oportet, *ff. loc.* De communi tamen uſu loquendi etiam dicitur ſtabulum, in quo non tantum equi, ſed alia animalia, ut boves, & pecudes, ſtare conſueverunt, *facit l. eo jure, §. ſtabula, ff. in quibus cauſ. ping. tacit. contr. hit.* & ſic ſtabulum eſt prædium urbanum vel ruſticum, *vide text. in d. §. ſtabula, & quæ dixi ſupra in 4. diviſ. ſervitutum, verſicul. ſed quid de ſtabulo.*

2 An * autem uſufructuarius poſſit ſtabulum domus locare pro ſtabulo ad recipiendum jumenta? Dic quod non, *l. ſi uſufruct.* alias æquiſſimum de uſufruct. per quem tex. dicit Flor. quod inquilini non poſſunt domum conductam reducere ad ſtabulum, vel ad uſum carectarum, id eſt, plauſtrorum.

3 Sed * numquid locator domus teneatur, nedum ipſam domum reficere, ſed etiam ſtabulum? Dicas quod ſic regulariter: *ut ex text. l. ex conducto, in principio, Digeſtis loca. & vide etiam in l. merces, Paragrapho conductor. eod. tit. & quod in eis not.* De lætamine autem quod procedit de ſtabulo, *vide quæ dicam infra de ſterquilinio.* Ultimo adde ea, quæ habentur *in tot. tit. ff. nau. caupo. ſtabul. & in tit. furti adverſus nautas.*

CAPUT LXXV.

De ingreſſu ſeu introitu.

1 *Ingreſſus ſeu introitus quid dicatur?*

2 *Solum quod relinquitur pro introitu, cujus eſſe debeat?*

3 *Expenſa aliqua quando facta eſt in dubio, à quo facta intelligatur?*

4 *Juriſdictio in dubio cuique civitati, uſque ad medium flumen competit.*

5 *Ingreſſus alicujus loci publicus, cujus eſſe præſumatur?*

6 *Viæ vicinales quæ dicantur?*

7 *In via vicinali an quis ſine principis licentia ædificare poſſit?*

SÆpe * contingit inter duas domos à latere vel poſteriori earum parte ſolum relinqui unius pedis vel duorum vel plurium: *juxta l fin. ff. fin. regun.* quod ſolum ingreſſus ſive introitus dicitur, circa quod dubitari vidi, cujus ſit ſolum, de quo dicendum eſt: Aut per illud ſolum habetur aditus & exitus uſque ad loca publica, & tunc aut illud ſolum eſt relictum ex collatione privatorum & tunc dicitur via publica, etiam vicinalis, ſi viciniis tantum ſervit, & non licet eam cuique occupare vel claudere, *l. 2. §. viam publicam, & §. vicinales, ne quid in loc. pub.* Aut illud ſolum 2

ſolum eſt ex collatione vicinorum fundorum relictum, *juxta d. l. fin regund.* & dicitur tunc via privata, ſicut locus rerum privatarum, *d. §. vicinales.*

2 Sed eſt * dubium cujus eorum eſſe debeat. Dic quod ſi conſtat, quis reliquerit illud ſolum, ejus eſſe dicatur, ſi vero non conſtat, quis illud ſolum reliquerit, puto quod ſit conſiderandum quis ipſum poſſideat: quia in dubio præſumam illum vicinum ſolum dereliquiſſe, qui poſſidet, *argum. l. merito pro ſocio*, & pro hoc etiam allego quod not. Bart. *in l. cum ſervus, de urbanor. obligat.*

3 Ubi dicit, * quando aliqua expenſa
a facta eſt ab alio poſſeſſore *a*, *& etiam dixi ſupra de pariete ſive muro, verſ. numquid autem in dubio.* Sed ſi nullus poſſideat, tunc ſi ſupra dictum ſolum vicini haberet ſtillicidium, dicendum eſt quod tunc ſaltem quatenus protendit ſtillicidium unius, eatenus ſit ejus ſolum inferius, *argum. l. fin. & quod ibi not. Cod. de ſervit. urbanor. præd.* Si autem nullus poſſidet, nec ſtillicidium habeat: tunc eſt inſpiciendum, ſi ſunt lapides in domo, ſeu muro ipſorum vicinorum protendentes ſe ſupra ſolum prædictum: ſicut poni per nonnullos conſueverunt cauſa oſtendendi, quatenus durabit lapis infixus in una domo, eatenus judicabimus ipſius eſſe ſolum inferius, *facit ad hoc l. non ſolum, §. ſed ut probari de nov. oper. nunt.* Si vero nihil de his conſtat, tunc in dubio judicatum eſt, quod ſit utriuſque pro dimidio, quia omnia quæ ſunt in confinio, in dubio ſunt eorum, qui ab utraque parte poſſident: *argum. leg. arbor, communi div. & l. 2. §. præterea de aqua plu. arc. & l. adeo. §. fin cum l. ſequ. quæ incipit, pro negotiatione, de acquir. rerum dom.* ſicut dicimus de inſula, & alveo qui ſunt in medio duorum fundorum: *ut l. adeo §. ex inſula, & §. quod ſi toto, eodem titulo*, ſicut dicimus in foſſa quæ eſt poſita in medio duorum fundorum, quæ eſt communis eorum, *ut dict. l. 2. §. præterea, & ibi per gloſſ. & Bartol. in ſuo tractat. Tyberiadis, in prima parte, in princip. verſiculo flumen*, ubi ponit etiam idem de foſſatis, & ſicut dicitur etiam de flumine exiſtente inter duo territoria.

Nam * in dubio juriſdictio competit cuique civitati uſque ad medium flumen, *ut notat. Bart. in dicto tractat. Tyberiadis, ut verſ. item videndum eſt utrum juriſdictio, & Bald. in ea ex litteris penult. col. ad fin. de probat.* Et ideo ſi dicti vicini non concordant in uſu, & poſſeſſione, dictum ingreſſum poſſunt per chordulam dividere quod verſus domum alterius ſimiliter ſit altera dimidia: juxta not. *per Bart Dd. in l. quod conclave. de damn. infect. & per Bald. in d. c. 1. §. ſi quis de manſ. in 5. colum. verſic. quid ſi quædam plateola eſt in medio in tit. de controv. inveſtit. in uſibus feud.* & dixi ſupra de curia ſive curte, & hoc intellige quando patitur commodam diviſionem. Si enim eſſet ita parvus ingreſſus, ſive introitus, quod commode dividi non poſſit: tunc dicendum eſt, quod dicitur de veſtibulo: ut remaneat communis, *l. arbor. §. de veſtibulo, communi div. & notat. Bald. in dict. §. ſi quis de manſo. Et prædictis adde quæ dixi ſupra de pariete ſive muro verſ. ſed vidi dubitari, cum tribus ſequ.* Prædicta autem intellige de ingreſſu ſive introitu privato.

De * publico autem dubium non 5
eſſet: quando non eſt privatorum. Et intellige eſſe publicum, etiam ſi ſervit tantum vicinis; & ducit ad domum

mum vicinorum tantum vel ad flumen publicum: dummodo non ſit factum ex collatione fundorum privatorum, *l.* 2. §. *vicinales, ne quid in loco public.* quod bene not. quia multi putant, quod hujuſmodi ingreſſus qui non habet exitum in viam publicam, vel ad flumen publicum: ſed ducunt ſolum ad domos privatorum, quæ viæ vicinales appellantur: ſint privatorum vicinorum, ut poſſint per eos claudi, quod non eſt verum, *per d.* §. *vicinales.*

6 Item etiam * vicinales viæ dicuntur, quia principaliter deſerviunt vicinis, publicæ tamen ſunt: *ut d. l.* §. *viarum, ne quid in loco public.* & ita alias indicavi: & aperiri feci Veronæ unam viam vicinalem clauſam per vicinos quæ habebat aditum ad flumen publ.

6 Et * de via vicinali dic, quod in ea quis non poteſt ædificare ſine licentia principis, vel civitatis, *l.* 2. *in princ. ne quid in loco publ.* & ſi daretur licentia, intelligeretur ſine damno alterius: *ut dixi ſupra de ſolo ſive area. in fallentia, & adde quæ dicam infr. ſeq. lib. tit. de ſervit. viæ.*

ADDITIO.

a *Ab illo poſſ.* An poſſeſſor præſumatur dominus, *vide Corn.* 1. *vol. conſil.* 23. *&* 113. *&* 1. 30. Et quis perdat poſſeſſionem ex negligentia, *vide in* 2. *vol. conſ.* 56. & ſemel poſſidens hodie præſumitur poſſidere, *vide in* 3. *vol. conſ.* 91. *&* 280. *&* 313. *& in* 4. *vol. conſil.* 87. Ex quo actu præſumatur poſſeſſio, *vide Alexand.* 1. *vol. conſil.* 43. *& in* 5. *vol. conſ.* 99. *& conſ.* 283. *in verſ. nec obſtat, in fin col.*

CAPUT LXXVI.

De Horto.

1 *Prædium urbanum, vel ruſticum quando dicatur?*
2 *Hortus an domus appellatione contineatur?*
3 *Hortum an dare videatur qui domum dat?*
4 *Hortus an veniat, ſi alicui contenta in domo legata fuerint?*
5 *Hortus cui cedeat, ſi duo fratres domos diviſerunt, in quarum medio hortus fuerit?*
6 *Domus habitationem ſi quiſpiam uni legaverit, cui etiam hortus contineatur, ad quem per eum aditus habeatur; an legatarius ipſi heredi aditum præſtare teneatur?*
7 *Hortum ad pratum quis reducere poteſt?*
8 *Domum habens juxta vicini hortum ex illa domo, in illum hortum quidquam ponere non poteſt.*
9 *In horto ſuo quilibet ad libitum ædificare poteſt, dimiſſo tamen legitimo ſpatio.*
10 *Decimæ an ſolvi debeant de his, quæ in hortis naſcuntur?*

HOrtus * quando dicatur prædium urbanum, vel ruſticum, 1
vide text. in l. urbana prædia, de ver. ſign. & l. 4. §. *pen. & ibi*, & in urbe hortorum latitudo, *& ibi Flor. ſi. regun. & quod dixi ſupra in* 4. *diviſione ſervitutis, ver. quid de horto.*

Et * an hortus contineatur appel- 2
latione domus? Dic, ſi eſt emptus unico pretio cum domo, vel eſt paratus, vel deputatus, ad uſum domus, venit appellatione domus, alias regulariter ſecus

ſecus; etiam ſi per domum ad eum habeatur aditus, *l. fin. in princip. & ibi hoc not. Bald. Ang. Flor. & Dd. de ſerv. urb. præd. & probatur in l. prædiis. §. pen. & ibi per Bart. & Nic. de Neapol. de leg. 3. facit l. teſtatrix in princ. ſi ſerv. vend. & vide gloſſ. 3. 12. q. 4. religioſam, quæ ponit.*

3 An ille * qui dat domum videatur dare licitum, *& vide capit. Rayn. & in princ. & ibi Joan. Andr. & Cano extra, de teſtam. vide Bal in conſ. ſuo quod incipit.*

4 *Quid ſi quis legavit contenta in domo?* Et dicitur hortus paratus ad uſum domus, ubicumque hortus eſt cauſa delectionis, *d. l. prædiis*, §. *pen.* vel eſt pediſſequus domus ſecundum Baldum, *in d. conſil.*

5 Sed * quid ſi duo fratres diviſerunt domos, in medio eſt hortus, dic quod ille hortus cedit illi domo pro qua teſtator utebatur illo horto: ſed ſi non apparet, cedit ille domui, per quam habebat intrinſecum aditum ad illum hortum *d. l. prædiis*, §. *qui domum*, *de legat.* 3. Si hæc non apparent, cedit utrique domui ſecundum Nicolaum de Neapol. *qui ita not. in d.* §. *qui domum.* Et ſubdit, quod ſi conſuetudo regni diſponit, quod primogenitus habeat domum intelligitur etiam quod habeat hortum.

6 Si quis * legat uni habitationem domus, cui continetur etiam hortus, ad quem per eam aditus habeatur, an legatarius teneatur præſtare aditum hæredi per d. domum? Dic quod ſic: *ut eſt tex. in l. fin. princ. de ſerv. urb. præd. & ibi not. per Dd.* Non poteſt quis domum diruere cauſa hortum faciendi. *C. de ædific. priv. l. an in totum, & probatur l. ſenatus, in princ. de contra. emp. & in l. cætera*, §. 1. & §. *hoc ſenatus de leg.* 1. *& in l. ſi quis per hanc, C. de ædifi. priv.* quod not. contra multos, qui diruunt domos, & faciunt viridaria.

Sed * bene poteſt quis hortum ad pratum reducere, *l. apud. Trebatium*, §. *ſi vicinus. de aqua plu. arcend.* niſi eſſet uſufructuarius: quia non poſſet viriderium, in quo habet uſumfruct. ad alium modum convertere, *l. ſi cui*, §. *ſed ædium, de uſufruct.* Poſſet conſtituere ſervitutem, ne faciam in muro meo feneſtram, per quam poſſum te proſpicere in horto tuo: *ut l. alius C. de ſerv. & ibi not. Bal. & dixi ſupra de feneſtra.* 7

Item * habens domum juxta hortum vicini, non poteſt ex illa domo quicquam ponere in illum hortum: *ut l. 1. & ibi hoc not. Ang. de ſerv. urb. præd. & dixi ſupra de ſerv. projiciendi & ſupra aquæ projectu.* 8

Et ideo ſi habeo * palatium juxta hortum tuum licet habeam in pariete meo verſus hortum tuum multas feneſtras, & per mille annos tenuerim, tamen in horto tuo poteris ædificare demiſſo legitimo ſpatio, *juxta l. fin. fini. regun.* & obſcurare lumina mea in toto vel in parte, *l. qui luminib. de ſer. urb. præd. & ibi hoc not. Ang. & not. in l. 1. C. de ſerv. & dixi ſupra de ſolo ſive area, circa prin.*

Numquid de hortis, * id eſt, de his quæ naſcuntur in hortis decimæ ſolvi debeant? *vide text. in c. ex parte, el. 1. de decimis, & quod ibi not.* & adde, quod ille qui eſt in hortis ſive in continentibus ædificiis, dicitur eſſe præſens: *ut eſt text. cum gloſſ. in verbo præſens Inſtit. de ſatiſda.* §. *ſi vero aliquis & habetur in l. præſens, cum ſeq. de procur.* Appellans tamen non tenetur quærere judicem à quo: *ut l.* 1. §. *adeundi quando appell. ſit*, idem in hortis inſtructis, *vide leg. legatum ſub conditione* 10

tione, §. 1. de ann. leg. l. quæſitum. §. 1. de fun. inſtru. & de hortis vide text. *in l. ſi ita quis, §. Sꝫja. cavit. de verb. oblig. & l. qui concubinam, §. qui concubinam, qui hortos, de leg. 1. & in cap. Rayn in princ. extra de teſt. Et adde quæ dixi ſupra d. ſerv. protegendi, in 5. q. ſupra de camino, ante verſ. de quarto principali.*

CAPUT LXXVII.

De Columbario.

1 *Columbas capiens de alieno columbario, etiam in ſuo furtum committit.*

2 *Fundi uſufructum, in quo columbarium ſit, ſi quiſpiam habeat quomodo & quando columbarum commodo uti poſſit?*

3 *Proprietates columbarum, quibus prædicatores æquiparantur: quænam ſint, remiſſive?*

1 EST * prohibitum capere columbas de alieno columbario, etiam in ſuo: capientes dicuntur committere furtum, & accuſari poſſunt de furto: *ut probatur in l. Pomp. §. 1. & ibi Flor. famil. hercisc. facit Paragr. gallinarum, Inſtit. de rer. diviſ.* hoc tamen caſu, quando quis capit columbas alienas in ſuo poteſt pœnitere: & non tenebitur, eas relaxando: *ut not. Bartol. in l. qui ea mente, de fur.* niſi poſſuiſſet cyminum vel aliud in ſua, cauſa ducendi columbas alienas: quia tunc puto, quod non habet locum pœnitentia, *argum. l. cuicumque in fin. de ſerv. fug. quod non.* Communiter tamen ſunt ſtatuta terrarum quæ provident circa hoc. Si aliqui ſunt hæredes unius qui habebat columbarium, competite etiam eis judicium facere, pro dividendis columbis; *ut eſt tex. in d. l. Pomp. §. 1.*

Si quis habet uſufructum fundi, 2 in quo ſit columbarium, quomodo & quando uti poſſit commodo columbarum, *collige ex text. l. uſufructuarium, §. ſi in variis, & ibi hoc not. Flor. de uſufr.* Columbarum ſicut Pavonum fera natura eſt, *inſt. de rerum diviſ. §. pavonem, ubi vide.*

Et * de ſeptem proprietatibus co- 3 lumbæ, *vide per Archid. 36. diſt.* quia Eccleſ. & prædicatores æquiparantur columbis & agnis, *not. idem Arch. 5. q. 5. non omnis, cl. 2.*

CAPUT LXXVIII.

De Sterquilinio.

1 *Sterquilinium in domo habens, ſi faciat ipſum projicere juxta murum communem, vel alienum, an poſſit?*

2 *Stercoris acervum ſi quis in fundo, aut agro meo poſuerit, an actione vi aut clam contra eum agere potero?*

3 *Urinam fœtidam aut ſtercus ſi quiſpiam in ſolo publico vel privato projicere voluerit, propter quod malus odor & fœtor vicinio exhalet, an poſſit?*

4 *Sterquilinium an veniat, vendito vel legato fundo?*

QUis * habet ſterquilinium in do- 1 mo, facit projicere lætamen juxta murum communem, vel alienum, an poſſit? Dic aut tangit murum communem vel alienum, & non poteſt, *ut l. ſi quando §. fin. ſi ſerv. vend.* Aut non tangit, ſed eſt juxta: & tunc ſi aſſiduum humorem facit uſque ad murum prædictum

Digitized by Google

dictum, non poteſt, *leg. fiſtulam, in princ. de ſerv. urb. præd.* ſecus ſi aliquando, & non aſſidue ibi, & ita intelligo gloſſ. *in dict. l. ſi quando, ut dixi ſupra de neceſſario, ver. de quarta parte, & vide quæ dixi ſupra de ſeclario, de aquarolo, ſive canali, & vide Flor. in l. ſi ſervus ſervum, §. ſi fumum, ad leg. Aq.*

2 Si quis * poſuerit acervum ſtercoris in fundo meo aut agro, an poſſim re contra eum, quod vi aut clam, *vide leg. ſi alius, §. ſi quis acervum quod vi aut clam.* Item ſi quis ſtercus per fundum meum protulerit, cum id ipſum facere vetuiſſem: ſi nil damni mihi fecit, nec ſpeciem fundi mei mutaverit, non tenebitur, *quod vi aut clam. ut l. ſi vitem, §. ſtercus, quod vi aut clam.*

3 Quidam * vult projicere ſtercus, aut urinam fœtidam in ſolo publico, vel etiam privato propter quod malus odor & fœtor fit vicinis, an poſſit? Dic quod non, *ædiles, in fine, ff. de via publ. & eſt text. cum gloſſ. in l. 2. §. idem ait, ſi odore, ne quid in loco publico & adde quæ dixi ſupra de cloacis, verſic. & prædicta teneo, in quæſt. 5. & ſupra de neceſſario, in fin.*

4 Numquid * vendito vel legato fundo ſterquilinium veniat? Dic quod ſic, ſit tamen diſtinctio: aut ſtercorandi agri cauſa paratum eſt, & ad emptorem, & legatarium pertinet: aut vendendi cauſa & ad venditorem vel ad hæredem ſpectat, niſi aliud actum ſit: & hoc ſive ſterquilinium in ſtabulo, ſive extra ſtabulum in acervo, *ut eſt text. in leg. fundi, §. 1. de act. empt.*

CAPUT LXXIX.

De Macerie.

1 *Maceriem juxta regionem, vel fundum alterius, ſi quis ædificare voluerit, nullo ſpatio medio relicto poteſt, dummodo terminum ſuum non excedat.*

2 *Murus ſeu paries proprie cum calce dicitur.*

3 *Regula quæ dicit, quod ædificatum cedit ſolo, an in muro ſine calce ædificato locum habeat?*

4 *Lapides, vel quid aliud in curia, vel domo mea ſi poſueris, an ea abſque alia denunciatione propria authoritate tollere, & ejicere valeam?*

5 *Lapides & tigna in fundo meo de voluntate mea, me precario concedente ſi poſueris, an ea authoritate propria ſi inde ea non exportas, removere poſſim?*

6 *Si tibi conceſſerim ſimpliciter, aut aliquid in mea apponeres, an videar ad meum beneplacitum conceſſiſſe, an vero animo donandi, & in meo ſervitutem conſtituendi?*

7 *Viatorem ſi quiſpiam invitaverit, & poſtea eum pœnituerit, an contra ipſum agi poterit?*

SI quis * vult maceriem ædificare juxta regionem, vel fundum alterius, poteſt, nullo ſpatio in medio relicto, dummodo terminum ſuum non excedat, *l. fin. in princ. fin. regun.* & maceries dicitur paries, ſive murus de lapidibus ſine cæmento, *l. quantum pertinet, verſ. paries, de verb. ſign. & ibi gloſſ. in l. ſi. precario comm. præd. & l.* 1

 ade

æde ſacra, §. *de contrab. emp.* & gloſſ. ſentit, *in d. l. fin. verſ. murus*, quæ dicit, cum calce, & propriè juxta vulgare, dicitur murus ſiccus.

3 Murus * vero ſive paries proprîe dicitur cum calce, *ut not. in Dd. juribus*, *& dixi ſupra de pariete ſive muro*, *in princ.* & ideo ſi quis vult murum facere de lapidibus ſine cæmento, ſive calce, poteſt in confinibus agri ſui, ſicut ſepem ædificare, *d. l. fin.* ſed ſi murum cum calce, debet pedem relinquere.

4 Sed * uumquid illa regula, quæ dicit quod ædificatum cedit ſolo, *l. adeo*, §. *cum in ſuo, de acquir. rer. dom.* habeat locum in muro ædificato, etiam ſine calce? Et videtur quod non, quia de facili removeri poteſt, *argum. l. ſi Titius horreum, de acq. rer. dom.* Contrarium eſt verius, *per d. l. ſi precario, communia præd.* & ibi not. Flor. & Paul. de Caſtro, *in fin.* & idem not. Paul. de Caſtro, *in l. 2. ff. de rei vend. quod not.* Item vendito fundo, an videatur vendita maceries, id eſt murus ſine cæmento; qui eſt in eo? Et dicas quod ſic, *per d. l. ſi precario*, ubi hoc not. Flor. ſi quis obligatus eſt non prohibere me ædificare ſub pœna, *b* ſi in via detinet portantem lapides, vel calcem, vel ſimilia pro illo ædificio incurrit pænam, *l. 1. in princ. & ibi hoc not. Flor. de mor. infer. pro hoc*, §. *ædificare ea, l. 1. & l. veteres de itiner. actuque privat.* ſi is qui lapides ex fundo emit, tollere eos non vult, ex vendito cogi poterit, ut tollat eos, *l. ſi is qui lapides de act. empt.* & ſi eos non auferret, facta ſibi denunciatione, ut tollatur, dominus fundi ejicere poteſt *per l. 1. §. licet autem, de peric. & commo. rei vend.*

5 Quid * ſi poſuiſti lapides, vel aliquid in curia, vel domo mea ſine mea voluntate? Dic quod propria authoritate ſine alia denunciatione poſſum tollere, & ejicere, *l. ſi precario*, *& ibi gloſſa communia prædior. l. quemadmodum*, §. *1. ad leg. Aquil. leg. ſi vitem*, §. *ſi ad januam*, *quod vi*, *aut clam.*

Sed * quid ſi poſuiſti lapides, & tigna tua in fundo meo de voluntate mea me precario concedente, *juxta l. ſi precario*, an poſſum ea removere propria authoritate, ſi tu eo inde non exportas? Teneo quod prius debeam te requirere, ut inde removeri facias: alias ego prius movendo teneor tibi ad intereſſe, *argumen. de l. 1. §. licet autem*, & ita tenet Paul. de Caſtr. *in d. leg. ſi precario.* 6

Quid * autem ſi ſimpliciter conceſſi, ut aliquid apponeres in meo? an videar conceſſiſſe precario, id eſt, ad meum beneplacitum: an vero animo donandi, & conſtituendi ſervitutem in meo? *& gloſſ. in d. ſi precario, in verſ. precario*, videtur tenere, quod animo donandi, & ſervitutem conſtituendi: ſed adverte quod illa gloſſa loquitur, quando ergo conceſſi tibi, ut aliquid faceres in tuo, in quo habeo ſervitutem: nam tunc odio ſervitutis, & favore libertatis recuperandæ videor concedere animo ſervitutis remittendæ: nos vero loquimur quando in meo, quo caſu dicit Angel. *in d. l. ſi precario*, ſe putare quod potius precario, quam animo donandi, *per l. cum de indebito, de probat.* Nec obſtat, quod quando ceſſat alia cauſa præſumitur animus donandi, *l. ſi cum aurum de ſolut. l. Campanus, de oper. lib. 2. §. circa de doli except.* Quia illud eſt verum ſecundum eum quando quis promittit aliquid dare, vel facere alteri, vel det, aut faciat, hic autem promittit in ſuo fieri, quia ſi præſumeretur animus, & voluntas donan- 7

Digitized by Google

donandi, præſumeretur in partem odioſam: quia videretur ſervitus conſtituta, dicit Paul de Caſtr. *in dict. leg. ſi precario.* Tamen ſibi videtur in hoc eſſe diſtinguendum: aut promiſi tibi facere tale quid, quod de ſui natura non eſt perpetuum, ſed temporale: aut promiſi id tibi facere quod de ſui natura non eſt ad tempus, ſed ut perpetuo ſit. Primo caſu, quando id conceſſi quod de ſui natura non eſt perpetuum, ſed temporale, puta quod tibi poſſis congregare arenam, vel calcem, aut tigna, vel lapides occupantes locum: & tunc procedat dictum Angel. & ſic poſſum te compellere ad removendum, quando mihi placuerit, *argum. l. 1. de precario.* quia ſufficit, ſi cui, vel in paucis laboribus amici ſuccurramus, *l. tutori, C. de neg. geſt.* Quod ego limito duobus modis.

c Primo, niſi eſſet facta conceſſio *c* ob aliquam cauſam: puta quia dixi, patiaris quod ego ponam lapides, vel arenam vel tigna in domo: quia in mea, quam ædificare volo, ſtare non poſſunt: nam tunc non poſſem cogi ad removendum, niſi ſecundum quod ædificavero domum, *arg. leg. incommod. §. ſicut. ff. commod.* Secundo fallit, quando ego concedens precario vellem ſine cauſa removere cum damno illius cui conceſſeram: quia tunc obſtaret exceptio doli: quia precarium eſt beneficium: & beneficio juvari, non decipi nos oportet, *ut dicit text. in dict. §. ſicut*, & hoc tenet eleganter Abb. Sicul. *in c. ſi. extra de precario*, pro quo allegat id quod notat. Joan. Andr. *in proœmio Decreta*, ubi dicit.

3 Quod * ſi quis invitavit viatorem & deviavit, & poſtea eum pœnituerit, poteſt agi contra eum, *facit quod habetur, in l. ſi pœnam de verb. oblig. & in l. pen. C. commo. quod nota pro limitatione tituli de precario.* Secundo caſu principali, quando concedo tibi tale quid, quod de ſui natura non ſit ad tempus, ſed perpetuo ſit: puta parietem in meo facere, vel immittere tignum factum in foramine, quo tectum ſuſtentatur, & tunc intelligitur conceſſio facta animo donandi, & conſtituendi ſervitutem: alias ſequeretur damnum alterius, cui ſit conceſſio, ſi poſt ſumptus factos, cogi poſſit deſtruere, & ſic conceſſio intelligitur facta ſecundum ſubjectam materiam, *l. ſi uno, in princ. loca.* quod perpetuo tenementi, *& adde quæ dixi ſupra de ſerv. tigni immittendi, & de tigno injuncto, & de aquæ projectu.*

ADDITIO.

a *Fundum.* Appellatione fundi, quid contineatur, vide Corn. 3. *vol. conſ. 235. incip. viſa, & conſ. 236. incip. diligenter, & conſ. 23. incipit. videtur, & an* locus differat à fundo, *d. conſ. 23.* a

b *Sub pœna.* Utrum ſufficiat ad obſervantiam legis ſolvere pœnam ſolum quando prohibet ſub pœna? Reſpond. quod ſic in foro contentioſo, *facit gloſſ. in c. dilecti, de arb. in auth. de judicibus, §. quia vero*, ubi patet, quod pœna ſoluta, quæ erit in compromiſſo, non poteſt peti, ut ſtetur ſententiæ, niſi addatur, ſoluta pœna ſtetur arbitrio, *ff. de tranſact. l. penult. & C. eo, l. cum proponas.* b

c *Conceſſio.* Conceſſum intelligitur de jure communi, quod non eſt prohibitum, *arg. 30. q. 4. qui ſpiritualem 16. q. 1. ſunt nonnulli. 3. diſt. l. 1. in fi. & l. 28. §. 2. ff. ex quibus cauſ. ma. l. nec non. §. quod eis, ff. de procu. l. murus, §. 1. ff. de teſt. c. 1. cum text. de tranſlat. prælat. inter corporalia, ff. de colle. illic. l. 1. ſolvit. gloſſ. in d. c. inter corporalia*, quod c

prima jura loquuntur in conſtitutionibus affirmativis, & non prohibitis. Exemplum conceditur, quod contrahatur matrimonium: ergo ſemper, & cuilibet. Exemplum in prohibitis: homicidium prohibetur, ergo ſemper, niſi ubi invenitur conceſſum.

CAPUT XXX.

De Fovea.

1 *Foveam quis in ſuo facere velit, juxta tamen fundum alterius, quid obſervare debeat?*

2 *Foſſam urſorum, luporum, aut cervorum capiendorum cauſa in via publica, aut in itineribus publicis, aut in ſylva publica ſi quiſpiam fecerit, & bos, vel aliud animal in eam ceciderit, qua actione contra facientem agere potero?*

3 *Foſſæ an ſub ſolo publico fieri poſſint?*

1 QUi * vult foveam in ſuo juxta fundum alterius facere, quantum profundum eſt, aut tantum derelinquat, *l. fin. fini. regun.* quæ habetur duobus modis in littera. Uno modo cum illa disjunctiva, *Aut*: & ita communiter habetur, eſt ſenſus, quod debet fodiens tantum ſpatium relinquere à fovea uſque ad fundum vicini, quantum eſt profundum, id eſt, quantum extenditur fovea in latitudine ſuper ejus ſummittare: *& hoc ſent. ibi gloſſ. ſuper verſ. tantundem*, cum ibi disjunctiva rejeratur ad fodiendum, ſi major eſſet profunditas, quam latitudo; vel è contra erit in electione fodientis, vel relinquere ſpatium profunditatis, vel latitudinis, *arg. leg. plerumque, in final. de jure do cum ſimil.* Alio modo habetur littera, *in d. l. final.* ſine illa disjunctiva, *Aut*: & ſolum dicitur, Quantum profundum eſt, tantum derelinquat, & tunc eſt ſenſus quod fodiens debet indiſtinctè relinquere tantum ſpatium, quantum eſt profunditas foveæ, & intelligo illum text. de fovea; ſive fiat juxta vicinum fundum urbanum, puta parietem vicini, quia licet illa *leg. fin. ſit poſita in tit. fini. regun.* tamen locum habet in prædio urbano, *ut dixi ſuper. de pariet. ſive, muro, circa princ. & probatur per gloſſ. in l. fluminum, §. præterea, in verſ. furnarii*, ibi fallit hoc, ubi fodis juxta parietem meum magis quam poſſis: quod non licet, *de damn. infect.* & noluit dicere, *per d. leg. final. fini. regund.* ſive fovea fiat juxta parietem ruſticum. Item intelligas foveam proprie, quando habet illud nomen ſpeciale foveæ, *ut leg. 1. §. foſſ., ne quid in flum. publ.* vel quando ſiccandorum agr. cauſa facta eſt, *leg. in ſumma, §. 1. de aqua pluv. arc.* vel quando eſt facta pro animalibus potandis, vel pannis lavandis, vel anſeribus; vel anatibus in ea retinendis. Secus ſi fovea eſſet, quæ tranſiret in aliud nomen ſpeciale, ſicut eſt puteus, quia paſſum tunc debet relinquere, *d. leg. fin. fini. regund. & dixi ſupra de puteo.* Item ſi eſſet fovea, quæ dicitur penu, *ut dixi ſupra de penu, in fin.* in tantum quod ſi vellet facere foſſam in communi, dividendo agrum ſuum à fundo vicino, non teneretur derelinquere illud ſpatium: imo de conſuetudine ſervatur, ut fiat in confinio fodientis, aut etiam in confinio utriuſque, *leg. §. præterea, ibi gloſſ. de aqua plu. arc.* & tunc in dubio eſſet communis, *ut not. ibi gloſſ. & dixi ſupra de ingreſſu, & dicam plenius in ſeq. lib. de foſſatis.* Licitum eſt etiam in ſuo fodere, & avertere aquæ venam, quæ decurrebat ad fundum

fundum vicini, ſi hoc fiat ut ſibi proficiat, & non principaliter, ut vicino noceat, *fluminum*, §. *fina. cum duabus ll. ſequen. de damn. infect. & leg.* 1. §. *denique, de aqua plu. arc. & probatur*, *in l. quoties, la.* 1. *in princip. ibi, aliter atque de ſervit. & not. Paul de Caſtr. in l. ſi tibi per illum textum, Cod. de ſerv. dixi ſupra de puteo, verſic. quid ſi domo mea.*

2 Si quis * foſſam fecerit urſorum, vel luporum, aut cervorum capiendorum cauſa in via publica, aut in itineribus publicis, aut in ſylva publica, & bos in eas inciderit, agere potero interdicto, quod in publico factum eſt, *l. ſi alius*, §. *pen. quod vi aut clam* & etiam poſſum agere, *l. Aquil.* niſi mihi prius denunciaverit, vel niſi ſciverim, *l. qui fovea. ad leg. Aquil. & not. gloſſ. in d.* §. *pen.* vel niſi eſſet facta fovea in locis, ubi fieri ſolet, *d. l. qui foveas*, & idem dicas in foveis quæ ſunt cauſa collocandi frumenta, prout fit in Marchia.

3 Sed * an illæ poſſunt fieri ſub ſolo publico? Et teneo quod non de jure: quia in ſolo publico non eſt licitum privato aliquid immitere ſine principis licentia vel ſuperioris, *l.* 2. *in princ. ne quid in loco publico.* & maxime ſi eſt via publica ſeu iter publicum, *leg. ædiles*, §. *cura autem eſt, de via publica.* aliàs eſt, de loco publico fruendo, & per illas foveas efficiatur deterior via, & via dicitur deterior fieri, ſi per illas foveas impediretur uſus ejus etiam ad cōmeandum, hoc eſt, eundum vel agendum: aut cum via plana fuerit, clivoſa fiat vel ex molli aſpera, aut anguſtior ex latiori, aut paluſtris ex ſicca, *l.* 1. §. *deterior, ne quid in loco publico*: In hoc tamen puto, quod ſit conſervanda conſuetudo loci, *per l.* 1. *& l. an in totum, C. de ædif. privat. per gloſſ. in rub. C. quæ ſit long. conſuet.* quæ loquitur de porticibus, ubi vero non ſit conſuetudo, ſerva quod dixi. Cætera circa illam materiam vide in ſequenti libro, *in tit. de foſſatis in ſeq. tit. verſic. nec obſtat quod dixi.*

CAPUT LXXXI.

De Arboribus.

1 *Olivam vel ficum in ſuo plantans, quid obſervare debeat?*

2 *Arborem ſi quis in ſuo plantaverit juxta alterius regionem, legitimo dimiſſo ſpatio: & poſtea radices in tantum excreverint, quod domus meæ fundamento ruinæ periculum afferatur, an contra eum, qui plantaverit, vel qui plantatam habeat, agere potero?*

3 *Arbor ſi radices miſerit in fundum meum ſeu in murum domus meæ, an eas propria autoritate incidere valeam, vel cum auctoritate judicis?*

4 *Arbor tua ſi ſupra domum meam vel fundum meum pendeat, an illud totum, quod ex arbore ſuper meo pendet, authoritate propria abſcindere poſſim?*

5 *Arbore tua ſupra domum meam pendente, quod remedium competat?*

6 *Dictio* In *aliquando pro* De, *ponitur.*

7 *Interdictum de arboribus cædendis tam directum, quam utile tribus in caſibus competit.*

8 *Datur hoc interdictum de arboribus cædendis. Si arbor communibus ædibus impendet, & cuilibet dominorum in ſolidum;*

9 *Arbor*

9 *Arbor ex fundo tuo in viam publicam ſi ita caderet, ut itineri impedimento eſſet, eamque pro derelicto habeas quid juris?*

10 *Arbor ſi in fundum vicinum radices porrexerit, an vicino eas incidere licet?*

11 *Arbor cujus eſſe videatur, radicibus in vicini fundo arboraliter illatis?*

12 *Arbores alienas ſi quiſpiam in ſuo plantaverit, vel ſuas in alieno, cujus erunt?*

13 *Arbores alienas incidens, Aquilia & arb. furtim cæſarum tenetur?*

14 *Arboris appellatione quid veniat?*

15 *Arbore ex mea ſi fructus in fundum tuum cadant, an mihi colligere licitum ſit?*

16 *Fundum ſi vendiderim, exceperim arborem & ea ceciderit: & demum ejus radices pullos emiſerint: an eos vendicare poſſim?*

17 *Uſufructuarius arbores etiam infructuoſas excidere non poteſt, quæ deambulationes opacas & amœnas reddunt.*

1 OLivam * & ficum in ſuo plantans à fundo vicini per novem pedes diſtet; alias autem arbores ſeu tigna per quinque pedes, *ut l. fi. fini. regun.* & ratio poteſt eſſe propter radices & ramos & frandes. Sed ſi aquæ ductus decurrit per locum privatum, debet ab utraque parte eſſe ſpatium 25. pedum in quo nullæ ſunt arbores: & ſi quæ naſcerentur, debent excidi, *l. 1. & ibi hoc not. Bart. Cod. de aquæduct. l. 11.* & eſt ratio ſecundum Bartol. ibi in fin. quia eſt præſumptio quod arbor radices mittat, & extendat per 25. pedes. Si vero aquæ ductus tranſitum faceret per loca publica, debet eſſe latitudo 10. pedum munda ab omnibus arboribus, *l. omnes, ut princip. eod. tit. de aquæduct. lib. 10. 1. not. Bart. in d. l. 1.*

Sed * quid ſi quis plantavit arbo- 2
rem in ſuo juxta regionem alterius dimiſſo legitimo ſpatio ſecundum, *d. l. fi. fin. reg.* & poſtea ita excreverunt radices, quod fundamento vicinæ domus ruinam ſeu periculum afferat, an poſſit agi contra eum qui plantavit, vel qui plantatam habet? Et videtur quod non, *per l. Cracchus, Cod. de adult.* quia dicitur quod initium ſit ſpectandum, *ut not. plene per gl. 1. Dd. in c. dudum ad audientiam, extr. de elect.* contrarium tamen eſt verius, *per l. 1. C. de interd. & ibi hoc not. gloſſ. fin. in fin.* & eſt ratio: quia licet in ſuo ſit licitum facere quod libet, *l. Proc. de damn. infect.* tamen illud verum dummodo nihil immittat in alienum, *l. ſicuti. §. Ariſt. ſi ſervitut. vendid.* & itat tenent Dd. *in d. lib. 1.*

Dubium tamen eſt, * an hoc caſu 3
quo radices miſit arbor in fundum meum ſeu in murum domus meæ, an eas poſſim propria authoritate incidere, an veró cum authoritate judicis. Et videtur quod propria authoritate poſſim, *l. quemad. §. ſi protect. ad l. Aq. & ſi vitem, §. ſi ad januam, quod vi aut clam.* Nec videtur obſtare, *d. l. 1. interd.* quia ſecundum aliquos non inducit neceſſitatem de aditione judicis, *l. 2. C. de pig.* Alii dicunt, & iſtud eſt verius, ſecundum Pet. Cyn. & Dd. *in d. l. 1.* quod non poſſim propria authoritate incidere ſed cum authoritate judicis, *ut d. l. 1. & l. ſi plures, §. ſi arbor. arb. fur. cæſ.* Nec obeſt, quod dixi, quando quid eſt immiſſum in meum, poſſum propria authoritate tollere: quia in hoc eſt diſtinguendum: Aut aliquid immittit in ſuo quis, & à ſe poſſeſſo, tamen contra jus mihi debitum, & tunc eſt neceſ-

neceſſe recurrere ad interdictum: quod vi aut clam, & de no. oper. nun. *ut l. ſi vitem, §. ſi ad januam, quod vi aut clam. & l. de pap. §. meminiſſe, de no. ope. nun.* Aut quis vult in rem meam immittere: & tunc aut illud immiſſum non tangit rem meam, ſed pendet ſupra: & tunc illud propria authoritate non poſſum removere, *d. l. quemadm. §. ſi protectum ad l. Aq.* Aut tangit rem meam: & tunc aut illud immiſſum eſt artificiale, quod convenit operi manu facto: quia foveam facit per quam incurrit aqua per murum: & tunc propria authoritate mea poſſum tollere, *ut d. §. ſi protectum.* Aut miſſio non eſt artificialis, ſed naturalis, ut quando vicinus meus plantat in ſuo, & poſtea radices naturaliter intrant in meum: & tunc propria authoritate evellere & incidere non poſſum, *d. l. ſi plures, §. ſi arbor. arb. fur. caſ. & d. l. 1. Cod. de interd.* & ibi hoc no. Cyn. Bart. & Dd. Et prædicta procedunt in radicibus.

4 Sed quid in frondibus & ramis? pone, arbor tua pendet ſupra domum meam vel fundum meum: an poſſim totum quod ex arbore ſuper meo pendet, propria authoritate abſcindere? Et videtur quod ſic, *per l. 1. §. 1. de arb. cæd.* & hoc tenuit gloſſ. *ibi per l. pignoris, Cod. de pig. act. & l. liberum, C. quando lic. unicuique ſine jud. vind.* in contrarium gl. allegat. *in d. §. 1. l. 3. de pig.* ſcilicet quod cum jud. authoritate hoc fieri debet: & pro hoc, *d. §. ſi protectum*, ac etiam quia ſi ingredior in tuum contra tuam voluntatem, tibi teneor actione injuriarum, *in leg. is qui, de injuriis.* In hoc conclude ſecundum Bart. *in dict. l. 1. de arb. cæd.* quod eſt practica, quando arbor tua pendet in ædes meas primo debeo tibi denunciare, ut eam adimas, ſecundum verba edicti, *de arb. cæd. arg. d. 1. in princ. & in §. ait. prætor*, Et conſilium eſt, quod de hac denunciatione fiat inſtrumentum: ſi tu negligis adimere, & ego authoritate mea vado, & ſuccido, cum neminem prohibentem inveniam, nec aliàs fuerim prohibitus, licitè facio. Nam non committo vim, cum non fuerim prohibitus. Item non facio clam, cum jus mihi permittat, *d. l. 2. §. de arb. cæd.* & non debeo credere vel ſuſpicari, quod contra juſtitiam mihi reſiſtes, & controverſiam facis. Sed ſi cum venerim ad incidendum reſiſtas tunc non poſſum mea authoritate tollere, ſed debeo recurrere ad interdictum de arb. cæd. *& eſt caſus in dict. §. 1.* Et enim prohibitum, ne mihi domino ædium tu dominus arboris vim facias.

5 Circa * prædicta quæritur quod remedium competat? Diſtingue tres caſus. Aut arbor tua pendet ſupra domum meam, & tunc agi poteſt ex primo capite, de arbor. cæd. ut arbor tollatur in totum, & ſuccidi debeat à ſtipite, *l. 1. §. 1. de arbor. cæden.* Aut arbor tua pendet ſupra agrum meum: & tunc ex ſecundo capite ejuſdem edicti non agitur, ut tollatur in totum ſed ut coërceatur & incidatur 15. pedibus à terra, *dict. l. 1. §. deinde ait prætor, & hoc not. gloſſ. Cyn. in dict. l. 1. C. de interd. & ibi per Cyn. & doct.* Et ratio differentiæ eſt inter iſtos duos caſus: quia primo, quando arbor ſupra domum alienam pendet nocet domui ratione pluviæ: ſed in ſecundo caſu quando eſt ſupra agrum non nocet agro niſi ratione ſolis qui intrat terram, *ſecundum Cyn. in d. l. 3.* Aut arbor non pendet ſupra domum, vel agrum alienum: ſed radices mittit in alienam domum: & ille eſt tertius caſus de quo non loquitur edictum de arbor. cæden. ſed proviſio, *d. l. 1. in C. de interd.* quæ vult, quod licet

deficiant verba edicti tamen ex æquitate competit condictio: *ex illa, l.* 1. quæ eſt actio in factum, vel utile interdictum, *ut not. per gl. in d. l.* 2. & iſtud ultimum, quod competat utile interdictum de arbor. cæd. tenet ibi gloſſ. & Cyn. & Dd. & Bart. *in d. l.* 1. §. *differentia de arb. cæd.* Sed quia iſta opinio quod competat utile interdictum, & non directum de arbor. cæd. procedit ſine dubio ſecundum opinion. gloſſæ quæ vult, quod ubi verba deficiunt, & mens ſubeſt, tunc detur actio utilis, *ut not. in d. l. curatoris, Codice de negot. geſt.* Sed ſecundum opinio. Cyn. & Bart. *in dict. leg. curatoris, & in l.* 1. §. 2. *Cod. uti poſſ.* quæ eſt, quod ubi mens ſola ſubeſt, licet verba deficiant, detur etiam directa: ſed quando deficiunt verba legis, & mens, ſed ſubeſt ratio earum, tunc utilis, prædicta deciſio videtur habere aliqualem dubitationem: quia ex quo per edictum de arb. cæd. proprie ſumptum, veniunt etiam radices arboris: quia illa dicitur proprie arbor quæ habet radices, *ut eſt caſus not. in leg. vitem*, §. 1. *arb. fur. cæſ.* Ergo videbatur adeſſe mens prætoris in edicto, de arbor. cæd. & ſic deberet dari directum interdictum, non utile. Item quia dicitur in edicto, arbor impendet, &c. Nam dum dicitur, impendet, videtur etiam ſignificare in loco: quia, dicto, *In* ſignificat in loco, vel in perſona, & requirit tactum loci vel perſonæ, *ut eſt caſus not. in l.* 1. §. *in flumine, de flum. & in l.* 1. §. *hoc interdictum, de nov. oper. nunc. & ibi per Bart.* Sed tu teneas opinio. prædict. & Doctores qui eam ſequuntur, *in d. l.* 1. *Codice de interdict.* nam licet edictum de arbor. cæd. loqueretur de arbore, non tamen ſimpliciter loquitur: ſed de arbore quæ in alienas ædes impendet: nam verbum, Arbor, junctum cum verbo impendet, debet qualificari ſecundum naturam verbi cui adjungitur, *l. in delictis*, §. *ſi extraneus, de noxa. act. l. Lucius & ibi Bart. de teſt. mil.* *In*, ſed verbum, Impendeo, non extenditur ad radices quæ ſubirent fundamenta domus: quia verbum, Impendet, debet exponi, id eſt, dependet, vel ſupra pendet.

6 Nam dictio, *In* * aliquando ponitur pro *De*, *ut eſt text. cum gloſſa in l. ſicut tigna de ædil. ed. probatur. in leg. quæro*, §. *fin. ibi, in domo, eodem*, & ſic dicto, *In*, non requirit tactum loci. Item quod verbum, Arbar, non extendatur ad radices, quando conjungitur cum verbo quod aliud importat, *eſt caſus in l.* 1. *juncto ver. ſi quis radicibus, arb. fur. cæſ.* & quod iſtud ſit vernm, quod hoc caſu non comprehendantur radices arborum ex mente edicti, *patet in l.* 1. *Cod. de interd. ibi*, dum dicit, ad exemplum alicujus, non & idem cum illo ex mente: ſed eſt per extenſionem, quæ ſit per eandem rationem. Concludo igitur ex prædictis, quod hoc interdictum, *de quo in d. l.* 1. ſcilicet quando per radices creſcunt ſub fundamento domus vicini, debet eſſe utile & non directum, quia nec verba, nec mens edicti de arb. cæd. fuit de ipſis radicibus, ſed ſolum de arbore, quæ ſupra pendet: & ſic de frondibus & ramis, ſed quia ſi fuiſſet interrogatus prætor, quid de radicibus propter eandem vel majorem rationem idem dixiſſet: *argum. l. tale pactum, cum ibi not. per gloſſ. in l. fin. de pact.* ideo ad exemplum interdicti de arb. cæd. dabitur, & hoc utile, quod eſt not.

7 Item datur * hoc interdictum de arb. cæd. tam directum, quam utile, competens in tribus caſibus, *de quibus ſupra*

ſupra dixi in verſ. circa prædicta, quod datur non ſolum domino ædium, ſed etiam ei qui uſufructum habet, quia ipſius intereſt arborem ipſam non pendere, *l.* 1. §. *non ſolum, de arb. cæd.*

8 Item * datur hoc interdictum, ſi arbor communibus ædibus impendet, & cuilibet dominorum in ſolidum, quia & ſervitutum vendicationem ſinguli habent, *dict. l.* 1. §. *præterea.* Item an pro opere facto in arbore poſſit agi, & qua actione: *vide l. ſi alius*, §. *notavimus, quod vi aut clam. & plene not. per Bart. in l.* 1. §. *hoc autem dictum, de nov. oper. nunc.* Item ſi ardor ex vicini fundo inclinata in tuum fundum ſit, ex lege duodecim tab. de amovenda ea recte agere potes, jus ei non eſſe ita arborem habere, *l. fin. de arbor. cæd.* & competit actio in factum vel negatoria, *ſecundum gloſſ. ibi & Bart.* Si aliquis cavit mihi de damno inf. & arbores ex ſuo agro vi tempeſtatis confractæ, & in meum agrum ceciderunt, eo quod facto vitibus meis vel ſegetibus meis nocerent: vel ædificia demoliuntur, ſtipulatio non committitur: ſecus ſi vetuſtate arborum hoc accideret, *text. eſt in l. fluminum*, §. *item apud Julian. de damno infect.*

9 Item * quid ſi arbor ex fundo tuo in viam publicam ſi caderet, ut itineri ſit impedimenti, eamque pro derelicto habeas? Dic quod non teneris: ſed ſi actor ſua impenſa arborem tollere paratus ſit, recte tecum agere poterit de via publica reficienda, ſed ſi pro derelicto non habeas, tecum agere poterit, ne quid in loco publico, & *adde quod not. Fed. de Sen. in conſ.* 102. Dictum eſt ſupra de arboribus quæ intrant murum vicini vel ejus fundamentum.

10 Sed * quid ſi arbor porrexerit radices in vicinum fundum, an vicino liceat eas incidere, *a* Dic quod non: ſed agere poterit negatoria, ei non eſſe jus, ſicut nec tignum, nec protectum habere, *ut l. ſi plures*, §. *ſi arbor. arb. fur. cæſ.* a

Item quid * ſi radicibus in fundo vicini arbor alitur, cujus videtur eſſe arbor? Dic ejus vicini, in cujus fundo origo arboris eſt, *d. l. ſi plures in fin.* quod intellige quando alitur à ſolo vicini, non tamen occupavit, ut quia per latitudinem & longitudinem tangit: & quando poterat vivere ex radicibus quæ erant in ſolo, unde ducit originem alias ſecus, *& ita intelligitur*, §. *ſi Titius, Inſtit. de rer. diviſ. & ibi not. per Ang. in d. l. ſi plures, in fin. & vide omnino, l. ſi vitem. in princ. & quod ibi not. per Dd. quod vi aut clam.* 11

Item * ſi quis plantavit arbores alienas in ſuo, vel ſuas in alieno, cujus erunt? Dic ut habetur, *in d.* §. *ſi Titius, & in l. idem Pom. ſcribit ſi frumentum*, §. *de arbore, de rei vend. & in d. l. ſi vitem in princ.* 12

Item * incidens arbores alienas, tenetur, Aquila, & arb. furt. cæſ. *l.* 1. *& pen. ff. arbor. furt. cæſ.* & hoc ſive quis ſuis manibus incidat, ſive alii incidendum mandaverit, *ut l. ſi furtum*, §. *ſi autem. eod. tit.* & etiam colonus arbores cæciderit, ex locato tenetur, *l. ſi colonus eodem titulo*, & ſi plures eandem arborem furtim cæciderunt, cum ſingulis in ſolidum agi poterit: & ſi eadem arbor plurium fuerit, univerſis in ſimul una pœna præſtabitur, *l. ſi plures, in priv. arb. furt. cæſ.* & competit iſta actio emphyteutæ, non autem uſufructuario, *l. cædere*, §. *pen. ead. tit.* Et quæ & quanta ſit iſta pœna, & adverſus quem competat, & quibus, *vide in l. furtum*, §. *fin. cum ſeq. arb. fur. cæſ.* 13

Et quia * facta eſt ſæpius mentio de arbore, ſciendum eſt quid veniat appellatione arboris? Dic quod continentur 14

Digitized by Google

tinentur etiam vites, *l.* 2. *&* 3. *arbor. fur. caſ. l.* 1. §. *arbores, de arb. cæd.* Item multa alia continentur appellatione arboris, *de quibus vide in l. vitem per totam, cum ſeq. arb. fur. cæſ. & vide omnino Bart. in ſuo tract. de alveo.* ubi ponit quid ſit proprie arbor, & quid ſit herba.

15 Item, & * quid ſi ex arbore mea fructus in tuum fundum cadant; Dic quod uſque ad tertium diem licitum eſt mihi colligere nec vim facere poteſt, *l.* 1. *de glan. l. & vide omnino quod ibi not. Bart.*

16 Item ſi vendidi fundum, * excepi arborem, & ea cecidit, & poſtea radices ejus pullos emiſerint: an eos poſſim vendicare, Iſta eſt q. ſabbatina, *de qua vide per gl. in l. obligationum fere. §. pen. de ac. & ob.*

17 Ultimo adde, quod * uſufructuarius b *b* non poteſt excidere arbores etiam infructuoſas, quæ deambulationes opacas & amænas reddunt, *l. acquiſiſſimum de uſufr. & adde quæ dixi ſupra, ne luminib. officiatur, in* 4. *&* 5. *q. de ſer. protegendi* 5. *q.*

ADDITIO.

a *Arbor.* Adde Corn. 3. *vol. conſil.* 267. *incip. dominus.*

b *Uſufruct.* Et ſi uſufructuarius rem deterioravit, an hæres ejus teneatur? Vide Corn. 2. *vol. conſil.* 119. Et locare fundum in quo habet uſumfructum, pertinet ad uſufructuarium, non ad hæredem, *d. vol. conſil.* 187. Et utrum uſufructuarius omnium bonorum teneatur ſolvere legata, *vide in* 3. *vol. conſ.* 195. Et utrum uſufructuarius poſſit cædere vel vendere commoditatem uſufructus? Reſp. Bart. *in l. intereſt. C. de uſu. & habit.* quod ſic, ſed non jus uſufr. Similiter ille, cui legata eſt in teſtamento domus ad inhabitandum, poterit alteri locare, & finietur ſolum morte ipſius cui legata eſt, *l. ſi habitatio, ff. de uſu. & habit. & Inſt. eod. §. fin.*

CAPUT LXXXII.

De Sepulchro.

1 *Sepulchrum eſt locus, ubi corpora oſſave hominis condita ſunt.*

2 *Locum religioſum unuſquiſque ſua voluntate facit, dum mortuum infert.*

3 *Sepulchrum ſi quiſpiam effodere voluerit, quantum ſpatii relinquere debeat?*

4 *Viam ad ſepulchrum qui non habet, precario à vicino impetrare poteſt, & ſi concedere noluerit qua actione cogi poterit?*

5 *Religioſi non habentes in loco ſuo locum eis congruum, petere poſſunt, quod propter religionis favorem loca eis condecentia aſſignentur.*

6 *Porticum aut ſtillicidium ſi quiſpiam in ſepulchrum immiſerit, qua actione contra eum agi poſſit?*

7 *Sepulchra antiquorum quæ erant, & quid recentioribus temporibus de cadaveribus ſepeliendis cautum fuerit?*

8 *De ſepulturæ loco quantum ad effectum non curatur, quoniam domini eſt terra, & plenitudo ejus.*

9 *Sepeliri apud quam Eccleſiam unuſquiſque debeat?*

Sepulchrum eſt * locus ubi corpus oſſave hominis condita ſunt, *l.* 2. 1
§. ſepulchrum, de relig. & ſumpt. fun. & varia nomina ſepulchri vide per gl. *in l. cujuſcumque, §. idem ait de inſtit. action.* & per Flor. *in d. l. familiaria, cum l. ſeq.* in

in paragrapho ſi adhuc de religioſ.

2 Locum * religioſum unuſquiſque ſua voluntate facit, dum mortuum infert in locum ſuum: *ut inſtit. de rerum diviſ.* §. *religioſum.* vide etiam ubi poſtea quid de loco communi vel alieno, vel in quo aliquis habet uſufruct. & ille locus dicitur religioſus, in quo eſt caput hominis. *l. cum in diverſis de relig.* Et ſi caput diviſum eſt in plures partes & poſitum in diverſis locis: ille locus dicetur religioſus, in quo eſt melior pars capitis, & ſi partes ſint æquales, neuter erit religioſus, *gloſſ. eſt not. d.* §. *religioſum.* quam not. pro ludentibus ad plaſtellam, vel ad par & impar: quando plaſtella ſcinditur, & minus, ſciſſus reperitur, inſpicitur ubi eſt major pars, & ſi partes ſunt æquales, neuter valet.

3 Si quis * ſepulchrum effodere voluerit, quantum profunditas eſt, tantum relinquat, *leg. fin. in fin. finium regund.* quod pone ſicut dictum ſupra de fovea, in princ. Servitus itineris ad ſepulchrum, privati jus manet: & ideo remitti domino fundo ſervitus, & poteſt acquiri, etiam poſt religionem ſepulchri, hæc ſervitus poteſt, *l. ſervitutes la grande* §. *ſervitus itineris de ſervitut.*

4 Qui * non habet viam ad ſepulchrum, poteſt illam impetrare precario à vicino, & ſi concedere noluerit poterit compelli non jure actionis, ſed extra ordinem, id eſt, officio judicis, vendere juſto pretio iter cogitur, per eum tamen locum, per quem vicinus minus lædatur, *l. ſi quis ſepulchrum*, *in pr. de relig.*

5 Per quam * l. dixit ibi Guiliel. quem ſequitur Floren. quod religioſi non habentes in loco ſuo locum eis convenientem, vel ſufficientem, poſſunt petere quod loca eis condecentia aſſignentur, propter favorem religionis, hac ratione cogitur vicinus eis vendere domum, quia favore publicæ utilitatis compellitur quis vendere rem ſuam: *l. 2. in princ. de his qui ſunt ſui vel alie. jur.* & idem tenet Flor. *in l. 3.* §. *locus de relig.* & idem tenet Angel. *in l. 1. ad fin. ſolu. matr.* qui dicit ita de facto obtinuiſſe Guil. de Cun. ut refert ipſe Guil. *in l. decernimus*, *C. de epiſc. & cler.* idem tenet Bald. *in d. leg. 1. ſol. matr.* & idem tenet Joan. de Ana. *in c. apoſtolicæ in princip. extr. de dol.* qui dicit, quod hoc procedit non tantum in eccleſia ædificata ſed etiam ædificanda, quia magis favetur eccleſiis de novo fundatis, quam jam conſtitutis, & ratio eſſe poteſt: quia de novo conſtituenda religio magis viget: *facit quod habetur in c. fin. de reſcript in 6. & in Clem. fin. eod tit.* Ego plus dico, quod iſta procedunt non ſolum in eccleſiis ædificandis, ſed etiam pro clauſtro & pro domibus de novo faciendis, aut agendis neceſſariis pro monaſterio virorum, & monialium eadem ratione, & ita alias obtinui in civitate Veronæ: quod ſingulariter & perpetuo tene menti: & idem dicas pro ſcholis fabricandis, *ut not. Flor. in d. leg. ſi quis de ſepul. in princ. & not. Dd. in d. l. 1. ſol. matr.*

Si quis * porticum aut ſtillicidium in ſepulchrum immiſerit, etiam ſi ipſum monumentum non tangat, recte cum eo agi poteſt quod vi aut clam in ſepulchrum factum ſit: quia ſepulchrum eſt, non ſolum is locus, qui recipit humationem, ſed omne etiam ſupra id cœlum: ideoque nomine ſepulchri violati agi poteſt, *l. ſi item.* §. *pen. quod vi aut clam.* 6

7 Ultimo * not. quod olim ſolebant corpora majores noſtri in domibus propriis ſepelire, ſed propter cadaveris fœtorem ſtatutum fuit, quod extra civitatem ſepelirentur, & pœna ſtatuta contra facientes ſepulchra in civitates, & magiſtratus patientes hoc fieri, *eſt in l. 3. §. divus Adrianus, de ſepul. viol. & leg. mortuorum de religio.* permittebant enim ſepulchra, vel in cœmiterio, vel in alio loco ad hoc deputato, vel ſacrificato, vel in propriis prædiis, & quicunque locus per illationem corporis mortui religioſus efficiebatur, *l. 2. in princip. & §. Prætor ait de religio.* Verum quia per hoc damnificabatur Dominus loci, fuit proviſum, *per d. tit. de religio, ut l. 2. §. 1. & §. is quid eod. titu.* nunc vero permittitur in civitatibus ſepeliri, & aliis locis conſecratis, ſecundum conditionem perſonarum.

Quantum * autem ad effectum, non 8
curatur de loco ſepulturæ: quia Domini eſt terra, & plenitudo ejus *13. q. 5. ubicumque facit. c. ſacrum de ſepul. & not. Floren. in rubric. de religio.*

Apud * quam Eccleſiam quis de- 9
beat ſepeliri? Dic apud illam, quam elegerit, *ut habetur 13. q. in ſumma.* dummodo relinquat Eccleſiæ parochiali partem, *extr. de ſepul. c. de his & c. cum ſuper, & habetur in c. fin. eod. tit. lib. 6. & in Clem. dudum, §. verum, de ſepul. h.* Sed in ſepulturis parentum filii collocandi ſunt: *de quo dic, ut habetur 13. quæſt. 2. ædium, & cap. placuit.*

TRAC.

TRACTATUS II.
DE SERVITUTIBUS,
TAM
URBANORUM,
QUAM RUSTICORUM
PRÆDIORUM.

1 *Servitutes ruſticorum prædiorum quæ ſint?*

SERVITUTES ruſticorum prædiorum ſunt hæ:
1 Iter, Actus, * Via, Aquæductus, Aquæhauſtus, Pecoris ad aquam appulſus, Jus paſcendi, Calcis coquendæ, Arenæ fodiendæ, Licere altius tollere, & officere prædio vicini, domum, *a* vel prætorium, vel protectum habere: Licere habere iter, ut boves per quos fundus colatur, in vicino agro paſcantur, coactique habeantur. Item ut pedamenta ad vineam ex vicini prædio ſumantur. Item vicino cujus lapidicinæ fundo tuo immineant, jus eſſe terram in fundum jacere, ſaxa poſita habere, & ut in tuum lapides pervolvantur, ibique poſiti habeantur, indeque exportentur. Item tugurium mihi licere habere in tuo, &c. his ſimil. *ut eſt text. in l. 2. & 3. & l. veluti, in final. ff. de ſervi, ruſt. præd, & inſt. de ſerv. in princ. & §. inter ruſticorum præd.* Nunc de ſingulis videamus, & primo de itinere.

ADDITIO.

a *Domum.* Quomodo capiatur verbum, domus, vide Alexan. 1. *volum. conſ.* 48. *in ultim. colum. in fine.* Et domus ſumitur in jure variis modis, vide Corneum 1. *volum. conſil.* 56. *& in* 3. *volum. conſil.* 198. *in* 4. *volum. conſil.* 41.

CAPUT I.
De Servitutibus Itineris.

1 *Iter eſt jus hominis eundi, ambulandi, nec non jumentum agendi, vel vehiculum.*
2 *Ire ab ambulare in quo differat?*
3 *Promittat ſi quis uni Iter, an jus, & ſervitutem ſibi promittere videatur: ſecus qui factum promittit.*

4 *Itineris*

4 *Itineris ſervitutem qui habet, an poſſit ire, nedum pedes, ſed etiam eques?*

5 *Servitutem itineris habens, ſi velit ducere jumentum, & plauſtrum, oneratum frumento, vel aliis rebus, & etiam ipſe aſcendere, an ſuper ſervientis fundum tranſire valeat?*

6 *De loco ſervitutis itineris ſi dubitetur, arbiter, vel communis amicus, qui hoc dirimere debeat, aſſumi debet.*

7 *Servitutem itineris habens, ſi locum elegerit, licet amplius variare non poſſit, ille tamen qui ſervitutem conceſſit, bene poteſt, ſi abſque alterius incommodo fiat.*

8 *Iter vel alia ſervitus ſi legetur ſine ulla loci determinatione, electio ad quem ſpectabit, an ſcilicet ad promittentem, ſeu ejus hæredem, an ad illum, cui ſervitus legata, vel promiſſa fuerit?*

9 *Iter ad prædium duorum commune ſi legetur, nec legatarii de itineris loco conſentiant, quid juris?*

10 *Itineris latitudo, quanta eſſe debeat?*

11 *Via, cujus latitudinis eſſe debeat?*

12 *Iter, aut actum per certum locum ſi quiſpiam alicui ceſſerit, an poſſit uni, vel pluribus per eundem locum, vel iter, vel actum cedere?*

13 *Aquæductum ſi alii conceſſero, an alteri iter per eundem locum dare, vel, cedere potero?*

14 *Itineris ſervitus ſicut in certa fundi parte conſtitui poteſt, ita etiam pro certa temporis parte.*

15 *Fundi ſervientis & dominantis Dominus qualiter ſervientis fundo uti poſſit: & ad quid Dominus fundi ſervientis teneatur?*

16 *Iter, actus via, & aquæductus per fundum ſuum, ſi emerim, an ad vacuæ poſſeſſionis traditionem tenearis?*

17 *Fundus venditus ſi ſervitutem alteri debeat, an in hoc emptori venditor teneatur?*

18 *Fundi venditor qualiter teneatur, quando ſervitutem non expreſſit quæ in fundo vendito debetur, vel fundi venditi conditionem, & eam emptor ignoravit?*

19 *Poſſeſſionem qui tenetur vacuam tradere, an liberetur, ſi rem tradat, quæ alteri ſervitutem prædialem debeat?*

20 *Iter ſi excipere deberem, puta, quia ſic in contrahendo conveneram, & tamen fundum liberum per errorem tradidi, quomodo mihi ſuccurratur?*

21 *Fundus ſervitutem itineris debens alluvione occupatus, quomodo in priſtinam ſervitutem reſtitui debeat?*

22 *Fundum per alienum an quis ire ſeu tranſire valeat, & an dominus volentes ire, vel tranſire per fundum ſuum, probibere poſſit?*

23 *Fundum meum ingredi volentem propria manu, & authoritate repellere poſſum.*

24 *Agrum per alienum ire fas eſt, ſi Dominus non probibeat: jus tamen non eſt, ſi Dominus ipſe prohibeat.*

25 *Itineris, ſive eundi in fundum meum, ut quis in quaſi poſſeſſione ſit: itaque eum quominus eat, impedire non poſſim, & ſi impediam de interdic. actuque privato tenear, quot requirantur?*

26 *Servitutem inter affirmativam, & negativam quæ differentia ſit?*

27 *Jure aliquo ſuo, quod quiſpiam uſus fuerit, quomodo probetur?*

28 Itinere

28 *Itinere per ſeipſum quod aliquis uſus fuerit, an ſufficiat, & an ſatis ſit, quod alius pro ſe iverit?*

29 *Itinere per vicini fundum ſi quiſpiam uſus fuerit, uſque ad illum locum, ad quem eſt ingreſſus, eſt in quaſi poſſeſſione, & ei competit interdictum de itinere actuque privato.*

30 *Viæ uſum ſciente & patiente adverſario an retinere neceſſe ſit?*

31 *Itinere vel actu ſi quiſpiam uſus ſufficit: nec deſideratur, quod ſervitus conſtituta fuerit, vel debeatur.*

32 *Itinere vel actu quod quis uſus fuerit non vi, nec clam, non precario, quomodo probetur, & cui hoc munus probandi incumbat?*

33 *Servitutem habenti ruſticam jure magis conſulitur, quam habenti ſervitutem urbanam.*

34 *Fundum per alienum quod quis iverit ſaltem per 30. dies & propter hoc in quaſi poſſeſſione eſſe dicatur quæ inde utilitas reſultat?*

35 *In poſſeſſione juris illud vulgare locum habet, vi licet repellere.*

36 *In ſervitutibus incorporalibus, quæ cauſam diſcontinuam habent, quiſpiam in quaſi poſſeſſione eſſe dicitur, etiam ſi nullo modo ſufficienti tempore uſus eſſet.*

37 *Dominus eum, qui eſt in quaſi poſſeſſione juris eundi per fundum ſuum quomodo expellere poterit?*

38 *Interdictum de itinere privat reficien. quibus competat, & quæ ac quot. ipſum conſequatur?*

39 *Interdictum de itinere actuque refic. an aliud ſit ab interdicto de itinere actuque privat. & ita an duo interdicta ſint, vel unum tantum duo capita habens?*

40 *In interdicto de itinere actuque privat. refic. quis ſervitutem conſtitutam probare neceſſe habeat?*

41 *In interdicto de itinere actuque priv. refic. quare quiſpiam duo probare neceſſe habeat, ſcilicet ſe uſum hoc anno fuiſſe, & ſervitutem ſibi conſtitutam eſſe?*

42 *In interdicto de itinere actuque, &c. quare ſi me eſſe in quaſi poſſeſſione viæ, itineris vel actus probem, neceſſe probare habeam, quod ſervitus mihi invito conſtituta ſit, & cætera quæ ſequuntur?*

ITer * eſt jus hominis eundi, ambulandi, nec non jumentum agendi vel vehiculum, *ut l. 1. in princ. ff. de ſerv. ruſt. præd.* Et jus intelligitur eundi, id eſt, quod ſolus ire poſſit: ambulandi cum alio, *ita exponit gloſſ. d. §. & in d. l. 1. in princ. verſ. eundi.* Vel aliter intelligi poteſt, videlicet jus eundi, ſcilicet plane ambulandi, ſcilicet currendo, ſecundum *gloſſ. in ver. eundi.* 1

Ex quo not. ſecundum Ang. & Paul. de Caſtr. *in d. l. 1. in princ.* differentiam inter, Ire, * & Ambulare. Nam ire dicitur qui ſolus & plane vadit: Ambulare vero dicitur cum ſocio, etiam currendo vel cantando. Sed quis habet iter, habet utrumque. Si autem haberem alterum tantum, puta, ſi conceditur *a* mihi quod poſſim ire per fundum tuum, non poſſem ambulare cum ſocio vel currendo ire: & ſic verba inſtrumenti ſunt inſpicienda, ſecundum dictum Paul. *in d. l. 1. in princip.* 2

Et ex hoc not. aliud. * quod ille qui promittit uni iter, videtur promittere ſibi jus & ſervitutem, & per conſequens quod poſſit ire & ambulare. Sed qui promittit uni, quod poſſit ire, videtur promittere factum *b*, & ſic ſolum ire, non ambulare, *ut not. Bart. in l. pen. ff. de ſerv. ruſt. præd. de quo etiam vide per eundem in l. ſtipulatio, §.* 3

ſi quis ita, & ibi per Dd. ff. de verb. obl. & per gloſſ. & Dd. in l. 2. §. 1. & per text. in §. item ſi in facto, in ea, l. 2. & ibi omnino vide Pau. ff. de verb. obl. quod eſt notabile, quod fiunt hujuſmodi inſtrumenta. Quandoque tamen iter non eſt ſervitus, ut ſi fructuario detur à domino alterius prædii, *ut l. 2. §. 2. ſi ſerv. vend.* Quomodoque etiam iter groſſo modo dicitur quælibet via, per quam itur: *ut voluit gloſſ. Inſtit. de ſerv. in princ. verſ. jumentum, in fi. & Azo. in ſum. C. de ſerv. §. eſt autem iter.* Et ideo iter quandoque dicitur via, ſed impropriè: *ut eſt text. cum gl. in fi. in l. quantum ad juris pertinet. in fin. ff. de verb. ſign.*

4 Sed quæritur, numquid ille, * qui habet ſervitutem itineris, poſſit ire, nedum pedes, ſed etiam eques? Dic quod ſic, *ut leg. quia ſella, in princi- pio, & leg. inter actum, ff. de ſerv. ruſtic. prædior. & not. gloſſ. in leg. 1. in princ. eodem titulo, in ver. eundi, in fin. & Azo. in ſum. eodem titulo, in §. eſt autem in fine*; imo poteſt ſe deportari facere in lectica, vel rheda, aut curru, *ut eſt text. cum gl. in d. l. qui ſella, in princip.* Quod intelligo ſive ducatur per unum equum, vel jumentum, ſive per duos, ſecundum Paul. ibi, vel etiam plures eadem ratione, quod not. maximè pro nobilibus, qui ſæpiſſimè ſe ducere faciunt per rhedas aut currus cum quadrigis: quia ſi habent in fundo alterius ſervitutem itineris poſſunt tranſire per dictum fundum cum ſuo curru, vel rheda. Et intellige prædicta, quando habens ſervitutem itineris, aſcendit equum, vel currum. Secus fuiſſet, ſi duceret equum, vel jumentum, aut currum ante ſe, vel poſt ſe, quia non poſſet, *ut l. 1. in fin. ff. de ſerv. ruſt. præd. & not. gl. in l. qui ſella, in princip.*

Sed quid ſi habens * ſervitutem itineris, vult ducere jumentum, & plauſtrum oneratum frumento, vel aliis rebus, & etiam ipſe aſcendere, an tranſire poſſit per fundum ſervientis? Si conſideramus perſonam, quæ eſt eques, vel ſuper curru, & poteſt, *per d. l. qui ſella, in princip. & in d. l. inter.* Si conſideramus, quod equus vel currus eſt oneratus aliis rebus, videtur, quod non poſſit per dicta jura. Ego credo quod ſit conſiderandum; quod principaliter agitur, ſi enim principaliter intendit ducere equum, vel currum oneratum, ut faciunt milites qui onerant equos ſuos herbis, vel fœno, aut frumento, & aſcendunt ſuper ſarcinam, vel ſicut faciunt molendinarii, & tunc licet videatur eſſe eques, tamen quia principaliter hoc non agit, ſed tantum vult ſarcinam ducere, & non poteſt, *argum. l. quis, nec cauſam cum ibi not. ff. ſi cert. per.* ſi verò principaliter intendit ire eques, vel in curru: tunc etiam ſuper equo, vel curru portet alias res, ſicut fit ſæpiſſimè pro illis qui vadunt ad villam quando portant ſuper equo carnerium, vel ſacculum, vel ſimilia: vel cives qui mittunt uxores ſuas, vel familiam ſuper rheda, vel curru: & faciunt etiam onerare rhedam, vel currum lecto, vel aliis ſuppellectilibus, & aliis rebus ſibi neceſſariis in villa: tunc attento quod principaliter perſona defertur teneo quod ire potius dicatur, quam agere: & ſi habet ſervitutem itineris in fundo alterius, non poterit prohiberi tranſire cum dicto curru, vel vehiculo cum perſona, & rebus, *pro quo facit leg. pe. ff. ad exhi.* & iſtud allegatur ad conceſſionem tranſitus factam armigeris, ut intelligatur civili modo, hoc eſt ut tranſeant per partem minus damnoſam, & iſto caſu debet eligi locus, per quem habens 5

ſervi-

ſervitutem itineris ire debeat, *ut d. l. ſi cui. & l. certo generi, §. ſi totus, ff. de ſerv. ruſt. præd.* & debet eligere locum minus domino fundi ſervientis nocivum *ut d. l. ſi cui.*

6 De quo * ſi dubitetur, debet aſſumi arbiter, vel communis amicus qui habeat hoc dirimere, *ut d. §. ſi totus, ibi, arbiter dandus eſt, & in §. ſi locus in fi. in ea. ut not. Paul. in d. §. ſi totus,* & poſtquam facta erit electio de uno loco, non poterit amplius variari, *ut d. l. ſi. cui,* imo cæteræ partes liberæ remanebunt, *ut §. ſi totus, & ita tenet gl. in dict. l. ſi cui, & l. nam ſatis. §. cæterum atque, ff. quemadmod. ſerv. amit. & vide quæ dicta ſunt circa prædicta in præcedenti, lib. 9. q. princ. in princ.*

7 Ubi dixi, quod * licet habens ſervitutem, ſi elegit locum itineris, non poſſit amplius variare, tamen ille, qui conceſſit ſervitutem, bene poteſt variare, quando variat ſine incommodo alterius, *ut l. 2. §. pen. ff. de ſumpt. fu. & ita habet gloſſ. fina. in dict. leg. ſi cui, ff. de ſervitut. quæ eſt not. & eas ſequitur ibi Bart. & Dd.* Quarto, & ultimo caſu principali, quando eſt commiſſa, vel conſtituta ſervitus per certam, & determinatam partem fundi & tunc non habet dubium, quod per illam tantum partem debet ire, & non per aliam, quoniam aliæ partes fundi ab ipſo principio ſunt liberæ, & non cadet hæc electio. Per locum enim deſignatum benè poſſum ire, ſecundum quod mihi placet, & poteſt mihi conſtitui ſervitus ad certam partem fundi pro diviſo, *ut l. ad certam. ff. de ſervitut. & l. qui per certum, ff. communia prædio.* licet non ad incertam, vel pro indiviſo, *ut l. 2. & l. pro parte. ff. de ſerv. & adde l. certo generi, §. latitudo ff. de ſerv. ruſt. prædio.* Puto tamen quod liceat concedenti ſervitutem, mutare locum, dummodo faciat ſine incommodo illius, cui ſervitus eſt promiſſa: ita quod non minus commodè per alium locum deſignatum ſervitus conſtituatur, *argum. l. 2. §. penul. ff. de relig. & ſumpt. fun.* quæ hoc probat in gloſſ. *in d. l. cui ff. de ſervit.*

Quæro * etiam quid ſi legatur, aut 8 promittitur iter, vel alia ſervitus ſine ulla determinatione loci, ad quem ſpectabit electio? an ad promittentem, ſeu ejus hæredem, an vero illum, cui eſt ſervitus promiſſa, vel legata? Et videtur quod electio ſit promittentis: vel hæredis, *per l. ſi via ff. de ſerv. ruſt. præd.* in contrarium videtur, *d. l. ſi cui.* Sed dic circa iſtam quæſtionem, *ut plenè dixi in præced lib. 9. quæſt. princ. in verſic. ſed dubium eſt, & adde quæ dicam in ver. item quomod. in fin.*

Sed * quid ſi legatur iter ad prædium 9 commune duorum, nec legatarii de loco itineris conſentiant? Dic quod ſervitus non acquiritur, nec deperditur, *ut l. itineris, ff. de ſerv. ruſt. præd.* & ſic diſcordia inter collegatarios ejuſdem ſervitutis impedit acquiſitionem ipſius, quod intellige ſecundum gloſſ. & Angel. ibi, donec diſcordia durat. Nam compelli poſſunt per judicem ad concordiam. *per l. fina. in fin. in princip. Cod. communia. de leg. & l. hujuſmodi, §. fina, ff. de lega. 1.*

Item * quæro, quanta debet eſſe la- 10 titudo itineris? Conclude ſic breviter. Aut à princ. eſt expreſſa, certa & determinata latitudo à partibus, & illi ſtandum eſt, *ut l. certo generi, §. latitudo in princ. ff. de ſerv. ruſt. præd.* Aut à princ. nil determinatum eſt expreſſe per partes, & tunc ſi partes poſtea concordant quanta debeat eſſe latitudo, & per quem locum fundi, iſtud eſt ſervandum, quod primum determinatum

eſt, ſervitus in eo loco, id eſt, ea latitudine conſiſtit: cæteræ partes fundi liberæ ſunt, *dict. l. certo generi*, §. *ſi totus*, *verſic. at ſi iter.* Sed ſi partes non conveniunt, tunc aut locus per quem ſit eundum, non adjecta latitudine nominatus eſt: & tunc per eum locum qualibet parte ire poterit, *ut d.* §. *ſi totus*, *in princip.* donec conveniat aliter: & ſi non convenit, arbiter, id eſt, communis amicus dandus eſt, qui hoc determinet, *ut d. l. certo generi*, §. *ſi totus*, *in fine*, & §. *latitudo*, *in princip.* Aut eſt nominata latitudo, ſed non locus: & tunc qualibet parte fundi ire poterit ſervata latitudine in pacto comprehenſa, *ut d.* §. *ſi totus.* Aut locus per quem iri debeat, non exprimitur a partibus: nec etiam latitudo adjecta eſt: & tunc per totum fundum: ſed arbiter, id eſt, communis amicus dandus eſt, qui ex officio ſuo determinet, & locum per quem iri debeat, & latitudinem, *ut probatur in d. l. certo generi.* §. *ſi totus*, & §. *latitudo*, *cum* §. *ſequent.* Et ea quæ dicta ſunt de loco, & latitudine itineris, habent locum etiam in ſervitute actus, *ut probatur in d.* §. *ſi totus*, & §. *latitudo.*

11 Quid * autem in via, cujus latitudinis eſſe debeat, *habetur in l. viæ latitudo*, & *d. l. certo gener.* §. *final.* & *l. via conſtituti in princ. ff. de ſerv. ruſt. præd. dicam infra de ſer. via.*

12 Quæro circa * prædicta quid ſi quis per certum locum iter, aut actum alicui cedat: an poſſit poſtea alii, vel pluribus per eundem locum, vel iter, vel actum cedere? Dic quod ſic, *l. qui per certum*, *ff. communia prædior.* & poteſt cedi pluribus, vel ſimul, vel ſeparatim, *ut l. Lucio verſic. reſpondi*, *ff. de aqua quoti.* & *æſti.* ſicut poteſt etiam concedi pluribus jus aquæ ducendæ, *in d. l. Lucio*, & *l.* 2. §. *fi. de ſerv. ruſt. præd.* & *not. per gl. in l. aquam*, *C. de ſervit. de quo in jure aquæductus.* Et hoc intellige, quando primo cui ceſſit, non nocet: alias ſecus, cum cauſa prioris conceſſionis ſit potior, quia non poteſt à poſterioribus impediri, *ut*, *l.* 2. §. *fin.* & *l. per quem locum*, *eod. titul.* & *not. gloſſ. in d. l. qui per certum ff. communia præd.* & *d. l. aquam.*

Sed *, quid ſi aquæductum alii conceſſero, an alteri iter per eundem locum dare, vel cedere potero? Dic quod non, *ut d. l. per quem locum*, & eſt ratio, quia per iter ſecundo loco conceſſum impediretur jus aquæ decendæ: alias non: puta quia uno tempore unus habet jus aquæ ducendæ, alius alio tempore habet jus itineris, & ſic per iter non impeditur ſervitus aquæ primo conceſſa, tunc bene valeret, *argum. l. in concedendo*, *ff. de aqua pluv. arc.* & *l. hoc jure*, §. *is qui*, & *l. Lucio*, & *fi. ff. de aqua quo.* & *æſti.* & *not. gloſſ. in d. l. per quem locum.* 13

Ex quo no. * quod ſicut in certa parte fundi poteſt ſervitus itineris conſtituti, ita etiam pro certa parte temporis: puta quod de die tantum ire poſſit, *ut l. inte. ff. communia præd. de quo vide quod dixi in ſuperiori*, *lib. in tit. de ſerv. itineris ſive aditus*, *in princ. facit*, *l. ſi ſic conſtituta*, & *l. ſi communem*, §. *fin. ff. quemadmodum*, *ſervitus amit.* & *l. ſervit.* §. *modum in fin. l. via.* §. 1. *ff. de ſervitus.* 14

Quæro * ulterius, qualiter dominus fundi ſervientis, & dominantis poſſit uti fundo ſervienti, & ad quid teneatur domus fundi ſervientis. Et pro declaratione pone, ubi debetur ſervitus per aditum, quo niſi opere facto iri non poteſt, an liceat fodiendo & obſtruendo iter facere. Dicas, quod ſic, *ut l. iter*, *ff. de ſerv.* & ſi non eſt aditus de plano, puta quia fundus ſervientis 15

vientis eſt altior, poteſt ille cui debetur ſervitus itineris, vel gradus vel clivos in fundo ſervienti facere, & de fundo ſervienti demoliri quantum neceſſe eſt itineris cauſa, *ut eſt text. notat. in ſervitutes, quæ in ſuperficie, 9. ſi domo, ff. de ſervit. urb. præd.* quæ licet loquatur de ſerv. urban. tamen idem eſt in ruſticis, pari ratione: *de quo vide omnino quæ dixi in præcedenti lib. in princ. in 9. q. in princip. verſ. item licitum eſt ei cui ſervitus debetur.* Item poteſt ille cui debetur ſervitus deprimere & elevare locum ſervientis, ut commodè ſervitute uti poſſit, ſi hoc eſt ſibi neceſſarium, niſi aliàs actum ſit expreſſe, *ut leg. refectionis, ff. communia prædio.* vel niſi hoc fiat cum magno incommodo domini fundi ſervientis: *& ita poteſt intelligi, l. 1. §. fin. ff. de rivis, & l. 3. §. pen. ff. de itine, actuque privat. & ita dixi in dict. 9. q. princ. in fin.* Item locum ſervientis ſternere, & arborem inpendentem, id eſt, valde pendentem incidere licet quando iter inhabile redderetur, *ut l. loci corpus, §. ſi quis mihi, ff. ſi ſervitus vend.* & ſi ſternere aut reficere impediatur poteſt agere confeſſoria, ut ibi. Salice autem ſternere non licet, niſi convenerit, *ut dicitur, in dict. §. quis mihi in ſi.* Item poteſt reficere ad locum ſervientis accedendo etiam ad loca quæ non ſerviunt, *ut dict. leg. refectionis, & dict. §. ſi quis mihi ut dixi, in d. 9. q. ubi omnino vide.* Item pontem quo ire vel agere poſſit, extruere poteſt, ſed non arcum, hoc eſt pontem lapideum: imo nec dominus fundi ſervientis ſupra iter alienum id eſt, ſupra eum locum, in quo alii iter debetur, arcum cauſa ducendi aquam jure facere poteſt, *ut l. ſupra iter. in princ. & ibi vide gloſſ. Bart. & Bal. ff. de aqua pluv. & vide quod dixi ſupra de ponte, in princip. in præced. libro.* Item prædicta poſſunt fieri non ſolum per illum cui ſervitus debetur: ſed etiam per ejus magiſtros, fabros, & operarios: qui ſi prohiberetur, dominus fundi ſervientis prohiberi videtur, *ut dict. l. refectionis, ff. communi præd. & dixi in d. §. qu. princ.* ubi etiam poſui, cujus expenſis hoc fieri debeat: Dominus autem fundi ſervientis non poteſt in eo loco, per quem mihi iter debetur, ædificare: & ſi ædificare velit, poſſum impedire per confeſſoriam, ne ædificetur, ſed ſi jam ædificatum eſt, & probavero ſervitutem itineris in eo loco mihi conceſſam, potero petere quidquid ædificatum eſt contra debitam ſervitutem ſimiliter per confeſſoriam deſtrui, *ut eſt text. quem omnino vide in l. ſi eo loco, ff. ſi ſerv. vend.* poſſum tamen ſi mihi iter agere licet per fundum tuum, & eo uti frui, remittere, ut uti frui mihi non liceat, & ibi concedere jus tibi eſſe ædificare, per talem conceſſionem non intelligitur ut poſſis ædificare, ita quod impedias me ire, agere per dictum fundum tuum, *ut l. ſi mihi eodem tempore, in princ. ff. de ſerv. ruſtic. prædior. de quo vide quod plene dixi ſupra de ſervit. ſtillicidii averten. in 10. quæſt.* ubi plene hoc examinavi. Item locare ſervitutem, itineris vel aliam & ſimilem nemo poteſt: ſcilicet nec dominus prædii dominantis nec ſervientis, *ut eſt text. cum gloſſ. in l. locare ſervitutem, ff. loc.* ſecus eſt in ſervitutibus perſonalibus & uſufr. *ut l. arboribus, §. uſufructuarius, ff. de uſufruct. & ibi vide gloſſ.* quæ ponit rationem differentiæ, & declarat, *d. l. locare.*

Ad * quid autem tenetur Dominus 16
fundi ſervientis? puta ſi iter, actum viam, aquæ ductum, per fundum tuum

emero, an tenearis ad traditionem vacuæ poſſeſſionis? Dic quod non, ſed caveas per te non fieri quominus utar *ut l. vero, §. ſi iter. ff. de act. emp.* Et eſt ratio ſecundum gloſſ. ibi. quia incorporalia traditionem non recipiunt. *leg. ſervus, §. incorporales, ff. de acquir. rer. dom.* item ſi tibi iter vendidero, ita demum teneor, ſi tuus eſt fundus, cui acquirere ſervitutem volueris, alioquin ſi propter hoc acquirere ſervitutem non poteris, quia Dominus fundi vicini non fueris, non teneor. Sed ſi fundum tibi vendidero & ei fundo iter acceſſurum dixero, omnino tenebor itineris nomine: quia utriuſque rei quaſi unus venditor obligatus ſum, *ut eſt text. in leg. tenetur, § ſi tibi iter. ff. de act. empt.* Item vendito fundo ita non tenetur venditor præſtare, quia ei ſervitus itineris vel alia ſervitus realis non debetur niſi aliter dictum ſit, *ut l. in vendendo, §. 1. ff. de contrah. empt. & l. penult. in fin. ff. de evict.* etiam ſi eſſet dictum in venditione, utî optimus maximuſque eſt, *ut l. qui uti optime, ff. de verb. ſignif. & not. gloſſ. in l. ſi cum venderes, ut ff. de contrahend. emptio.* Item vendito fundo, ita venditus videtur, quod ei ſervitus non poteſt imponi, & ſic in dubio res videtur vendi libera & non cum aliqua ſervitute, *l. in contrahendis, §. interpoſitis, ff. communia præd. & l. via conſtitui. §. ſi. de ſerv. ruſt. præd.* Secus eſt in legato: quia in dubio videtur res legata, *c* quod hæres poſſit tranſire
c per eam, ſicut teſtator poterat, *l. teſtatrix in princip. ff. ſi ſerv. vend. & ita not. Paul. in l. ſi quis ex fundo, ff. quemadmod. ſervit. amit. de quo vide quod pleniſſimè ſcripſi ſupra de ſervit. itin. ſeu aditus, in verſ. not. unum alium caſum pulcherrimum cum verſic. ſeq.* Item dicti fundi iter tranſit in emptorem, quod ei fundo debetur: etiam omnis alia ſervitus realis, etiam ſi nihil in venditione ſit dictum, *ut l. ſi aquæductus, ff. de contrah. empt. & not. gloſſ. in leg. in vendendo, §. 1. ff. eod. tit. & probatur in l. via conſtitui, §. quicumque, ff. de ſerv. ruſt. præd.*

Sed ſi fundus venditus debet ſervi- 17
tutem alteri, an in hoc venditor teneatur emptori? Dic aut non fuit tacita ſervitus, ſed expreſſa in venditione, & non tenetur, *argum. l. quæritur, §. ſi venditor. ff. de ædil. edi & l. pen. in princ. ibi, ſi tacite à contrario ſenſu, ff. de evict. & d. l. in vendendo, §. 1. ibi,* nec commemoravit venditor à contrario ſenſu, *& not. in l. cum venderes, eod. tit.* Aut ſervitus non fuit in venditione *d* expreſſa, ſed tacita, & d
tunc videtur quod venditor non teneatur, quia non videtur vendidiſſe fundum liberum, ſed qualis eſſet, *ut d. l. cum venderes, & l. qui tabernas, ff. de contrahend. empt.* In contrarium videtur, & illud eſt verius, ſcilicet quod per emptorem agi poſſit contra venditorem, propter hoc *ut dict. leg. pen. ff. de evict. dict. l. in vendendo, §. 1. & l. Julianus, in princ. ff. de act. empt.* & eſt ratio, quia vendens rem in dubio, ſi nihil dicatur, intelligitur vendere rem liberam, & libera præſtari debet onere ſeruitutis, *ut l. in venditione, ff. de actio. emp. & not. gl. notabilis, in dict. leg. cum venderes, & eſt ſimilis gloſſ. in dict. l. ſi ex prædiis, C. de evict. not. Bal. in rub. C. de contrah. empt. ut ſupra dixi.* imo etiam debet præſtari propria, non autem libellaria, ſeu emphyteutica, *ut not. Bald. in l. mater. circa finem Cod. de rei vend. & ibi etiam Angel. & Bald. in l. ſi teſtamentum, Cod. ad leg. Falci. & vide Zabar. in c. quæ in Eccleſiarum, in 12. q. extra, de conſtit.* quod intellige, ſi emptor ignoravit ſervi-

ſervitutem, ſecus ſi ſciviſſet, *ut eſt text. in d. l. 1. §. fina. quem omnino vide circa hoc ff. de act. empt. facit l. quæritur, §. fin. ff. de ædil. edict.*

18 Sed * dubium eſt, quomodo & qualiter teneatur venditor, quando non expreſſit ſervitutem, quæ debetur in fundo vendito, vel conditionem fundi venditi, & emptor eam ignoravit, dic, aut venditor ſcivit fundum tempore venditionis alteri ſervitutem debere, & ejus conditionem, aut ignoravit. Primo caſu, quando venditor ſcivit rem venditam eſſe ſubjectam alicui ſervituti, puta itineris, vel quod in ea habebat tantum utile Do-
e minium, quia erat emphyteuta *e* vel vaſallus, & tunc ſi non certificaverit emptorem ignorantem, ei tenetur ad intereſſe, *ut l. 1. in princ. & §. 1. ff. de act. empt.* & ita tenet gloſſ. *in leg. pen. ver. tacite. Digeſt. de evict.* Secundo caſu, quando venditor ignoravit ſervitutem, vel qualitatem rei venditæ, quia credebat in ea habere plenum jus: & tunc non tenetur emptori, ad intereſſe, ſed quanto minoris empturus fuiſſet, ſi ſciviſſet, rem non eſſe pleno jure venditoris, *ut l. quoties, ff. de ædil. edict. & in d. leg. 1. & leg. Julian. in princip. ff. de act. empt. & leg. quod ad ſerv. ff. de evict. & ita tenet ibi gl. in ver. tacite. & glo. in d. leg. quoties & in l. cum venderes, ff. de contrah. empt.* quod tamen intellige, quando ignoravit, & nihil promiſit, ſecus ſi aſſeruiſſet eum optimum maximumque eſſe: quia tunc ad intereſſe tenetur, *in l. Julianus, §. quid tamen. ff. de act. empt. & tenet. gloſſ. in d. l. quoties.* Et prædicta procedunt, quando qui venderet rem cum titulo oneroſo, ſecus ubi eſſet titulus lucrativus, puta donationis, vel legati, aut fideicom, quia tunc donatione vel legato rei ſimpliciter intelligitur ſolum transferre jus quod habet, & ſic cum ſervitute, ſi debetur, vel utile dominium ſi non habet plus juris, *ut l. ſi domus, §. fi. & leg. ſervo legato. §. ſi fundus, & l. ſi ſervi. electione, §. fina. de lega. 1. & leg. Mævius, §. fundo, & ibi not. ff. de legat. 2. & leg. ad res donatas, ff. de ædil. edict. &c. paſtoralis extra, de dona. cum ſimi.* quod eſt verum, quando ſimpliciter legatur, vel donatur fundus, *ut in dictis juribus.* Secus ſi legetur vel donetur uti optimus maximuſque eſt: quia tunc liber à ſervitute præſtandus eſt: *ut eſt text. in d. leg. ſervo legato, §. ſi fundus, ff. de leg. 1. & ibi no. & in l. pen. ff. de evict. & in leg. cum venderes, ff. de contrah. emp. & ita tenet Bart. in d. §. fundo.*

Sed juxta prædicta * quæritur, an 19
ille qui tenetur poſſeſſionem vacuam tradere, liberetur, ſi tradat rem quæ debet alteri ſervitutem prædialem? Et dicas quod ſic: *ut probatur in d. l. Mævius, §. fundo.* Nam ibi dicitur, quod hæres non liberatur, niſi tradiderit poſſeſſionem vacuam rei legatæ, tamen ibi dicitur quod ſi tradiderit fundum legatum alteri ſervientem, liberatur, *& ibi hoc not. Bart. ubi omnino vide,* quod not. pro illis qui tenentur vacuam poſſeſſionem tradere, ſicut eſt venditor: *ut leg. 2. & 3. ff. de act. empt.* quia ex hoc ſolo non tenetur tradere fundum liberum à ſervitute. Sed ſi promiſiſſet tradere vacuam, liberam, non liberaretur, ſi traderet rem alteri ſervientem, *ut not. Paul. in d. leg. Mævius, §. fundo de lega. 2. quod not.*

Item * circa prædicta quæritur, quid 20
ſi iter excipere deberem, puta quia ſic conveneram tecum in contrahendo, fundum liberum per errorem tradidi, quomodo mihi ſuccurritur? Dic incerti conditione, ut iter mihi conce-

concedatur: *ut eſt text. in l. ſed & ſi me putem, §. cum iter. ff. de condict. indeb. & ibi vide de hoc plene per gloſſ. & Dd.*

12 Item * no. quod fundus qui debet ſervitutem itineris, & locus per quem iter aut actus, vel via debetur, ſi impetu fluminis occupatus eſſet, & intra tempus quod ad amittendam ſervitutem ſufficit, alluvione reſtitutus eſt, ſervitus in priſtinum ſtatum reſtituitur: *ut l. ſi locus, in princ. ff. quemadmod. ſervit. amitt.* & intellige, quod reſtituitur, ſcilitet ipſo jure: *ut no. ibi gloſſ. per l. cum uſufruct. & l. ſi ager, cujus, ff. quibus mod. uſufruct. amit.* & poteſt intelligi ſecundum Flor. ibi ſine nova poſſeſſione, & hoc eſt quod vult dicere illa *l. ſi locus, in princip.* Sed ſi tempus præterierit, antequam alluvione locus reſtituatur, & ſervitus amittatur, renovare cogendus eſt: *ut eſt tex. in d. l. ſi locus, in fin. prin.* Et intelligit ibi gloſſ. quod cogendus ſit, ſcilicet ille cui accrevit ille locus qui debebat ſervitutem. Item gloſſ. ibi intelligit, quod cogendus ſit per reſtitutionem in integrum, *ut l. Attilicinus, in fin. ff. de ſervi. ruſt. præd. & leg. 1. §. ſi quis propter, ff. d. itin. actuque priv.* ſed ſi locus debens ſervitutem itineris, eſt inundatus aquis vel impetu fluminis, vel aliter deſtructus, ita quod per illum locum habens ſervitutem itineris non poſſit ire, an pro tempore quo impeditur propter inundationem aquarum, vel aliter poſſit ire per aliam partem fundi, vel alium fundum vicinum? Ego in hoc ſic dicerem: Aut iſte cui debetur ſervitus, poteſt ire per alium locum, aut non. Primo caſu, aut eſt impoſita ſervitus in uno fundo, qui eſt in totum deſtructus, & tunc per alium fundum cui nulla eſt ſervitus impoſita, ire non poteſt: quia quantum ad hoc, liberum fundum habet, *arg. leg. loci corpus, in §. competit. ff. ſi ſerv. vend.* Aut ſervitus eſt impoſita in uno fundo, qui pro parte eſt inundatus, vel aliter deſtructus: & tunc aut ſervitus eſt impoſita ſimpliciter ſine determinatione loci: & tunc intelligitur toti fundo eſſe ſervitus impoſita, *ut l. certo generi §. ſi totus, ff. de ſerv. ruſt. præd.* Et in hoc ſubdiſtingue. Aut fuit dictum, quod poſſit ire per totum fundum: modo per unam partem, modo per aliam, vel ſimpliciter per totum fundum: & in his duobus caſibus poterit ire per aliam partem fundi: quia licet ſemel elegerit ire per illam partem, quæ eſt occupata aquis vel deſtructa, tamen poterit intrare & eligere aliam, *ut leg. nam ſicut, ff. quemadmod. ſervit. amit. & dixi ſupra in verſ. quæro an habens ſervitutem.* Aut non fuit aliquid dictum expreſſe in conſtitutione ſervitutis, ſed ſimpliciter fuit promiſſa ſervitus in fundo: & tunc aut fuit determinatus certus locus per quem ire debet, tunc illa determinatio fuit facta demonſtratorie: non cauſa limitandæ ſervitutis in certo loco, puta quia fuit dictum, Volo quod tu habeas ſervitutem itineris in toto fundo: ſed propter meam commoditatem, volo, quod eas per talem partem: & tunc quia durat ſervitus in toto fundo, illa parte deſignata occupata, vel deſtructa, poteris ſine dubio ire per aliam. Aut illa determinatio loci fuit facta cauſa limitandæ ſervitutis ad illum certum locum: & hoc caſu quia cæteræ partes liberæ remanent: *ut l. certo generi, §. ſi totus, de ſerv. ruſt. præd.* videtur quod ſemel facta illa electione, & liberato fundo à ſervitute in aliis partibus, quod per illas ire non poſſit, *per l. ſi cui, ff. de ſerv. & per*

ea

ea quæ dixi ſupra in d. verſ. quæro an habens ſervitutem. Aut ſtamus in dubio, quia non facta fuit illa determinatio vel aſſignatio loci cauſa liberandi cæteras partes fundi à ſervitute: *per d.* §. *ſi totus.* Aut nulla unquam determinatio facta fuit, & tunc aut ille locus per quem cœpit ire, non erat ſolitus ad eundum, ſed habens ſervitutem itineris illum ſic conſtituit, iter dirigendo, & non poteſt amplius mutare voluntatem: quia cæteræ liberæ remanent: *ut d. l. cui ibi, qui primum viam direxiſſet, ff. de ſervit.* Aut ille locus, per quem incipit ire, prius erat ſolitus ad iter faciendum, ita quod nullum iter de novo conſtituit, & hoc caſu credo, quod per hoc non videtur illum pro itinere elegiſſe, & cæteras partes à ſervitute liberaſſe: quia iſta non videtur eſſe electio, ſed ſimpliciter itineratio: & ita limito *dictam, l. ſi cui*, ut habeat locum quando iter ſeu ſemitam de novo facit, aut à principio fuit impoſita ſervitus itineris, non in toto fundo, ſed tantum certæ & determinatæ parti, & tunc ſi illa pars determinata eſt deſtructa, per aliam partem fundi ire non poterit: quia omnes aliæ partes fundi in principio fuerunt liberæ à ſervitute: *ut d. l. certo generi, §. latitudo.* Secundo caſu principali, quando ille cui debetur ſervitus, non poteſt ire per alium locum, quam per illum cui ſervitus debetur, vel per alium vicinum: & tunc ſubdiſtingue, Aut eſt totus deſtructus fundus, qui debet ſervitutem, aut pro parte, ſi totus, non eſt dubium, quod ipſe non tenetur: ſed vicinus debet in uno fundo ſuo præſtare ſervitutem, *argument. l. ſi quis ſepulchrum in princ. ff. de reli. ſumpt. fun. ſecundum d. Paul. & infra in l. ſi locus, §. fin. ff. quemadm. ſervitutes amittantur, & dixi in libro præcedenti in* 10. *& ultima quæſtione princ. in fin.* & intelligo ſoluto ſibi pretio per illum, qui vult habere iter, *ut probatur in d. l. ſi quis ſepulchrum, in princ. ibi*, juſto pretio iter ei præſtare. Item intelligo, dummodo judex opportunitatem loci reſpiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum, *ut dicit ibi text.* Aut locus qui debet ſervitutem itineris eſt in parte deſtructus: tunc aut in alia parte remanet ſervitus, quod quando fit, ſupra dixi. Et jure ſervitutis per illam aliam ire poterit. Aut in alia parte non remanet ſervitus, ſecundum ea quæ dicta ſunt, & tunc per aliam partem fundi in qua non fiat detrimentum domino fundi poterit ire præſtito prius ei juſto pretio itineris, *ſicut dixi de vicino per d. l. ſi quis ſepulchrum, in princ.* Aut ſi via publica eſt deſtructa, an poſſit ire per fundum vicini? *vide text. cum gloſſ. & ibi per Dd. in d. l. ſi locus, §. fin. ff. quemadmodum ſervit. amit. & vide gloſſ.* 1. *diſt. ca. omnes leges in verſ. fas in fin. & dixi in* 10. *quæſtione princip. in fin.* quæ omnia bene nota, quia ſunt quotidiana.

Quæro penultimo * an quis poſſit 22
ire ſeu tranſire fundum *ſ* alienum, & an dominus poſſit prohibere volentes ire ſeu tranſire per fundum ſuum? & dic quod ire per agrum alienum fas eſt, jus non eſt, *ut not. in d. cap. omnes leges*, 1. *diſt. & not. gloſſ. in l. per agrum, C. de ſerv. & not. Flor. in l. divus, ff. de ſerv. ruſt. præd.* qui ſic exponit, fas eſt, id eſt, æquum eſt, cum ſubeſt cauſa, & noxius eſt tranſitus, *ut* 22. *quæſt.* 3. *c. ult.* Item de jure divino licitum eſt comedere uvas in agro alterius, ſed non exportare: & conterere ſpicas, ſed non immittere falcem, *de conſe. diſt.* 5. *diſcipulos.* Sed licet ſit fas, & ſit æquum de jure divino, tamen non eſt jus id eſt, jus non dat civilem actionem ubi

 enim

enim aliquid mihi prodeſt & tibi non nocet, æquum eſt ut me non prohibeas, licet jus tibi deficiat, *ff. d. aqua pluv. arcend. l. in ſumma, §. idem Varus, & ita notantur, exponit gloſſa in d. cap. omnes leges 1. diſtinct.* Alio modo poteſt etiam imponi, *ut dicam infra in alio artic.* & ſic ſtat regula, quod non poteſt quis de jure ire per agrum alienum, & per dominum poteſt prohiberi: *ut eſt caſus in l. divus præallegat.* etiam cauſa in eo aucupandi vel venandi, *ut ibi*, & poteſt per dominum fundi, ſi præviderit, prohiberi ne ingrediatur, *ut Inſtit. de rer. div. §. planè ff. de a. q. rer. dom.*

23 Item * poſſum volentem ingredi fundum meum vel per eum tranſire, propria manu, & authoritate repellere, & reſiſtere, *ut l. quemadm. circa princ. ff. ad l. Aquil. & not. gloſſ. in d. l. 3. planè*, & poſſum etiam ſi me invito ingrediatur vel tranſeat, agere actione injuriarum, *l. inter, §. ſi quis me. ff. de injur. & not. gloſſ. in dict. §.* Fallit iſta regula in pluribus caſibus, qui monſtrantur, *per gloſſ. in dict. §. plane, & inſtit. de rer. diviſ. §. plane. & in l. per agrum, Cod. de ſerv. & per gloſſ. magiſtrat. l. 1. diſtinct. omnes leges, in ver. fas, in fin.* Et alii etiam caſus habentur. Primus caſus eſt quando quis vellet ire per fundum alterius domino non prohibente ſive ſciverit, ſive ignoraverit: quia tunc poteſt ire *ut d. l. divus. ff. de ſerv. urb. prædior. ibi*, non volentibus dominis, ubi probatur, quod per alienum fundum quis poteſt tranſire niſi à Domino prohibeatur ſeu contradicatur, *& ita tenet Petr. & refert Cyn. in dict. leg. per argrum.*

24 Et ſic concordat jus * divinum cum jure noſtro, videlicet quod ita per agrum alienum fas eſt, ſi dominus non prohibeat, jus non eſt, ſi dominus prohibeat, & ita etiam ſervatur in practica. Et intelligo, quod in dubio non videatur velle prohibere, quando eundo non fieret domino fundi aliquod damnum: *g* puta quia g iret per ſemitam factam & non eſſent ibi fruges. Secus ſi non poſſet ire ſine damno, puta in faciendo de novo ſemitam: quia tunc etiam neſciens dominus videtur prohibere, *arg. l. qui fas, §. vetare, ff. de furt.* vel quandò clauſiſſet fundum muro vel ſepe, aut alio modo, quia per illam clauſuram videtur declarare animum ſuum quod non vult aliquem ingredi vel tranſire per illum fundum, facit ad hoc quod ſtatim dicam de domo. Et quod per agrum alienum ire licet donec dominus prohibeat: *tenet etiam Cyn. in dict. l. 1. in 6. quæſt. Cod. de ſervit. & dom. Paul. in dict. leg. per agrum, eodem titulo & ibi per Dd.* quod intellige, quando ſine damno domini vellet ire & tranſire: quia cum ſi nullius præjudicii, competit cuilibet iſtud jus eundi, etiam per fundum alienum jure cujuſdam facultatis, *ſecundum dom. Paul. in d. l. per agrum*, & ratio poteſt eſſe, quia dominus præſumitur non diſſentire, ſecus, ſi eſſet cum aliquo damno domini fundi, ut ſupra dixi: Item intellige, quando ſumus in dubio de voluntate domini: ſecus ſi conſtaret vere vel præſumptivè, quod dominus nollet, puta claudendo fundum, vel aliter, ut ſupra dictum eſt. Item hoc intellige in fundo ruſtico, ſecus in domo, quia per domum alienam non licet ingredi, etiam domino ignorante, maxime per loca, ubi poſſunt videri ſecreta domus, & contra facientes tenentur ratione injur. *l. is qui in domum, ff. de injur. quæ eſt in ultim. char. titulo*, & ita tenet dom. Paul. *in d. l. per agrum*, & maximè hoc procedit de nocte quoniam

niam de nocte non licet ire per alienas domos, *ut eſt gloſſ. no. in l. iter. ff. comm. præd. & dixi ſupra de ſerv. itin. ſeu adit. circa princip.* Secundo caſu principali fallit, quando quis haberet ſervitutem itineris, vel actus, aut viæ, *d. l. per agrum, Codice de ſervit.* Tertio fallit, ſi quis theſaurum ſuum vult effodere, vel pecuniam ibi abſconditam vult recipere: *ut ff. ad exhi. theſaurus, in fin.* Quarto, ſi glans mea, id eſt fructus mei ceciderint in agrum tuum & volo eos colligere, *ut l. unica, Digeſtis de glan. legend.* quod intellige, uſque ad tres dies, ibi. Quinto, ſi volo quærere ſervum meum fugitivum: *ut l. divus, Digeſtis de ſerv. fu. & l. requirendi, & ibi not. Cod. eod. tit.* & has tres ultimas fallentias ponit etiam gloſſ. *in l. 3. §. plane, Digeſtis de acquir. rer. dom. & in plane. Inſtit. de rer. div.* Sexto fallit in alio caſu qui habetur, *cap. ult. 23. q. 2.* Septimo quando via publica eſt deſtructa, *l. ſi locus, §. fin. ff. quemad. ſervit. amitt. & not. gloſſ. in d. l. per agrum, & has ſex ultimas fallentias ponit. 1. diſt. omnes leges in verſ. fas, in fin.* ſed dicit Cyn. *in d. l. per agrum*, quod gloſſæ ibi neſciunt quid dicant, *quia in d. l. ſi locus, §. fin. de agro fit via publica, non in agro. & adde quod dixi in quæſt. præced. in fin.* Octavo fallit, ſi vindemiam quam emi volo tollere, quia poſſum ingredi propter hoc fundum venditoris, in quo eſt vindemia: *ut l. qui pendentem vindemiam, Digeſtis de actio. empt. & not. gloſſ. in dict. l. 4. §. plane, & inſtit. de rer. div. §. plane.* Et propter hoc dico quod idem eſt, ſi decima debet ſolvi in fundis, quia poteſt decimarius ingredi cauſa decimandi, & aſportandi decimam, *per dict. l. qui pende. vindemiam emit.* Nono fallit, quando quis ſepulchrum habet; ſed iter ad ſepulchrum non habet: quia poteſt ire per fundum vicini, dato iſto pretio: *ut l. ſi quis ſepulchrum in princ. ff. de relig. & ſumpt. fune. & not. gloſſ. in d. l. per. agrum, Cod. de ſerv.* Et idem quando eſſet Eccleſia, vel monaſterium, & non poſſet haberi iter, vel aditus per viam publicam, vel per loca Eccleſiæ, vel monaſterii: quia tunc poterit per fundum vicini, dato ſibi juſto pretio, dummodo vicinus non patiatur magnum detrimentum: *per d. l. ſi quis ſepulch. circa princ.* & idem quando quis non haberet aliunde iter ad ſuum fundum privatum: quia poteſt eodem modo ire per fundum vicini, *per dict. l. ſi quis ſepulch.* de quo dic. *dixi in præced. q. princip. ante fin.* Decimo fallit, quando quis iviſſet per fundum alienum 30. diebus ſaltem in ann. qui tunc iterum non poterit, nec poſſet per dominum fundi prohiberi: quia ibi dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione *h* itineris: & ſi prohibeatur, poſſet convenire dominum interdicto, de itin. actuque priv. *ut l. 1. in princ. conjuncto, §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priv. & ibi eſt gloſſ. in verſ. concluſit uſum, in princip.* quæ dicit, quod ad hæc duo requiruntur certum tempus, ſcilicet quod iverit per annum, & 30. ſaltem dies, quorum ſi unum defuerit, ceſſat illud interdictum: de quo dicam plenius in 2. qu. quod tene menti, & non permittas vicinum tranſire per fundum 30. diebus uno anno. h

Ultimo * principaliter quæro, quot requirantur, ut quis ſit in quaſi poſſeſſione itineris, ſive eundi in fundum meum, ita quod eum impedire non poſſim quominus eat, & ſi impediam, tenear interdicto de iti. act. priv. Et dic quod plura requiruntur. Primum, quod infra annum iverit; ſecundum quod f[illegible]it 25

ſaltem per 30. dies, *ut ſtatim dicam in q. præced. in fin.* Et ratio, quare non ſufficit ire ſemel, ſicut ſufficit ſemel aquam ducere per fundum alterius, *ut d. l. 1. §. quod autem, ff. de aqua quot. & æſti.* eſt quia ire per fundum alienum, poteſt fieri per modum cujuſdam familiaritatis, vel amicitiæ *l. qui jure familiaritatis, ff. de acquir. poſſ.* & eſt licitum ire per fundum alienum, quod poteſt fieri per modum cujuſdam familiaritatis, *ſicut dixi in q. præced.* & ideo per primum actum uſus non acquiritur quaſi poſſeſſio. Sed divertere aquam per fundum vicini non eſt permiſſum, niſi ei, qui habet jus faciendi, *ut l. aquam Cod. de ſervit.* ideo per unicum actum acquiritur quaſi poſſeſſio hujus juris dicendi aquam: quia iſtud non poteſt dici feciſſe jure familiaritatis, vel amicitiæ, *ut not. Bart. in l. 1. §. ſed hoc interdicto, in princ. ff. de itin. actu priv. in d. l. 1. Cod. de ſervit.* & hoc in ſervitute affirmativa, ſecus in negativa. quia in illa requiritur factum hominis prohibentis: *per not. in l. qui luminibus, ff. de ſervit. urban. prædior. & not. dom. Paul. in d. l. 1. & dixi ſupra in præced. lib. in 13. quæſt. principali, in verſ. quantum requiritur.*

26 Sed * adverte ad iſtam differentiam inter ſervitutem affirmativam, & negativam quantum ad hoc ut requiratur factum hominis prohibentis, vel non: quia text. & Barthol. *in hæc autem jura: ff. de ſervit. urban. præd.* per alia verba loquuntur: dicunt enim, aut eſt ſervitus urbana: & requiritur factum hominis prohibentis, *& ita intelligitur, l. hæc autem jura gloſſ. in d. l. qui luminibus, & in l. 1. Cod. de ſervit.* Aut eſt ſervitus ruſtica, & tunc non requiritur aliquod factum hominis prohibentis, ſed ſolum negligentia, vel ſcientia cum patientia adverſarii, & hoc etiam videtur tenere dom. Paul. *in d. l. 1. verſ. circa ſecundum lect.* quod not. quia multi in hoc errant credentes, quod etiam in ſervitutibus ruſticis ad hoc ut quis conſtituatur in poſſeſſione, & ſic incipiat præſcribere, requiratur factum hominis prohibentis, quod non eſt verum, *ut dixi.* Et iſta perpetuo tene menti ſecundum Bart. *in d. l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priv.* in acquiſitione quaſi poſſeſſionis aliorum jurium incorporalium: exemplum, ſi commune civitatis pateretur aliquem ſtare in conſilio ſemel, ſicut patitur aliquando civitas Venetiarum intrare conſilium ſuum forenſem nobilem: nam ex hoc non eſſet in quaſi poſſeſſione illius juris eſſendi in conſilio niſi ex frequentia actuum ad minus 30. *ut d. §. interdicto.* quia iſtud poteſt fieri jure facultatis, vel familiaritatis. Secus ſi civitas pateretur eſſe aliquem de prioribus, vel proponere in conſilio tanquam conſiliarium: nam tunc ex unico actu illius juris induceretur quaſi poſſeſſio, *per dictum, l. 1. §. quod autem, ff. de aqua quo. & æſtiv.* & idem dicit Bart. *in d. §. hoc interdicto, in cæteris juribus*, ut ex qualitate actuum requiratur unus actus, vel plures: & pro prædictis, *vide gloſſ. in c. cum Eccleſia Sutrina, verſ. trium Epiſcoporum, extra, de cauſſ. poſſ. & pro. & ibi etiam per Innocent. & Doctores.* Tertio principaliter requiritur, quod iverit quis jure ſervitutis credens uti jure ſuo, *ut l. fin. ff. de itiner. actuque priv. & l. 1. §. Julianus rectè, eodem titulo, & l. fi. quemadmodum ſervit. amit. & not. gloſſ. in l. 1. §. 2. in verſ. uſus ſit, in princ. & ibi Bart. ff. de itin. actuque priv. & voluit Innocent. in c. bonæ, el. 2. in princip. extra de tranſlat. præl. & in d. c. cum Eccleſia Sutrina in gloſſa, verſ. trium,* & ideo alio modo, quam quaſi jure ſervitutis: puta quia

quia propter rivum qui crevit, aut quia via publica eſt deſtructa, ita quod ad ſuum ire non poterat, & propterea per fundum vicini ivit: nullum jus ſibi quæritur: *ut l.* 1. §. *Julianus recte ff. de itin. actuque pri. & nor. Roſ. in libellis ſuis civil. iſto tit. in fin. ibi: hoc modo per fundum alicujus, per* 30. *dies, &c.* Et idem ſi quis iviſſet per fundum non vi, aut clam, nec precario, non tamen id jure ſuo faceret, ſed ſi prohiberetur non facturus, non daretur ei hoc interdictum: nec propter hoc diceretur in quaſi poſſeſſione ſervitutis: *ut l. fin. ff. de itin. actuque priv.* & idem ſi iviſſet jure familiaritatis, vel amicitiæ etiam per annum, & ultra, propter hoc non diceretur etiam in quaſi poſſeſſione eundi *ut d. l. qui jure familiaritatis, Digeſtis de acquirend. poſſeſſ.* & ibi dicit Bartol. quod iſte caſus ſæpe occurrit. Nam mater, & filius ſtant ſimul, & filius vadit per fundum matris, poſtmodum eum dividunt, dicit filius, Ego poſſedi talem fundum: nam in dubio intelligitur fuiſſe jure familiaritatis, ut non poſſideat. Idem dicit in fratre, & ſorore ſimul habitantibus, & habentibus patrimonium indiviſum: quia ſi frater ſolus vadit ad poſſeſſiones locandas, & fructus ſolus recolligit: communiter videtur facere cauſa familiaritatis, *per dictam l. ſi mulieri, ff. qui mo. uſu amitt. & idem in colono*, licet nunquam vadat Dominus, & ad prædicta vide quod notat Innocent. *in c. ſi diligenti extra de præſcr.* quod not.

27 Sed circa * prædicta inſurgit dubium, quomodo probabitur, quod crediderit uti jure ſuo? Secundum aliquos probabitur ſuo ſacramento pro aqua opin. *facit gl. inſtit. de actio, Par. agr. aliæ in gloſſ. magna, quæ allegatur,* quod in his quæ conſiſtunt in conſcientia, ſeu voluntate alicujus, ſtatur ejus ſacramento. Illa gloſſ. nota. loquitur de juramento, ſed gloſſ. bene hoc dicit, *in l. atqui natura, §. cum me abſente, in gloſſ. magna. in verſ. vel melius, ff. de nego. geſt. & eſt gloſſ. in terminis noſtris, in l.* 2. *in gl. fin. Cod. de ſervitut. & aqua & gloſſa in l.* 1. §. 2. *ff. de itin. actuque priv. facit. c. paſtoralis extra de except. cum ſimilibus.* Sed Bartol. *in d.* §. hoc non tenet, dicens quod notat, *in d. §. aliæ*, procedit quando præcedit titulus ex quo creditur ſibi, ſi aſſerit ſe habere bonam fidem: ſecus ſi nullus titulus præcedat, ſicut præſupponitur in caſu noſtro. Unde ſecundum Bartol. debet aliter probari, quam per ſacramentum proprium: puta per teſtes, qui dicant ſe vidiſſe conſtitui ſervitutem à tali qui putaretur dominus illius prædii, vel quod fuit legata ſervitus Titio, & ille vocabatur Titius. Hoc tamen non putat eſſe verum Bartol. quia ſecundum hoc ſequeretur, quod deberet probare titulum verum vel putativum: quod eſt contra *l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſerv. vendid. & contra not. per. Dyn. in c.* 2. *de regul. jur. in* 6. *& ideo Bartol. in d. l.* 1. *Parag.* dicit ſecundum Jacob. de Aret. & Cyn. *in l.* 1. *in* 4. *quæſtion. Cod. de ſervitut.* quod ſufficit probare ſe audiviſſe hoc dici à quibuſdam vicinis, aut fide dignis, quod ſibi competebat jus eundi. Facit ad hoc gloſſ. not. *in l. Titio fundus, Digeſtis de condi. & demonſtr.* quæ dicit, quod Domino fide digno credendum eſt. Tamen Bartol. *in d. §. ſecundo*, concludit quod debet probari aliquid propter quod ipſe motus ſit ad credendum ſibi ſervitutem competere: *ut l.* 2. *§. ſed & ſi jure, ff. de aqua quot. & æſt.* Et ideo puta, quod ſi erat fama per contractum licitum poteſt credere, arg. ejus quod not. *in l.* 3. *C. de prob. & in l. atqui*

qui natura. §. *cum me abſente. ff. de neg. geſt.* facit quod notat Bart. *in l. fin. ff. de hæred. inſtit* Idem dicit ſub dubio forte, ſi ibi erant ſigna viæ, vel itineris, vel aliqua veriſimilia, quæ poſſunt animum adducere ad iſtam credulitatem, & iſtud procederet, quando ſigna viæ, vel itineris tenderent ad fundum illius qui ivit: & iſtud probaret ſatis fuiſſe in dubio de jure ſuo, & ſic ſervitutis, niſi ex qualitate perſonarum aliud præſumeretur: ut dixi ſupra de fratre, & ſorore. Item poteſt probari quod quis iverit jure ſuo, & ſic jure ſervitutis ex actibus. Nam quidam ſunt actus, quos ego non facerem, niſi quod ſervitus mihi competeret: ut præcidere ſepem cauſa eundi. Unde ex ſimilibus actibus poteſt hoc comprehendi: ſecundum Bart. *in d. l.* 1. §. 2. *ff. de itin. actuque priv.* qui etiam allegat hoc not. *per Innoc. in c. bonæ eod. lib. extra de poſt. præl.* ubi omnino vide, quia hoc optime declarat, qualiter poteſt conſtare, quando quis ivit per fundum alterius, credens uti jure ſuo.

28 Item * an requiratur quod quis uſus fuit itinere per ſeipſum: an vero ſufficiat quod alius pro ſe iverit? Et dic quod ſufficit quod colonus, aut hoſpes, aut amicus, vel alias alius iter ad fundum fecit, qui pro nobis ſervitutem retinere poſſit: *ut l.* 1. §. *is colon. & l.* 3. §. *hoc interdicto. ff. de itin. actuque priv.*

29 Et * not. quod ſi quis uſus fuerit itinere per fundum vicini, quod quoadusque fuerit ingreſſus usque ad alium locum in fundo ad quem ingreſſus eſſet, diceretur eſſe in quaſi poſſeſſione, & ei competit interdictum de itin. actuque priv. caſus eſt notabilis cum glo. & not. *ul. in verſ. quoad uſque in l.* 1. *ſi quis hoc interdict. de itin. actuque priv.* & eſt ratio, quia agitur de ſervitute quærenda. Nam tunc de ſervitute quæ non acquirit jus in toto fundo, ſecus ubi ageretur de ſervitute retinenda quam conſtat eum habere, quia per uſum partis tota retinetur: *ut l. ſi ſtillicidii,* §. *fin. ff. quemad. ſervit. ammitt. ſecundum glo. in d.* §. *ſi quis hoc interdicto.* quam perpetuo tene menti, & per hoc dicit ibi Bart. multum notabiliter, quod ſi quis jus colligendi pedagium vult dicere ſe præſcripſiſſe: ſi probat quod uſus eſt colligere de talibus rebus, & in illis tantum dicetur acquiſiviſſe, de quibus apparet, quod uſus fuerit. Jacob. dicit de præſcribenda juriſdictione, quo probata quaſi poſſeſſione certi actus in illo tantum præſcribat. Secus ſi haberet conceſſionem ab aliquo qui habet jus tenendi: tunc ſi utitur juriſdictione actu retinetur in omnibus, & idem tenet Barto. *in l. ſi publicanus,* §. *fin. Digeſt. de public.* de quo vide plenè in Specul. *de jur. cal. in* §. 1. *princ. ultim. colu. in verſic. illud etiam no. quod poſſeſſ.* & per Innocent. *in c. dilecto in fin. extra de offic.* Archid. per gloſſ. fin. *in clemen.* 1. *de for. compe.* & per Bartol. Angel. Dd. *in l.* 3. *in princ. ff. de acquiren. poſſ.* per Bald. *in l. una eſt via, ff. de ſervit. urb. præd. in Apoſtillis,* & plene per Flor. *in l. ſervitutes la grande in* 10. *col. ff. de ſerv. & in l. ſi ſic conſtituta, in fin. ff. quemadmodum ſervit. amitt. & in l. ſi. ſervitus in fin. princip. & leg. fin. eod. tit. & per* Do. Paul. *in l.* 1. *princip. ff. de jura. cal. & in l. reſtituta in princip. ff. ad Trebel.*

Sed * dubium eſt, an ſit neceſſe uſum viæ retinere ſciente & patiente adverſario? & videtur quod ſic, *per l.* 2. *C. de ſervit. & aqua.* Nam cum quaſi poſſeſſio jurium incorporalium nihil aliud ſit, quam patientia adverſarii, *ut l. quoties, ff. de ſervit.* ille qui igno- 30

rat,

rat, non poteſt pati: & ſic ille qui utitur, non poteſt eſſe in quaſi poſſeſſione illius juris, iſtud tenet Innoc. *in c. bonæ el. 2. de poſt. prælat.* Sed Bartol. *in l. §. hoc interdicto verſ. ulterius quæro, ff. de itin. actuque priv.* dicit aliter, videlicet, quædam ſunt ſervitutes habentes cauſam continuam, pro quibus datur utile interdictum, *uti poſſ.* tunc cum illud interdictum datur poſſeſſori, neceſſe eſt quod probetur ſcientia adverſarii, cum aliter non poſſit haberi illa quaſi poſſeſſio. Quædam ſunt ſervitutes, habentes cauſam diſcontinuam, pro quibus datur interdictum, *de itin. actuque priv.* & in illis non requiritur, quod probetur ſcientia adverſarii, quia verba illius edicti non requirunt quem quaſi poſſidere, vel quaſi poſſediſſe: ſed requirunt ſimplicem uſum facti, Dicit enim prætor, quo itinere uſus es: non dicit, in cujus itineris quaſi poſſeſſione es, unde ſufficit probare, quod non vi, aut clam, non precario: Dicit tamen, quod quoad præſcribendam ſervitutem, ſemper requiritur ſcientia adverſarii: cum ſine poſſeſſione præſcriptio non procedat: *ut in c. ſine poſſeſſione de reg. jur. lib. 6. & ita loquitur l. 2. Cod. de ſerv.*

31 Ex * quo not. quod ſufficit ſi aliquis ſit uſus itinere vel actu, nec deſideratur quod fuerit conſtituta ſervitus vel debeatur, *ut l. 1. §. ff. de itin. actuque priv. & notat. Roſ. in libello ſuperius alleg.* Quarto principaliter requiritur ut fuerit uſus quis non vi, non clam, nec precario, *ut l. 1. princip. ff. de itin. actuque priv. & l. 3. §. ait prætor. eod. tit.* Et dicitur uſus vi, quando adverſario prohibente: Clam, quando adverſario ignorante. Precario, quando adverſario concedente ad ipſius bene placitum, & non ultra quæ omnia, declara, *ut plene habetur per gloſſ. in l. 1. C. uti poſſ. & ibi per Dd. & per not. in d. l. 1. §. ſi tibi ſ[illegible]o. & §. fin. cum l. ſeq. uſque ad §. hoc. interdict. ff. de itin. actuque priv.*

Sed circa iſtud poteſt dubitari de 32 duobus. Primo qualiter hoc probatur. Secundo, cui incumbat hoc onus probandi. De primo videtur quod poterit probari per teſtes: *ut not. gloſſ. in leg. 1. §. 2. in verſic. uſus ſit in fin. ff. de itin. actuque priv.* & ibi per Bartol. *in final.* qui dicit, quod hoc non eſſet verum, quando diceretur, quia non iverit: quia cum iſta ſit mera negativa, non coarctata loco, vel tempore non poterit probari, *l. actor. cum ibi no. C. de prob. in c. bonæ memoriæ Maguntin. de elect.* Probabitur ergo affirmativa per teſtes: Negativa eo modo, quo dicetur infra. De ſecundo eſt majus dubium. Quidam enim dicunt, quod hoc debet probari ab adverſario, qui dicit vi, clam, vel precario uſum. Guilielm. tamen *in d. §. ſecundo in verſ. uſus ſit in fin.* determinat contrarium, videlicet quod imo debeat probari per eum, qui dicit ſe uſum eſſe itinere, & agit hoc interdicto de itine. actuque priv. *argumen. dictæ leg. 1. in princ. & l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſervitus vend.* Sed Dyn. hoc reprehendit: dicens, quod probato uſu 30. dierum, præſumitur quod bona fide, non vi, non clam, vel precario iverit: etiam ſi non probet. Nam ſicut in rebus corporalibus, ſi probetur titul. præſumitur bona fides, niſi probetur mala *ut l. nemo prædo. ff. de regul. jur. & l. ſi quis emptionis titul. de præſcript. 30. ann.* Ita in corporalibus debet præſumi bona fides ſolo uſu probato, cum quo ad præſcriptiones iſta duo ſint paria, probare uſum in ſervitutibus ſine tit. & in corporalibus probare titulum

titulum & longam poſſeſſionem. Nam utroque caſu idem juris : *ut l. 2. C. de ſervit. & aqu. & l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſervitus vendi.* Iſta ſunt verba Dyn. ut refert Bart. *in l. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priv.* ſeu Bartol. *in l. fin.* dicit quod Dd. reprehendunt Dyn. Nam iſta non ſunt paria : quia de jure naturali & gentium quælibet res eſt libera : *l. altius, C. de ſerv.* & ideo mala fides alterius eſt ipſo jure approbata, niſi probetur aliquid, ex quo præſumatur bona fides : ſed in rebus corporalibus hoc non contingit. Nam jus commune poſſidentis non reſiſtit : *ut ipſe not. in l. ſi prius, ff. de nov. oper. nunt. & gl. tangit, in l. ſicuti, §. ſi quæratur, ff. ſi ſervit. vend.* & ideo Bart. concludit, *in d. §. hoc interdicto, ante fin.* quod non ſufficit probatio ſolius uſus, ſed debet probare aliquid, propter quod ille motus fuerit ad credendum ſibi deberi ſervitutem : *ut leg. 1. §. ſed. ſi jure & ibi hoc notat. Bartol. ff. de aqua quotid. & æſtiv.* quo probato alteri parti incumbit onus probandi quod ille ſit uſus vi, clam, vel precario : *ut probatur in l. 4. in princip. ff. de itin. actuque priv. pro quo vide quod dixi ſupra in verſic. tertio in princ.* quo not. Quinto principaliter requiritur, quod itinere vel actu uſus ſit ad prædium ruſticum : non autem ad prædium urbanum. Quia hoc interdictum tuetur tantum ruſticas ſervitutes, *ut l. 1. de itin. actuque priv.* & ita tenet Rofred. *in ſuo libell. circa prin. in illa q.* ſed quæritur quare non pro ſervitute urbana ſicut pro ruſtica datur ? dicit. Rofred. *præalleg. tit. ſuo in 2. quæſt.*

33 Quod * jura magis conſulunt alicui habenti ruſticam ſervitutem, quam urbanam : ſicut & alia eſt differentia inter prædia ruſtica & urbana : *ut l. item quæritur, §. qui impleto, ff. loc.* Sed credo quod iſta non ſit bona ratio ſed potius alia, quia frequentius contingit, quod quis vadat per fundum alienum ruſticum quam per urbanum : imo raro contingit quod quis vadat per fundum alienum urbanum jure ſervitutis : lex locuta eſt de ſervitute ruſtica, *argum. l. non ad ea, ff. de leg. gloſſ. in d. l. 1. §. 2. ff. de itin. actuque priv.* dicit quod licet ſervituti urbanæ non detur interdict. directum de itin. actuque priv. tamen forte dabitur utile, & ſequitur ibi Bartol. dicens, quod ſi ſervitus urbana habet cauſam continuam, tunc habet locum utile interdictum, uti poſſeſ. *l. 1. in pr. & ibi not. ff. uti poſſ. & l. ſicuti, §. Ariſto. ſi ſervit. vend. & l. quoties, ff. de ſervitut.* ſi vero habet cauſam diſcontinuam, tunc poteſt habere locum utile interdictum, *de itin. actuque priv.* & hoc teneas : pro hoc vide Bart. *in l. 1. circa princ. ff. uti poſſ.* Sexto principaliter requiritur, quod ille qui ivit per fundum alterius, habeat etiam fundum juxta illum, & propter fundum ſuum iverit per fundum alterius : quia nemo interdictum de itin. actuque priv. habet niſi & alius habeat prædium, & ipſe etiam prædium habeat, quia ſervitutem ratione prædii alieni quis habere non poteſt, *ut l. 1. ff. communia præd. & Inſtit. de ſerv. §. inter ruſticorum, verſic. ideo autem,* & maximè cum hoc interdictum non tueatur niſi ruſticas ſervitutes, *ut l. 1. ff. de itin. actuque priv.* & hoc tenet Rofr. *in d. ſuo libell. verſicul. poſitiones actoris.* Septimo principaliter requiritur, quod inter prædium quod patitur, & fundum vicini, non ſit aliud prædium, per quod ire non poſſit, quia tunc non competeret hoc interdictum, & ratio eſt ſecundum Rofr. in prædicto libello, quia hoc interdictum cum eſt ad tuendas

tuendas ruſticas ſervitutes, ut dixi, medium prædium quod non ſervit, impedit ſervitutem: *ut l. qui ſella, §. fin. ff. de ſerv. ruſt. præd. & plenè dixi ſupra in lib. praed. in 7. quæſt. princ.* Octavo, & ultimo principaliter requiritur ad hoc, ut competat iſtud interdictum de itin. actuque priv. quod ille qui fuit uſus hoc an ſaltem 30. diebus, *ut dictum eſt ſupra*, fuerit prohibitus, *ut l. 1. in princ. §. 1. & 2. D. de itin. actuque priv. & no. Roſ. in altero libello ſuo ſepius allegat.* Quæ autem requirantur ad præſcribendam ſervitutem, *vide quæ plenè dixi ſupra in lib. praced. in 8. quæſt. princip. verſicul. dictum eſt ſupra quod ſervitus habens cauſam perpetuam, &c.*

34 Sed * dubitari poſſet quæ utilitas reſultat ex hoc, quod quis iverit per fundum alienum, modo ſaltem 30. dies, & propter hoc dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione. Et gloſſ. *in l. 1. §. 2. in gl. magna. D. de itin. actuque priv.* format iſtam quæſtionem; dicit enim primo, quod quidam volunt, quod profit in hoc: quia præſumitur competere ei ſervitutem, ſive negatoria conveniatur, ſive confeſſoria agat, quod poteſt licet poſſideat: *ut D. ſi ſervit. vendit. leg. & ſi fortè, § ſciendum, & pro eis Cod. de proba. l. ſive poſſideris, & Cod. de Epiſcop. aud. l. nec credideris, & Cod. ſi adver. cred. leg. 1. & in authen. de teſtib. §. ſi vero*, & iſta fuit opin. Placent. qui voluit, quod quis in poſſeſſione, vel quaſi præſumatur habere jus, niſi probetur contrarium, quam gloſ. reprobat, *in l. cum res, C. de proba.* & ſic iſta opi. non eſt vera. Alii dicunt, & iſta eſt ſecunda opin. quod prodeſt quoad hoc, ut ſi impeditur poſtea poſſit reſiſtere, ſcilicet extra Judicium, & ſi redditur interdictum non in jure, ſed in ipſo prædio, licet ei ſe defendere ex vi interdicti: at ſi in judicio agatur confeſſoria à ſe poſſidente vel negatoria ab alio contra ſe poſſidentem, vel non poſſidentem, neceſſe habet de jure ſuo docere: at ſi agat ex ſecundo capite, *quod eſt in leg. 3. §. ait Prator. de itine. actuque priv.* poterit turbari nec ipſe poteſt reſiſtere, niſi probet ſibi ſervitutem competere: ut ibi. Iſta opinio in quantum dicit, quod poteſt reſiſtere de facto dicit verum, ut dicam ſtatim in ſeq. opinione. Sed in quantum vult quod non poſſit agi in judicio hoc interdicto, *eſt contra d. l. 1. de itin. actuque priv.* & contra mentem illius titul. ſecundum Bart. *in d. leg. 1. & 2.* & ideo alii dicunt, & iſta eſt tertia opinio, & vera, quod probare uſum 30. dierum in anno prodeſt propter duo. Primo quia illum qui eſt in quaſi poſſeſſione eundi, ſive agat confeſſoria ſive conveniatur negatoria, non oporteret cavere, de non impediendo. Sed adverſarius tenetur cavere de non impediendo, uſque ad finitum judicium negatorium: Secus ſi non poſſideret, & ageret, vel conveniretur pro ſervitute: quia tunc cavet de non utendo uſque ad finem judicii: *ut l. penu. D. de aqua quoti. & æſti.* & dicit Bartol. *in d. §. 2.* quod iſte eſt verus intellectus *d. l. penult.* quæ eſt difficilis. Secundo prodeſt in alio, quia ſi extra judicium turbatur in utendo, non ſolum poteſt de facto reſiſtere, ſed etiam in judicio agitur hoc interdicto, ut pronuncietur eum eſſe in quaſi poſſeſſione: per hoc tamen non præſumitur habere ſervitutem, ſi cadat à poſſeſſione, & agat confeſſaria; & iſtam opin. tenet ibi gloſſ. magna, *in d. leg. 1. fin. D. de itin. actuque priv.* quam ſequitur ibi Bartol. & communiter Dd.

35 Ex * qua ſingulariter notatur ſecundum Bart, ibi quod etiam in quaſi poſſeſſione juris, habet locum illud quod dicitur vim vi repellere licet: & ideò ſi univerſitas vel capitulum coadunatur ad aliquid faciendum; & ibi eſſet aliquis, qui non eſſet de corpore illius capituli vel univerſitatis, & vellet omni modo ibi eſſe, poſſet licite per univerſitatem expelli: quia turbat univerſitatem vel capitulum in quaſi poſſeſſione juris, in qua eſt.

36 Secundo * not. quod in iſtis ſervitutibus incorporalibus, quæ habent cauſam diſcontinuam, dicitur quis eſſe in quaſi poſſeſſione; ſi modò illo anno uſus eſſet tempore ſufficienti: puta 30. diebus, *ut dixi in quæſt. præced. in fin.* adeo quod ſi turbas me, poſſum contra te reſiſtere de facto. Sed ſi eſſent quædam jura quæ non requirunt uſum niſi interpolatum magno intervallo tunc dicit ibi Bartol. quod puta ſufficere me poſſediſſe ſemel à longo tempore retro. Exemplum, *in l. fin. Cod. de ſervitut.* & intelligitur tunc, quod dicitur hoc interdicto, hoc anno, hoc eſt, hoc uno tempore, quo requiritur iſte uſus: ut iſto quinquennio vel decennio, vel ſimili in electione Epiſcopi, vel Abbatis: ſi quis 30. ann. vel circa elegit Epiſcopum unum certum: ſi modo deberet eligere & impediretur: ſufficit eum docere, quod fuit in quaſi poſſeſſione juris eligendi, in proxima præcedenti electione, quod eſt not. & de iſta materia, quando quis dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione jurium incorporalium, *vide per Innocent. & Dd. in cap. 1. extra de cauſ. poſſ. & pro.* Sunt etiam aliæ utilitates; eſſe in quaſi poſſeſſione juris, quæ ponuntur *in l. ſicut, §. ſed ſi quæratur, ff. ſi ſerv. vend.* & ibi not. & vide per Cyn. *in l. 2. in 4. q. Cod. de ſer. & aqua.*

Et * pro declaratione prædictorum 37 quæro, quomodo dominus poterit expellere eum qui eſt in quaſi poſ. juris eundi per fundum ſuum? & gl. *in l. 1. §. 2. in 1. gloſſ. magna. ante fin. ff. de itiner. actuque priv.* dicit, quod oportet quod agat dominus negatoria & probet illi ſervitutem non competere, alias non poſſet eum expellere. Sed dicit Bartol. quod hoc non eſt verum. Non etiam habet neceſſe probare dominus ſervitutem non competentem, ſed ſufficit probare ſe dominum: & tunc utenti negabitur facultas utendi ſervitute niſi probet eam ſibi competere, *ut ff. ſi uſusfru. pet. l. uſufrui. & ibi notat. & l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſerv. vend.* & habetur plene per Bart. *in l. ſi prius, ff. de nov. oper. nunc.* Sed tenendo opin. gloſſ. quod dominus haberet neceſſe probare illi utendi ſervitutem non competere, qualiter probabitur? Dicit gloſſ. ſingulariter, *in dict. l. 1. §. 2. in gloſſ. magna in fin.* quod probabitur per teſtes, qui ſtabant ibi prope, qui dicent, quod non fuit viſus ire, nec potuiſſet ire quin videretur, quæ gloſſ. eſt multum notabilis: quia docet probare negativam; *l. & idem not. alia gloſſ. ſimilis in Authen. de hære. & fal. §. ſi vero abſint. in verſic. & vidiſſe in fin. colum. 1. & vide de hoc dom. Ant. Butr. in c. ex tenore ante fin. 2. colum. extra de teſti. & Angel. in §. hinc nobis, in 4. colum. in princ. in authen. de hære. & fale.* Vel poteſt probari dicta negativa per teſtes alio modo, ſecundum gloſſ. *in d. l.* §. 2. ſi quis dicit ſe vidiſſe tali die vel menſe probatur per teſtes, quod ſciverit alibi fuiſſe illo tempore: *ut l. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipul. facit quod not. in l. Pantonius, §. rei perduellionis, ff. de aquir. hære.* & de iſta probatione negativæ habetur,

Digitized by Google

tur, *in l. actor. Cod. de probati. & in c. bonæ memoriæ, extra; de elect.* dicit tamen Dyn. quem ſequitur Bartol. *in d. l. 1. §. 2. ff. de itin. actuque priv.* quod iſta videtur eſſe dura probatio. Quid enim ſi portatur in carruca vel curru corpus ita quod videri non potuit, vel ſi ivit tempore quo illi teſtes erant in domo ad comedendum, vel, &c. Certe non video, Dicit Dyn. qualiter iſta probatio, de qua dixi, concludat; Præterea iſta probatio non concludit illi ſervitutem non competere: licet concludat illum non eſſe uſum ſervitute, niſi vellet probare, tanto tempore non eſſe uſum, quod ſervitutem perdiderit.

38 Hactenus * viſum eſt de interdicto de itin. actuque priv. quod competit illi qui ivit per fundum alienum, hoc anno per 30. dies, ſi impeditur vel prohibetur ire. Nunc videamus de alio interdicto, de itin. actuque priv. refi. quod competit illi qui habuit ſervitutem itineris vel actus, vel viæ, vel vult reficere & impeditur ab aliquo reficere locum illum in quo iter vel actus, aut via ſibi debetur, ne quis impediat, vel prohibeat te volentem reficere iter, vel actum aut viam, *ut l. 3. §. ait prætor ff. de itin. actuque priv.* & ad hoc, ut illud interdictum competat, ut multa ſunt neceſſaria. In primis enim requiritur, quod aliquis ſit uſus hoc anno: *ut l. 3. §. ait prætor. & §. jus autem, ff. de itin. actuque privat.* & intelligo, ſcilicet 30. diebus, ſicut dicitur in interdicto præcedenti, *argument. l. 1. §. 2. eodem titulo & ita not. gloſſ. in. d. l. 3. in verſiculo hoc autem uſi ſunt.* Rofred. tamen *in libellis ſuis in tit. ſi tu habes ſervitutem viæ, vel itineris vel actus & vis reficere locum, &c. verſiculo ſed quæritur, an iſtud interdictum*, tenet contrarium, videlicet quod in primo interdicto neceſſe habeo probare tantum viæ uſum hoc anno ad minus per 30. dies, *ut ſuperius dixi*, ſed in iſto interdict. de itiner. actuque priv. reficiendo, debeo probare viæ uſum hoc anno. Secundum requiritur, quod quis ſit uſus, non vi, non clam, non precario: *ut dict. §. ait prætor.* quod declara, *ut dixi ſupra verſic. 4. principaliter requiritur.* Tertium ſcilicet quod ſit uſus jure ſervitutis, vel pro jure ſuo: *ut l. fin. ff. de itiner. actuque priv.* & ibi Bart. hoc tenet, quæ dicit, quod etiam putat ſi quis diceret habere jus eundi cohærens perſonæ non quod eſſet prædialis ſervitutis, haberet locum hoc interdictum: *ut l. 1. §. illud verſic. præced.* ibi etiam hoc not. Bartol. *ff. de aqua quotid. & æſtiv.* Quartum quod probet ſibi ſervitutem competere, *ut dict. l. 3. §. hoc autem*, & ibi omnino vide gloſſ. *in verſ. & ei ſervitutem competere*, & ibi etiam Bart. Et in hoc differt à præcedenti interdicto, in quo non requiritur, quod ſervitus debeatur vel conſtituta fuerit illi, qui uſus eſt itinere vel actu, *ut dixi ſupra verſiculum tertium principaliter, & quæ dicam infra.* Item in hoc interdicto cum duobus ſequ. requiritur, quod habuit uſum illius itineris, vel actus aut viæ tanto tempore, cujus non extat memoria *ut leg. apparet. §. ſi quis ſervitutem, ff. de itin. actuque priv.* Nam dum dicit ibi text. longævæ poſſeſſionis, expone etiam longiſſimæ & talis, cujus non extat memoria: quia cum ſervitus itineris, actus, aut viæ non habet cauſam continuam: *ut not. in leg. ſervitutes, ff. de ſervit.* ideo tale tempus longiſſimum neceſſarium eſt, ut illa ſervitus requiratur, *ut ff. de aqua pluv. arcen. l. 1. in fin. & l. 2. & 3. & not. per gloſſ. & Dd. in l. ſervitute.* Et ideo vult gloſſ. *in d. §. ſi quis ſervitutem*

& Roſ. *in d. titul. ſi tu habes ſervitutem via, &c.* niſi allegaretur titulus: quia tunc ſufficeret longum tempus 10. vel 20. ann. *ut not. gloſſ. mag. in fin. in l. ſervitutes*, & *in d. §. ſi quis ſervitutem, in verſ. longævæ, in fin.* de quo dic ut plene dixi, *in præced. lib. in 8. quæſt. princip.* Si autem eſſet ſervitus, quæ haberet cauſam continuam, tunc quæreretur longo tempore: *ut l. ſi quis diuturno, Digeſtis ſi ſerv. vend. & not. in d. l. ſerv.* Quintum requiritur, quod volens reficere debeat cavere nomine damni infecti, propter opus quod vult facere in refectione, *ut d. l. 3. § qui hoc interdicto.* Sextum quod reficiat aliquis uſque ad modum conſuetum impoſitæ ſervitutis: *ut l. 3. Paragrapho hoc autem, verſ. fieri autem poteſt, ff. de itin. actuque priv.* Septimum, quod impediatur ille, qui vult reficere, ne reficiat vel apponat ea quæ ſunt neceſſaria ad reficiendum: *ut l. veteres eodem tit.* Octavum, quod ſi aliquis vult reficere, non portet ea quæ ſunt neceſſaria ad reficiendum longiore itinere, ut deteriorem cauſam fundi faciat: tunc enim impune poterit prohiberi: *ut d. l. veteres, §. fin. quod not. ſecundum Bart.* ibi, contra nuncios communes, quibus debet ſolvi pro itinere tantum pro quolibet militari: quia ſi ipſi fecerunt viam longiorem, ſibi imputent cur fecerunt, *ut ibi, & l. non tantum, §. annus, ff. de excu. tu.* & hoc verum, niſi via brevior non eſſet ſecura, vel ſibi ſuſpecta: *& l. eos §. fin. & ibi gloſſ. ff. de fal.* & vide etiam de hoc per Bart. *in l. 2. Cod. de curſu publi. lib. 12. & not. in l. Imperator, Digeſtis de app. & vide quæ plene dixi, in l. 3. in princ. ff. de verbor. ſignific.* Nonum, & ultimum, oportet, quod ille
m qui *m* vult reficere, portet ea quæ ſunt neceſſaria ad reficiendum, per eam partem agri per quam ſine majori incommodo domini fundi portari poſſunt, alioquin impune prohiberi poterit: *ut l. apparet in princip. & §. 1. & de prædictis vide per Roſr. ſi tu habes ſervitutem viæ vel itineris, &c. in princip.*

Sed * quæro an iſtud interdictum 39
de itin. actuque priv. reficien. ſit aliud à præcedenti, ſcilicet de itin. actuque priv. & ſic an ſint duo interdicta, vel unum. tantum interdictum, habens duo capita? Et videtur quod duo ſint interdicta. Nam verba prætoris ſeparatim ponuntur in primo & ſecundo interdicto. Item dicit. *l. unde Paragrapho hoc autem, ff. eodem.* quod hoc interdictum diſtat à ſuperiori, ergo eſt aliud. Item quia in primo habeo neceſſe probare viæ tantum uſum hoc anno ad minus per 30. dies, ut dixi in præcedenti q. princip. in fin. In iſto autem debeo probare viæ uſum hoc anno, & debitam mihi ſervitutem, *de quo dic. ut ſupra verſiculo 3. & 4.* item primum competit pro poſſeſſione tantum retinenda: iſtud interdictum ſecundum continet cauſam proprietatis, quodammodo: *ut l. 1. §. quædam de interdict. & Bartol. in l. 3. §. hoc autem, in princip. eodem tit & ratio eſt*, quia ſicut non ſufficit in rei vend. probare me poſſediſſe; niſi & probem dominium, *l. in rem in princ. ff. de rei vendic.* ita in hoc interdicto non ſufficiet probare me poſſediſſe, niſi etiam probem ſervitutem conſtitutam mihi *d. §. hoc autem*, & ex his not. differentiam inter hæc duo interdicta. Alii vero dicunt, quod unum eſt interdictum habens duo capita & hoc videtur tenere gl. *in dict. §. hoc autem in verſic. & ei ſervitutem competere, ante finem*, ibi item not. quod hoc ſecundum caput, & hoc poteſt

teſt probari à ſimili, ſicut & alias Aquilia dicitur una habens duo capita, primum & tertium: *ut inſt. ad l. Aquil. §. c. 3. ff. ad l. Aquil. l. 2.* Item ſicut lex Julia dicitur una, habet tamen quinque capita, *Digeſtis de lib. & poſt. l. Gallus*, & ſic conditio etiam dicitur, unica, habens duas partes: *ut ff. de cond. & demonſt. l. ex ſcriptura*, & hanc partem tanquam ultimam videtur ſequi Roſ. *in prælleg. tit. verſ. quæro an iſtud.*

40 Item quæro * in hoc interdicto ſecundo ſi habet quis neceſſe probare ſervitutem ſibi conſtitutam, dic ut dixi ſupra verſiculum quartum, quod probet in quo non differt à confeſſoria. Et quid prodeſt illud interdictum interpretari? Nam in confeſſoria ſimiliter oportet quod quis probet ſervitutem ſibi conſtitutam, vel teſtamento, vel pactionibus, aut ſtipulationibus, vel longo tempore, vel longiſſimo, cujus non extat memoria, *ut habetur Inſtit. de act. §. æque, & de ſerv. §. fin. ff. ſi ſerv. vend. d. l. 2. & l. ſi quis diuturno habetur in l. ſervitutes, ff. de ſerv.* Reſpondeo hæc eſſe differentia, quia hoc interdictum de itin. actuque priv. reficiendo competit tunc tantum, quando quis vult reficere, qui dicit ſibi debitam ſervitutem. Alias autem ſi quis prohibeat volentem alio modo uti ſervitute, non habet locum hoc interdictum, ſed confeſſoria tantum. Nam ſi nolebas uti ſervitute, & negabam te volentem uti, tu non habes interdictum hoc, ſed confeſſoriam tantum, *ut dixi.* Et ita confeſſoria eſt genus, quantum ad hoc interdictum de itinere actuque reficiendo, quod ubicunque competit interdictum, competit & confeſſoria, ac ubicunque confeſſoria datur, interdictum non competit, ut patet ex præmiſſis. Interdictum autem ſpecies eſt, & ita interdictum locum habet tantum in ſuo domicilio, ſcilicet quando alias vult reficere, *ut dictum eſt, l. loci corpus, §. ſi quis mihi ff. ſi ſerv. vend.* Item eſt alia differentia: quia qui proponit confeſſoriam, ſufficit ſi probet ſervitutem ſibi conſtitutam eſſe *ut dixi*: Sed qui proponit hoc interdictum, duo probare oportet, ſe uſum hoc anno, & ſervitutem ſibi conſtitutam: *ut l. 3. §. hoc autem, ff. de itin. actuque. priv.* Unde dicit Roſ. in præallegat. tit. ſi tu habes ſervitutem viæ &c. quod credit non eſſe utile proponere interdictum de itinere actuque priv. niſi quando ſpecialiter vellet reficere: quia tunc proponere debet hoc interdictum, de quo tamen dic, *ut dicam in ſeq. qu. in fi.* Item eſt tertia differentia quia confeſſoria competit, ſive aliquis poſſideat fundum ſive non, *ut ff. ſi uſusfr. per. l. uti frui. § fin.* Interdictum autem hoc non competit, niſi ei qui hoc anno uſus eſt, ut ſæpe diximus. Aliæ etiam differentiæ colligi poſſunt ex his quæ dixi ſupra quot requirantur ad hoc, ut iſta duo interdicta competant.

Ulterius * quæro quare in hoc interdicto eſt neceſſe probare iſta duo, 41 ſcilicet uſum hoc anno fuiſſe, & ſervitutem ſibi conſtitutam eſſe, *ut dixi in præcedenti q.* nonne ſatis eſt ſi probet unum tantum: ſcilicet ſervitutem ſibi conſtitutam eſſe? *quod videtur per d. l. loci corpus, §. ſi quis mihi ſi ſervit. vend. & per l. unde, §. hoc autem. & ibi fin. autem & ibi jus eſſe ſibi reficiendi ff. de itin. actuque priv.* gl. monet iſtam q. *in d. §. hoc autem*, & dicit, ſi a primo incipias, ſcilicet à poſſeſſione vel uſu, duo ſunt neceſſaria, probare te uſum hoc anno, & tibi competere ſervitutem. Secus ſi ab altero incipias ſcilicet à probatione proprietatis, videlicet ſervitutẽ cõſtitutam

eſſe: nam tunc illam probare tantum ſufficit: ſicut alias dicitur, nulla poſſeſſio amittitur, niſi corpus & animus interveniant, *ut de acquirend. poſſ. leg. quemad.* quod eſt verum ſi à corpore incipias, ſecus ſi ab animo: quia tunc ſufficit ſolus animus, *ut l.* 3. §. *in amittenda eod. tit.* Item ſicut & alibi lex dicit, docere debet actor ſuum intereſſe in actione ad exhibendum tempore litis conteſtatæ & non tempore ſententiæ, quod eſt verum, ſi à tempore litis conteſtatæ incipias, ſecus ſi à tempore ſententiæ, quia tunc illud ſufficit: *ut ff. ad exhib. l. tigni*, §. *ult.* Simile etiam habetur, *in l. potuit, C. de jure delib. & l. ſi liqueat. Cod. de inoffic. don.* & dicit Bartol. *in d.* §. *hoc autem.* quod iſtam opi. videntur tenere omnes Dd. tamen ſecundum gl. ibi, huic opinio. obſtat quod dicitur, *in dict.* §. *hoc autem, ibi*, cæterum ſi deſit alterutrum, deficit interdictum. Sed expone ſecundum gl. Alterutrum pro altero, *ſicut & alias, ff. de leg.* 1. *l. ſi ex toto*, §. 1. Vel aliter poteſt dici, iſta eſt ſecunda opinio ſecundum gloſſ. *in d.* §. *hoc autem*, videlicet ſi in confeſſoria prohibetur quis reficere, ſatis eſt ſi probetur ſervitutem competere agenti confeſſoria, ſed in hoc interdicto duo probari debent *ut dictum eſt*, & iſtud placet Bart. *in d.* §. *hoc autem*, & videtur hoc tenere gloſſ. *ibi*, & Roſ. *in loco præalleg.* qui dicit quod nihil prodeſt in judicio agere hoc interdicto, ſed tantum in confeſſoria, quæ minori onere probandi gravatur, quod intellige de iſto ſecundo interdicto, ſeu ſecundo capite *de itin. actuque refic.* ſecus in primo: quia in illo non requiritur, quod probetur, quod ſit ſervitus conſtituta, *ut ſupra dixi.* Unde tu ſis cautus, ut ſi impediaris reficere iter aut actum vel viam potius intentes confeſſoriam, quam interdictum de itin. actuque refic.

Ultimo * quæro quare in hoc interdicto ſi probo me eſſe in quaſi poſſeſſione viæ, itineris, vel actus, habeo neceſſe probare quod ſit mihi invito ſervitus conſtituta, & quare non ſufficit ſola quaſi poſſeſſio, cum & hoc alias in rebus corporalibus ſufficit: quia ſi probo me poſſidere, non habeo neceſſe aliud probare, & niſi actor probet quod intendit, poſſeſſio remanet apud me: *ut l. final. ff. de rei vend. & l.* 2. *Cod. de probatio. cum ſimil.* Item quia hoc eſt in liberali cauſa quæ eſt res favorabilis, *l. libertas, ff. de reg. jur.* & prætor favet libertatibus: *ut l.* 3. *ff. de alien. jud. cau. fac. &* §. *fin. inſtit. de dona.* tamen ſi poſſideo aliquem ſervum, & ille dicat ſe liberum, non habet neceſſe probare ſe liberum, nec ego habeo probare illum eſſe ſervum, cum ſufficiat mihi ſola poſſeſſio. *Cod. de prob. l. & ſi poſſeſſione & l. vis ejus*, cum favorabilior ſit cauſa perſonarum, quam rerum: *ut leg. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Reſpondeo ſecundum Roſ. *in dicto ſuo libello, ſi tu habes ſervitutem viæ &c.* quæ non eſt in promptu. Nam qui ſervitutem ſibi deberi contendit ſemper in alieno molitur, & in re aliena intendit illam ſibi deberi; alioquin ſi res eſſet propria ſervitus peti non poſſet, *l. uti frui, ff. ſi uſusfr. pet.* Unde ex quo certum eſt, quod ſervitutem mihi affero in alieno, neceſſe eſt quod debeam probare quod mihi debeatur per ſtipulationem, vel teſtamentum, vel longo tempore, aut longiſſimo, *ut dixi in præcedenti lib. in* 7. *quæſt princ.* nam quodlibet prædium præſumitur liberum, niſi probetur ſervitus impoſita: *ut leg. altius, Cod. de ſerv. & aqua.* At in rebus corporalibus ſufficit mihi ſola poſſeſ.

Nam

41

Nam ſi poſſideo; non habeo neceſſe aliquid probare, cum de intentione actoris non conſtet: *ut d. leg. fin. C. de rei vend. & l. qui accuſare, C. de eden.* Sed ſi conſtaret de intentione actoris, tunc prior haberet neceſſe probare qualiter illa eſſet ſua, *ff. de rei vend. l. officium.* Sed quando dico ſervitutem me quaſi poſſidere, quia conſtat de intentione adverſarii, id eſt, quod prædium eſt ſuum, neceſſe habeo probare ſervitutem mihi conſtitutam eſſe, vel alio modo mihi debitam: & hic eſt caſus ubi quis poſſidens, obtinet partem actoris, *ut inſtit. de act. in §. æque.* Item ire per fundum alienum cuilibet liberum eſt: prohibere tamen ingredi volentem poſſum: & ſi ingrediatur injuriam tenetur, poſtquam tamen ingreſſus eſt, illum prohibere non poſſum prohibitione non interveniente, *ut l. inſur. §. fi. ff. de injur. & Inſtit. de rer. div. §. planè. de quo dic, ut dixi ſupra in verſ. quæro pen.* Nec obſtat quod dixi de ſervo proclamante, quia ex hoc quod ſervus eſt in poſſeſſione ſervitutis, & proclamat in libertatem, dicit ſe liberum, & affirmativam proponit, unde meritò debet ſe probare liberum. in ſervitutibus autem contra. Si enim poſſideo, & dominus prædii ſervientis intentet negatoriam contra me: ego ei contradicam jus eſſe mihi eundi agendi, quia affirmativam propono, illam probare debeo. Idem eſt in ſervo: cum enim ſervus proclamat in libertatem, & ego nego ipſum eſſe liberum: quia ſimpliciter factum nego, non debeo probare, ac ſufficit mihi ſola poſſeſſio. Ille autem qui dicit ſe liberum, cum affirmativam ponit, tenetur ipſam probare. *habetur in l. ſcriptus, de nov. oper. nunc. & in §. æque. Inſtitut. de act.* Cætera circa iſtam materiam vide in *ſuperiori lib. 1. in. tit. ſerv. itin. ſeu actus. & in tit. de aditu. ſeu itinere, & quæ dicam in ſeq. tit.*

ADDITIO.

a *Conceditur* Quando aliquid alicui conceditur, licet ad aliquem uſum, an cenſeatur conceſſa proprietas. Vide Cor. 4. *vol. conſil.* 295. & *conſ.* 83. utrum concedens concedat neceſſaria omnia quæ ſequuntur ex illo? Reſpon. quod ſic. 8. *diſt. quo jure, & de jure, & de offic. de le. cum ſuper. de dolo, & contu. cum dilectus.*

b *Factus.* Utrum plus ſit facto conſentire quam verbo? Reſpond. quod ſic, *gloſſ. eſt in cap. in cauſis de elect. vide gloſſ. in c. dilecti filii. el. 2. de app.* ubi plus factis loquimur, factum ubi promittitur, venit quod intereſt in obligationem, *ff. ſi quis in jus voca. non ier. cum qui.*

c *Res legata.* Quilibet in traditione ſuæ rei poteſt pactum apponere, dummodo ſit legibus approbatum, *leg. in traditionibus, ff. de pact. de condi. c. verum in gloſſ.* rem habere videtur qui fruitur pretio ejus, *ff. de uſufruct. l. quia qui pretio*, & vide Corn. 2. *volum. conſ.* 84. & *conſil.* 199. *incipit, in præſenti.*

d *Venditione.* Adverte quod ſi vendens intendit vendere unam rem, & emens intendit emere aliam in ſubſtantia, non valet venditio: ut vendens intendit unum agrum vendere, & emens alium emere, *l. in venditionibus ff. de contrah. empt.*

e *Emphyt.* Emphyteuta, & vaſallus ad tempus conſtituti non tenentur cavere de reſtituenda re, vel ſalvanda, *glo. eſt ſing. ff. de uſufr. l.* Sed contra videtur caſus, *C. de leg. 2. Bal.*

f *Fundum.* Petendo ſimpliciter numquoid

quid videatur petere ſervitutem? *gloſſ. eſt not. quod ſic. in l. rei appellatione, ff. de verb. ſign.*

g *Damnum.* Damnum præſumitur in dubio datum à proximioribus & vicinioribus. *text. eſt not. in l. pr. ff. ad Sylla. de fundo inſtructo. leg. ſi ita teſt. in fin. loc. l. dominus hordeorum*, & non apparente malefactore tenentur ipſi. *Digeſt. de incen. ruin. & naufrag. l. ne quid naufr.* vide Jacob. de Aret. *in auth. nulli judi. §. quia vero.*

h *Poſſeſſio.* Poſſeſſio violenta non relevat poſſeſſorem ab onere probandi. *C. de probat. l. ſi. vis* & ibi per Bart & Innoc. *in cap. 2. extra de ſerv. non ordin.*

i *Negator.* Si in judicio deducatur quis habeat neceſſe probare, *vide gl. Dig. de oper. nov. nun. l. ſi prius Dig. de itin. actuque pr. l. 1. §. hoc interdictum. Ray.* ſed qualiter in negatoria probatur de jure ſuo, in rubr. eod. quod per vicinos qui propè ſtant *ut dicit gl. in d. l. 1. §. hoc interdictum. Bald.*

k *De negatoria.* Dic ut per Bart. *in c. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ.* & propriè per Dyn. *Inſt. de act. §. aeque.*

l *De negativa.* Negativa quomodo ſit probanda, vide Corn, 1. *vol. conſil.* 100. Et probatio negativæ videtur impoſſibilis, ſi non eſt coarctata loco & tempore, *in 2. vol. conſil.* 23. Et negativa eſt probanda per eum qui ſe fundat in ea, *vide in 4. vol. conſ.* 87. & vide Alex. 3. *vol. conſ.* 136.

m *Reficeres.* Quid ſit reficere, tex. eſt melior, quàm ſit in jure, *ff. de riv. l. 1. §. deinde ait prætor reficere.* Bal.

n *In rebus corporalibus.* An in corporalibus requiratur animus & corpus, id eſt voluntas, & factum: nam incorporalia facto poſſidentur, *ff. de ſerv. urb. præd. l. ſervitutes quæ in ſuperfici. in fin. principii.* Ita notat Innoc. *in cap. literas de reſt. ſpol.* unde omnia incorporalia juris intellectum habent quia jura ſunt. Sed quædam inhærent rebus corporalibus, ut juriſdictio, quæ adhæret territorio, *ut C. ubi, & apud quos l. fin.*

CAPUT II.

De Servitutibus actus.

1 *Aus eſt jus agendi, vel jumentum vel vehiculum.*

2 *Actum qui habet, an iter quoque habere dicatur?*

3 *Actus & iter in quo differant, & conveniant?*

4 *Iter qui habet, inſtrumenta agrorum ducere nequit: ſed qui actum habet ſic.*

5 *Actus, & via in quo differant?*

6 *Actus latitudo quanta eſſe debeat?*

7 *Servitus actus ſi tam anguſto loco conceſſa fuerit, ut neque vehiculum, neque jumentum per locum perduci poſſit, an actus vel iter eſſe dicatur?*

8 *Actus ſerv. in fundo habens, an per quamlibet ejus partem ſerv. actus uti poſſit & aliquando per unam, aliquando per aliam.*

9 *Actus electio ad quem ſpectat quando ſine ulla loci determinatione conſtituitur, an ſcilicet ad conſtituentem, & ejus hæredem, an illi, cui actus ſervitus conſtituta fuerit?*

10 *Actum per certum locum ſi quiſpiam alicui ceſſerit, an poſſit poſtea pluribus per eundem locum actum cedere?*

11 *Actus uni ſi deberetur: ut vehiculis trium generum uteretur: & alio genere uſus fuerit: vel quia ſuperfluum egerit: an per hoc ipſam ſervitutem amiſerit?*

12 *Actus*

12 *Actus ſervitutem ſi fundus debeat, & vi fluminis pons occupatus ſit: & poſtea alluvione reſtitutus: an ſervitus amiſſa in priſtinum ſtatum reſtituatur?*

13 *Actus ſervitutem locus debens ſi quis inundatus fuerit: an dominus fundi pati teneatur, quod poſſit ille cui ſervitus debetur in alia parte fundi agere?*

1 DE ſecunda * ſervitute ruſtica, quæ actu dicitur, nunc eſt videndum. Actus eſt jus agendi, vel jumentum, vel vehiculum, *l. 1. §. actus, ff. de ſerv. ruſt. præd. & §. actus. Inſt. eo.* & intellige agendi, ducendi ad manus vel ante ſe, vel ſubtus ſe, *ut notat. gl. in dict. juribus*, ita quod qui iter habet, actum habet: qui actum habet, & iter habet: eoque uti poteſt ſine jumento, ut ibidem dicitur. Sed contra hoc ultimum opponitur, & videtur quod imo ille qui actum habet, iter non habet: quia iter & actus ſunt diverſæ & ſeparatæ ſervitutes, ut patet ex earum definitione, *ut leg. loci corpus, §. 1. ff. ſi ſerv. vend.* & una poteſt eſſe ſine alia, ut ibi: nec una ineſt in alia: *ut leg. 1. ff. de adi. leg.* & adeo ſunt diverſæ iſtæ ſervitutes, iter, & actus, ut ſi primo petii iter, & ſuccubui, nihilominus actum petere potero: *ut l. ſi jure, §. ſi quis iter. ff. de except. rei jud. & notat. gloſſ. in d. §. 1.* Nec etiam ille, qui habet actum, poteſt habere ſervitutem itineris: quia tunc haberet duas ſervitutes: & una dempta, altera remaneret: *leg. ſi ædes meæ, in princip. Digeſtis de ſervit. urb. præd.* Quod tamen lex negat, quia adempto itinere ubi debetur actus, nihil amittitur; *ff. de adi. le. l. 1.* ad hoc reſpondeo ſecundum gloſſ. *in d. l. 1.* quod iter unum eſt, quod eſt ſervitus, aliud quod non eſt ſervitus, ſed quædam commoditas, quæ ineſt in ſervitute actus.

2 Si * quæritur de iſto ſecundo itinere, ſcilicet quantum ad commoditatem, & non quantum ad ſervitutem: & tunc qui actum habet, iter habet: *ut not. gloſſ. in l. 1. §. actus ff. de ſerv. ruſt. præd. & Inſt. eod. §. actus, & in dict. l. loci corpus. §. 1. ſi ſerv. vend. & in d. l. ff. de adi. le,* & *non poteſt, ſecundum, gloſſ. ibi, iſta commoditas ſeparari ab actu*, & poteſt eſſe ratio, quia iſta commoditas itineris dicitur eſſe pars integralis ad actum: quia ex commoditate itineris agendi conſtituitur actus: *ut leg. ſi pupilli, §. qui actus, ff. de oper. nov. nun.* ſecundum gloſſ. *in l. ſi nunc. §. ſi quis iter, ff. de exec. rei*, & ita not. Bart. *in l. qui uſumfr. ad ſi. ff. de verb. obl.* dicit tamen gloſſ. *in d. l. loci corpus*, quod etiam quoad commodum poteſt eſſe unum indubitanter ſine alio, ut quia ſic in conſtituenda ſervitute ſit actum, ut ſolus tantum iret, vel cum ſocio, vel cum equo, vel vehiculo tantum, Pro hoc text. *in l. ſervit. §. modum, in princ. ff. de ſervit.* Si vero loquimur de primo itinere, quod eſt ſervitus, & iſtud non continetur ſub ſervitute actus: imo tunc ſunt duæ diverſæ ſervitutes, & partes ſeparatæ, ita loquuntur contraria.

Vidimus diviſionem ſervitutis actus, nunc ſecundo loco declaremus in quo differant, & conveniant actus, & iter. Et breviter in hoc differunt. Nam iter eſt quo quis pedes, vel eques commeare poteſt: Actus vero, ubi etiam armenta trahere, & vehiculum ducere liceat: *ut leg. iter. ff. de ſerv. ruſt. præd.* & expone armenta, ut ſunt boves: *ut leg. boves, in princip. de verb. ſing. & leg. ſervis legatis, §. armento. ff. de leg. 2.* 3

 Sed

Sed alias habetur in littera armamenta. & gl. ibi, exponit, i. inſtrumenta agrorum.

4 Unde ex hoc nota quod qui habet iter, non poteſt ducere inſtrumenta agrorum: ſed ſi habet actum ſic, & intellige trahendo ipſa inſtrumenta per terram, alias non haberet dubium, imo dum loquitur ibi de actu, dicit, & armenta, nihil operaretur: contra. *l. ſi quando, de leg.* 1. cum ſim. Item eſt alia differentia, quia qui habet iter non poteſt plauſtrum ſeu vehiculum ducere, vel jumentum ante ſe, vel poſt ſe. Sed ille qui habet actum, bene poteſt, *l. qui ſella, in princ. ff. de ſerv. ruſt. & probatur in l.* 1. §. *eod. titul. & inſtitut. eod.* §. 1. & intellige de jumentis, & armentis. imo ille qui habet actum, nedum poteſt ſecum ducere boves: ſed etiam equos, & equas, aut mulos oneratos, ſecundum Dom. Paul. *in d. l. inter actum in fin.* Conveniunt autem in hoc iter, & actus, quia qui habet iter, vel actum, non poteſt trahere lapidem, aut tignum per terram, nec in eis haſtam rectam ferre licet: quia neque eundi, neque agendi gratia id faceret, & poſſent fructus lædi: *ut d. l. qui ſella in pr.* & ideo licet poſſibile ſit, quod frumenta non lædantur, inferre tamen haſtam rectam non poteſt: quia inſpicitur quod evenire poteſt: *ut not. gloſſ.* Secus eſt in illo qui habet ſervitutem viæ. quia & trahendi lapidem, aut tignum, & rectam haſtam ferendi jus habet, ſi modo fructus non lædat: *ut d. l. qui ſella,* §. 1. poteſt tamen modus adjici in ſervitute actus, puta quo genere vehiculi agatur, vel non agatur, veluti cum equo duntaxat, vel ut certum pondus vehatur, vel certa res portetur: *ut l. ſervitutes,* §. *modum, ff. de ſervit. l. ſi cui in princip. ff. quemadmodum ſervitus amittitur.*

Quæ autem * ſit differentia inter actum & viam, *vide per gloſſ. inſtit. de ſervit.* §. *via, & in l.* 1. §. 1. *ff. de ſerv. ruſt. præd.* & dicetur in titul. ſequenti circa princip. 5

Tertio videamus * quanta latitudo actus eſſe debeat, & dicendum eſt, Aut latitudo non eſt demonſtrata: quia de ea nihil eſt dictum: & tunc arbitrio judicis ſtatuenda eſt, *ut l. certo generi,* §. *latitudo, ff. de ſerv. ruſt. præd.* ex quo patet quod latitudo actus non deſignata, deſignatur per judicem, non *per l.* quod ſecus eſt in via, *ut l. via latitudo, eod. titu. de quo dicam in ſeq. tit. circa princ.* Quibus adde quæ dixi ſupra *tit. proximè verſ. item quæro quanta debet eſſe latitudo itine. & verſicul. præcedenti.* 6

Sed * quid ſi tam anguſti loci demonſtratione facta, ſervitus actus conceſſa eſt, ut neque vehiculum neque jumentum per illum locum perducere poſſit, an erit actus, vel iter, videtur quod non ſit iter, quia illud non fuit conceſſum. Item nec actus, quia contra naturam illius ſervitutis, *ut l. iter. actus, ff. de ſervit. ruſtic. prædior.* Unde dicitur illud, Quod potui, nolui, quod volui implere nequivi, *ut l. multum intereſt. Cod. ſi quis alte. vel ſibi: & in c. cum ſuper Abbatia. extra, de offic. de leg. cum ſim.* dic quod habetur iter, & non actus, *ut eſt caſus in l. ſi tam anguſ. ff. de ſerv. de quo dic ut ibi per Dd. & plenius in d. tit. de ſerv. viæ & in tit. ſequenti.* 7

Quarto * principaliter quæro, an habens ſervitutem actus in fundo, poſſit agere, id eſt, uti ſervitute actus per quamlibet ejus partem, & aliquando per unam, aliquando per aliam? dic *ut habetur in l. ſi certo generi,* §. *ſi totus, ff. de ſerv. ruſt. præd.* ut plene dixi: *in tit. præcedenti verſ. quæro* 8

numquid

numquid habens ſervitutem itineris.

9 Item ad quem ſpectet electio actus, quando ſine ulla loci determinatione conſtituitur, an ad conſtituentem & ejus hæredem, an illi cui ſervitus actus eſt conſtituta? *Vide quæ dixi in præced. lib. 9. q. prin. in tit. præcedenti, verſic. quæro etiam quid. ſi legatum.*

10 Quæro quinto, quid ſi per * certum locum quis actum alicui ceſſerit, an poſſit poſtea, vel pluribus per eundem locum actum cedere? Dic regulariter quod ſic: *per l. qui per certum, Digeſtis comm. præd. & per l. 2. §. 1. ff. de ſerv. ruſt. præd. l. lucio Dig. de aqu. quot. & æſtiv.* quod declara, *ut dixi in tit. præcedenti, verſiculo quæro circa prædicta.*

11 Quæro * ſexto, circa amiſſionem ſervitutis actus; uni actus debebatur, ut vehiculis trium generum uteretur, & alio genere fuit uſus, vel ſi amplius quam licuerit, vexerit: vel ſi latiore actu uſus ſit: aut ſi plura jumenta egerit quam licuerit: an per hoc ſervitutem amiſerit? Dic quod non, & idem in ſimilibus, in quibus quis plus facit, quam ei licuit: non tamen propter hoc ei plus conceditur, quam pactum eſt in ſervitute habere: *ut l. ſi cui in prin. ff. quemadmodum ſervit. amitt.* Item ſi fundus debet ſervitutem actus, & pons vi fluminis occupatus eſt, & poſtea alluvione reſtitutus: an ſervitus amiſſa in priſtinum ſtatum reſtituatur? *Vide l. loci corpus in prin. ff. ſi ſervit. vendicetur,* & quod late ſcripſi *in titul. præcedent. verſic. item nota. quod ſi fundus.*

12 Item locus * debens ſervitutem actus, eſt aquis inundatus: an teneatur dominus fundi pati, quod poſſit ille cui ſervitus debetur, agere in alia parte fundi? Vide quod plenè ſcripſi *in ſervitute præcedenti. verſic. ſed quid ſi locus debens ſervitutem.* Cætera circa iſtam materiam, *vide quæ dixi in titul. præcedenti*, quia multa contraria ſunt inter iter, & actum, ut ibi patere poteſt, *& vide etiam quæ dicentur in titu. ſeq.* ubi plura quæ dicentur de via, convenient huic ſervituti.

CAPUT III.

De Servitute viæ.

1 *Via eſt jus eundi, agendi, & ambulandi.*
2 *Via, & actus an inter ſe differant?*
3 *Strata quid propriè ſit?*
4 *Viæ latitudo quænam ſit, quando via ſervitus promiſſa fuerit?*
5 *Pedis menſura quænam ſit?*
6 *Viæ, vel ſtratæ latitudo, in qua ſervitus non debetur, quænam ſit?*
7 *Servitus una vel plures quando dicatur, & quomodo cognoſcatur?*
8 *Fundorum dominantium ad pluralitatem plures ſervitutes reſultant, etiam ſi unus tantum fundus pluribus ſerviat.*
9 *Servitus una, vel plures ſi cognoſcantur, quæ utilitas reſultet?*
10 *Viæ caput, & finis, & medium, & latera quo in loco eſſe dicantur?*
11 *Ædificium juxta plateam authoritate publica ſi deſtruatur, an platea amplietur, & utrum via juxta illud ædificium deſtructum definat eſſe, & incipiat eſſe platea, an via remaneat ſicut erat primo?*
12 *Statutum ſi dictaverit, quod in platea pœna duplicetur: ubi platea ſit, & incipiat?*
13 *Via media quæ dicatur?*
14 *Viæ caput quantum ſpatium occupet, quantum pes, ſeu finis, & quantum medium?*

15 *Viæ menſuratio unde incipere debeat?*

16 *Via quotuplex eſſe dicatur?*

17 *Regalia quæ propriè dicantur?*

18 *Viam eſſe publicam ad probandum quid requiratur?*

19 *Via in publica an unicunque ire licitum ſit, & ducere currum, vel plauſtrum, aut lapides?*

20 *Jus eundi per viam publicam, an præſcribi poſſit?*

21 *Via publica cujus ſit?*

22 *Loca publica an vendi vel alienari poſſint, & per quem, & quomodo?*

23 *Civitas Paduæ non poteſt facere aliquod ſtatutum nec aliquid alienare ſine Venetorum licentia, apud quos omnis adminiſtratio exiſtit.*

24 *Per viam publicam an privato licitum ſit aquam ſimpliciter ducere, vel per conductum ligneum, vel lapideum?*

25 *Ponticellos, ſeu pontes facere, an ſupra viam publicam licitum ſit?*

26 *Via publica an per privatum aliquo modo occupari poſſit?*

27 *Via publica an claudi poſſit?*

28 *Domus, vel fundus, qui undique ſunt: ſi unius tantum eſſent, an ille ſolus viam publicam claudere poſſet?*

29 *Viam publicam ſi quiſpiam impediat, vel claudat, an contra claudentem, vel impedientem, agi poſſit?*

30 *Viam ſi quis clauſerit, an propria authoritate clauſuram frangere valeam?*

31 *Via publica quæ eſt in una contrata, ſi claudatur, an alius de alia contrata cujus parum, aut nihil intereſt agere poſſit, ut dicta clauſura deſtruatur?*

32 *Via publica duarum communitatum ſi ſit, per quam eant currus communitatis utriuſque, cui ex dominis territorii applicanda ſit?*

33 *Statuto ſi caveatur, quod vulnerans in via publica magis puniatur, quam ſi alibi vulneret; & aliquis percuſſit in via privata, per quam iter publice fiebat, an puniatur, ac ſi in via publica vulneraſſet?*

34 *Statutum ſi ſit, quod ſi quis fundum vendiderit, cohærens, ſeu confinis aut collateralis idem pretium præſentare poſſit, & fundum venditum ab emptore vendicare: ſi aliquis fundum vendat, & vicinus, qui habet alium fundum propinquum, via tamen publica interveniente, vigore dictum ſtatuti pretium præſentare velit, an poſſit?*

35 *Fredericus Imperator condidit quandam legem Græcam, quæ jus prothomiſios vocatur.*

36 *Via communis ſi ad caſtrorum fontes exiſtat, ad cujus juriſdictionem prædia pertinere præſumantur?*

37 *Fundum, vel domum ſi quiſpiam legaverit, vel vendiderit, an conceſſum videatur, quod ex fundo exterioris, vel vendentis viam habere debeat: vel ſi duo fratres ſint, aut ſocii, & unum fundum dividant, an in dubio actum videatur, quod unus per alterius partem viam habere debeat?*

38 *Via publica ſi aquis inundata, aut aliter deſtructa fuerit, an per vicini fundum iri poſſit?*

39 *Viam publicam ſi quiſpiam in vicini agrum rejecerit, an is per cujus fundum via publica facta ſit contra ipſum agere poſſit?*

40 *Viæ rejectæ actio quæ competit, & quæ etiam neceſſaria ſunt ad hoc ut competere habeat?*

41 *Viæ rejectæ actio propter quid competere dicatur?*

42 *Via*

42 *Via rejecta ut moveatur ſi agatur, quid juris?*

43 *Si quiſpiam egerit contra vicinum ſuum, qui viam publicam in fundum ſuum rejecerit, & per viæ rejectæ actionem intereſſe ſuum conſecutus fuerit, an poſtea viam claudere poterit?*

44 *Viam privatam ſi quiſpiam per vicini ſui fundum rejecerit, numquid actione privata agetur?*

45 *Viæ rejectæ in actione quomodo libellus formari debeat?*

46 *Viæ rejectæ in actione quomodo actor & reus poſitiones formare debeant?*

47 *Viam munire, vel reficere, an quilibet teneantur?*

48 *Clerici ad viarum reparationem, an teneantur?*

49 *Gabella pro plauſtris, & curribus, quæ pro viæ refectione ad portam ſolvitur, ſi imponatur: an Eccleſia teneatur?*

50 *Civitas, vel villa ſi de novo unam viam facere velit, & onus rebus pro viæ, vel pontium expenſa imponere voluerit, an etiam ipſis Eccleſiis imponi poſſit?*

51 *Viæ ad refectionem an ſcholaris, vel qui domum conduxit, teneatur?*

52 *Emphyteuta, ſeu libellarius, an viam publicam ante domum emphyteuticam reficere teneatur?*

53 *Uſufructuarius an ad viæ refectionem teneatur?*

54 *Maritus qui fundum dotalem juxta viam publicam habet, quæ refici debet, an ad ipſam refectionem teneatur?*

55 *In domo aliqua ſi quiſpiam gratis habitet, numquid ad viæ refectionem teneatur?*

56 *Viam an quis reficere teneatur, ſi prius domui cedere voluerit, quam juxta viam habet?*

57 *Via publica ſi deſtructa non fuerit ex antiquitate, vel caſu, ſed aliquis ipſam exaravit; ſeu aliter deſtruxit, an ipſi vicini teneantur?*

58 *Viam ſi quiſpiam deſtruxerit, & non habeat unde ſolvat, an vicini ipſam reficere cogantur?*

59 *Viam publicam ſi quiſpiam reficere voluerit, an poſſit, & quomodo?*

60 *Statuta de refectione viæ loquentia, an purgationem comprehendant, & quis purgare dicatur, & quomodo etiam libramentum capiatur?*

61 *Viam publicam qui purgare tenetur quid facere debeat?*

62 *Viam publicam ſi quiſpiam reficere voluerit, & ab alio impediatur, qua actione in impedientem agetur?*

63 *Interdictum de via publica ad hoc, ut contra impedientem reficere competat, quæ neceſſaria ſint?*

64 *In interdicto de via publica, quomodo libellus formari debeat?*

65 *In interdicto de via publica quomodo actoris, & rei poſitiones formari debeant?*

66 *Via in publica ſi quiſpiam aliquid ponat, vel ædificet, vel immittat eo caſu, quo non poteſt: quo jure contra ipſum agetur?*

67 *Interdictum de via publica, ſive ſit unum ſive duo, quæ neceſſaria ſint ad hoc, ut iſta interdicta dentur?*

68 *Via qualiter publica vel privata, aut vicinalis dicatur?*

69 *Libellus interdicto, quando quis ædificabit in viam publicam, vel aliquid immiſit, aut ædificare, vel immittere velit, quomodo formabitur?*

70 *Poſitiones actoris, & rei in tali interdicto qua forma formari debeant?*

71 *Via publica ire, & agere, & plauſtrum ducere, cum regulariter conceſſum ſit, ſi quis ab aliquo, qui prohibere non poteſt impediatur,*

quo remedio ei ſuccurretur?

72 *Libellus in interdicto, ut liceat ire, agere, &c. quomodo formari debeat*

73 *Poſitiones in interdicto, ut liceant, &c. quomodo formari debeant?*

74 *Pedagia qui colligunt ab his qui per viam publicam vadunt, an de jure poſſint prohiberi exigere, & colligere?*

75 *Via de publica in actione, an procurator conſtitui poſſit?*

76 *Actione de via publica, an fidejuſſor accedere poſſit?*

77 *Libellus quomodo ſuper via privata formari debeat, quando dicitur, quod viæ ſervitus debetur.*

1 VIa * eſt tertia ſervitus ruſtica, quæ ſic definitur. Via eſt jus eundi, agendi, & ambulandi, *ut l. via, ff. de ſerv. ruſt. præd. & Inſtit. de ſerv. §. via.* quæ verba declara, *ut dixi in duobus tit. præced. in pr.* & iter, & actum via in ſe continet, ut dicitur in dictis juribus. Et licet ſint tres ſervitutes diverſæ ſeparatæ, tamen via continet in ſe iter & actum cum commoditate, quod declara, *ut dixi de actu continente in ſe iter, in tit. præced. circa pr.*

2 Et ex hoc * videtur inferri, quod nihil plus inveniatur in via, quam in actu, & ſic nulla ſit inter iſtas ſervitut. differentia. Tu tamen dicas contrarium, videlicet quod imo ſunt aliquæ differentiæ, & quod plus invenitur in via, quam in actu. Prima differentia eſt, quia qui habet viam, poteſt trahere trabem, vel lapides, & rectam ferre haſtam, quæ non permittuntur, habenti actum, *ut l. qui ſella §. 1. & §. qui viam ff. de ſer. ruſt. præd. & vide quæ dixi in tit. præced. in 2. q. pr. ante fin.* Secunda differentia eſt, ſi viæ latitudo non fuit deſignata per partes, tunc tanquam incerta non eſt in actu, *ut in l. via latitudo, & l. via conſt. in pr. & l. certo generi §. latitudo, ff. de ſer. ruſt. præd. & voluit gl. in l. 1. §. via. eod. tit. & inſt. eo. §. via.*

Pro * plena declaratione autem hujus materiæ, quia vidimus quid ſit via, 3
quæro primo quid ſit ſtrata, & dic, quod eſt via matonata lapidibus vivis vel coppis, *ut l. §. viam, ff. de via publ.* & ibi hoc not. Bart. qui dicit, quod in civitate Peruſii appellatur via regalis, vel conſularis, & ſic differentia inter viam, & ſtratam, *ut probatur in l. abſit, C. de privileg. domus Auguſt. lib.* 11. & ibi hoc etiam not. Bart. qui dicit iſtud eſſe utile ad ſtatutum, dicens, quod committens maleficium in ſtrata pœna dupli puniatur. Nam ſi accuſator dicit maleficium eſſe commiſſum ei in via, non concludit pœnam debere duplicari, *ut in l. 1. §. docere. ff. vi bon. rapt. quod not.*

Quæro * ſecundo, quæ ſit viæ latitudo, quando ſervitus viæ promiſſa 4
eſt? dic quod aut conſtituens ſervitutem deſignavit ejus latitudinem: & illa erit, & poterit conſtituere, quod ſit latiore pedibus, & anguſtior, dummodo eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire poſſit alioquin iter erit, non via, *ut l. via conſti. in pr. ff. de ſerv. ruſt. præd. & l. certo generi. §. latitudo ver. in via aliud. eod. titu. & l. ſi tam anguſti, C. de ſerv. & vide quæ dixi in tit. præcedenti. verſi. ſed quid ſi tam anguſti.* Aut nulla latitudo per conſtituentem ſervitutem deſignata eſt: & tunc *per l.* deſignatur, quoniam viæ latitudo ex l. 12. tab. in porrectum, id eſt, directum 8. pedes habet: in anfractum, id eſt, ubi flexum eſt in angulis 16. *ut l. via latitudo, ff. de ſerv. ruſt. præd. & not. gl. Inſtit. eo. §. via.*

Pes vero eſt menſura, ſecundum Iſidorum, quæ debet intelligi in dubio 5
ſpatio quinque digitorum, ut eſt glo. not. in 17. quæſt. 3. ſicut antiquitus

&

& not. Bald. in l. 1. ff. quis cau. & ibi per. Doct. & Alber. de Ro. *in l. 2. circa pr. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* & Sa. licet. *in l. 1. in antepenul. quæſ. C. de interdict. & dixi in l. 3. in pr. ff. de interd.* ubi poſui de multis generibus menſurarum & ponderum, *& ibi dixi,* quod digitus eſt minima pars agreſtium menſurarum, & quod uncia habet tres digitos: *dic ut ubi.*

6 Quæro tertio, quæ ſit aut eſſe debeat latitudo viæ, vel ſtratæ, in qua ſervitus non debetur? dic, aut eſt via privata unius, quod poteſt eſſe, *ut l. 2. 9. via publ. ff. ne quid in loco publ.* & iſta erit pro voluntate domini: quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, *leg. in re mandata, C. man.* aut eſt publica & tunc debet eſſe ſecundum conſuetudinem, vel ſtatuta loci, *ut l. 1. cum gloſſ. & l. an in totum, C. de æd. priva. & l. 2. in princ. cum gloſſ. in verſ. lege ne quid in loc. pub.* facit gloſſ. *in l. qui luminibus, ff. de ſerv. urb. præd.* aut nulla apparet conſuetudo, & tunc aut dominus civitatis, vel populus, vel eam regentes volunt ſtatuere latitudinem viarum, & poſſunt, *ut l. prohibere, §. plane ff. quod vi aut clam,* alias in dubio ſtandum eſt determinationi actoris, *l. viæ latitudo, ff. de ſerv. ruſt. præd.* Et adde prædictis, quod licet pertineat ad decorem civitatis, ut viæ, & ſtratæ ſint latiores, & amplæ, tamen quandoque deterius eſt, *ut probatur in l. 1. §. viam ibi, latiorem, ff. de via publica, & itin. pu. re. & ibi* hoc vult, & ſubdit, quod ipſe vidit in civitate Caly, cum ibi eſſent multæ viæ amplæ, impoſita fuit neceſſitas omnibus circum habitantibus occupandi, & reſtringendi eas. Ratio, quia quando tranſitus erat in civitate propter nimiam latitudinem, civitas reddebatur debilior ad defendendam eam, & propterea dico, quod civitas Januæ reputatur fortior ex eo: quod habet vias & ſtratas valde ſtrictas.

Quæro * quarto, quando dicatur una ſervitus, vel plures, & quomodo cognoſcatur? hoc ordinarié examina- 7
tur plene, *in l. nam ſatis §. 1. in glo. mag. ff. quemad. ſervit. amit.* Tu autem in hoc ſic diſtingue, per tres caſus principales: quandoque debetur ſervitus ab uno uni, quandoque ab uno pluribus, quandoque à pluribus uni. Primo caſu, quando debetur ſervitus ab uno fundo uni alteri tantum fundo, tunc ſubdiſtingue: aut iſti fundi remanent diverſi indiviſi & non habet dubium, quod ſit unica ſervitus active & paſſivè, ut patebit ex his quæ ibi dicentur: aut fundus debens ſervitutem, eſt diviſus per dominum, & tunc ubi prius erat una tantum ſervitus viæ, tunc erunt duæ, *ut l. viæ ff. de ſerv. & not. per gl. in d. l. nam ſatis. §. 1. in ver. debita. facit l. via conſtitui §. quæcunque, ff. de ſerv. ruſt. præd.* licet in contrarium faciat, *dict. l. una eſt via,* cujus intelligentiam dicam in tertio caſu principali. Aut fundus ille, cui ſervitus debetur, dividitur in duas, puta regiones: vel quia dominus vendit unam ejus partem: & idem, quia illa quæ erat prius ab initio una tantum ſervitus, nunc ſpargitur in duas, *ut l. via conſtitui. §. quæcunque. ff. de ſervitu. ruſt. præd.* nec poteſt queri qui prius unam, nunc autem plures ſervitutes debet, quia in alio relevatur. Nam ante diviſionem, vel conditionem partis, etiam per unam partem ſervitus retinebatur, *ut d. l. nam ſatis, ff. 1. in princ. & d. l. una eſt via.* quod non eſt poſt diviſionem, vel venditionem partis fundi dominantis: quod non utendo parte una diviſa, vel alia, ulti-

mo

mo tempore illa amittitur: nec per aliam partem qua uſus eſt ſervitus retinetur, ex quo ſunt effectæ plures ſervitutes viæ, & pro hoc allego gloſſ. *in dict. l. nam ſatis*, §. *in gloſſ. mag. circa princ. verſ. ſi autem diviſerunt*, *& fundum dominantem.* Secundo caſu principali, quando debetur ſervitus ab uno pluribus, tunc ſubdiſtingue: Aut hi plures diviſerunt omnem fundum dominantem, aut non diviſerunt: ſi non una eſt ſervitus, cum uni tantum prædio ab una tantum debita ſit, *ut dixi ſupra in primo caſu. in princ.* & licet fundus dominantis ſit plurium dominorum, tamen ex quo eſt indiviſus dicitur unus, & non plures: & magis conſideratur conditio fundi, qui unicus eſt, quam pluralitas dominorum, quia ſervitus non debetur perſonis dominorum, ſed ipſi fundo, *ut eſt text. in l.* 2. §. 1. *ſi. ſerv. vend. & in l. unus ex ſociis, ff. de ſervit. ruſtic. præd.* Si vero diviſerunt fundum dominantem, tunc illa ſervitus quæ erat prius una ab initio, ſpargitur in duas, *ut d. l. via conſtitui.* §. *quæcunque, de ſerv. ruſt. præd. & l. viæ, ff. de ſervit.* & ita gloſſ. mag. *circa princip.* quæ ſubdit, quod dominus prædii ſervientis non poterit de hoc conqueri quia in alio relevatur, *juxta l. eum qui in princ. ff. de jurejur.* nam ante diviſionem etiam per unum ſocium ſervitus retinebatur, *ut d. l. nam ſatis*, § 1. *in princ. in verſ. amiſeris*, ſed poſt diviſionem non retinetur, ſed unuſquiſque ſibi uſurpat, & deperdit, & hoc vult etiam gloſſ. *in d. verſi. amiſeris*, & idem multo magis dicendum eſt quando debetur ſervitus ab uno fundo pluribus ab initio diviſis tempore conſtitutæ ſervitutis, *ut l. ſi ædes meæ in princ. ff. de ſerv. urb. præd.* & idem quando fundi dominantes erant diviſi, & ejuſdem domini, eadem ratione.

8 Ex quo not. * quod ad pluralitatem fundorum dominantium plures reſultent ſervitutes, etiam ſi nullus tantum fundus pluribus ſerviat, *ut ibi*, & hoc etiam not. Paul. *in l. una eſt via. de ſerv. ruſt. præd.* Tertio caſu principalia, quando debetur ſervitus à pluribus uni, tunc etiam ſubdiſtingue: Aut plures domini fundi ſervientis non diviſerunt ſuum fundum ſervientem, & erit una tantum ſervitus, *ut dixi in cap. præcedenti, not. gloſſ. magnam in d. l. nam ſatis*, §. 1. Aut diviſerunt, & tunc aut diviſerunt per longitudinem, aut per latitudinem, *ſecundum gloſſ. in d. l. nam ſatis*, §. 1. Per longitudinem, quando totius longitudinis viæ unuſquiſque dominorum fundi ſervientis partem habet à principio uſque ad fin. ita quod veniat uſque ad fundum dominantis per latitudinem; tunc dicitur fieri diviſio, quando unus ſolus viam ſolidam habet paſſive, uſque ad certum terminum æqualiter, vel inæqualiter poſitum, & aliter ab eo uſque ad finem ita quod per unum tantum ex eis ſic diviſis immediatè pervenitur ad fundum dominantis, & iſtud teneas: licet gloſſ. *in d. l. nam ſatis.* §. 1. ponat etiam aliam opinionem, quæ in effectu eſt eadem, ſed non ita clara. Primo caſu quando plures domini ejuſdem fundi ſervientis diviſerunt fundum ſervientem per longitudinem, & tunc ſubdiſtingue, quia aut ſervitus debebatur ab illo fundo communi nunc diviſo, & certa, & determinata parte illius fundi, aut indeterminata, ita quod per quamlibet partem fundi ire poſſit, & eam partem vertere: quia actum ſit, ut poſſit ire, modo per unam partem, modo per aliam, ſi ſervitus debebatur in certa, & determinata parte fundi? Tunc dic, dicendum gloſſ. *in*

in d. l. nam ſatis, *Paragr.* 1. Quod ſi tantum ſpatii eſt in cujuſlibet prædio, quod ſufficiat ad viam, & erunt duæ ſervitutes, perinde ac ſi in duobus fundis conſtitutæ eſſent ab initio. Aut non eſt tantum ſpatii, & tunc una tantum ſervitus remanebit. Sed mihi videtur, quod non ſit bene dictum, quando tantum ſpatii relinquitur in cujuſlibet prædio, quod ſufficiat ad viam: nam tunc non poſſunt eſſe duæ ſervitutes viæ, ſed una tantum: quia ſi ſervitus eſt conſtituta in certa determinata parte fundi communis duorum & plurium, & poſtea dividitur ille fundus: ſi illa pars in qua eſt conſtituta ſervitus, remanet in una parte fundi aſſignata uni ex dominis, illa pars fundi ſola debet ſervitutem, & cæteræ partes debent eſſe liberæ, cum per illas partes fundi, etiam dum eſſet communis, non poſſet, ire, quia liberæ erant: *ut eſt text. in l. certo gener. §. ſi totus, verſ. ac ſi iter. ff. de ſerv. urb. prædior.* Aut ſervitus debebatur fundo communi, ita ut per quamlibet partem fundi viam haberet: & ut etiam vertere poſſet non facta diviſione, eundo per unam partem, retinet ſervitutem in omnibus partibus. Cum facta fuit diviſio, ſunt duæ, & perinde obſervatur, ac ſi in duobus fundis à principio duæ ſervitutes eſſent conſtitutæ: ideoque poteſt altera amitti tempore, altera uſurpari: nec lugeat ruſticus cui ſervitus debebatur, quod facto dominorum fundi ſervientis, conditio ſua ſit facta deterior, cum prius, id eſt, ante diviſionem, una parte utendo, totius fundi retinet ſervitutem: quia hoc ei commodum devenit ut duas nunc habeat vias, & earum commoditatem: *ita dicit gloſſ. magna in d. l. nam ſatis, §. 1. in fin.* Pro hoc facit ille, *Paragraph.* 1, *circa princ.* ibi nec ſit ulla injuria, *ut l. cum quis, in princip. ff. de jurejur. & quod dixi etiam in* 1. *&* 2. *caſu principali.* Secundo caſu, quando plures domini ejuſdem fundi ſervientis diviſerunt ipſum per latitudinem: & tunc remanet una tantum ſervitus: ſicut ſi à principio conſtituta eſſet ſervitus uni fundo per plures fundos continuos, ita ut unus tantum eorum ſit contiguus dominanti, & alii ſint ad invicem contigui: *juxta l. tria prædia, ff. de ſervit. ruſt. prædior.* Nam hoc caſu una tantum eſſet ſervitus, quæ debetur uni fundo, licet per plures fundos eodem modo, ut dictum eſt, debeatur, & iſte eſt caſus quem ita intelligo, *in l. una eſt via eodem titulo*, & hoc intelligo ſive ſervitus ſit conſtituta in his duobus caſibus proximis, in una certa parte, ſive in indeterminata, ita quod poſſit variari. Et ratio diverſitatis, quare quando ſit diviſio per latitudinem, eſt una tantum via: & quando ſit per longitudinem, ſunt plures, eſt, quia quando per latitudinem ſit diviſio in certa parte, quæ proxima eſſet fundo, cui ſervitus debebatur, non poteſt eſſe ſervitus niſi eſſet etiam in ſequenti, nam in ruſticis prædiis medium prædium impedit ſervitutem, *l. qui ſella §. fin. de ſerv. præd.* ideoque cum unum jus ſine altero eſſe non poſſit, merito in unum corpus & animam creantur. Ubi vero per longitudinem facta eſt diviſio, nullum medium prædium impedit ſervitutem: & in una parte poteſt conſiſtere ſervitus etiam ſi non ſit in altera, ideo duæ merito appellari poſſunt, *ſecundum gl. in d. l. nam ſatis, §. 1. poſt medium, ff. quemadm. ſerv. amitt.* Et per hoc habetur clare, quomodo poſſit cognoſci an una tantum ſit via, ſeu ſervitus viæ, an vero duæ per plures, quod bene not. quia eſt multum utile hoc ſcire.

9 Utilitas * autem hujus inveſtigationis eſt multiplex. Prima, quia ſi eſt unica tantum ſervitus, poteſt pro parte utendo tota retineri, & non poteſt in una tantum parte præſcribi. Sed ſi duæ ſunt, & una non utimur: illam perdimus, & non aliam: & ſic una tantum poteſt præſcribi ſine altera, *ut l. una eſt via, ff. de ſerv. ruſt. præd. & d. l. nam ſatis, §. 1. in princ. & ibi etiam not. per gloſſ.* Aliquando tamen fallit iſta regula quod per partem tota ſervitus retineatur: quia in quibuſdam juribus Epiſcopalibus poteſt præſcribi ita, quod non præſcribatur in aliis, *ut in c. dilectis, in fin. extr. de capel. mon. & vide gloſſ. in ver. & hiſtoria, & quod ibi not. in c. auditis, extr. de præſcript.* Item eſt utile propter interruptionem: quia ſi
a ſunt duæ viæ, interruptio *a* facta in una, non extenditur ad aliam. Item poteſt eſſe utile, ſi ex forma ſtatuti deberet ſolvi certa gabella pro qualibet ſurvitute viæ acquiſita: quia ſi eſſent duæ, duplicaretur gabella. Item poteſt eſſe alia utilitas, quia ſi ſtatutum diſponit, quod quicumque iverit per fundum alterius cum plauſtro, vel curru, debeat pro qualibet vice condemnari in 10. libris. Nam ſi quis iverit cum plauſtro per plura prædia continua per latitudinem primo ex tranſverſo: dicetur tantum ſemel iviſſe, & una tantum pœna 10. librarum debet condemnari, quia una tantum eſt via, quod ſemper ad hoc conſuevi allegare: ſecus ſi fuiſſet per plura prædia, non ex tranſverſo, ſed incipiendo à capite eorum ſic per longitudinem: quia tunc quot ſunt prædia, toties reputatur iviſſe, & debet pœna multiplicari ſecundum numerum prædiorum, quod ſingulariter not. & tene menti.

10 Quæro quinto, * in quo loco dicatur eſſe caput viæ, & finis, & latera. De capite dic, quod dicitur ille locus, per quem in illam viam ingredimur, juxta illud: In capite libri ſcriptum eſt de me. Appellat etiam caput libri illam partem per quam ad ipſum, librum legendum ingredimur: *adde quod not. ff. ſol. matr. ſuper rubr. ubi not. quod non eſt caput libri: ut ff. ad leg. Falc. in l. quærebatur ſuper illo verbo tres partes, facit etiam l. prædiis, §. balneas, ff. de leg. 3. & l. conclave, de damn. infect.* Sed ſi contingeret ut per omnes partes ipſius eſſet ingreſſus: tum caput illud & principium deberet dici quod eſt verſus meridiem: pes vero qui eſt verſus ſeptentrionem, ſecundum Bartol. *in tract. de inſula, verſiculo quod mediam partem fluminis tenet*, ubi plene examinat, quando dicatur caput & finis fluminis, & Eccleſiæ, & aulæ, ſcholæ, & provinciæ, & ſimilium, ubi omnino vide, & vide omnino plene per Bald. *in rubr. Digeſtis de rerum diviſ. in 11. colum. in ver. & eſt notandum quod agri.* Vel etiam dic, quod ſi eſt una ſuperior, ibi dicatur caput: pars inferior dicitur pes, & finis, ſecundum Bart. *in d. tract. verſic. quod ſi uno latere*, ubi delarat quæ dicatur pars ſuperior & inferior. Et prædicta ſunt vera, niſi ex conſuetudine loquendi, & intelligendi aliter intelligeretur. *argument. l. 1. §. 1. Digeſt. ne quid in flumin. pub. conjuncta, l. librorum. §. quod tamen Caſſius, de leg. 3. & Labeo, & quod ibi voluit Bart. ſupell. leg.* De *fin. viæ*, dic quod ille locus dicitur finis viæ per quem eximus, vel qui eſt inferior, vel verſus ſeptentrionem, vel ſecundum conſuetudinem prædictam. Item dicitur finis viæ quando intrat in alium locum, puta plateam vel alium ſimilem: *ut probatur in l. fin. ff. de locis & itin. publ. ibi*, exitum ad

mare

mare aut in urbem, aut in flumina public. aut ad aliam viam militarem habent, &c. & ibi hoc voluit Bart. *in l. fi. ff. de ſerv. ruſt. præd.* & ibi etiam Bart.

11 Et * ideo dixit Bart. *in d. l. fi. de itin. publ.* quod habuit quæſtionem de facto, videlicet juxta plateam deſtruitur aliquod ædificium authoritate publica, an platea amplietur, & utrum via, quæ eſt juxta illud ædificium deſtructum deſinat eſſe, & incipiat eſſe platea, an remaneat via, ſicut primo.

12 Et * hoc quæritur propter ſtatuta, quæ dicunt, quod in platea pœna duplicetur, dicit Bartol. quod illa incipit eſſe platea, nam ſtatim, quando illa via intrat plateam, finitur: & dicit quod ita bis de facto judicavit. Item dicit, *in d. fin. ff. de ſerv. ruſt. prædior.* quod iſta quæſtio fuit Tuderti tempore Papæ Benedicti, quando fuit deſtructa quædam Eccleſia, quæ habebatur juxta ſecundam ſtratam. De iſta Eccleſia, facta eſt platea, commiſſum fuit maleficium in illa ſtrata: quærebatur, an deberet puniri tanquam commiſſum in ſtrata, an tanquam commiſſum in platea. Et dicit, quod allegavit, *d. l. fin. ff. de itin. publ. §. final.* & dicebat per illa jura, quod ſtatim cum ſtrata intrat plateam, finitur, & non appellatur amplius ſtrata, ſed confunditur cum platea, & ita etiam occurrit Piſis.

13 De media via dic, * quod medium viæ poteſt conſiderari duobus modis. Uno modo per longitudinem viæ, & tunc medium dicitur una linea diviſibilis, quæ ducatur à medio capitis viæ, uſque ad medium finis ejuſdem viæ ducendo lineam ſemper, ita quod æqualiter diſtet tantum ab uno latere viæ, quantum ab alio, vel etiam ſi ducatur, una chordula ſimiliter à capite uſque ad finem, *arg. §. inſula, cum ibi not. pe. gl. quæ incipit. quod poterit ſciri, de rerum diviſ. & l. non ſolum, §. ſed probari, cum gloſſ. ff. de nov. oper. nun.* Alio modo poteſt conſiderari medium viæ per latitudinem ex tranſverſo viæ, & tunc medium dicitur propriè ille punctus, ſive linea indiviſibilis, quæ eſt in medio per tranſverſum viæ diſtans tantum ab una extremitate capitis, quantum ab alia extremitate finis per dicta jura: ut ſi diceretur à capite uſque ad medium agri liceat Titio ire, intelligitur à linea indiviſibili, quæ eſt in capite uſque ad lineam indiviſibilem, quæ eſt in medio ſecundum Bart. *de inſula, verſ. videamus ergo quantum ſpatium.*

Sed * pro declaratione prædictorum quæro quantum ſpatium occurum quæro quantum ſpatium occurum, quantum pes ſeu finis, per caput viæ, quantum medium, Barthol. format iſtam quæſtionem, *in præallegato verſ. & dicit*, quod punctus ſive linea indiviſibilis, quæ eſt in capite poteſt dici caput, *l. 1. §. caput, ff. de aqua quotidiana, & æſti.* eodem modo poteſt dici pes, ſive finis, medium autem dicitur ille punctus ſive linea indiviſibilis, quæ eſt in medio diſtans tantum ab una extremitate, quantum ab alia. Et intelligit hoc gloſſ. *Inſtitut. de rerum diviſio. §. Inſula*, dum dicit, hoc ſcilicet eſſe in medio poteſt apparere, accepta chordula, & facto puncto in medio, quod dicit ſatis ſibi placere, ſi materia de qua tractaretur hanc interpretationem pateretur: ut ſi dicatur, à capite uſque ad medium agri liceat Titio agere, intelligam à linea indiviſibili, quæ eſt in capite uſque ad lineam diviſibilem quæ eſt in medio per dicta jura. Sed ſæpe ſermo non patitur hanc interpretationem. Si enim dicatur, ſi quis invenitur per caput plateæ cum curru, vel vehiculo, do 10. ſtadia terræ à capite fundi, certe de

de puncto vel linea indiviſibili non poteſt intelligi, per illam enim non poteſt iri, nec in ea poſſunt decem ſtadia terræ eſſe. Aliter ergo intelligendum eſt, & ideo dic, quandoque extremitates ſunt diſtinctæ & limitatæ, & tunc una dicitur caput ſeu principium, alia dicitur pes ſeu finis, & quicquid eſt inter illas duas extremitates dicitur medium, *ut l. ſi ædes, ff. de ſerv. ruſt. præd. l. tria prædia. ibi.* per mediumque fundum, *ut leg. more Romano. ibi luce media, ff. de feriis, & Cod. de jud. auth. ad hæc cum ſimil.* Quandoque extremitates non ſunt diſtinctæ: & tunc dic, quod totus ille locus debet dividi in tres partes: una dicitur caput, ſecunda dicitur medium, tertia dicitur finis. Quandoque tamen contingit, quod locus de quo agitur, habet multas diſtinctas partes, & diſtinctio accipitur ut totum: ut ecce planum Tyberis eſt diſtinctum per prædia multorum: & in ſtatutis dicitur, ſi aliquid factum fuerit in capite plani Tyberis, vel in medio, aut in fine, tunc enim conſideratur poſt ſtatuta illud planum, ut totum unum integrum: ideo eſſet facienda diviſio in tres partes, *ut ſupra dixi.* Et de iſta materia, quando dicatur principium medium, & finis, *vide per text. gloſſ. & Dd. in leg. 1. ff. ſi quis jus dic. non obt. in gloſſ. mag. & per Bart. in tract. de inſula. in verſic. & quid ſi ex una latere cum 4. col. ſeq. verſ. ad primam figuram,* quæ hic non refero brevitatis cauſa.

15 Quæro ſexto * unde debet incipi menſuratio viæ? Dic non à porta civitatis, ſeu municipii, ſed à continentibus ædificiis, *ut in l. mille. ff. de verb. ſign.* & voluit Bartol. & Dd. *in l. ff. ſi quis caut.* ubi etiam ponunt per quam viam debeat fieri menſuratio: *dic. ut ibi.*

Quæro ſeptimo * principaliter, 16 quotuplex eſt via? Dic quod triplex. Nam quædam ſunt viæ publicæ, quædam privatæ, quædam vicinales: *ut eſt tex. in leg. 2. viarum, ff. ne quid in loc. publ. & l. fin. ff. de loc. & itin. publ.* de ſingulis videamus. Publicas vias dicimus quas Græci Baſilicas, noſtri autem prætorias, alii conſulares vias appellant, *ut §. viarum, & ſic not. ſecundum gloſſ. ibi,* quod via, prætoria, conſularis, & militaris pro via publ. ponuntur, *ut ibi, & d. l. fin.* & iſtæ viæ publ. ſunt regalia, *in princip. quæ ſint regul. in uſib. feud.*

Et dicuntur regalia, * quæ non 17 ſpectant niſi ad regem, vel principem loci, & non ad alium niſi ex regia, ſeu principis conceſſione, ſeu largitate pertineant, *ut dicit Bald. in d. cap. 1. in princip.* & propterea viæ publicæ appellantur viæ regales. Viam autem publ. dicimus eam, cujus etiam ſolum publicum eſt, *ut l. 2. §. viam publ. ff. de via publ.* Item dic, quod via publ. dicitur certum ſolum limitatum, per directum certis finibus latitudinis, & publicatum per principem pro uſu publico meandi, vel eundi, qui habet jus publicandi, ſecundum Dom. Jacob. de Alvar. *in cap. 1. in princip. titul.* quæ ſint regalia. Item viæ vicinales, quæ in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt, publicæ ſunt quod ita verum eſt: ſi non ex collatione privatorum fundorum hoc iter conſtitutum eſt, *ut d. l. 2.* Vicinales quæ ex agris privatarum collatione factæ ſunt, quarum memoria non exiſtat, publicarum viarum numero ſunt, *ut l. fin. in pr. ff. de loc. & itin. publ. & not. gl. in l. 2. §. vicinales, in fin. in ver. publ. C. ne quid in loc. publ.* & adde quod ſtatim dicam de vicinali.

Et

18 Et * not. ſingul. quod ad probandum viam eſſe publicam, non ſufficit probare per teſtes, quod publicè ſeu vulgo per omnes itum fuerit per longum tempus: *ut probatur in leg. 2. §. ſumma cum utilitate, ff. de his, qui. deje. vel effud.* & ita etiam tenet per illum text. excellens D. do. Matthæ. de Matthesil. de Bononia, *in ſuis notabilib. notabili 93. quod incip. nota unum dictum ſingulare*, & idem vult ibi Bart. qui dicit per illum text. non ſequitur publice itur per talem locum, ergo via publ. Privatæ viæ dupliciter accipi poſſunt, vel hæ quæ ſunt in agris quibus impoſita eſt ſervitus, ut ad agrum alterius ducant: vel hæ quæ ad agros ducunt: per quas omnibus commeare licet, in quas exitur de via conſulari, & ſic poſt illam excipit euntem via, iter vel actus ad villam ducens: hæ etiam quæ poſt conſularem excipiunt euntes ad villas vel alios colonos ducentes, etiam publicæ dicuntur, id eſt, publicam naturam habent, *l. 2. §. privatæ, ne quid. in loc. publ.* Puto etiam quod via privata dici debeat illa quæ fit per dominum unius fundi, vel plurium, ſi ex ſuo fundo eam facit, & de hoc extet memoria, *ut not. gloſſ. in l. 1. ff. de loc. publ.* Item viæ vicinales etiam privatæ ſunt ut probatur, *in d. l. 2. vicinales*, dummodo extet memoria, quod ſint factæ ex agris privatorum collatione: *ut dict. leg. fin. & ibi hoc not. Bart.* Vicinales vero viæ ſunt, quæ ex agris privatorum collatione factæ ſunt, hæ dupliciter accipi poſſunt. Nam quædam ſunt viæ vicinales, quæ publicarum numero ſunt: ut illæ quæ ex agris privatis collatione factæ ſunt, quarum memoria non exiſtat: vel etiam ubi à publico ejus ſolum relictum eſt; quia tunc conſtat eam eſſe publicam: *ut eſt text. cum gloſſ. in d. l. fin. in princ.* & adde quod voluit Dyn. *Inſtit. de actio. §. præjudiciales, & quod dixi de via publica.* Quædam ſunt viæ vicinales, quæ ex agris privatorum collatione factæ ſunt, quarum extat memoria: iſtæ privatæ etiam dicuntur: *ut eſt text. cum gl. in d. l. fin. conjuncta l. 2. §. vicinales, ff. ne quid in loco publ.* & etiam vulgo conſortivæ ſeu conſortium appellantur. Et eſt differentia inter has vias vicinales, & militares publicas. Nam viæ militares exeunt ad mare, aut in urbem, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem exitum habent. Sed viarum vicinalium pars in militares vias, pars ſine ullo exitu intermoritur, *ut ex text. in l. fin. ff. de loc. & itin. publi.* Et prædictis notari poteſt, qualiter cognoſcatur via publica à vicinali privata & qualiter ſuper hoc debeat capitulari, & probari, & adde quæ dicam in tribus ſequentibus quæſt.

Quæro octavo * circa viam publicam, an ſit unicuique licitum ire per viam publicam, & ducere currum, vel plauſtrum, vel trabem, aut lapides? & dic quod ſic, *ut leg. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publ.* ubi dicitur, quod loca puplica privatorum uſibus deſerviunt, jure ſcilicet civitatis, & non quaſi proprio cujuſque. Et propterea dixi in quæſt. præced. viam publicam eſſe, cujus ſolum eſt publicum. Unde quidam advocatus hic male libellavit in quadam cauſa viæ quæ nunc pendet: dixit enim viam illam eſſe publicam: & proprietatem ad ſe ſpectare, quod not. ne erres. Et quod dixi, quod licitum eſt cuique ire per viam publicam, fallit. quando eſt prohibitum per dominum viæ, puta per principem: quia tunc non licet. Nam domini terrarum poſſunt prohibere, nedum ſuis, 19

ſuis, ſed etiam forenſibus, venire ad loca ſua, *argument. l. divus. ff. de ſervit ruſt. præd. & hæres, ff. de uſufr. leg. & l. ſicuti, §. Ariſto. ff. ſi. ſervit. vend.* ſecundum Bald. quid ita not. ſingulariter, *in c. 1. de no, form. fid. in uſib. feud.* qui ſubdit, poſtquam forenſes venerunt in territorium alicujus ſunt ſicut reliquus populus: & eſſet contra naturalem æquitatem, & bonum publicum ſi expellantur, *facit text. in auth. de quæſtoribus, in princ.* & ita etiam tenet dom. Jac. de Alva. ſequendo Bald. *in c. 1. ad fin. in tit. qualiter jus de vaſal. fide.* quod perpetuo tene menti.

20 Quæro * nono, an jus eundi per viam publicam poſſit præſcribi? Et breviter dic quod non, *ut l. viam publicam, ff. de via publica*, unde ſecundum gloſſ. ibi not. quod ſi eſſet aliqua via publica per quam non fuiſſet itum per aliquem, propter hoc non tolleremus jus eundi: *per illum text.* & ideo dicit ibi gloſſ. notabilis, quod non poteſt præſcribi via, ſeu jus eundi ad ſanctum Jacobum: & ſi diceremus aliter multis ire non liceret, & dicit quod hoc eſt ſpeciale contra regulam, *Cod. de præſcr. 30. annor. l. omnes.* Vel dicit quod eſt ideo quia videtur excipere, ſi alius impendit quod jus excipiendi non tollitur tempore, *l. pure, ff. de doli excep.* Et ſubdit ibi gloſſ. notabiliter quod etiam ſi per centum annos non itum fuerit favore publicæ utilitatis non præſcribitur.

21 Quæro decimo, * cujus ſit via publica? Dic quantum ad uſum, & privatorum, non quantum ad proprietatem, *ut l. 2. §. 1 ibi*, privatorum uſibus deſerviunt, jure ſcilicet civitatis, non proprio cujuſque, *ff. ne quid in loco publ.* facit quod dixi in 8. quæſtio. Sed quantum ad alios eſt dubium: an ſcilicet ſit illius tantum civitatis, vel loci in quo eſt, vel ſub cujus territorio exiſtat: an vero ſit civitatis Romanæ olim, & hodie principis, vel domini civitatis, vel loci? Et videtur quod ſit illius civitatis, vel loci tantum, *per dict. §. 1. ibi*, jure ſcilicet civitatis, *& ita tenet ibi gloſſ. in verſ. civitatis in princip. 8. videtur probari in dict. l. 2. in princip. cum gloſſ. in verſ. 1. quæ exponit, l. municiapali*, & ſic præſupponit, quod civitas poſſit ſuper hoc diſponere, & eſt gloſſ. de hoc in terminis, *in d. l. 2. §. viam, quæ incipit ut princeps, in fin.* quæ dicit, quod quælibet civitas habet juriſdictionem faciendi viam publicam. In contrarium videtur tantum civitatis Romanæ, aut hodie domini, aut principis illius civitatis, vel loci maxime non recognoſcentis ſuperiorem, ſicut eſt dominium Venetiarum, quia ſi via publica eſt, ergo non videtur poſſe ſpectare ad civitatem: quia bona civitatis alterius, quam Romanæ, abuſive dicuntur publica, ſola enim ea publica ſunt quæ populi Romani ſunt *ut l. bona civitatis cum leg. ſeq. de verb. ſign.* item quia text. *in dict. l. 2. §. 1.* dicere tacitè videtur, quo in dubio per excellentiam intelligatur de civitate Romana, *per §. ſed quoties. Inſt. de jur. nat. & gen.* & ita videtur tenere gloſſ. *in dict. §. 1. in verſi. civitatis, in fin.* Sed Bart. *in d. l. 2. §. 1.* concordat iſtas opin. dicens, quod iſta non repugnant: nam verum eſt, quod quælibet via publica principaliter ſpectat ad civitatem Romanam, per jura ad hoc allegata, & pro hoc eſt text. *in c. 1. in princ. in verſ. viæ publ. in tit. quæ ſunt regalia*, & ſpectant, ad regem, vel principem, *ut dixi ſupra in 7. quæſt.* Sed quælibet civitas habet jus in via publica ex permiſſione

ſione civitatis Romanæ, *ut probatur in d. 2. in princ. ff. ne quid in loc. publ. ibi, præterquam quod, l. conjuncta gloſſ. quæ exponit, l. municipali. probatur in l. prohibere, §. plane, ff. quod vi aut clam.* facit quod dicitur de jure civitatis, quod eſt approbatum regulariter à jure canonico, in quantum non contradicat, *ut 10. diſt. in adjutorium, & in c. fec. notant Canoniſt. in Eccleſia S. Mariæ, extr. de conſtit.* ex quo not. quod quælibet civitas videtur habere juriſdictionem faciendi viam publicam, & eadem ratione reducendi viam publ. in locis privatis, *ut not. Bart. in d. l. 2. §. 1. per gloſſ. ibi, quæ incipit, ſcilicet privati. & idem not. eadem l. 2. in princ.* Et ex hoc Barthol. *in l. 2. in princ. ff. ne quid in loc. publ.* dicit quod fuit de facto de quadam platea, quam commune vendere volebat, & videbatur quod non poſſet niſi per principem, *ut l. continuus, §. cum quis, de verb. oblig.* datum fuit conſilium tale, quod de hoc fieret ſtatutum ſcilicet quod vendatur, *l. per illum text, & per l. prohibere. §. plenè, ff. quod vi aut clam.* & hoc etiam voluit Bart. *in d. §. cum quis.* & ibi per omnes Dd.

22 Sed ut * quæſtio iſta melius intelligatur, ſubjicio aliam, videlicet an loca publica poſſint vendi, vel alienari & per quem, & quomodo? & videtur primo quod nullo modo poſſint alienari: quia non ſunt in commercio noſtro? *ut l. ſed & Celſus, in princ. ff. de contrahend. empt. & dict. §. cum quis.* niſi per principem *& voluit gloſſ. in d. § cum quis, & habetur in l. apud. Julianum, §. fin. ff. de legat. 1.* vel per regem, *ut in cap. 1. in princ. in tit. quæ ſunt regalia.* In contrarium videtur, *l. 2. in princ. ne quid in loc. public. & in d. §. planè.* Ergo in hoc ſic puto eſſe dicendum: Aut eſt princeps qui non recognoſcit ſuperiorem, & non eſt dubium, quod per ipſum loca publica alienari poſſunt, *per gloſſ. in d. cum quis, per d. l. apud Julianum, §. fin. per l. 2. in princ. ibi,* decretove principum tibi conceſſum eſt, *ff. ne quid in loc. publ.* & ita dixi *in l. inter publica, in 3. q. ff. de verb. ſignif.* Quod fallit, quando alienantur per metum puta alicui tyranno potenti, *argum. l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum act. non dat.* & tenet Bart. *in dict. §. planè.* Secundum fallit quando alienaret aliqua quorum donator eſſet in magna diminutione juriſdictionis regni ſui, & tunc non poſſet: *per c. intellecto, extr. de jurejur.* Sed ſi donaret aliqua, quæ non diminunt juriſdictionem, valeret, & donatio facta à rege præjudicaret ſucceſſori in regno, *ut in c. Abbate, de re jud. in 6.* & ita tenet Bart. *in dict. §. planè.* Aut iſte princeps recognoſcit ſuperiorem, & iſtum æquiparo civitati, & idem dicendum eſt de eo quod dicam de civitate excepta Romana; aut ergo eſt civitas quæ recognoſcit ſuperiorem, & tunc ſubdiſtingue: aut ſunt bona publica quæ ſunt in patrimonio civitatis, & non in uſu publico exemplum, ſicut ſunt molendina Bononiæ: & de iſtis poteſt civitas diſponere pro libito voluntatis, ſicut poteſt quibibet privatus de re ſua: ut eſt text. cum gloſſ. not. *in d. l. ſed & Celſus in princ.* & voluit etiam gloſſ. *in d. l. leg. inter publica, ut ibi dixi in 2. quæſtione,* & idem dicas de quacunque re quæ eſſet in uſu civitatis tantum, puta, ſi civitas haberet fundum, vel apothecas quorum redditus venerint in communi: quæ poſſent vendi libere per civitatem. Aut ſunt bona publica, quæ publico uſui ſunt deſtina-

ta,

ta, ſicut ſunt viæ publicæ, fora, theatrum, campus Martius, & pratum vallis, & tunc aut vult alienare iſta bona ſimpliciter, non concedendo aliquam legem, vel ſtatutum: & videtur, quod poſſit concedendo legem, ut ſupra dixi: ergo videtur quod etiam poſſit alienando: quia contractus factus ab illo qui habet poteſtatem legis condendæ habet vim legis: *ut habetur in l. Cæſar. Digeſtis de publ. & in l. donationes, Cod. de don. inter vir. & uxor.* volunt Bart. *in l. civitas, ff. cert. pet.* & iſtam opinionem, quod poſſit civitas ſine ſtatuto alienare bona publica, tenet Raph. cum. *in d. l. continuus, §. cum quis, de verb. oblig.* Sed Bartol. ibi tenet contrarium, & communiter Doctor. & Bald. *in l. 2. in princip. ff. in quid in loc. publ. in l. prohibere, §. plane, ff. quod vi, aut clam, & Dom. Paul, in d. Paragrapho cum quis*, ubi dicit, quod imo aliquando neceſſe eſt prius ſtatutum tollere, vel ſuſpendere, antequam perveniatur ad actum contrarium ſtatuto, & hoc videmus continuè obſervari, quando univerſitas aliquid facere voluit contra formam ſtatutorum: quia imo ſuſpendit ſtatutum, poſtea facit actum contrarium, de quo vide omnino per Bald. *in l. 1. Cod. ne fil. pro patr. & Canoniſtas in c. directo, extr. de præbend.* & ita feci hoc anno obſervari in collegio Doct. Paduæ, quod perpetuo tene menti, quia eſt optima cautela ad contraveniendum ſtatutis etiam juratis per illos qui ſunt de univerſitate, per hoc tamen non reſpondetur ad argum. Raph. dum dicit quod talis contractus habet vim legis, & ſic perinde eſt, ac ſi per leges ſtatutum eſſet, & iſta eſt communis, ego autem teneo opin. Bartol. *per tex. in l. 2. in princ. ff. ne quid in loco publ.* ubi vult, quod non ſit licitum aliquid in loco publ. immittere, vel damnum dare, niſi lege, hoc eſt, ſtatuto, ut gloſſ. ibi exponit, conceſſum ſit, nec obſtat quod dicit Rapha. quod contractus qui ſit per illum qui habet poteſtatem legis condendæ, habetur pro lege: quia illud procedit, quando contractus ſit ſuper res contrahentis, vel quando ſit per eum qui poteſt contrahere, ſed res publ. de quibus dixi, non ſunt civitatis, ſed principis, nec civitas habet poteſtatem contrehendi vel diſponendi de eis, quia ſibi hoc non eſt permiſſum à principe, niſi per viam ſtatuti, ſeu legis: *ut d. l. 2. in princ. ibi*, præterquam quod leg. Aut civitas vult alienare per viam ſtatuti: quia vult facere primo ſtatutum, quod locus publicus efficiatur privatus, & poſtea ipſum vendere. Bart. *in d. l. 2. in princip.* tenet quod poſſit, ut ſupra dixi Dom. Paul. de Caſtr. *in l. continu. §. cum quis, ff. de verb. obl.* tenet contrarium, dicens, quod ſi civitas recognoſceret ſuperiorem, non poſſet hoc facere ſine licentia ſuperioris.

Unde dicit, * quod civitas Paduæ 23
non poſſet tale ſtatutum facere, nec alienare ſine *a* licentia Dominorum a
Venetiarum, apud quos eſt omnis adminiſtratio, *b. l. 2. Digeſtis de con-* b
ſtitut princ. Ego autem firmiter teneo contrarium, videlicet opin. Bartol. *per text. cum gloſſ. in d. l. 2. in princ. ne quid in loc. publi. & per l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam.* quæ jura loquuntur non ſolum de civitate Romana, ſed etiam de aliis civitatibus, *ut dixi in q. præcedenti*, & ideo non debemus jura reſtringere ad civitatem, quæ non recognoſcit ſuperiorem: quia tunc perinde eſſet, ac ſi loqueretur de civitate Romana tantum: quod non eſt dicendum. Et ex prædictis infero aliquas concluſiones. Prima eſt, quod loca-

loca publ. unius civitatis, quæ ſunt in uſu publico, ut campus Martius, plateæ, & ſimilia, poſſunt vendi, vel alienari per civitatem, in qua ſunt, ſi non recognoſcit ſuperiorem: vel per ejus dominum ſimiliter ſuperiorem non recognoſcentem. Secunda concluſio, Princeps, vel civitas, recognoſcens ſuperiorem, poteſt ſtatuere quod locus publicus efficiatur privatus, & vendatur, vel ad alium uſum deputetur, *ut d. l. 2. in princ. ibi, decretove principum.* Tertia concluſio, per civitatem, vel dominum recognoſcentem ſuperiorem, non poſſunt vendi dicta loca publica ſine licentia ſuperioris. Quarta concluſio, per civitatem, vel dominum ſuperiorem recognoſcentem, poteſt fieri ſtatutum ſine licentia, vel authoritate ſuperioris, quod bona publica ſuæ civitatis efficiantur privata, & poſtea vendantur tanquam privata. Quinta concluſio, ſi concurrit civitas, vel dominus cum ſuperiore in alienando bona publica, vel in diſponendo, aut ſtatuendo de his, præfertur Princeps ſuperior, cujus hæc bona ſunt, *per cap. 1. in princip. quæ ſint regalia.* Sexta, & ultima concluſio, poteſt princeps ſuperior, qui non recognoſcit ſuperiorem alium, tollere civitati, vel domino inferiori poteſtatem ſtatuendi ſuper rebus publicis. Et eſt ratio, quia ex quo illa poteſtas, quam habet civitas diſponendi de rebus publicis, leges condendo, procedit aliàs, *ut leg. 2. in principio, ff. ne quid in loco publico,* poteſt per principem revocari: quoniam nedum lex poteſt revocari per principem, ſed etiam privilegium conceſſum etiam per prædeceſſorem ſuum, ac etiam poſtquam eſt ab aliis jus quæſitum, *ut leg. qui fundos, Cod de omni agro deſert. lib. 11.* ut ſingulariter not. Bald. ſecundum Nic. de Mar *leg. fin. 1en. col. Cod. unde libe.* ubi omnino de hoc videas. Ad tollendum tamen iſtud privilegium requiretur clauſula *non obſt. tali leg. puta, §. 2. ff. ne quid in loc. publ.* ex quo tale privilegium eſt in corpore juris clauſum, *arg. gloſſ. not. in auth. qua in provincia. Cod. ubi de cri. agi oportet, & gloſſ. in l. hæres abſens, in princ. ff. de judic.* quod eſt not. Poteſt addi ſeptima concluſio ex prædictis, videlicet quod civitas quæ etiam non recognoſcit ſuperiorem, poteſt bona quæ ſunt in patrimonio ſuo, non in uſu communi, ut ſunt molendina Bononiæ, alienare, etiam ſine authoritate ſuperioris: *per text. cum gloſſ. in l. ſed & Celſus, in princ. ff. de contrah. empt. & l. inter publica ff. de verb. ſignif.*

Quæro * undecimo principaliter, an per viam publicam ſit licitum privato ducere aquam ſimpliciter, vel per conductum ligneum, vel lapideum. Et dicas, quod non, niſi licentiâ principis vel civitatis, *in leg. ſervitutes, §. publico, ff. de ſer. & ibi not. Bart. in l. quominus ff. de flum.* 24

Quæro duodecimo, * an ſupra viam publicam licitum ſit facere pontes, ſeu ponticellos? Et dicas quod non per privatum: *ut l. 2. §. tractatus, ff. ne quid in loc. pub.* & ita tenet ibi gloſſ. & Bart. & probatur, *in l. fin. ne quid in flum. pub.* Sed permiſſu principis, vel civitatis hoc fieri poteſt, vel quando eſſet conſuetudo in contrarium: *ut dict. Paragrapho publico. & not. in leg. non ſolum in princ. ff. de nov. oper. nun. & not. Bart. in d. leg. quominus, in 13. q. & per Bald. in leg. item lapilli. ff. de re. di. & in l. juriſgentium, §. ſi paciſcar ſupra de pact. & per Ang. in leg. fin. de ſerv. de quo dic, ut dixi plene ibi ſupr.* 25

26 Quæro decimo tertio, an * via publ. poſſit per privatum occupari aliquo modo? Dicas regulariter quod non, etiam ſi hoc nemini ſit nocivum: *ut leg. 2. princ. ff. ne quid in loc publ.* & ideo non eſt licitum facere ſcalas in via publ. nec etiam primum, vel ſecundum gradum ſcalæ, *ut not. Ang. in d. l. fin. ff. de ſerv. ut dicit in lib. præced. de ſcalis*, eodem modo non licet hortulum facere, vel vineam plantare, vel aliquid aliud imponere: niſi per principem aut civitatem, vel conſuetudinem hoc permitteretur, quod not. & prædicta quæ dixi in his trib. quæſtionibus proximis de conceſ. principis, vel civitatis, intelligo niſi talis conceſſio eſſet cum incommodo vicinorum aut alicujus privati: quia tunc talis conceſſio non valeret, *argum. leg. quoties, C. de precib. Imp. off. & leg. nec avus Cod. de eman. lib.* & ita tenet gloſſ. *in l. ſervitutes, §. public. in verſic. incommodo, de ſer. & glo. in leg. 2. §. ſi quis à principe, in verſic. impetraverit, ff. ne quid in loc. publ.* Circa quod vide omnino quæ pleniſſime dixi ſupra de ponticellis, *verſic. ſed circa prædicta dubitari poſſet & in ti. de ingreſſu. ver. prædicta autem intellige, & ſupra de jur. in 6. fal.*

27 Quæro decimo quarto, * an via publica poſſit claudi? dic breviter, aut intervenit authoritas principis aut civitatis, aut illius cui rei pu licæ adminiſtratio conceſſa eſt, ut poſſit claudere, *l. ſervitutes, §. publico, ff. de ſervi. & l. 2. in princ. ff. ne quid in loc. publ. & l. quod principis, ff. de aqua plu. arc. & in l. prohibere, §. plane, ff. quod vi aut clam.* Aut non intervenit talis authoritas: & tunc aut talis via habet exitum ad aliam viam public. vel ad urbem, vel ad mare, vel ad flumen: *juxta leg. fin. ff. de loc. & itin. publ.* & tunc ſine dubio per privatos claudi non poteſt, *ut d. leg. 2. §. ait prætor, & §. prætor ait, & eſt text. cum gloſſ. in l. 1. ff. de loc. & itin. publ.* qui dicit, quod ſi aliquis viam public. clauſerit, cuilibet permittitur agere interdict. ut reſtituatur in priſtinum ſtatum, *ut d. §. prætor. ait.* Aut talis via non habet exitum: quia per eam forte itur ad certas domos: & tunc videtur quod poſſit claudi, quia illa via videtur eſſe vicinalis, & vicinis tantum ſervit: & ſic quorumdam privatorum vicinorum eſſe videtur, *per l. 2. §. vicinales, ff. ne quid in loc. publ.*

Ex quo poteſt inferri, * ſi domus 28 vel fundus, qui ſunt undique, eſſet unius tantum, ille ſolus poſſet dictam viam claudere, & vidi multos eſſe in hac opinione. Sed contrarium eſt verius, præſupponendo quod ſit via publica, vel vicinalis, ita tamen, quod non extet memoria, quod ſit facta ex collatione fundorum vicinorum: quia talis via videtur publica, licet appelletur vicinalis: ex eo quia principaliter vicinis deſervit: *ut dixi ſupra in 7. q.* Unde cum ſit via publica, & in uſu publico, & publice omnibus pateat, claudi non poteſt, *per d. l. 2. ff. ne quid in loco publ. & per leg. 1. §. ſi quis in ſpecie, & leg. fi. ff. de via publ. & leg. 1. cum gloſſ. de loc. & itin. pub.* & ita tenet. Ang. *in conſ. ſuo 18. quod incipit, reperitur iſta reformatio infra ſcripti tenoris*, qui ſubdit, quod quis poteſt dicere hanc viam non eſſe publicam cum exitum non habeat: non enim hæc attendimus, ſed hoc tantum, an ſolum ſit publicum, *pro quo tu allega. d. leg. 2. §. viam publicam.* Nec obſtat, quod dicatur vicinalis vel conſortiva: quia non ex eo, quod ſit vicinorum vel conſortium titul. proprietatis, ſed eo, quia principaliter deſervit vicinis & conſortibus: tamen in uſu publico non

non minus eſt niſi probetur quod extet memoria quod ſit facta ex collatione fundorum, quia tunc eſſet privata eorum, & per eos poſſet claudi, & non aliter, *per d. l. 2. §. vicinales, & per l. fi. ff. de loc. & itin. public. & per ea quæ dixi in 7. quæſtio. & ſupra de ingreſſu vel introitu, verſic. prædicta autem procedunt.* quod perpetuo tene menti, quia ſæpe de facto contingit.

29 Quæro decimoquinto, * quid ſi aliquis claudit vel taliter impedit, quod per eam iri non poſſit, an poſſit agi contra claudentem vel impedientem? Dic quod ſic, *ut leg. quibus diebus in princ. ff. de condit. & demonſt. & leg. 1. ff. de loc. & itiner. public. &* dicit *gloſſ. in d. leg. quibus diebus.* quod poſſum agere actione injuriarum vel negatoria. Bald. ibi tenet contrarium, quod quis non proſequitur intereſſe pecuniarum, vel patrimoniale pro quo dantur: & ideo dicit competere duntaxat judicis officium, *argument. leg. denunciamus, Cod. de his qui ad Eccleſ. confu. & leg. ſi ſervus, ff. quod cum eo, & ff. de offic. pro con. leg. fin. ita tenet. Dom. Paul. de Caſtr. in dict. leg. quibus diebus in fin. princip.* Ego plus dico, quod ſi aliquis clauderet viam publicam, cuilibet permittitur agere interdicto ut reſtituatur in priſtinum ſtatum, *ut l. 1. §. prætor. ait, ff. ne quid in loco pub. & dixi in quæſt. præced.* Quod tamen intellige, niſi eſſet clauſa authoritate principis vel ejus qui haberet poteſtatem alienandi, *ut dixi ſupra in 8. & 10. quæſt.*

30 Quæro decimo ſexto, aliquis clauſit viam, numquid poſſum propria authoritate clauſuram frangere? dic aut loquimur de via privata, quæ aut eſt clauſa per dominum viæ aut per alium. Si eſt clauſa per dominum viæ, nullus poteſt eam clauſuram rumpere, quia in noſtro licitum eſt pro libito facere, *ut leg. in re mandata. Cod. de mand.* niſi illa via jure ſervitutis, eſſet alteri obligata: & quia quando aliquis ædificat etiam contra debitam ſervitutem dummodo non ædificat in alieno ſed in ſuo tantum, non poteſt propria authoritate etiam per illum cui ſervitus deberetur deſtrui, *ut l. quemad. §. ſi protectum, ff. ad leg. Aquil. & l. ſi vitem, §. ſi ad jan. ff. quod vi aut clam.* Si vero alius quam dominus viam claudit, poteſt indiſtinctè dominus propria authoritate deſtruere, *ut probatur in d. §. ſi protectum, & in d. §. ſi ad januam.* Si autem eſt via publica, tunc dic quod non licet propria authoritate deſtruere, ſed debet agi interdicto, ne quid in loc. publ. *ut l. 2. in princ. & §. ait prætor. §. prætor. ait, ff. ne quid in loc. publ.* & de hac q. dic. ut dixi ſupra *in præce. lib. de ſerv. tign. immit. in 7. q. princ.* ubi pleniſſime examinavi iſtum art.

Quæro * decimo ſeptimo, quod ſi clauditur via publ. quæ eſt in una contrata, an alius de alia contrata, cujus parum aut nihil intereſt, poſſit agere ut deſtruatur dicta clauſura? dicas quod ſic, *ut d. leg. 2. ff. ne quid in loc. pub.* Et hoc tenet gloſſ. not. *in d. l. 2. §. pen. in verſ. actionis*, & ita tenet Ang. *in l. in provinciali, §. fin. ff. de nov. oper. nun.* qui dicit illam gloſſ. non eſſe alibi, & Joan. de Ana. *in c. qualiter & quando, in 2. col. extra de accuſ.* qui dicit, quod illa gloſſ. communiter tenetur per Dd. imo dicit plus quod etiam forenſes poſſent agere, *per d. l. 2. & ita not. Bart. Ang. & Dd. in d. leg. in provinciali, §. fi. & dixi ſupra de cloacis, in 7. quæſt.* 31

Quæro 18. * de quadam quæſtione, quæ fuit inter duas communitates, 32
quam ponit Bald. *in l. plures, C. de condi-*

inſer. de quadam via publica. per quam ibant currus utriuſque communitatis: cui ex dominis territorii debet hæc via applicari. & dicendum eſt quod dicta via eſt in promiſcuo uſu, nec dividi poteſt: quia quælibet pars diviſa eſſet inutilis ad exercitium viæ: & cujus effectus individuus eſt, ejus quoque ſubſtantia individua eſt, *argum. ff. de re jud. l. cujus effectus, & ff. communi divid. leg. arbor. ff. de veſtibulo.* Et maleficia ibi commiſſa ſyndicus utriuſque univerſitatis poteſt denunciare: nec eſt curandum in qua parte villæ, utrum magis verſus unum territorium, ſive latera unius territorii, quam verſus reliquum: quia tota via eſt in promiſcua juriſdictione. Et iſtæ communitates rediguntur ad inſtar duorum ſociorum, ſive duorum reorum credendi: unde ſi tranſeuntes per illam viam debent ſolvere pedagium, erit commune: quia ex re promiſcua & communi pervenit. Inquirendo tamen de maleficio ibi commiſſo videtur melior conditio occupantis. Et occupare dicitur qui totum uſurpat: & tamen hic habetur occupatio juriſdictionis, ubi prævento facit jus. *argum. ff. de offic. conſu. l. 1.* Et ſicut implere conditionem prodeſt ſoli implenti, *ut dict. l. ſi plures, Cod. de cond.* ita exercere juriſdictionem prodeſt ſoli exercenti, & ſolus præveniens intelligitur juriſdictionem e exercere. Alii dicunt, quod ſi in medio duarum civitatum eſt locus communis, & ibi fiat maleficium, quod poteſtas utriuſque civitatis habet cognoſcere: quia ejus territorium offenditur, *ff. de his qui dejece. vel effud. leg. 1. in fin. & leg. ſi vero, §. quod ſi ex mediano,* & ſic non eſt melior conditio prævenientis, ſicut in injuria facta pluribus, unuſquiſque injuriam ſuam proſequitur, & hoc eſt verius ſecundum Albert. de Cervio, & dicit Bald. *in d. leg. ſi plures.* Et è converſo, ſi villa tenetur emendare furta in ſuo diſtrictu, & in via communi duarum villarum eſſet factum furtum: quælibet villa tenetur in ſolidum, ſed una abſolvitur, altera liberatur, ut in dictis juribus: & ſic, quod commune eſt privatum activè, & paſſive in iſtis individuis, ſecundum Bald. *in d. l. ſi plures, & adde prædictis* quantum ad condemnationem, quod not. Alber. de Roſ. *in 2. parte ſtatutorum, q. 167. & q. 38.*

Quæro * decimo nono: ſtatuto cavetur, quod vulnerans in via publica, magis puniatur, quam ſi alibi vulnerat: aliquis percuſſit in via privata, per quam tamen iter publicè fiebat, an punietur ac ſi in via publica vulneraſſet? Et videretur quod ſic: *per leg. 1. §. ſumma cum utilitate, ibi,* dummodo per eam vulgo iter fiat, *Cod. de his qui deje. vel effud.* quia mens ſpectari debet, *ut l. g. 3. §. conditio. ff. de ædi. le.* ita tenet Angel. *in tract. ſuo de malefic. in tit. de pœn. & percu. & inſultu, verſ. item pu.* & eum ſequitur Alber. de Roſ. *in ſuo opere ſtatut. in 2. parte qu. 37. quæ incipit, ſtatuto cavetur quod vulnerans,* in contrarium tamen videtur quod illa via in veritate eſt privata, ut in q. præſuponitur, *& dixi ſupra eo. in 7. quæſt.* ergo ſtatutum pœnale loquens de via publica, non debet habere locum in privata: quoniam ſtatuta ſunt ſtricti juris, nec regulariter debent extendi, *ut leg. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt. & leg. 1. §. ſi is qui navem, ff. de exer. cum ſimil.* & maximè ſtatuta pœnalia, *ut notat. leg. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim.* & iſtam partem puto eſſe veriorem: quia quando ſtatutum eſt pænale & correctorium juris com-

communis, ſicut præſupponitur in caſu iſto, tunc non debet extendi etiam per identitatem rationis, *per not. per gloſſ. & Doct. in auth. quas actiones, Cod. de ſacro ſanct. Eccleſ & per not. eleganter per Bart. in l. 1. ff. ſolut. matrim. in 9. quæſt.* Secus eſſet quando ſtatutum declararet aut diſtingueret jus commune, quia bene tunc fieret extenſio per identitatem rationis, ſecundum Barthol. *in dict. l. ſi. conſtante.* Non obſt. *l. 1. §. ſumma cum utilitate, ff de his qui deje. vel. effu.* quia ibi fit extenſio per l. & in caſu noſtro fieret per hominem, quod non eſt dicendum per prædicta.

34 Quæro, * vigeſimò de alia quæſtione quotidiana, ſcilicet, ſtatutum eſt hic Paduæ, & etiam in multis locis quod ſi quis vendiderit fundum, poſſit cohærens ſeu confinis, ſeu collateralis *d* præſentare idem pretium, & vendicare fundum venditum ab emptore, modo aliquis vendidit fundum, & vicinus qui habet alium fundum propinquum via tamen publica interveniente, vult præſentare pretium vigore dicti ſtatuti, quæritur an poſſit? & dubium eſt in hoc, an talis vicinus dicatur cohærens & confinis aut collateralis, ita quod poſſit præſentare? Et videtur quod ſic, *per l. lacus, ff. de acquir. rer. dom. & per text. cum gloſſ. not. Inſtit. de rer. diviſ. in §. riparum, & verſic. adhærent.* ubi habetur quod ripæ fluminis dicuntur eſſe illorum, quorum prædiis adhærent, etiam ſi via publica ſit in medio. Item pro hoc, quia via publica media non impedit ſervitutem, licet aliud in locis privatis ſit, *ut leg. ſervitutes, §. public. ff. de ſerv. & l. qui ſella. § final. de ſervit. ruſt.* è contra, caſus videtur ad litteram, *in l. 2. §. finaeum, l. ſeq. ff. fini. regun.* ubi dicitur, quod ſi via publica ſit in medio inter fundum tuum & meum, confinium non intelligitur, quia via in confinio meo eſt via publica, magis quam ager vicini, & ideo vult ibi, quod non poſſit agi judicio fini. regun. quod inter confines competit & iſtam ultimam, puto veriorem eſſe. Et idem etiam dicas ſi flumen publicum eſſet in medio quia non dicerentur eſſe confines ſeu collaterales, *ut eſt text. in l. 5. incip. quia magis, ff. de fini. reg.* Secus ſi rivus privatus interveniret, *ut eſt caſus, in l. ſequen. quæ incipit, ſed ſi rivus.*

Et hanc * partem etiam tenet Bald. 35 *in lege, quadam lege Græca Frederici Imperatoris, quæ vocatur jus prothomiſios, in gloſſ. 2.* Nec obſt. *lege maritus, de acquiren. rer. dom.* ubi text. in fin. videtur velle, quod ſi inter fundum vicini & meum eſt via publica, & flumen deſtruxit fundum vicini, & viam publ. & poſtea retrocedit flumen, quod fundus vicini efficitur meus, non obſtante quod via quæ remanet, ſit in medio: quia ille text. fundat ſe in hac ratione in fin. quia etiam ipſa via eſt fundi mei & gl. intelligitur quantum ad emolumentum, non quantum ad proprietatem vel quantum ad commodum meum: quia ſi via deſtrueretur ex fundo meo deberet reparari, *per l. ſi locus, §. fin. ff. quemad ſerv. amitt.* ſed quoad alios effectus, ſecus. Et ideo quantum ad hoc ut fundus qui eſt ultra viam ſit cohærens, quantum ad hoc ut contra jus commune poſſit vendicari dicendum eſt, quod ipſa via impediatur, ne fundi dicantur cohærentes, & eodem modo reſpondeo ad gloſſ. *in §. riparum*, quæ potius probat contrarium, relata ad text. qui dicit quod ripæ ſunt ejus, cujus prædio adhærent, & gl. addit etiam quaſi dicat, ſi via vel flumen ſit in medio:

licet tunc non adhæret prædio quando via eſt in medio; tamen ripa ſua eſt.

36 Quæro vigeſimo primo, * quid ſi via communis eſt ad fontes agrorum vel caſtrorum, ad cujus juriſdictionem præſumantur prædia pertinere? Reſpondeo ſecundum Bald. *in l. ſi plures, Cod. de cond. inſer.* quod via communis diffinit loca ſecundum vicinitatem aſpectus. *Inſtit. de rer. diviſ.* §. *inſula, & vide quod not. Azo. in ſumma, C. uti poſſidetis.* Item medium eſt extremitatibus oppoſitum ſecundum Ariſt. ideo nulla extremitas prædicatur de medio. Item quod participat de contrariis, non eſt ſimpliciter tale, *ut ff. de leg. 2. leg. hoc legatum.*

37 Quæro * vigeſimo ſecundò aliquis legat, vel vendit fundum, vel domum, an videatur conceſſum, quod debeat habere viam ex fundo exterioris vel vendentis, vel duo ſunt fratres aut ſocii; dividunt unum fundum, an in dubio videatur actum, quod unus debeat habere viam per partem alterius? *Vide quæ pleniſſime dixi loco præced. in tit. de ſervit. itin. ſeu adi. ubi etiam dixi de itin. & act. ubi omnino vide*, & adde quod ſi aliquis vendit fundum, in quo habet capellam, quod capella non cedit, ſi hadet aditum ex publico. Sed Bart. ita dicit. *in l. ſi mercedem, paragr. 1. ff. de actio. empt.* per illum text. cui adde not. per Innoc. & Dd. *in cap. litteris extra, de jure patro.*

38 Quæro * vigeſimo tertiò, quid ſi via publica eſt aquis inundata vel aliter deſtructa, an poſſit iri per fundum vicini? dic quod ſic, *per leg. ſi locus*, §. *final. ff. quemadmod. ſerv. amit.* & numquid debeat vicinus de hoc debere pretium, gloſſ. ibi tangit, *ego dixi in loco præced. in 10. quæſt. princip. in fin. & ſupra de ſervit. in antep. quæſt. verſic. ſed quid ſi locus debens ſervitutem itineris eſt inundatus & ibi per qu. verſ. 7. quando via publ.* & adde quod iſto caſu ſi aliquis duceret pecudes vel animalia per fundum vicini, quando via publ. eſt deſtructa: non poteſt accuſari per vicinum de damno dato, ut not. Bald *in l. per agrum. Cod. de ſerv. & aqua, & vide ad hoc gloſſ. prim. diſt. omnes leges, in gloſſ. ma. in fi. & gloſſ. fi. in princ. l. maritus, ff. de acqu. rer. dom.* & hoc intellige, dummodo civiliter ducat animalia: ita quod à damno in quantum poteſt, cuſtodiat, *l. ſi cui, ff de ſerv. ſecundum.* Bald. *in d. l. per agrum.*

Quæro, * vigeſimo quartò quid ſi 39 aliquis in agrum vicini viam pub. rejecerit: an is per cujus fundum via publi. facta eſt poſſit agere contra eum: Dic quod ſic: quia poteſt agere actione viæ rejectæ ad ſuum intereſſe, ſcilicet quanti ſua intereſt quod via publ. per ſuum fundum facta non ſit, *ut eſt text. in leg. ſi in agrum, ff. de via publ.* quam actionem quidam dicunt eſſe proprium nomen actionis: & ita eſt in arbore actionum Joan. in ſpeciali circulo, & ita bene ſonat actio viæ rejectæ, ſicut & nomen alterius actionis, & ita tenuit Azo. *ut not. gloſſ. 1. in fi. in d. leg. ſi in agrum.* Alii dicunt, quod non eſt proprium nomen actionis, ſed eſt quædam abjectio, ſicut eſt actio de peculio, & quod dicitur, *in d. leg. ſi in agrum*, quod datur actio viæ rejectæ debeat exponi, id eſt, propter viam rejectam datur actio utilis, *leg. Aquil.* vel in factum, *ut not. gloſſ. in d. leg. ſi in agrum*, ſicut & alias datur actio de dolo, id eſt, propter dolum datur actio, ſcilicet mandati, *C. de do. leg. prima*, & illam partem tanquam ultimam, videtur ſequi Roſr. *in libellis ſuis juris civilis in tit. ſi vicinus per fundum* viam

Digitized by Google

viam rejecerit, *&c.* alias eſt rub. de actio, viæ rejectæ, & ita etiam tenet Bart. *in d. l. ſi. in agrum*, qui dicit quod iſta non eſt actio de per ſe, ſed eſt actio in factum ex hoc edicto, *ut per l. Aquil.* & intellige Bart. dum dicit ex hoc edicto, de edicto poſito, *in l. 1. de via publ. & itin. pub. reſic.*

40 Sed, * circa iſtam actionem viæ rejectæ quæram de quibuſdam pro ejus declaratione, quia eſt materia incognita. Primo quot ſint neceſſaria ad hoc ut competat iſta actio? Rofr. *in d. rubr. de act. viæ rejectæ*, dicit, quod tria ſint neceſſaria. Primum, quod viam pub. quis fecerit per fundum. Secundum, quod iſte fundus ſit vicini ſui: & idem ſi eſſet alterius privati. Tertium, quod propter hoc damnum ſit illatum illi vicino, vel domino, per cujus fundum via publica facta eſt, & hæc omnia colliguntur, *in d. l. ſi in agrum*, *ff. de via publica.*

41 Secundo quæro, * ad quid competat iſta actio? & videtur quod competat ad hoc, ut via publ. rejecta in agrum vicini, removeatur de fundo illo: ſed dic contra, quia imo competit ad intereſſe tantum, *ut eſt caſus in dict. leg. ſi in agrum*, & hoc tenet Rofr. *in d. tit. de act. vi. re.* & adde quod dicam in ſequ. hoc tamen fallit in caſu, quando via publica eſſet deſtructa, *per l. locus*, *§. fin. ff. quemadmod. ſerv. amit. ſecundum gl. ff. in d. l. ſi in agrum.* quam declara. *ut dixi ſupra in 23. quæſt. & in aliis locis ibi remiſſis.*

42 Tertio, quæro quid ſi agatur ad hoc, ut illa via removeatur. Dic quod non competit actio prædicta, ut ſtatim dixi, ſed poſſum ego, in cujus fundum via rejecta eſt propria authoritate claudere, ita quod plus inde tranſiri non poſſit, *per l. quemad. §. ſi protectum ff. ad leg. Aquil. arg. l. 2. C. de allu.* & ita Rofr. *in d. act. viæ re.* qui dicit, quod ita de facto ſæpe videmus: & adde quod dixi ſupra in 6. q.

Quarto quæro, * quid ſi egit quis 43 primo contra vicinum, qui viam publ. in fundum ſuum rejecit, & fuit conſecutus intereſſe ſuum per actionem viæ rejectæ: an poterit poſtea claudere viam? videtur quod ſic, *arg. l. Stichum aut Pamphilum*, *§. de loco, de ſolv.* Contrarium teneas, quod cum ipſe pretium habuit, & pretium loco rei ſuccedat, *ff. de petit. hæred. l. ſi & rem & pretium*, & dixi *in l. Labeo*, *§. Sabinus*, *& §. item ſi dominus*, *de verb. ſig.* ergo videtur habere fundum, ex quo habet pretium, unde viam claudere, & removere non poterit, & ita tenet Rofr. in loco præallegato. Item pro hoc cum competant domino fundi duo remedia: unum ad intereſſe, aliud ad rem impetrandam: unum intentando, alteri renunciare videtur, *juxta not. in l. quod in hæred. §. eligere ff. de tribut.*

Quinto quæro, * quid ſi aliquis re- 44 jecit viam privatam per fundum vicini ſui, numquid agetur actione præfata? Et videtur quod non: quia illa actio eſt inventa pro via publica. Rofr. tamen *in tit. præallegato*, *in fin.* dicit quod credit quod utilem actionem habere poſſit, & intentare etiam negatoriam, & ſi eſt dominus fundi, datur ſibi utilis negatoria, vel publicana: *ut l. ſi ego*, *ff. de public.* directa actio non datur pro via tantum publica: quia tunc non concurrunt verba & mens legis, *facit quod not. in l. tutori. C. de neg. geſt. & in l. ſi quis id quod in princ. ff. de juriſd. omn. jud.*

Sexto quæro, * quomodo debet for- 45 mari libellus in hac actione viæ rejectæ? Et dic quod debet formari iſto modo: Coram vobis, &c. compareo ego Philippus Alexand. de Velletto contra

contra & adverſus Antonium Falſepedatum, & dico, & expono, quod dictus Antonius in agrum meum viam publicam rejecit, ſeu immiſit: propter quod intereſt mea, ne via illa ita rejecta ſit, quare iſtud intereſſe meum peto, & ad hoc propono actionem viæ rejectæ, & hoc tenendo illam opinionem, quod competat dicta actio: ſed tenendo aliam opinionem, ſcilicet quod non ſit proprium nomen actionis, *ſicut dixi in* 1. *qu. hujus* 23. *q.* tunc retineas omnia in libello poſita, & adjicias: Et ad hoc propono actionem
f in factum, vel *f* utilem Aquiliæ, ita dicit Roſr. *in d. tit. de actio. via rejectæ.* Sed tu dicas, quod hodie in utroque caſu non eſt neceſſe, quod exprimatur nomen actionis: *ut notat. gloſſ. magna, in l.* 1. *in princ. ff. de eden. & ibi, per Dd. & not. per gloſſ. & Dd. in c. dilecti, extra de jud. in c. examinata: eod. titul.* & totius eſt, quod non inferatur nomen actionis in libello, ut notatur in dictis juribus, & maximè in caſu iſto, in quo ſunt opiniones, quod ſit proprium nomen actionis exprimendum.

46 Septimo, & ultimo quæro, * quomodo debeat actor, & reus formare poſitiones in hac actione viæ rejectæ? Dic ſecundum Roſr. *in tit. ſæpius allegato*: quia poſitiones actoris ſic fieri debent. Ego dico, quod via publica vadit, & ire debet per tales partes, vel recta via publica per illam: tu vicinus rejeciſti, vel immiſiſti per fundum meum. Item dico, quod per talem viam miſſam per fundum meum damnum mihi illatum eſt, &c. Poſitiones vero ſic fieri poſſunt: Et dico, quod via publica eſt, vel eſſe debet per tales partes, ſicut tunc eſt. Item dico, quod in partes illas, vel fines eſt fundus tuus. Item dico quod per talem viam publicam ita immiſſam conditio tua facta eſt melior: quia modo per viam & ſtratam publicam potes inde alimoniam vendere remeantibus, & per viam publicam tranſeuntibus.

Quæro 25. * an quilibet teneatur 47
munire, vel reficere viam? Dic duplex eſt via: una publica, alia privata: *ut dixi ſupra in 6. quæſt.* 1. *caſu*: quando via eſt publica, diſtingue: aut via eſt intra civitatem, & quilibet debet munire juxta domum ſuam; *ut l. ædiles, ff. de via publica, alias eſt in tit. ff. de loco publi. fru.* & ita tenet Bartol. *in leg. per Bithyniam, Cod. de jure. ne conco. lib.* 10. & idem ſi via publ. eſt per Burgos civitatis, *ut eſt text. cum gloſſ. in verſ. civitates, in d. l. ædiles in tantum,* quod nullum genus hominum excuſatur ab iſto onere: quia non numeratur inter ſordida munera, *ut l. abſit. Cod. de priv. do. Aug. lib.* 11. *& ibi per Bart.* niſi eſſet conceſſa vacatio munerum publicorum, vel papalis conceſſio, *g* ut g
non teneatur ad iſtud onus reficiendum, *ut l. qui muneris, de vac. mun. & not. gloſſ. & Bart. in d. l. abſit.* & ideo non excuſantur prædia principis, *ut ibi.* Et hoc tenet Andr. de Barulo, per illum text. & eſt text. *in leg. ad inſtructiones, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Item nec excuſantur Eccleſiæ, *ut ibi & in auth. de Eccleſ. tit. §. ad hoc ſancimus, col.* 8. quia eſt onus reale: ut dicit Bart. *in d. ad inſtructiones, & ſic. not.* quod res Eccleſiæ tenentur ad refectionem viarum publicarum. Non autem dicas quod ſola Eccleſia, id eſt, ipſe locus ſacer ſine aliqua poſſeſſione teneatur ad iſtam refectionem, quia non tenetur: ſed per poſſeſſiones tantum. Et ideo fratres minores non tenentur ad iſtud onus, nec etiam Eccleſiæ civitatis tenentur ad refectionem viæ, ſeu ſtilizare jura civitatis Bonon. quia Eccleſia

clesiæ, in nullius bonis: ſunt ſed parochia reficiet, ſecundum Jacob. Butr. & Bald. *in d. leg. ad inſtructiones.* Et quia illud onus reputatur eſſe onus fructuum: *ut l. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarii, ff. de uſufr. & d. l. ædiles,* ſequitur, quod poſſeſſiones ſteriles, quæ nihil reddunt de fruct. non tenentur ad iſtud onus, ſecundum Bald. *in d. l. ad inſtructiones.*

48 Sed adverte, * quia gloſſ. 16. q. 1. §. *novarum, alias in §. juxta in verſic. novis collationibus, in fin.* dicit regulariter quod non tenetur, *l. ad inſtructiones, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* quæ dicit, quod clerici tenentur ad inſtructionem itinerum: *& per hoc videtur text. in cap. non minus, de immu. Eccleſ. & in Clem. 1. eod. tit.* & hoc tenet Hoſt. *in ſumma, de immun. Eccleſ. §. quibus.* Ego vero credo illam gl. non dicere verum, h quoniam iſta ſunt munera realia: *h* ut dicit Bart. *in l. ad inſtructiones,* & non ſunt ſordida: ergo tenentur Eccleſiæ: *ut d. l. abſit.* Non obſt. *d. §. novarum,* quia ibi dicitur, quod Eccleſia non tenetur ad novas collationes, & ſic ad munera ſordida. Et iſtam partem, quod Eccleſia teneatur ad illa onera refectionis viarum, tenet Anton. de Butr. *in dict. cap. non minus,* ubi plene examinat iſtam materiam. Et ita etiam Card. Zaba. *in Clem. 117. quæſt. de vita & honeſt. cler.* dicens, quod *d. l. ad inſtructiones,* hoc expreſſe dicit, nec aliquod jus novum ſpecifice contradicit. Unde quod non mutatur, quare ſtare prohibetur? *l. ſancimus, Cod. de teſtam. & leg. præcipimus, in fin. C. de appellat. & allego hanc rationem ad idem,* quia leges civiles ſunt approbatæ per jus Canonicum, in quantum non contradicunt expreſſe canonibus: *ut probatur 10. diſtin. ſi in adjutorium, & capitul. ſequent. & notant Canon. in capitul. Eccleſia S. Mariæ, extra, de conſtitut.* & de iſta materia, an Eccleſia & alii teneantur ad refectionem viarum & pontium, vide per Dominum Petr. de Anchar. *de repet. capit. poſtulaſti, in 5. quæſt. extra de foro competent.*

49 Sed * quid ſi imponitur gabella pro plauſtris & curribus quæ ſolvitur ad portam pro refectione viæ, an Eccleſia teneatur? & dicas quod ſic, quia aliquid ſolvitur ex eo quod plauſtra deſtruunt vias, & oportet quod continuè reficiantur ex illa pecunia, & ideo ſicut Eccleſia tenetur ad refectionem viarum, *ſecundum quod ſupra dixi,* ita ad ſolutionem hujus gabellæ, ex qua reficiuntur viæ, ſecundum Jacobum Butr. & Bald. *in d. l. ad inſtructiones,* dicit tamen ibi Bald. quod ad hoc non poſſunt cogi per ſeculares, *& in Clem. prima de immun. Eccleſ.*

50 Item * quod ſi civitas vel villa vult facere unam viam de novo, & vult imponere onus propriè pro rebus, pro dicta expenſa viæ vel pontium, an poſſit imponi Eccleſiis? Bart. *in d. leg. ad inſtructiones,* dicit quod non, *per auth. item nulla communitas, Cod. de Epiſc. & cler.* niſi prædia eſſent tributaria, de quo vide præd. Bart. *in l. placet, C. ſacroſanct. Eccleſ.* Secundo caſu, quando via eſt extra civitatem: benignius tunc debet fieri refectio & injunctio expenſæ communis imponendo collectam *i* pro quantitate i patrimonii, *per l. Bithyniam, C. de immun. ne conc. l. 10.* & ibi hoc tenet Bart. hoc tamen fallit, quando dominus civitatis, vel alius ſuperior reciperet vectigalia à tranſeuntibus: & tunc ſuis ſumptibus eam viam deberet dominus vel ſuperior facere purgari & reparari, non autem ſumptibus ſubditorum, per regulam juris, qui ſentit onus, *& de reg. jur. in 6. & l. ſecundum*

naturam, ff. eod. tit. &c. ita tenet Joan. de Plat. *in l. unica, Cod. de ead. tol.* & pro hoc facit quod not. dicit Arch. 23. *q.* 3. *ſi peregrinus*, ubi dicit quod iſti Comites & Barones tenentur civitates ſuas, in quibus colligunt pedagia, & ſtratas tenere ſecuras à latronibus: alias tenentur emendare damnum de prædato, & idem ſequitur Bald. *in c.* 1. *in pen. col. princ. in tit. de his qui feud. dar. poſſ. & in c.* 1. §. *conventiculas. in* 2. *colum. de pac. jur. firm.* & Flor. *in l.* 1. §. *ſumma. ff. de his qui dejece. vel effud.* quod perpetuo tene menti. Secundo caſu prin. quando via eſt privata, & hoc poteſt eſſe duob. modis. Uno modo, via, id eſt, jus eundi, prout eſt ſervitus: & tunc convenit jus refectionis ei qui habet viam: ille qui habet ſolum, debet pati, *ut l. refectionis, ff. commun. præ. & dixi plene ſupra.* Secundo modo accipitur via privata, hoc eſt, facta eſt collationibus privatorum: & tunc idem quod illos privatos: quia ad eos pertinet refectio: *ut l.* 2. §. *viarum, ff. ne quid in loc. publ.* & hoc tenet Guil. de Cun. *in l. neminem, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & ſequitur Bart. *in d. l. per. Bithyniam.*

51 Sed * juxta prædicta quæritur an ſcholares vel qui conducunt domum, teneantur ad refectionem viæ? & quidam dicunt quod non, ſolet allegari, *l. ex conducto, ff. loca*, & ibi tenet Salyc. *in l. in ſumma, Cod. de pig.* dicas contrarium, quod tenentur ſolvere, & ſi non ſolvunt, poteſt via occupari, *ut l. ædiles, ff. de via publ.* & ſi ſolvunt, ſolvent expenſis locatoris: quia locatori imputabunt in penſione per actionem ex eo contractu, ſecundum Pet. & Cyn. *in d. l. in ſumma* & Bart. *in l. ædiles*, & ita tenet etiam Alber. de Roſa ſecundum Odofr. *in ſuo opere, ſtatu. in prima parte, q.* 136. quæ incipit, *ſtat. cavetur*, ubi vult, quod ſi eſt ſtatutum, quod quis ante domum ſuam teneatur ſolidare ſub certa pœna, quod inquilinus ſolvendo imputat locatori, & idem tenet Domin. Paul. *in l. ex conducto, in princ. ff. loca, & not. in l. ſi pendente.* §. *ſi quid cloaca, ff. de uſufr.* idem tenet Rofr. *in libel. ſuis juris civilis, in tit. de offic. jud.* quo prohibetur, ne aliquid fiat in via publ. in fine, qui dicit quod ad hoc competit offic. jud. *per. d. l. ædiles circa fin. & de iſto offic. jud. dic ut per eum, in d. titulo*, & *infra dicetur.*

Item * quid ſi eſſet emphyteuta ſeu livellarius, an teneatur reficere viam publ. ante domum ſuam emphyteuticam: Dicas quod ſic, expenſis ſuis, *ut l.* 2. *circa princ. in verſ. publicarum functionum, C. de jure emphyt. & ibi hoc ponitur per Albert. de Roſa. in d. q.* 136. & dicit idem de vaſallo, & eſt notandum, quia iſti dicuntur habere utile dominium, *ut d. l.* 1. §. *ſi ager. vect. vel emphyt. peta.* 1. *ibi ſi rei autem, & ibi not. in verſ. vend. de inveſt. de re, alien. fac. & nota gloſ. in l. ſi ut certo*, §. *ſi duobus vehiculum, ff. commod. & in c. cum Bartol. de re judic.* 52

Item * quid de uſufructuario, an teneatur, ad refectionem viæ? dic quod ſic, *ut l. ſi pendentis*, §. *ſi quid cloaca, ff. de uſufruct. & vide quod ibi not. & in l. hactenus, eod. tit. & l. qui concubinam*, §. *qui hortos, ff. de legat.* 3. *& quod notat. Bartbol. in leg. his verbis*, §. *idem reſpondit, eod. tit. & in l. fi. ff. de uſufr. leg.* ubi omnino vide, quod intellige niſi poſſeſſiones eſſent ſteriles, in quib. haberet uſumfr. ut ſupra dixi, poteſt princ. hujus 25. quæſt. principalis. 53

Item * quid de marito qui habet fundum dotalem juxta viam publ. quæ debet refici, dic, *ut habetur in l.* 4. §. 1. *ff. de impen. & adde quod ſtatim dicam.* 54

Item

55 Item * quid ſi aliquis habitet in domo gratis, an teneatur ad refectionem viæ, dic quod ſic: ſi refectio puta purgatio pertinet ad utilitatem momentaneam: ſed ſi ad perpetuam, ſecus, & *ita vult d. l. 3.* §. 1. & ita tenet Bart. *in dict. l. Æediles. ff. de via pub.* Ego puto quod ſi refectio debet durare pro tempore quo habitare debet gratis, k vel majori teneatur: alias non: *per d. l. 3.* §. 1. *& quod ibi Bart. & Ang. in l. divortio*, §. *quod in anno, & quod ibi not. ff. ſolut. matr.*

56 Item * an teneatur quis reficere viam ſi prius vult cedere domui quam habet juxta viam, *vide Bald. in addit. Specul. tit. de cenſi. & vide quæ dixi ſupra de puteo, verſi. ſed pone, quod quædam communitas*, & per ibi dicta, determinat etiam qu.

57 Item quæritur, quid ſi via publ. non eſt deſtructa ex antiquitate, vel caſu: ſed aliquis ipſam exaravit ſeu aliter deſtruxit: an vicini teneantur reficere? Dicas quod non: ſed ipſe tantum qui eam deſtruxit: *ut eſt text. in l. ſi in agrum. in fi. ff. de via publ.*

58 Sed quid ſi ille non eſt ſolvendo? dic quod vicini coguntur: *ut not. ibi gl. ſing. arg. d. l. Æediles.* §. *conſtruunt, & l. 2.* §. *viarum, ff. ne quid in loco publ. & dicit Lud. de Ro. in quodam ſuo ſingulari, quod incipit, Dic mihi viam deſtructam, &c.* quod illa gloſſ. eſt ſing. & non eſt alibi Item adde, quia ſæpe dictum eſt, quod quis tenetur reficere viam in civitate vel burgo. Nam intelligitur quatenus protendit latitudo domus ſuæ, *ita Angel. in ſingularum, in fin. Cod. de ædific. priv.* vel quatenus protendit latitudo cujuſcunque fundi qui ſit in civitate vel burgo verſus dictam viam publ. *argum. l. inter eos, ff. de acquir. rer. dom. & per l. adeo*, §. *inſula, eod. tit. & Inſt. de rer. diu.* §. *inſula*, Et dixi cujuſcunque fundi, quia quicunque fundus ſit in civitate vel burgo, idem juris eſt, ſive ſit domus ſive ſtabulum, ſive hortus, & ſive ſit fundus ruſt. ſive urb. quoniam in urbe & in burgis poteſt eſſe fundus ruſticus: quia non locus, ſed materia facit prædium urbanum, *l. urbana prædia, ff. de verbor. ſignif.*

Quæro vigeſimo ſextò, aliquis vult 59 reficere viam pub. an poſſit, & quomodo? de primo dic licet aliquis faciat in publico, tamen poteſt, *ut l. 1. ff. de via pub. refi. & not. ibi gl. in rub.* patet ex his quæ dicta ſunt in duabus quæſtionibus præcedentibus. Et nedum qui poteſt viam publ. reficere, ſed etiam purgare: quod eſt refectionis portio, *ut d. l. 1.* §. *ſed & purgare.*

Quod * no. pro ſtatutis loquentibus 60 de refectione viæ, ut comprehendatur etiam purgatio ſicut eſt auferre lutum ex via publ. Et purgatio proprie dicitur ad libramentum proprium redigere, ſublato eo quod ſupereſt. Et libramentum capitur pro modo & pulchritudine, *ut eſt text. cum gloſſ. in dict.* §. *purgare*, & ex eo quod dictum eſt, ſublato eo quod ſupereſt.

Not. * quod ille qui tenetur purga- 61 re viam, non ſufficit ſi auferat lutum ex via publica in medio, & projiciat in partibus vel in lateribus viæ, quoniam tenetur in totum rem auferre de via, *ut d.* §. *purgare. quod not.* Item etiam reficere dicitur, & qui aperit, & qui purgat: & omnis omnino, qui in priſtinum ſtatum reducit, *ut d. 1.* §. *reficit.* De ſecundo dic, quod ille qui vult reficere viam publ. debeat ad veterem latitudinem reſtituere: *ut d. l. 1.* §. 1. & non debet latiorem, neque longiorem, neque altiorem, neque humiliorem ſub nomine refectionis facere nec in via terrenam glaream ponere, aut

ſternere viam lapide quæ terrena ſit, vel è contrario de ſtrata terrenam facere: *ut eſt text. in d. l. 1. §. ſi quis in ſpecie.* Et in effectu ſub ſpecie refectionis non poteſt quis viam deteriorem facere impune: imo prohibendus eſſet, *ut d. §. ſi quis in ſpecie, & ibi etiam vide per gl. & Dd.* ubi prædicta verba declarantur.

62 Quæro * vigeſimo ſeptimò, ſi quis vult reficere viam publ. & ab alio impeditur, qua actione agetur contra impedientem? Dic interdicto de via publ. & itin. publ. reficiendo, & iſtud interdictum perpetuo datur & omnibus, & in omnes, & habet condemnationem in id quod actoris intererit: *ut d. l. 1. §. fin.*

63 Quæro * vigeſimo octavo, ad hoc ut illud interdictum competat contra impedientem reficere viam, quæ ſint neceſſaria: Roſ. *in libellis ſuis in tit. ſi aliquis vult reficere viam publ. alias in rubr. de interdicto ſi via pub. reficitur, in prin.* dicit quod quatuor ſunt neceſſaria. Primum eſt, quod via illa ſit public. vel iter publicum. Secundum, quod aliquis velit reficere. Tertium, quod reficiendo non mutetur ſtatus primitivus viæ publ. Quartum, quod alius te impediat volentem reficere vel purgare viam publ. *l* Et hæc quatuor probantur, *in d. l. 1. ff. de via publ. & iti. publ. refic.*

64 Quæro * vigeſimo nonò, quomodo debeat formari libellus in iſto interdicto? & Roſr. *in tit. præalleg* dicit, quod debet formari ſic: Coram vobis, &c. compareo ego Titius, conqueror de Sempronio: quia me volentem reficere, vel purgare viam publ. vel locum publicum, me prohibuit, & peto intereſſe pro tali violentia vel injuria, & ago contra ipſum: & ad hoc propono actionem in factum ſubrogatam in loco interdicti de via publ. & itin. publ. reficiendo: vel ipſum interdictum: *ut l. 1. ff. eod. tit.* Si autem propter illam refectionem vertitur ſpecialis & propria utilitas actoris, poteſt libellum concipere modo prædicto: & ei addere ſic. Et quia intereſt mea ſpecialiter propter domum meam non eſſe prohibitum, ideo illum meum intereſſe peto, & ad hoc propono interdictum prædictum, vel prædictam actionem in factum ſubrogatam in loco ejus & quod tale intereſſe poſſit peti, *dixi ſupra in quæſt. 27 in fin.*

Quæro * & trigeſimò quomodo debeant formari poſitiones actoris, & rei in iſto interdicto? & dic quod poſitiones actoris ita formari debent: Ego Titius dico quod via illa, locus ille, de quo quæſtio, eſt publicus. Item quod locus ille, vel via illa indiget refectione. Item quod reficiendo antiquum ſtatutum retinebam. Item quod me prohibuiſti, & adhuc prohibes. Iſta colliguntur, & probantur, *in l. 1. ff. de via publ. & itin publ. refic.* & patet ex ſupra dictis. Poſitiones vero rei ſic formari poſſunt: Ego Sempronius dico, quod locus ille, de quo eſt quæſtio, eſt Titii, & ponantur confinia ita, ut appareat ipſum non eſſe locum publicum. Item dico, ſi erat via publica, quod reficiendo volebas, & vis facere viam publicam latiorem, longiorem, altiorem, & humiliorem, quam ante fuerat. Item quod Sejus tantum tibi intulit violentiam, unde ego Sempronius debeo abſolvi: quia ſi tantum ille Sejus intulit violentiam, ergo nullus alius. Et hæ poſitiones ponuntur per Roſr. *in d. l. libello de interdicto, de via publica reficiendo & probatur in l. 1. ff. eod. tit. & ex his quæ dicta ſunt ſupra,* & hæc omnia quæ dicta ſunt 25. quæſt. not. diligenter: quia ponunt materiam refectionis, & adduntur his quæ dicta ſunt 65

ſunt ſupra, *in lib. præced. in tit. de reſtitutione.*

66 Quæro * trigeſimo primò, quid ſi aliquis ponit aliquid in via publica, vel ædificat, vel immittit eo caſu quo non poteſt; *juxta ea quæ dixi ſu. in 11. quæſt. cum quatuor ſequentib.* quo jure agetur contra ipſum? Dic interdicto, ne quid in loco fiat, *ut l. 2. §. 1. & §. ait prætor, & §. prætor ait, ff. ne quid in loco publ.* & iſtud interdictum proditum eſt ne quid in loco publ. vel via publ. itin. public. fiat: & ſi factum fuerit, quod tollatur, ut ibi: & ſic iſtud interdictum ex prima parte eſt prohibitorium, ex ſecunda reſtitutorium: *ut d. leg. 1. in princ. & §. hoc interdictum, & §. ait prætor.* Vel ſecundum Joann. And. ſunt duo interdicta. Unum prohibitorium, ſcilicet ne fiat. Aliud reſtitutorium, ut ſi factum fuerit, tollitur, ut not. Roſr. in libellis ſuis in tit. de interd. ne quid in loco publico.

67 Quæro, * trigeſimo ſecundò ſive ſit unum interdictum, ſive duo, quæ ſint neceſſaria ad hoc, ut iſta interdicta dentur? Dic ſecundum Roſr. quod novem ſunt neceſſaria. Primum eſt, quod via illa vel locus ille ſit publicus.

68 Qualiter autem via dicatur publica, * vel privata, aut vicinalis, *vide in l. 2. §. viarum, & §. vicinales, ff. ne quid in loco publico, & dixi ſup. in 7. quæſt.* Secundum, quod ponatur aliquid in loco publico vel via publica: *ut habetur in d. l. 2.* & in hoc tu adde etiam, quod licet non ædificem in via, ſed ædificem in meo: dum tamen ædificium in meo factum noceat in via, ſufficit ut habeat locum hoc interdictum: *ut d. l. 2. §. ſi quis in ſuo, & ibi hoc not. Bart. & vide etiam Barthol. in l. quominus, in 3. quæſt. 3. ff. de flumi.* Tertium quod non ſit appoſitum de licentia principis vel alterius habentis ad hoc poteſtatem: *in d. l. 1. in princip.* Quartum quod ſi eſt poſitum cum licentia principis vel alterius, fiat deterior: *ut dict. l. 2. §. merito: & §. ſi quis à principe.* Quintum, quod iſte qui agit hoc interdicto, non habeat ædificium in publico ſine licentia ſuperioris: alioquin non aget: *ut in dict. l. 2. §. idem ait, ſi in publico.* Sextum, quod id quod eſt poſitum ſtatim noceat vel nocere poſſit: *ut dict. l. 2. §. deinde ait prætor.* & ibi declaratur quando via dicatur fieri deterior. Septimum, quod ad hoc ut tollatur, neceſſe eſt ut noceat ædificium: & ſi melius ſit non tollere, ne urbs ruinis deformetur: non tollere, dico, niſi publicus uſus impediatur: *ut dict. l. 2. §. ſi quis nemine: & l. fi. eod. tit.* Item ſi non tollitur per interdictum, tollitur tamen officio judicis: *ut dict. §. ſi quis nemine, &c. l. fin.* Octavum, quod locus publicus fiat deterior, tunc locum habet interdictum: ſed ſi eſſet locus privatus alterius, tunc haberet locum utile interdictum: *ut dict. l. 2 §. eum. qu. & §. merito.* Nonum & ultimum ſufficit quantum ad hoc, ut habeat locum interdictum, ſive ipſe poſuit, ſive ab alio poſitum ſit; *ut dict. l. 2. §. hoc interdictum.* Sed contra prædicta opponitur, & videtur quod aliquo modo non habet locum hoc interdictum. Nam licitum eſt cuilibet ædificare & immittere in loco publ. *ff. de acquir. rer. dom. leg. ſtatuas.* Sed verum eſt quando ponuntur ſtatuæ, ſed non in loco public. vel ſi ſunt poſitæ in loco publico, non impediebatur locus publicus: & ideo quod poſitum eſt, tunc non removetur.

Quæro trigeſimo tertiò, * quomodo 69
formetur libellus in hoc interdicto,

 quan-

quando quis ædificavit in via publica, vel aliquid immiſit: vel ædificare aut immittere vult: & in hoc duo caſus principaliter ſunt de per ſe conſiderandi. Primus eſt, quando ex hoc læditur via publica, vel iter publicum. Secundus eſt quando propria utilitas tantum læditur: puta quia lumina tua obſcurata. In primo caſu libellus poteſt duobus modis formari. Uno modo, quando quis vult ædificare vel aliquid immittere in via publica; petitur quod non immittatur vel fiat. Alio modo quando id quod in via publica factum eſt, petitur ut tollatur. Primo modo poteſt ſic formari libellus ſecundum Roſr. *in loco prææallegato.* Coram vobis, &c. compareo ego Titius, & dico, quod talis vult ponere in via public. cujus tales ſunt confines, tale quid propter quod via publica deterioratur vel deformatur, puta faciendo pontem: unde peto ipſum prohiberi ne ponat, ad hoc propono actionem in factum ſubrogatam in locum interdicti, ne quid in loco publico. Sed vide quod iſta forma libelli non eſt bona: quia per hoc agitur ad intereſſe, *ut l.* 2. §. *hoc interdictum*, *ff. ne quid in loco publ.* quod intereſſe non poteſt eſſe, cum nihil factum ſit, & agatur, ut non fiat. Et propterea dicit Bart. *in dict.* §. *hoc interdictum*, quod iſtud interdictum non poteſt proponi, niſi quando aliquis incepit ædificare, ita quod habet aliquid inſtar operis: *ut ſtipulatio.* §. *opus*, *ff. de nov. oper. nunc.* ideo tunc poteſt agi ne fiat ad intereſſe, pro eo quod factum eſt. Et ita debet intelligi, d. §. hoc interdictum, & iſta materia, *facit pro hoc l. harum*, *& l. egi. & quod ibi not. ff. ſi ſerv. vend. & ideo ſecundum Bart. in d.* §. *hoc interdictum.* debes formare libellum iſto modo. Dico quod talis incipit ædificare in tali via publica ſeu in tali loco publico propter quod via publica ſit deterior vel iter publicum deterius: quare peto ipſum prohiberi iſtud opus facere, & cogi ad cavendum ne fiat, & ipſum condemnari ad intereſſe meum, pro eo quod factum eſt, ut probatur *in dict.* §. *hoc interdictum*, *& in* §. *ſi quis nemine*, *in dict. l.* 2. *ne quid in loco publico.* Et de iſta cautione vide text. cum gloſſ. *in l.* 5. *ibi & l. penult. eod. titul. & notat. in dict. l. harum*, *& dict. l. egi. & nota. per Bart. in l. ſi prius*, *ff. de nov. oper. nuncia.* Alio modo quando quis ædificavit, & unus vult petere, ut ædificium, vel immiſſum in via publica tollatur poteſt ſic formari libellus: coram vobis, &c. compareo ego Titius, & dico quod Sempronius poſuit tale quid in via publica propter quod eſt effecta deterior vel deformata, quare peto eum cogi & compelli ad tollendum & reſtituendum: & ad hoc propono dictam actionem in factum, &c. in ſecundo caſu principali, quando ex ædificio vel immiſſo in loco publico læditur tantum privata utilitas: puta quia lumina tua obſcurantur, debes ſic formare libellum: Coram vobis, &c. compareo ego Titius contra & adverſus Sempronium: & dico quod ipſe tale quid in ponte vult ponere vel poſuit vel in via publica, vel in loco public. cujus tales ſunt confines, quod lumina non obſcurantur: unde ne id fiat, ago contra ipſum, intelligendo ſecundum quod dixi ſupra, ſecundum Bart. vel ſi jam fecit, dicas, Ago quod removeatur, & ad id propono utile interdictum, ne quid in loco publico. Et dixi utile interdictum, & non directum: *per l.* 2. §. *eum qui*, *ff. ne quid in loco publ. & per id quod dixi in q. præced. in verſ.* 8. Sed contra iſtam ultimam formam libelli opponitur

tur & videtur, quod non poſſit de jure agi. Nam lumina tua poſſum obſcurare: *ut ff. de ſerv. urb. præd. l. ſi binarum, & Cod. de ſerv. l. altius.* Sed reſponde ſecundum Rofr. *in præallegat. tit. de interdicto, ne quid in loco publ. ante ſi.* quod lumen quod habeo à tuo loco privato, poteſt obſcurari, cum non debeas ſervitutem, ut dictis juribus. Sed ſi habeo à loc. pub. lumen, ſecus eſt: quia tunc obſcurari non poteſt: *ut ff. de damn. infect. l. fluminum*: §. *ult. & l. Proculus,* quod eſt notandum. De hoc tunc intellige, quando vis tollere mihi lumen quod habeo ex publico ædificando in loco public. quia tunc non potes dare mihi damnum etiam habita licentia à principe: quia illa licentia intelligitur ſine damno: *ut l. 3.* §. *merito, & §. ſi à principe, ff. ne quid in loco publico.* Sed ſi ædificares in loco tuo proprio non debente mihi ſervitutem, potes mihi auferre lumen, quod habetur etiam ex publico: *ut dict. l. altius, & l. ſi binarum,* quod bene not. Et addas his quæ dicta ſunt in lib. præced. in materia ſervitutis luminum, & ne luminib. officiatur. Sed adverte quia Bart. *in dict. l. 2. §. hoc interdictum, d. l. 2. ff. ne quid in loco publ.* ponit aliter materiam libelli. Nam dicit quod debet ſic formari. Dico contra talem, quod ipſe habet & tenet tale ædificium, quod eſt factum in via publica: propter quod dicta via fit deterior in tanta quantitate, & eſt veriſimile me damnificari in futurum in tantum: quare peto ipſum condemnari ad tollendum ipſum opus, & ad reſtituendam ipſam viam in priſtinum ſtatum, & ipſum mihi condemnari ad quantitatem prædictam: cum tantum interſit mea dictum opus factum non eſſe: & quatenus mea intereſſet pendente judicio: & hæc forma procedit, ſi is tenet ædificium in via publica, qui fecit. Sed ſi tenet alius, tunc debet concludi aliter, videlicet quod poteſt præſtare patientiam deſtruendi operis: & quod condemnetur quatenus actoris intereſt pendente judicio, ex eo, quod negat præſtare dictam patientiam, *per not. in dict. l. 2. §. hoc interdictum, el. prim.* Alii dicunt ſecundum Bart. quod hoc operatur intereſſe totius populi, quod ſibi non placet, quia ſecundum hoc non poſſet conſtitui procurator ab actore, quod eſt contra *leg. penult.* ſed pro intereſſe publico debet intentari actio à ſyndico communi, & hoc eſt *quod dicit text. in leg. 2. §. hoc interdictum, el. prim. quod actoris intereſt*: & ideo refert ſe ad intereſſe actoris, non populi.

Quæro præterea, * vigeſimo quar- 70
to loco, quomodo formari debeant poſitiones actoris & rei in hac materia, & in hoc interdicto? & dic, quod poſitiones actoris ſic formari poſſunt: Compareo & dico, quod via illa eſt publica, ſive locus ille eſt publicus, cujus tales ſunt confines & cæt. Item quod aliquid immiſiſti vel vis immittere ſine licentia principis vel ſuperioris. Item quod licet princeps tibi conceſſit ædificare vel aliquid immittere in via public. vel loco public. per talem immiſſionem vel ædificationem, incommodatur uſus meus ſeu domus mea. Item quod ego, qui ago hoc interdicto, careo ædificio poſito in loco public. Item quod id, quod impoſuiſti vel imponere vis, nocet vel nocere poteſt loco public. Item quod impoſuiſti vel vis imponere, eſt aliud quam domus, Item quod illa domus ſi quam ædificaſti in publico nocet multum loco publico. Item quod ſupra locum public.

blic.

blic. pontem poſuiſti. Item quod opus factum in loco public. tu poſſides. Item quod tuum opus quod feciſti in loco public. lumen quod habebam in loco publico abſtulit mihi. Poſitiones rei ſic fieri poſſunt: Compareo, &c. & dico quod locus ille vel via illa eſt
m vicinalis vel privata. *m* Item quod illud quod impoſui vel imponere volo, feci cum authoritate principis, & ex privilegio. Item quod id quod impoſui vel imponere intendo cum privilegio, eſt ſine incommodo alterius. Item quod tu qui proponis hoc interdictum, ædificaſti in loco publico. Item quod id quod ædificavi eſt domus, & ſine incommodo alicujus loci privati vel public. Item quod opus prædictum deſii poſſidere ſine dolo vel culpa. Item quod lumen tuum quod per ædificium obſcuravi, habebas à loco meo privato: & de his poſitionibus habes per Rofr. in tit. ſi aliquis ponit in via public. alias eſt, de interdicto, ne quid in loco publico, *& colliguntur ex his quæ dixi ſupra in 32. quæſtio.*

71 Quæro trigeſimo * quarto, dictum eſt ſupra in octav. qu. quod eſt licitum regulariter ire per viam public. & agere & ducere plauſtrum, quid ſi quis impediatur ab aliquo qui prohibere non poteſt, quo remedio ei ſuccurretur? Dic quod eſt proditum ſuper hoc interdictum, ut liceat ire vel agere per viam public. *ut leg. 2. paragr. fi. ff. ne quid in loco public.* & non reperitur alibi de iſto interdicto, niſi ibi ſecundum Rofr. in tit ſi aliquis vult ire per viam public. alias eſt in tit. de interdicto, ut liceat ire, agere per viam public. & de illo fit etiam mentio per gl. in tit. ff. ne quid in loco pub. & ad hoc ut competat iſtud interdictum, iſta ſunt neceſſaria. Primum, quod via ſit pub. & qualiter dicatur via pub. *dixi ſupr. in 7. q.* Secundum, quod ille qui volebat ire, agere per viam pub. prohibitus ſit, *ut d. l. 2. §. fi.* ſi enim per viam privatam aliquis vult ire, agere debet negatoria: *ut l. 2. ff. ſi ſerv. vend. & dicam in ſequen. quæſt.*

Circa illud interdictum, * primo quæro quomodo debeat formari libellus? Dic breviter. Ego dico quod talis me volentem ire, agere, vel ducere tale quid per viam pub. prohibuit & prohibet: *n* quare peto pronunciari, & ipſum cogi; quod me non prohibeat, & ad hoc propono interdictum, ut mihi liceat ire, vel ducere per viam public. vel actionem in factum ſubrogatam in locum ejus: *ut d. l. fin.* 72 n

Secundo quæro, * quomodo formentur poſitiones in hoc interdicto? dic breviter, quod poſitiones actoris ſic formantur, Ego dico, quod talis via eſt public. Item quod ibam per illam viam. Item prohibuiſti, & me prohibes volentem ire, vel agere, vel tale quid ducere per illam viam public. Poſitiones rei ſic fiunt è contrà. Ego dico quod illa via eſt privata Item quod illa via eſt mea. Item quod Titius tantum tibi intulit violentiam, & non ego. 73

Tertio quæro circa prædicta, * quid de his, qui colligunt pedagia ab his qui vadunt per viam public. an poſſint de jure prohiberi colligere, ſeu exigere per hoc interdictum: & Rofr. in præallegat. titul. dicit, quod credit quod ſic. Impediunt enim euntes per viam public. unde faciunt contra jura, niſi habeant privilegium à principe. *Cod. nova vectig. inſtit. non poſſ. leg. 2. & 3. Cod. de vectig. leg. certam.* Unde nec civitas per ſua ſtatuta, poteſt hujuſmodi pedagia imponere. *Cod. nov. vectig. inſtit. non poſſe, l. vectigalia,* nec aliqui 74

aliqui nobiles poſſunt impedire iter agentes, niſi habeant privilegium à principe: & à principe non debet concedi, niſi patria ſit tenuis: quia tunc de facili conceditur privilegium, *ut leg. 2. eod titul.* licet de facto contrarium faciant civitates, & nobiles, & potentes, ſecundum eum: & de iſta materia vide plene per Bartol. *in d. leg. vectigal.* quæ communiter non reperitur in lectione & per Baldum, *in capite primo, in titulo quæ ſint regul. in uſib. feud.*

75 Quæro * quarto quia ſæpe dictum eſt, quod agi poteſt pro via publica, an ad hoc per agentem poſſit conſtitui procurator: & in hoc diſtingue: Aut agitur pro privato commodo & intereſſe, & poteſt procuratorem conſtituere, *leg. licet. in popularibus, in princip. ff. de procurat.* ubi loquitur etiam de via publica, & not. *in l. ſi quis pro eo, in fin. ff. de fidejuſſo.* Aut agit pro commodo & intereſſe publico tantum: & tunc ante litem conteſtatam non poteſt: ſed poſt ſic: *ut leg. penult. ff. de pign. act. & not. in d. leg. ſi quis pro eo in fine.*

76 Quinto * quæro, numquid pro tali cauſa poſſit accedere fidejuſſor? Diſtingue ut dictum eſt de procuratore, *ut habetur per text. & gl. & Dd. in l. ſi quis pro eo, in fin.*

77 Quæro * trigeſimo ſextò & ultimò, quomodo debeat libellus formari ſuper via privata, quando dicitur, quod debetur ſervitus viæ, vide per dom. Pet. Jac. de ſancto Miniano, in quadam ſua ſumma ſeu practica, quam de libellis compoſuit anno 311. à qua ſumpſit originem practica novella Joan. Petr. de Papia, licet de ea non faciat mentionem: qui dicit, quod poteſt ſic formari, Coram vobis comparet talis, &c. & dicit & proponit contra Martinum, ut cum dictus actor eſſet in quaſi ſervitute viæ per talem fundum Martini, & ad talem vineam ipſius actoris, dictus Martinus ipſum actorem per vim vel dolo malo dejecit de prædicta quaſi ſua poſſeſſione. Quare petit, ut dictam ſuam quaſi poſſeſſionem reſtituat; vobis Domino judici ſupplicando ut dictum reum ad reſtituendam dictam poſſeſſionem, vel quaſi per veſtram ſententiam condemnetis. Vel dicas ita ſicut hodie conſuevit: Quare petit per vos, & officium veſtrum, quod ſi inconſequenter expediat, principaliter implorat, quatenus denuncietis & declaretis ipſum Martinum teneri, & obligatum eſſe ad mihi reſtituendam dictam quaſi poſſeſſionem o viæ & ipſum cogatis, & remediis compellatis ad reſtituendam dictam quaſi poſſeſſionem viæ: & prædicta forma libelli procedit, quando quis eſt expulſus per violentiam de poſſeſſione vel quaſi, & de expulſione viæ principaliter conqueritur. Si autem principaliter de expulſione viæ non conqueritur: ſed quia impeditur, quod non poſſit uti libere via, quia in ea turbatur: tunc poſſet agere interdicto uti poſſid. *juxta no. in leg. 1. Cod. uti poſ. Et vide circa prædicta quæ not. Barthol. in leg. ſi prius. ff. de nov. oper. nunc & not. per Dd. in §. æque. Inſtitut. de actio.* & quia dixi quod etiam quando via turbatur, poteſt agi & intentari interdictum uti poſ. quæro quomodo debet formari libellus hoc caſu? & dicit dom. Petr. Jacobi, *in ſua practica, in tit. ſuper ſervitute viæ principaliter turbatæ, debet ſic formari libellus*: Domine judex, ego conqueror de Petro: quia cum eſſem in quaſi poſſeſſione ſervitutis viæ per fundum Petri Puzi, cujus tales ſunt confines, &c. & talem vineam, ipſe turbat

bat, impedit me & vim mihi facit in prædicta quaſi poſſeſſione, nec permittit me uti via privata. *p* Quare ago contra eum, & peto ne me in prædicta quaſi poſſeſſione turbet, nec in ea vim mihi faciat, vobis domino Marco judici ſupplicando, ut condemnetis ipſum Petrum Puzi, ut deſiſtat à dicta turbatione & violentia: & quod de cætero amplius me non turbet: *ut probatur in leg. pen. ff. de ſervit.* Quidam tamen dicunt ſecundum eum, quod iſte libellus non procedit: quia pro ſervitute viæ turbatæ non competit interdictum uti poſ. ex eo quia promiſſum eſt de ea tuenda ſpecialiter per interdictum de itin. actu. privat; & illi dicunt, quod nec pro ſervitute aquæductus competit interdictum uti poſ. quia ſatis de hoc proviſum eſt ſpecialiter per interdictum de aqua quoti. & æſti. de rivis, & de fonte. Nec etiam pro cloacis competit. *Cod. uti poſ. leg. 1. princ.* quia ſpecialiter eſt proviſum per interdictum de cloa. & licet, *dict. l. pen. ff. de ſerv.* indiſtinctè dicat, quod pro ſervitute viæ, pro aliis ſervitutibus competunt interdicta quaſi poſſeſſoria, attamen glo. ibi exemplificat de itine. actuque privat. Sed præfatus dom. Petr. Jac. dicit *in loco præallegato*, quod videtur poſſe dici contrarium, videlic. quod imo etiam interdictum uti poſſ. competat pro ſervitute viæ: quia *leg. pen. ff. de ſerv.* indiſtinctè loquitur, ſcilicet quod competunt interdicta quaſi poſſeſſoria: ergo indiſtinctè debent intelligi etiam de interdicto uti poſſ. & ſimiliter gloſſ. etiam in fin. loquitur diſtinctè *leg. 1. in princ. ff. uti poſſ. & in leg. 1. §. fin. ff. de ſuperfic.* Nec videtur ſecundum eum, quod de jure una actio ſeu unum interdictum tollat aliud, niſi materia ſic aperte ordinaret expreſſe contrarium, ſicuti expreſſe dixi quod pro cloaca non competit interdictum uti poſſ. *ut d. leg. 1. in princ. ff. uti poſſ.* Bart. autem *in d. leg. in princip. in hoc articul.* an pro ſervitutibus competat interdictum uti poſſ. utile diſtinguit. Nam quædam ſervitutes quæ habent cauſam continuam, & pro illis competit interdictum utile uti poſſ. *ut d. leg. penult. ff. de ſervit. & leg. 1. in fin. ff. ſi ſerv. vend. & leg. & ſi forte, §. ſecundum, eod. titul. & leg. arbor. ff. communi divi.* Quædam ſervitutes quæ non habent cauſam continuam, ut inter & actus, pro iſtis non competit hoc interdictum, ſed recurrimus ad interdictum, *leg. 2. ff. de itinere actuque privato; & Bart.* in effectu tenet opin, gloſſ. *in d. leg. penult.* ſcilicet quod pro ſervitute viæ turbatæ non competat interdictum uti poſſidetis etiam utile, ſed interdictum de itinere actuque priv. quod not. ſcilicet ſcias formare libellum quando turbatur in poſſeſſione ſervitutis viæ vel alterius ſervitutis.

ADDITIO.

a *Interrup.* Interruptio ita fit contra præſcriptionem rei incorporalis, puta jurium per lit. cont. & alios modos aptos interruptioni, ſicut rerum corporalium, *text. eſt not. extr. de præſcr. cap. auditis in fin.* Et an interruptio præſcriptionis fiat per miſſionem in poſſeſſ. ex cauſa judicati: & an qui mittitur ex cauſa judicati: poſſideat, dic *ut per Bart. in l. à divo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re jud.*

b alt. *Licentia.* An licentia in actu requiſita ſufficiat, ſi poſt actum ſequatur vide Corn. 2. *vol. conſil.* 43. & 4. *volum. conſil.* 89. *inc. viſo.* & Alex. 2. *volum.*

volum. conſil. 62. *in* 2. *colum.* §. *tertio præſuppono.*

b *Adminiſtr.* Adminiſtratio legitima & libera eſt quando quis poteſt in judicio agere, & conveniri etiam extra judicium de aliqua re diſponere, *facit c. ex litteris, ver. probat. & ibi innoc. alleg. leg. ſecundum, in* §. 2. *Cod. de ju. calum.*

c *Juriſdictio.* Juriſd, tollitur contraria conſuetudine, & præſcriptione: ita dicit Innoc. *in cap. ad noſtram, in fin. de app.* & an juriſdictio quæratur, & probetur ex conſuetudine, vide Corneum *conſil.* 268. *in* 3. *volum.* Et juriſdictio delegata, an ſit odioſa, & reſtringenda, *in* 4. *vol. conſil.* 157. Et juriſdictio judicis an poſſit prorogari tacito conſenſu partium, *in* 4. *volum. conſil.* 30. & vide Alex. *in* 3. *volum. conſil.* 68. *& in* 4. *vol. conſil.* 35. *& in* 5. *vol. conſil.* 1. *in* 1. *col. in princ.* quando in uſu juriſdictionis plures domini ejuſdem caſtri non concordant, quid ſit agendum, Alex. *in* 5. *vol. conſil.* 25. *verſ. non obſtant, & ibi in ſeq. col.* an unum caſt. poſſit dividi inter duos, & quid in pluribus caſt.

d *Collatera.* Si ex forma ſtatuti proximiores collaterales poſſunt offerre pretium intra menſem à die publicati contractus, & conſequi rem venditam; quando incipiat currere terminus illius menſis, vide Alex. *in* 4. *vol. conſ.* 24. *per totum.*

e *Aliquis legat.* Si relinquitur una res, an cenſeatur relictum id quod in ea continetur: vide Corne. *in* 3. *volum. conſil.* 73. quæ veniant in venditione domus, vel fundi, vide Alexan. 2. *vol. conſil.* 134. *in* 3. *&* 4. *col. & conſ.* 226. *per totum.*

f *Actionem in factum.* Actio in factum datur, quod ceſſat dolus, & ſubeſt culpa, *leg. eleganter*, §. *idem Labeo, & ibi Bart. de dolo*

g *Conceſſio.* Conceſſio videtur facta de toto jure concedentis. *Bald. in l.* 1. *pen. col in ver. ſed quid ſi dominus, Cod. quando non pet. part. l. qui tabernas, ff. de contrahend. empt.*

h *Mun. real.* Mune rarealia quæ ſunt, vide Bart. *in l. reſcriptum*, §. *ſciendum ff. de mune. & honor.*

i *Collecta.* Collecta bonis mobilibus & ſtabilibus poteſt imponi. *Bart. in l.* 5. *col. verſi. item quæro pro collecta Cod. de mul. in quo lo. per l. forma, de cenſi. & l. fin. C. de imm. ne conce. lib.* 10. Bald. *in auth. defuncto, ult. col. in princ. ver. modo quæro, dicta ſtatutum, C. ad Tert.*

l *Gratis.* Habitans gratis in domo an teneatur ad refectionem, vel purgationem viæ? Reſpond. Bart. *in l. ædiles, ff. de via publ.* quod ſic. Et vide ſupra de ſervit. urban. *cap.* 59. tamen in purgatione momentanea, non in perpetua.

m *Viam publ.* Via debet purgari à vicinis habentibus domos, *juxta eam, leg.* 2. *& ibi Bart. & Dd. de via publ.* & via purgari dicitur, quando in totum tollitur lutum, non quando ponitur juxta viam, *leg.* 1. §. *purgare, de via publ. & per Alex. in l.* 2. *eod. tit. & quod not. in l.* 2. *C. de immun. ne conce. lib.* 10.

n *Vicinalis vel privata.* Via vicinalis eſt, ad quam faciendam vicini de proprio contribuunt: vel quæ in vicos ducit, *l.* 2. §. *vicinales, ff. ne quid in loc. publ.* Et quæ privatæ, & publ. quæ dicantur, *d. l.* 2. §. *prætor. &* §. *Viæ, ff. ne quid in loco publ.* quod publica dicitur ea, cujus ſolum eſt publicum: alias dicitur privata.

o *Prohibuit, & prohibet.* Prohibitio acquirit poſſeſſionem prohibenti ex non fieri, *leg.* 2. *C. de ſervit. Bald. in l. libertati*, 1. *col. C. de oper. l. ver. ſed certe*

p *Quaſi poſſeſſionem.* Quaſi poſſeſſio juris vel ſervitutis quæritur per patientiam etiam violentam. *Bart. & Alex. poſt. Dd. in l. 1. §. in operis, de oper. nov. nun. Ant. in c. olim. 3. de reſt. ſpolia. & quaſi poſſeſſio. & vide Alex. in l. 1. §. de itin. actuque priva.*

q *Uti via priv.* Uti quomodo ponatur, *Bart. in l. quibus dieb. §. fin. in 2. colum. verſ. quid de actione uti. ff. de cond. & demonſt.*

CAPUT IV.

De ſervitute aquæductus.

1 *Servitus aquæductus eſt jus ducendi aquam per fundum alienum.*

2 *Jus ducendi aquam per alienum fundum an ſit ſervitus realis, vel jus tantum perſonale, quomodo cognoſcatur?*

3 *Servitutes perſonales tantum tres ſunt, videlicet uſusfructus, uſus, & habitatio.*

4 *Jus ducendi aquam ex fundo ſuo ad fundum meum ſi quiſpiam mihi conceſſerit cauſa faciandi balneum tantum in fundo meo, in quo panni lavari poſſint: vel pro aliquo alio uſu: qui fundum meum non concernat: an tunc ſervitus realis vel perſonalis erit?*

5 *Jus ducendi aquam ex fundo tuo ad fundum meum ſi mihi debeatur: puta per fiſtulam cauſa ſerviendi familiæ meæ pro coquina, & equis, & aliis neceſſariis pro domo & familia mea, an erit tunc ſervitus realis, an vero jus perſonale?*

6 *Jus aquæ ducendæ ad piſcariam meam, vel ciſternam aut puteum, ſi mihi concedatur, an ſit ſervitus realis, an vero jus perſonale?*

7 *Jus aquæ ducendæ ad piſcariam meam, vel ciſternam, aut puteum, an ſit ſervitus ruſtica vel urbana?*

8 *Jus aquæ ducendæ ex fundo tuo ad hortum meum irrigandum, an realis ſervitus ſit?*

9 *Jus aquæ ducendæ ex fundo tuo ad hortum meum, &c. an ſervitus ruſtica vel urbana?*

10 *Fundus ruſticus aut urbanus quando dicatur?*

11 *Aquæductus in ſervitute quid veniat, & quid non?*

12 *Regula, In re ſua quilibet eſt moderator & arbiter, quomodo intelligatur?*

13 *Servitus aquæductus eſt ſicut anima intellectiva tota in toto & tota in qualibet parte.*

14 *Subjecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*

15 *Diſtributiones quotidianæ qualiter præſtandæ ſint?*

16 *Expenſas quotidianas viritim collegii prætor dare debet, dato quod unus pluſquam alter comederet: ut faciebat Bononiæ ſcholaris unus Polonus, qui ſolus comedebat tantum quantum quatuor alii.*

17 *Servitutis à principio conſtitutæ ſi fundus dominans aqua indigebat, & nunc ex aliqua cauſa non indigeat, an ſervitus in perpetuum competere deſinat?*

18 *Servitus aquæductus, ſi fundo meo qui eſt decem jugerum, debeatur, & poſtea auctus fuerit: an propter hoc aquæductus ſervitus creſcere debeat?*

19 *Servitutem aquæductus habens an rivum in ſervientis fundo facere poſſit, per quem aquam ad fundum dominantem ducat?*

20 *Rivum an quiſpiam ſimpliciter cavare poſſit?*

21 *Rivum, eſto, quod aliquis de jure vel ex*

ex permiſſione facere poſſit, an prædii dominantis dominus illum purgare & reficere poterit?

22 *Jus ducendi aquam per fundum alterius ſi quiſpiam habeat, quando & quomodo ipſam aquam ducere poterit?*

23 *Servitutis aquæductus in conceſſione, ſine alterius damno ſubintelligitur.*

24 *Aquæductus ſervitus quomodo acquiratur?*

25 *Aqua per ſeipſam fluens an præſcriptionem vel conſuetudinem inducere poterit?*

26 *Aqua ſi ex certo fundo ſuperiore oriatur, & per quendam alveum ad partes inferiores deſcendat, aquiſque aliquo modo pluvialibus adeo creſcat, ut in alveo contineri nequeat, an tunc ille qui eſt in parte ſuperiori, ripas ita elevare cogatur ut uſque ad mare diſcurrat?*

27 *Aquæductus ſervitutem totam quis habere & concedere poſſit, & quis etiam ad aquam ducendam cogi valeat?*

28 *Flumen privatum tribus modis poteſt dici alicujus eſſe.*

29 *Aquæductus ſervitus, cui vel quibus concedi poſſit?*

30 *Aquæductus ſervitutem ſi uni conceſſi, an alteri poſtea concedere poſſim?*

31 *Aquæductus ſervitutem ſi tu cui primo conceſſi, vis poſtea aliis concedere, an poſſis?*

32 *Aquæductus ſervitus, quomodo, qualiter, & quando, & per quem locum conſtitui vel acquiri poſſit?*

33 *Digiti menſura ſecundum Iſidorum quid ſit?*

34 *Fundi ſervitutis per quam partem aquam ducere poſſis, ſi non exprimatur; quid juris?*

35 *Aquæductus ſervitus ſi ex flumine debeatur, & ipſum flumen alveum mutaverit, quid juris?*

36 *Flumen ſi alveum mutaverit, jus aquæ uno impetu perditur, & tunc aliud flumen videtur.*

37 *Fluminis alvei per mutationem in caſibus, in quibus aquæductus ſervitus amittatur, an de æquitate reſtituenda ſit, ut ex novo vel novis alveis debeatur?*

38 *Flumen ſi ad antiquum alveum redierit, an ſervitus amiſſa reſtitui debeat?*

39 *Aquam ex flumine an cuilibet ducere licitum ſit per occupationem factam propria authoritate?*

40 *Bononienſes licite de flumine Recii aquam ducunt, quæ poſtea in Padum intrat.*

41 *Aqua ſi de unius molendino exeat, & alter eam capere velit, & ad molendinum ſuum ducere, adeo quod primum molendinum non impediat, an poſſit?*

42 *Forma ſeu formula, vallum, & ſeriola, an idem ſint?*

43 *Aquam ſi duo ex flumine publico ad fundum ſuum ducere velint, & ſe invicem impediant, quis præferetur?*

44 *Cautelæ ducendi aquam ex flumine.*

45 *Occupare vel ædificare incepiſſe, vel aquam ex pub. loc. ducere, quid remiſſivè?*

46 *Conſequentia non valet: aliquis habet poteſtatem vel jus ducendi aquam ex flumine publico vel privato, ergo habet ſervitutem aquæ ducendæ,*

47 *Aquæductus ſervitute quomodo, & qualiter quis uti poſſit?*

48 *Aquæ ducendæ ſervitutem ad molendinum ſi quiſpiam habeat, propter aquarum abundantiam aliud molendinum conſtruere non poterit.*

49 *Aquæ publicæ de ductu inter duo*

caſtella quæſtio erat inter ſe, fuit lata ſententia : demum imperator unum de illis caſtellis mihi conceſſit : numquid illam ſententiam ſervare tenear?

50 *Vicini incommoditas aquæ ducendæ quæ dicatur?*

51 *Fons ſi ex aliquo fundo orietur per tempus longiſſimum, cujus non extet memoria in contrarium : & aqua per inferiores partes diſcurrere cœperit, patientibus illis, quorum fons erat, an habentes ſuperiorem fundum, in quo aqua oritur, ipſam pro libito voluntatis ſuæ divertere potuerunt?*

52 *Longa conſuetudine veluti jure impoſita ſervitus videtur.*

53 *Patientiam ſolam qui permittit, nec per alia verba ſervitutem conſtituit, an ſervitutem conſtituere videatur vel ſe perſonaliter obligare?*

54 *Aquam duxiſſe jure ſervitutis vel jure ſimplicis facultatis, quando quis dicatur?*

55 *Servitus aquæ ductus præſcripta quanto tempore inducatur, & quæ, & quot ad iſtam præſcriptionem inducendam requirantur?*

56 *Sepem præcidere, mundare, vel mundari facere in fundo vicini, vel per vicini fundum aquam ducere, an ſervitutem arguant?*

57 *Aqua quando diſcurriſſe dicitur jure facultatis tantum, non autem ſervitutis?*

58 *Poſſeſſionem in juribus incorporalibus dare non eſt.*

59 *Differentia quænam ſit quantum ad tempus inter locū publicū & privatū?*

60 *Aquam ſi quiſpiam habebat jus claudendi certis horis, numquid ita claudere poterit, ut nihil, quod alias ſtillare conſueverat, ad partes inferiores ſtillare poſſit?*

61 *Aquam ducendi jus ſervitutis per fundum tuum ſi habeam, & per rivum apertum duxerim, & nunc rivum ſubterraneum facere velim, an poſſim?*

62 *Aquam ducendi jus per vicini fundum ſi quiſpiam habuerit, & duxerit per rivum, & demum velit novum canalem vel fiſtulas in rivo collocare, quæ numquam habuerit, an poſſit?*

63 *Aquam per fiſtulas vel canales ſi primo per vicini fundum duxerim, & nunc per rivum ducere velim, an poſſim?*

64 *De jure tertii regulariter apponere poſſum, quando juris agentis excluſivum eſt.*

65 *Vendito equo, quo caſu ornamenta, vendita videantur?*

66 *Fundum ſuperiorem ſi quiſpiam habuerit, in quo aqua naſcatur, quæ per ſubterraneos meatus ad fundum vicini inferiorem deſcendat : deinde revertatur ad fundum ſuperiorem, an fundi inferioris dominus eam impedire poſſit?*

67 *Aqua ſi diſcurrat à fundo Titii ſuperiori in fundo Sempronii inferiori per venas ſubterraneas : demum Sempronius fodit in fundo ſuo, & venas aperit ut tota aqua ad fundum ipſius Sempronii deſcendat, & deſinat ad ſuperficiem fundi Titii aſcendere, quid juris?*

68 *Aquæ ducendæ jus qui habet ſi aliam aquam admiſcuit, numquid prohiberi poſſit?*

69 *Statuto ſi cavetur ut quis poſſit ducere aquam ex fundo ſuo per fundum vicini medium, ad aliquem fundum ſuum inferiorem, ſolvendo vicino damnum cavationis, & quis velit ducere aquam per fundum vicini ad ſuum, in quo fundo vicini ſunt venæ aquarum, ſi aqua ſua cum*

cum vicini aqua miſceatur & utraque ad fundum inferiorem tranſeat, an poſſit?

70 *Privilegiatus & privilegii cauſa quando paris potentiæ fuerint, poſſidentis potior conditio eſt.*

71 *Aqua ſi ex fundo meo ſuperiori ad tuum inferiorem deſcendat, & totum fundum tuum inundet ex magna aquarum abundantia: quæritur an ego, qui ſum dominus fundi ſuperioris, aquam in fundo meo retinere cogar, faciendo foſſam, aggeres, &c. Secundo, poſito, quod non cogar retinere, an te inferiorem cogere poſſim, ut eam in fundo tuo recipias, vel patiaris, quod aqua deſcendat ex meo ad tuum, & ex tuo ad alium inferiorem?*

72 *Si per ſervitutis conventionem factum fuerit, ut ſuperior vicinus aquam in fundo ſuo retinere teneatur, vel inferior teneatur eam foſſa recipere: numquid ſuperior vel inferior teneatur purgare vel aggeres facere aut munire?*

73 *Servitutem qui debet, facere non cogitur, ſed pati.*

74 *Prædii dominantis dominus, an non ſolum cogere poſſit dominum prædii ſervientis, ut fundum ſuum purgari patiatur, ſed etiam dominus fundi ſuperioris ſervientis, qui jure ſervitutis tenetur habere foſſam in fundo ſuperiori, ne aqua noceat vicino inferiori ſi foſſa refectione indigeat, an poſſit contra dominum prædii dominantis agere, ut eam reficiat, ne fundo ſuperiori ſervientis nocere debeat?*

75 *Aquam qui excludit, quam naturaliter, & ſervitutis jure in fundum recipere tenebatur: ne in ſuum fundum veniat, ſed in alium derivetur, an aquæ plu. arcen. teneatur?*

76 *Servitutem ſi mihi conceſſeris ut opere manu facto aquam fluentem in meo ex tuo derivare poſſim, etiamſi tibi noceat, an intelligatur etiam ſi ultra modum noceat?*

77 *Fundus inferior, an aquam ex fundo ſuperiori ſupervenientem recipere teneatur, quando natura loci ſubeſt, nec pactio aliqua intervenerit?*

78 *Aquam propter inundationem ſi propria authoritate in rivo ſive fovea, vel in aggeribus coronellas feceris, ne aqua ſubabundans in fundum flueret, an impune eas removere poſſim?*

79 *Conventio quando nulla extat, nec loci natura ſervitutem imponit quid juris, ubi etiam quid ſervitus per vetuſtatem, ſeu præſcriptionem acquiſita operetur?*

80 *In aquarum ſervitutibus circa vetuſtatem, ſeu præſcriptionem, quantum temporis requiratur?*

81 *Servitus quando cauſam continuam vel diſcontinuam habere dicatur?*

82 *Aqua ſi ad vicini fundum per plures rivos diſcurrere ſolita fuerit, an in unum rivum tantum tranſmitti valeat?*

83 *De aquis quid ſervandum eſt, quando non eſt aliqua conventio, nec loci natura aliquid declarat, nec loci vetuſtas ſubeſt?*

84 *Aqua quando aliquid moderate, vel immoderate fieri dicatur?*

85 *Servitus aquæ ductus cui debetur, an cauſa aquæ ducendæ lapideum arcum facere teneatur?*

86 *Servitutem vel jus aquæ ducendæ habens an poſſit arcum ſeu pontem lapideum facere ſupra alium aquæductum alienum?*

87 *Servitutem itineris qui habet, an poſſit*

poſſit facere pontem ſupra locum, per quem aqua ducitur, invito eo, cui aquæductus ſervitus debetur?
88 Servitus cui debetur per rivum aquæductus in vicini fundo, ſi velit juxta pontem foſſam facere in qua aquæ congregentur, & ipſas poſtea per rivum ducere, an poſſit?
89 Aquæ ducendæ de rivo quis jus habet, an caniculum ſubterraneum, per quem aquam ducat, facere valeat?
90 Rivos manu tenere, & eos purgare, & aggeres reficere quis teneatur, & cujus expenſis?
91 Barones, & Comites, & alii ſuperiores colligentes pedagia, vectigalia, ſtratas ſecuras tenere debent.
92 In fundo ſi quiſpiam uſumfructum habeat, & alius proprietatem, & aliqua impenſa neceſſaria pro cloaca, vel ob aquæductus formulam occurrat, illa ad uſufructuarium, & non ad proprietarium ſpectat.
93 Aquæductus ſervitus qualiter retineatur, & in ea quis teneri debeat?
94 Flumine ex publico non perenni de prætoris æquitate ſervitus conſtitui poteſt.
95 Aquæductus ſervitus quomodo amittatur?
96 Aquæductus ſervitus propter fluminis inundationem, an pereat?
97 Poſſeſſio vel quaſi aquæ per majorem inundationem, ſicut poſſeſſio territorii, an perdatur?
98 Aquæ alterius per immiſſionem, de qua nulla ſervitus debetur, an aquæductus ſervitus amittatur?
99 Aquæductus circa materiam, quomodo in judicio procedatur?
100 In interdicto aquæ ducendæ libelli forma quæ ſit?
101 Poſitionum actoris forma in interdicto aquæ ducendæ quænam ſit?
102 Poſitionum rei, tenor in interdicto aquæ ducendæ qualis ſit?
103 Interdictum aquæ ducendæ ad hoc ut competat quæ requirantur?
104 Æſtas quando dicatur?
105 Interdictum de aqua quotidiana cur factum ſit, an ſit aliud ab interdict. de aqua æſtiva?
106 Interdictum de aqua quotidiana, an eo caſu competat, quo interdictum de aqua æſtiva?
107 Poſitiones actoris in interdicto de aqua quotidiana quomodo fiant?
108 Poſitiones rei in interdicto de aqua &c. quomodo fiant?
109 Libellus in interdicto de aqua ex caſtello, &c. quomodo fieri debeat?
110 Poſitiones actoris in interdicto de aqua ex caſtello, &c. quomodo fiant?
111 Poſitionum rei forma in interdicto de aqua ex caſtello, &c. qualis eſſe debeat?
112 Rivus, ſpecus, ſepta, & incile: quæ loca dicantur?
113 Interdictum de rivis ad hoc ut competat: quæ requirantur?
114 Rivum ſi reficere velim & adverſarius meus contra me negatoriam intentet, an refectione prohibendus ſim?
115 Libellus in interdicto de rivis, quomodo fieri debeat?
116 Libellum de aliqua aqua ſi quiſpiam per ſepta, vel caniculum, vel ſpecum de puteo concipiat, an in interdicto de rivis recte proponatur?
117 Poſitiones actoris in interdicto de rivis, quomodo fiant?
118 Poſitionum rei forma in interdicto de rivis, qualis eſſe debeat?

Servitus

1 Servitus * aquæductus eſt jus du-
a cendi aquam *a* per fundum alienum: *ut l.* 1. §. *aquæduct. ff. de ſerv. ruſt. prædior. & inſtit. de ſervit. in princip. verſ. aquæduct. & notat. Azo. in ſum.* & dicitur hæc ſervitus jus ruſticorum præd. *Inſtit. eod. in princ. & de reb. cor. & incor. in fin. l.* 1. *in princip. de ſerv. ruſt. præd.* & propterea ruſtica ſervitus appellatur, ut dictis juribus: & dicam in ſequanti qu. princ. & videtur jus, quia non in facto, ſed in jure conſiſtit quod eſt incorporale, *ut inſtit. de reb. cor. & incor. in fin.* Item dicitur jus ducendi, quod intellige ſive per fiſtulam, *b* ſive per quodlibet
b inſtrumentum fictile, *ut leg. Quintus, ff. de ſervit. ruſtic. prædior. & l. prius, §. placuit, ff. de aqua pluv. arc.* etiam ſi nihil in ſervitute conſtituenda comprehenſum eſſet, dummodo nullum damnum per hoc domino fundi ſervientis detur, *d. §. Placuit*: non autem duci poteſt per lapidem manu ſtratum: *ut ibi not. Azo. in ſumma in d. §. aquæductus*, circa quod vide quæ dicam in 9. quæſt. principi. Item dum dixi in definitione, aquam, ſubaudi, ſive inventam, ſive inveniendam: *ut leg. Labeo, ff. de ſervit. ruſtic. prædio. ut notat. gloſſ. Inſtit. eod in principi. verſic. aquæductus, & not. Azo. in gloſſ. præalleg.* Quod intellige, ut ſit ſervitus quando eſt inventa, non poſt: *ut leg. ſi ſerv. vend. & ibi hoc not. gloſſ. & in dict. l. Labeo, & Dd. ſequuntur.* Idem dixi in definitione per fundum alienum, quia ſine fundo non poteſt conſtitui ſervitus, *ut l.* 1. *ff. communia prædio & Inſt. de ſervit. §. inter ruſticorum, verſ. ideo autem, & dicam in ſeq. quæſt.* & alienum ideo dixi. quia in re ſua non poteſt conſtitui ſervitus: quia res ſua nemini ſervit. *l. in re communi, ff. de ſerv. urb. præd. cum ſimi.* alias non conſtituta ſervitute non poteſt quis aquam per fundum alterius ducere: *ut l.* 2. *de ſervit. & aqua facit l. per agrum eod. titul.* & ſi ducatur ſine domini voluntate poterit dominus fundi propria authoritate interdicere, & removere: *ut l. quemadm. §.* 1. *ff. ad l. Aquil.* niſi quis acquiſiviſſet jus ducendi aquam per fundum alterius ex præſcriptione, vel conſuetudine: *ut dicam in* 4. *principali*: quia jus aquæ, quod competit ex conſuetudine eſt fortius, quam illud quod competit ex pactis privatorum, *ut eleganter not. Bal. in tit. de pace Conſtant. in* 30. *qu. ſuper, verſ. ſalvo jure aquæ l. Ambrenſis*, & prædicta intellige in aqua quæ ſic duceretur volente domino, vel habeat poteſtatem ducendi à domino puta ab eo, in cujus loco oritur aqua, vel ab alio qui haberet poteſtatem concedendi: *ut dicam in* 5. *principali*, vel ſibi ex præſcriptione, vel conſuetudine acquiſiviſſet jus aquæ ducendæ, *ut dicam in* 4. *quæſtione principali*, aliàs non poſſet aquam ducere, *leg. aquam, Cod. de ſervit. & aqua.*

Secundo * principaliter quæro, quo- 2
modo cognoſcatur, an jus ducendi aquam per fundum alienum ſit ſervitus realis, vel jus tantum perſonale? In hoc puto ſic eſſe notabiliter diſtinguendum: aut quis habet jus ducendi aquam ex uno fundo ad fundum ſuum vel ex pacto, vel teſtamento, aut alio modo, aut quia habet jus ducendi aquam non ad fundum ſuum: qui nullum habet ad quem velit aquam ducere. Primo caſu ſubdiſtingue: aut tale jus non decet finiri cum perſona, & tranſit cum prædio, & dicitur ſervitus realis: puta ſi quis habet jus ducendi aquam per fundũ vicini ad fundum ſuum cauſa ipſum irrigandi: *ut l. pecoris cum l. ſeq. ff. de ſervit ruſt.*

 præd,

præd. & l. cum fundo conjuncta, l. conſtitui, §. ſi fundus eod. titul. Aut tale jus ducendi aquam debet finiri cum perſona: puta, concedo tibi, quod toto tempore vitæ tuæ tantum poſſis ducere aquam ex fundo meo ad fundum tuum cauſa ipſum irrigandi, & in hoc fuerunt opiniones inter gloſſ. priores. Nam Rog. tenet, quod hoc caſu ſit ſervitus perſonalis: *per text. in l. Mela §. fin. ibi ſervit. eſt perſonæ. ff. de alim. & ciba. lega. l. ſi mibi eod. tempore, §. fin. ff. de ſervitutibus ruſticorum prædiorum, & l. non ſolum, §. tale, ff. li. le. & l. ſi binas ædes, ff. de uſufruct.* & hæc opinio videtur probari ratione: quia ſervitus realis non perſonæ, ſed prædio debetur, *l. unus ex ſociis, ff. de prædio. & l. qui aliena, §. final. ff. de negot. geſt.* ſed ſi prædio deberetur non extingueretur cum perſona: imo tranſiret ad hæredem, & emptorem, *ut d. l. via conſtitui, §. ſi fundus*, ergo debet dici perſonalis ſervitus, non realis. Item quia ſervitutes reales ſolent eſſe perpetuæ, *ut l. forma, §. quamquam, de cenſi.* & hæc opin. refertur per gloſſ. *in dict. l. Mela. §. fi. in l. ſi quis binas & in l. pecoris præalleg.* & per Cyn. *in rubr. C. de uſufruct.* Sed contrarium videtur, videlicet quod talis ſervitus
2 ſit realis, c non perſonalis: *ut habetur in gl. in d. §. fin. & in d. l. ſi quis binas*, & hæc opinio probatur, *in dict. l. pecoris, in princ.* Item quia ſervitus quæ debetur ab uno prædio, dicitur eſſe prædialis, realis, & non perſonalis: *ut l. ſi quis mibi eodem tempore, §. fi. ff. de ſerv. ruſt. præd.*

3 Item * quod tres tantum perſonales ſervitutes, videlicet uſufruct. uſus, & habitatio; Et aliqui dicunt, quod eſt etiam miniſterium ſervorum: *ut not. gl. in d. l. ſi quis binas. & dixi plane ſupr. in 1. lib. verſ. poſtquam viſum eſt de ſervitutibus ruſtic*, ſed iſtæ non ſunt de illis: ergo debemus dicere, quia ſunt ſervitutes reales. Nec obſt. *leg. Mela. §. fi. & l. non ſolum, §. tale, cum ſim. ſupra alleg.* quæ videntur dicere talem ſervitutem eſſe perſonalem: quia debet intelligi, & exponi in ſervitute perſonæ, hoc eſt prædialis quæ finitur cum perſona, quando hoc actum eſt: & ſic dicimus perſonale, quantum ad hoc ut in concepta perſona reſpectu commodi finiatur, non ſui. Nam poſtea etiam durat: *ut dict. leg. ſi mibi. §. fin. & d. l. pecoris, cum l. ſequent. facit l. obligationem ferre, §. placet, ff. de act. & oblig.* & per hoc ceſſant rationes ſupr. pro parte negativa adductæ, & pro iſta opin. eſt caſus, *in l. 4. ff. de ſerv.* & iſtam opin. Joan. communiter ſequuntur Dd. *in locis præalleg.* Secundo caſu princ. quando quis habet jus ducendi aquam non ad fundum ſuum, quia nullum habet cui poſſit ſervitus deberi, an dicatur ſervitus, vel jus perſonale? & Rog. dixi: quod eſt ſervitus perſonalis, ſi hoc velit relinquens, vel conſtituens: *per dict. leg. Mela, §. final. & per l. Lucius, ff. de ſerv. ruſt. præd. & ita not. per gloſſ. in dict. §. final. & in l. ut pomum, C. de ſervit. & in l. pecoris, & ita tenebat Petro, ut refert Cyn. in rubr. Cod. de uſufr.* ſed gloſſ. tenet ſecundum Jacob. & Azo. quod non ſit ſervitus perſonalis, ſed potius quoddam jus perſonale, quod actione perſonali iſto pacto debetur: *ut d. l. 1. ut pomum, & in l. ut pecoris, & in leg. ſi quis binas, præalleg.* & hanc opinion. ſequuntur ibi communiter Dd. & hoc eſt utile ſcire an ſit ſervitus vel jus perſonale: quia ſi eſt ſervitus, competit confeſſoria illi, cui debetur ſeruitus: *ut l. 2. §. 1. ff. ſi ſerv. vend. & not. in leg. ſi prius. ff. de not. oper. nunc.* Sed ſi eſſet jus perſonale, competeret

teret

teret tantum actio perſonalis. Item ſi eſt ſervitus poteſt agi contra quemcunque poſſeſſorem fundi, *ut eſt caſus. in l. ſi quis diuturno, in fin. ff. de ſerv. vend.* Sed ſi non eſt ſervitus, ſed tantum jus perſonale, poteſt agi contra illum tantum, qui ceſſit illud jus, & non contra alium; *ut leg. Cajus, ff. de alim. & cib. leg. & l. fin. §. fin. de contrahend. emp. & habetur in l. final. ff. de nov. oper. nunc. & in leg. 3. §. opus. ff. de alie. jud. mut. cauſ. fac. & hoc tenet Bart. in d. l. Mela. §. 1. quib. omnib. adde quæ pleniſſimè dixi li. præcedenti in 1. part. in verſ. quomodo cognoſcatur quando ſit ſervitus realis, & prædialis, ubi omnino vide.*

4 Sed * circa prædicta poſſet dubitari, quid ſi aliquis conceſſit mihi jus ducendi aquam ex fundo ſuo ad fundum meum, cauſa faciendi balneum tantùm in fundo meo, in quo lavari poſſint panni, vel pro aliquo alio uſu qui non concernat fundum meum, an tunc erit ſervitus realis, vel perſonalis? Et videtur, quod non ſit realis, ſed ſolum jus perſonale: *per d. l. ut pomum, & per d. l. pecoris, cum ibi nota. per gloſſ. & Dd.* Item quia ſervitus realis dicitur illa, quæ ſit propter neceſſitatem fundi tui debentis ſervitutem: *ut l. ergo, ff. de ſerv. ruſt. præd. & not. per gloſſ. in l. 1. §. in prædiis, in verſ. ſunt hæ. in fin. eod. tit. & dicam in ſeq. quæſt. princ.* ergo iſta non poteſt eſſe realis: quia non debetur pro neceſſitate fundi, ſed pro perſona tantum. Et propterea non videtur quod ſit etiam ſervitus perſonalis per ea quæ ſupra dicta ſunt. Ergo tamen puto, quod imo ſit ſervitus prædialis, & realis, quia prædio debetur, in quo eſt balneum, vel lavellum, *& pro hoc alleg. gloſſ. in l. 2. verſi. cloacam, ff. de ſer. ruſt. præd. & gl. in d. l. pecoris, ut collig. ex illo verbo,* Maxime, & patet etiam hoc ex his quæ dicam in ſeq.

5 Sed * quid ſi debetur mihi jus ducendi aquam ex fundo tuo ad fundum meum, puta per fiſtulam cauſa ſerviendi familiæ meæ, puta pro coquina, & pro equis, & aliis neceſſariis pro domo, & familia mea, an erit tunc ſervitus realis, an jus perſonale? & difficultas videtur in hoc conſiſtere: quia aut diximus, quod tale jus debebatur domui meæ, & erit jus tantum perſonale per ſupradicta. Et videtur quod potius debeatur mihi, & ſic ſit jus perſonale, quia principaliter illud ſit propter me et familiam meam, & non propter fundum, licet ſit in fundo: ideo videtur quod debemus attendere, quod principaliter ſit: *ut l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet.* Ego credo quod potius ſit ſervitus realis, quia debetur fundo meo: & licet perſonæ commoditas quæratur, prædii tamen dicitur. Unde jus prædii potius quam perſonæ conſideratur: *ut leg. qui aliena, §. fin. ff. de neg. geſt. & l. via conſt. § ſi fund. ff. de ſerv. ruſt. præd. & pro hoc vide gl. in l. 1. §. in præd. quæ incipit, ſupradicti ſunt nominata. ff. de ſerv. ruſt. præd. facit quod dixi in quæſt. præcedenti.*

6 Item * quid ſi concedatur mihi jus aquæ ducendæ ad piſcariam meam vel ciſternam, aut puteum, an ſit ſervitus realis, an jus perſonale? & teneo quod ſit ſervitus realis: ex quo debetur ex fundo, quando piſcaria, puteus vel ciſterna ſunt pars fundi: *ut l. 1. Julianus, § ſi cum duobus, cum l. ſeq. ff. de act. empt. & patet ex dictis ſupra.*

7 Sed tunc inſurgit dubium, an iſta ſervitus realis ſit ruſtica, vel urbana. De quo dic in proxima q. ſeq.

8 Ultimo quid ſi debetur jus aquæ ducendæ ex fundo tuo ad hortum meum irrigandum, an ſit ſervitus realis: & dicendum ſine dubio, quod ſic:

quia debetur à fundo, & propter neceſſitatem fundi dominantis, *ut probatur, in l. ergo, ff. de ſerv. ruſt. præd. & patet ex prædictis.*

9 Sed * dubium eſt, an talis ſervitus ſit ruſtica, vel urbana. in quo ſic breviter concludas. Aut uterque eſt fundus ruſticus, & erit ruſtica ſervitus: aut uterque urbanus, & erit urbana, *ut l. 1. ff. communia prædiorum ſimil.* Aut unus eſt fundus urbanus, & alius ruſticus, & tunc judicatur ruſtica. vel urbana, habito reſpectu ad fundum cui ſervitus debetur, quia ſi ille eſt urbanus, dicetur urbana: ſi eſt ruſticus, dicetur ruſtica, *ut not. gloſſ. not. in l. 1. in ver. aream ff. de ſerv. urb. præd. & ibi hoc tenent Dd. & Angel. in d. l. pecoris.* De quo vide pleniſſimè, in lib. ſuperiori in 4. diviſione pr. ſervitutis & dixi etiam ſupra de ſervitute projiciendi, in princ.

10 Quando * autem dicatur fundus ruſticus, vel urbanus, *vide in d. 4. princ. diviſionis ſervitutis, verſic. quæ autem dicantur urbana prædia, & ruſtica, ubi omnino vide*: & non omittas, quia per ea quæ ibi dicuntur, declarantur ſupra ſcriptæ quæſtiones: & ex prædictis colligi poteſt, quod jus aquæ ducendæ, licet ſit principaliter ruſtica ſervitus: *ut dixi ſupra in princ. in diffinitione hujus ſervitutis*, tamen etiam poteſt eſſe urbana, quando ſcilicet debetur fundo urbano, ſicut dixi ſupra de ſervitute protegendi, & de ſervitute oneris ferendi, quæ poſſunt eſſe ruſticæ & urbanæ, & dicam etiam infra de ſervit. ut liquet altius in princ.

11 Tertio principaliter quæro, quid contineatur, & veniat in ſervit. aquæductus, & quid non? Circa quod dicas primo, quod veniunt omnia quæ in diviſione ſervitutis ſupra in princ. dicta ſunt. Item venit aqua tunc, quatenus eſt opus fundo dominanti, *ut l. ergo, in fin. ff. de ſerv. ruſt. præd.* & iſtud eſt regulariter omnium ſervitutum realium, ut ſecundum indigentiam prædii dominantis conſtituantur, *ut not. Barthol. ff. de verb. oblig. l. eadem, § Cato. in 6. qu. in princ. & l. ſtipulationes non div. in 4. quæſt. princ. per dict. l. ergo*, nec fundo ultra quam ei opus eſt ſervitutes reales conſtitui poſſunt, *ut not. gloſſ. in l. 1. §. in prædiis, in gloſſ. in final. ff. de ſerv. ruſt. præd.* & ideo ſi conceſſa eſt uni ſervitus aquæductus per me, poſſum etiam poſtea alteri concedere aquæductum, ſi aqua ſatisfacit utrique *ut l. 2. §. aquæduct. ff. de ſerv. ruſt. præd. & l. Lucio, ff. de aqua quotid. & æſti. & dicam, in 6. q. pr.* Sed ſi eſt mihi conceſſa ſervitus aquæductus pro fundo meo, non poſſum eam pro alieno fundo concedere, quia ſervitus quæ debetur fundo meo, intelligitur ſecundum neceſſitatem fundi mei, & non alius *ut d. l. ergo. §. fin.* & de hoc eſt caſus, *in l. ex meo, §. de ſerv. ruſt. præd.*

Nec obſtat * ſi dicatur, ſervitus 12
mihi conceſſa per alienum fundum eſt mea: ergo de ea diſponere poſſum, ſicut volo: quia regula eſt, quod in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, l. *in re mand. C. mand.* quia illa regula procedit quando quis diſponit de eo, quod eſt ſuum libere, at hoc habet certam formam, videlicet ut mihi debeatur pro neceſſitate fundi mei tantum, à qua forma recedere non poſſum. *l. cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact. cum ſimilib.* & in hoc non habet locum regula, *dict. leg. in re mandat. ſecundum Bart. & Flor. in d. l. ex meo.* Et quod dixi, quod aquam debitam fundo meo, non poſſum alteri fundo concedere, intellige antequam ingreſſa ſit in fundum meum, cujus ſervitus eſt conſtituta, ſed

ſed

ſed poſtquam eſt ingreſſa poſſum ducere ad alias partes, & alteri concedere pro libito voluntatis, niſi nocitura ſit ei fundo ex quo ducitur, *ut l.* 1. §. *illud, ff. de aqua quot. & æſti. & not. gloſſ in l. cum eſſent.* §. 1. *in gl. fi. quam omnino vide eod. tit.*

13 Item * in ſervitute aquæductus hoc continetur, ut omnibus partibus fundi dominantis acquiratur, *ut l. via conſtitui*, §. *quæcumque ſervit. ff. de ſerv. ruſt. præd.* & ideò dicitur eſſe tota in toto, & tota in qualibet ejus parte, ſicut anima dicitur eſſe tota in toto corpore & tota in qualibet ejus parte, *ut no. Bart. in l. ſtipulationes non divi. in* 3. *col. ff. de verbo. oblig. t.* Et ex prædictis infert ad plus concluſiones. Prima eſt, quod ſi fundo meo debetur ſervitus aquæductus illud jus ſervitutis eſt totum in toto fundo meo, & totum in qualibet ejus parte. Secunda concluſio eſt, quod licet illa aqua ſit magis utilis, vel neceſſaria uni partium dicti fundi mei quam alteri parti, non conſideratur iſta major utilitas, vel neceſſitas à qua eſt tota iſta ſervitus d in qualibet parte fundi *d* mei dominantis, *ut eſt text. in l. ſi partem fundi, ff. de ſerv. ruſt. præd. & ibi hoc not. per Dd. & vide quod dicam in ſexta concluſione.* Tertia concluſio, ſi venditur certa pars fundi, cui debetur ſervitus aquæductus, illa ſervitus debetur etiam illi parti fundi alienati: & debetur inſolidum pro indiviſo, *ut d. l. ſi partem fundi.* Quarta concluſio eſt, quod commoditas, ſeu uſus dictæ aquæ debet dividi inter me, & illum, cui vendidi partem fundi dominantis, *ut d. l. ſi partem*, non autem ſervitus dividitur, quia illa eſt individua, *ut not. gloſſ. ibi in l.* 1. §. *ſi uſufruct. ff. ad leg. Falcid. & l. viæ, ff. de ſervit. ſuam ſimil.* Quinta concluſio, quod illa commoditas aquæ debet dividi pro menſura fundi dominantis, non reſpectu partium fundi utilitatis, vel bonitatis, & ſic quantitativè non qualificativè, *ut eſt caſus not. in* d. *l. ſi partem fundi, & ibi hoc not. per Dd.* Et quæ ſit ratio decidendi, quare ſit diviſio ſecundum quantitatem agri, & non ſecundum bonitatem, dicit ibi Barthol. cogitabitis, & Dd. aliter non declarant. Ego credo quod ratio ſit illa: quia ſervitus eſt tota in toto, & tota in qualibet ejus parte, *ut dixi*: & ſic ſervitus ineſt fundo non reſpectivè ad bonitatem, vel ad pretioſitatem fundi dominantis, ſed pro quantitate: æqualiter ergo diviſio aquæ ſervientis debet fieri, ſecundum quod ipſa ſervitus debetur.

Quia * talia ſunt ſubjecta, qualia 14 prædicata demonſtrant, *ut eſt gloſſ. in c. dudum in fin. in verſ. prohibemus extra. de deci.* & ſic è contra, talia ſunt prædicata, qualia ſubjecta demonſtrant, *ut l. ſtipulatio iſta*, §. *hi qui, & ibi hoc nota. Petr. & Barthol. ff. de verb. oblig.* & ſic qualitates regulantur ſecundum ſubjectum. Nec huic concluſioni obſtat, *l. quicquid, ff. de acquir. rer. dom.* ubi habetur, quod inſpicitur bonitas rei, quia ibi loquitur, quando una res non poteſt duobus accedere, quia tunc accedit pretioſiori. Sed quando poteſt accedere duobus, tunc non inſpicitur pretioſitas, vel bonitas, *ut d. l. ſi partem fundi, & hoc not. Dd.* Sexta concluſio eſt, quod diviſio aquæ ſervientis debet fieri pro menſura quantitatis fundi, & non pro neceſſitate partis fundi, & ideo ſi debentur decem unciæ aquæ uni fundo, qui ſit decem jugerum: & dominus prædii dominantis vendit 5. jugera certa pro diviſo: licet alia quinque jugera indigeant magis aqua, quam vendita:

tamen diviſio aquæ inter emptorem & venditorem debet fieri pro dimidia, *ut eſt caſus not. in d. l. ſi partem fundi*, ibi, aut quæ maximè uſum ejus aquæ deſideret, *Digeſtis de ſerv. ruſt. præd.*

15 Et per illum * text. infert ibi Bald. & Angel. & Lud. quod diſtributiones quotidianæ non debent fieri ſecundum corpora plus & minus indigentia pro ſuo victu, *ut habetur in cap. cum acceſſiſſent, de conſtitut. de quo vide per Innocent. in cap. cum M Ferrarienſis, eodem titulo*, qui dicit quod præſtandæ ſunt ſecundum conſuetudinem: & ubi conſuetudo non eſt, quia puta de novo Eccleſia eſt ædificata, vel de novo dantur diſtributiones quotidianæ: dicit, quod ſi diſtributiones ſunt exiſtentes de cellario, ad victum quotidianum fiunt viriliter. Sed illa quæ dantur pro indumentis, debent præſtari ſecundum neceſſitatem perſonarum: & ſic quando debentur alimenta ex contractu, vel ultima voluntate; & hoc ſequitur Ang. *in d. l. ſi partem fundi*. quod bene not. maxime pro gravatis in teſtamento ad præſtandum eleemoſynam: quia debetur eleemoſyna viriliter, & veſtimenta ſecundum conditionem pauperum: & ſic in veſtimentis poſſunt executores, vel hæredes plus dare uni pauperi, quam alteri. Sed in eleemoſynis quæ concernunt victum quotidianum, ſicut eſt panis, victus, & ſimilia, non poſſunt plus dare uni quam alteri.

16 Item * not. pro ſcholaribus, qui ſta... collegiis expenſis collegii: quia rector non debet dare expenſas quotidianas, niſi viriliter, dato quod unus plus comedat quam alter: & hoc vidi de facto Bononiæ in collegio Hiſpanorum, in quo erat unus ſcholaris Polonus qui tantum ſolus comedebat, quantum quatuor alii. Septimam concluſionem infero ex prædictis: quia licet ſervitus aquæductus, & quælibet alia realis debeatur pro neceſſitate fundi dominantis, *ut leg. ergo, §. fi. præal. & ſupra dixi*, tamen eſt intelligenda & limitanda, ut habeat locum habito reſpectu ad tempus quo ſervitus imponitur: ſed poſtquam eſt impoſita, & ſic eſt tota in toto, & tota in qualibet ejus parte: tunc dicitur eſſe æqualiter pro quantitate fundi: & ideo licet una pars magis indigeat aqua, quam alia, tamen hoc non conſideratur: imo aqua debet dividi æqualiter *e* pro qualitate jugerum, quod eſt e
not. Octava concluſio eſt; quia licet dominus prædii dominantis, cui ſervitus aquæductus debebatur, magis & frequentius illa aqua in una parte dicti fundi uteretur, quàm in alia: imo & ſi communiter uteretur in una parte, ſi tantum vendidit illam partem fundi, in qua minus & raro utebatur dicta aqua, diviſio commoditatis ſeu uſus dictæ aquæ debet fieri pro menſura agri, & pro parte vendita debetur emptori, ut eſt caſus not. *in d. l. ſi partem fundi*, quod perpetuo tene menti Nec obſtat huic concluſioni illa regula, quæ dicit, quod uſus patrisfam. eſt attendendus, *l. Sejæ, §. Tyranne, ff. de fund. inſtruct. vel inſtrument. leg. & l. ſi ſervus plurium, § fin. de leg.* 1. quia illa regula procedit in his quæ ſunt dividua, vel quæ reſpiciunt perſonam, ſed iſtæ ſervitutes aquæductus judicantur potius jus quoddam reale competens prædio magis quam perſonæ, *ut l. ſi mihi eodem tempore, § fin. ff. de ſerv. ruſt. præd. & l. qui aliena, §. fin. ff. de neg. geſt.* Item iſta ſervitus eſt individua, & reſpicit totam partem fundi, *ut dicit gloſſ.* ergo licet paterfamil. dominus prædii

domi-

dominantis ſit uſus commoditate a-
quæ pro parte, tamen hoc non reſpi-
cit uſum patrisfam. ad hoc ut cenſea-
tur ſervitutem amiſiſſe: quia hoc non
poteſt eſſe: *ut dixi*, ut eſt ſi promitta-
tur vel alias conſtituatur. Nona con-
cluſio, ſi ſervitus aquæduct. in fundo
unius dominantis in una parte dicti
fundi aqua non eſt neceſſaria vel utilis:
tunc ſervitus non dicitur ei parti fun-
di deberi, *per l. ergo, §. fi. ff. de ſerv.
ruſt. præd. & ita tenet Bart. Flor. &
Dd. in dict. l. ſi partem fundi eod. tit.
quod not.* Ex quo ſequitur decima & ul-
tima concluſio, quod in caſu ſi domi-
nus prædii dominantis vendit uni illam
partem fundi, cui aqua non eſt neceſ-
ſaria, vel utilis: ad emptorem, vel ejus
hæredem non tranſit ſervitus vel com-
moditas illius aquæductus, vel ſi aliam
partem vendidit, cui aqua eſt utilis, vel
neceſſaria, tunc tota ſervitus aquædu-
ctus ſequitur partem venditam, &
nihil debetur parti retentæ per ven-
ditorem, *per d. l. ſi partem fundi*, quæ
omnia bene not. quia ſunt quotidiana
& utilia.

17 Sed quid ſi à principio ſervitutis
conſtitutæ fundus dominans indige-
bat aqua, & nunc ex aliqua cauſa
f non indigeat, an deſinat *f* ſervitus in
perpetuum competere? & puto ſic
eſſe dicendum. Aut deſinit indige-
re, ita quod amplius ea aqua ad
uſum conceſſum uti non poſſit: &
tunc deſinit competere dicta ſervi-
tus, quia ceſſat fundamentum ipſius
ſervitutis, *ut d. l. ergo, §. fin.* Aut deſinit
competere ad tempus, & tunc teneo,
quod ſervitus hæc non pereat: licet
aqua ad alium uſum uti non poſſit
dominus prædii dominantis: *per ea
quæ dicta ſunt ſupra maximè in princip.
facta, quod habetur, in l. unus ex ſociis,
§. fin. cum l. ſeq. ff. de ſerv. ruſt. præd.*

Item * quod ſi debetur ſervitus
aquæduct. fun. meo qui eſt 10. juge-
rum, & poſtea auctus eſt fundus meus,
an propter hoc creſcat ſervitus aquæ-
duct.? & dicas quod non, *ut eſt caſus in
l. non modus, C. de ſerv. de quo dic, ut
ibi per gloſſ. & doct.*

Item * habens ſervitutem aquædu- 18
ctus, an poſſit facere rivum in fundo
ſervientis per quem aquam ducat ad
fundum dominantem? Si vult facere
de lapidibus vivis etiam ſupra terram
non poteſt, *ut l. ſi prius, §. placuit, ff.
de aqua plu. arcend. & dixi ſupra in
diffinitione hujus ſervitutis.*

Sed numquid * poſſit cavare rivum 19
ſimpliciter, Dic *ut dicam infr. in 9. q. pr.*

Sed poſito * quod poſſit facere ri- 20
vum, vel de jure, vel ex permiſſione, an
dominus prædii dominantis poterit il-
lum rivum purgare & reficere? Dicas
quod ſic, *ut l. refectionis. §. 1. ff. commu-
nia præd. & l. 1. §. pen. ff. de rivis, &
vide quæ dixi in præcedenti lib. in tit. de
refectione.*

Item * ille qui habet jus ducendi 21
aquam per fundum alterius, poteſt
per quamcunque partem fundi ſer-
vientis aquam ducere ab initio: ſed
poſtquam incepit ducere per unam
partem, non poteſt poſtea variando
per aliam partem ducere, *ut l. ſi. &
ibi Bart. ff. de aqua quot. & æſti. de quo
vide in l. ſi cui. ff. de ſerv. & in l. ſi via,
ff. de ſerv. ruſt. præd.* ubi etiam ponitur,
cujus eſt electio loci: an domini con-
cedentis ſervitutem, vel ejus hæredis?
an vero ejus cui ſervitus eſt conſtitu-
ta? de quo dic, ut plene dixi, *in loc.
præced. in tit. de ſerv. itin. verſ. numquid
habens ſervitutem itineris.* Item ſi is 22
qui duo prædia habebat, in unius ven-
ditione aquam quæ in fundo vendito
naſcebatur, & circa eam aquam late
decem pedes exceperat: videtur circa
eam

eam aquam latè decem pedes iter duntaxat excepiſſe, ut eſt caſus not. *in leg. qui duo prædia. ff. de ſervit. ruſtic. præd.*

23 Item * in conceſſione ſervitutis aquæduct. ſemper ſubintelligitur ſine damno alterius, *ut l. imperatores, ff. de ſervit. ruſt. præd. & probatur. in l. 2. §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loca public. & in l. nec avus, Cod. de eman. lib.* De quo dic ut plenè dixi ſupra in loc. præcedenti. Et propterea in conceſſione aquæ ductus intelliguntur ſemper reſervata jura, & commoditates ejus cui primo facta eſt conceſſio, *ut l. in concedendo. ff. de aqua pluv. arcend. & l. Lucio, ff. de aqua quotidian. & æſti.* Quia privilegia uni conceſſa alteri dari non debent, *ut l. decurionibus, Cod. de ſilentiariis, lib.* 11. Et quia ſi princeps conceſſit pluribus beneficium, qui prior eſt tempore, potior eſt in jure, *argument. dict. l. concedendo, & l. hoc jure, §. 1. ff. de aqua quotid. & æſtiv. & cap. 1. qui ſucceſſ. tene. in uſib. feud. & ideo dixi Bald. in tit. de pace Conſtant. in 33. colum. in conceſſionibus de aquis publ.* ſemper videntur reſervata jura commoditatis ejus cui primo facta eſt conceſſio: imo dico plus: etiam in conceſſione aquæductus ſi diceretur non obſtante conceſſione alteri facta, quia intelligeretur de invalida: & pro hoc allego ſingulare dictum Compo. *in c. cauſam quæ in ſi. extra, de præſcript.* quod ſequitur ibi Ant. de Butr. & Dd. ubi dicunt, quod ſi Papa contulit alicui beneficium, non obſtante collatione alteri facta intelligetur de invalida, ne alteri præjudicetur. Item ſi datur alicui beneficium cum clauſula ut præferatur aliis, quia intelligitur niſi eis fuerit jus quæſitum, quod perpetuo tenementi. vide quæ dicam in 7. quæſt. princip. ubi ponam per quem locum poſſit aqua duci, & vide etiam ibi in 8. quæſt. princ. ubi dicetur an mutato alveo poſſit competere ſervitus aquæduct.

Quarto * principaliter quæro, quomodo & qualiter acquiratur ſervitus 24
aquæductus, & dic pluribus modis. Primo pactionibus & ſtipulationibus: quia ſic acquiri poſſunt etiam aliæ ſervitutes, *ut Inſtitut. de ſervit. §. ſi quis velit. & l. in ſumma in princ. in ver. lex, ſecundum expoſitionem gloſſ. quæ exponit pactum, ff. de aqua pluv. arcend. & l. 1. §. denique, ibi ſit tamen lex eodem.* Item acquiritur teſtamento, vel codicillis, vel qualibet alia ultima voluntate, *ut l. uſufructus in princ. ff. de uſufruct. & inſtit. de uſufruct.* §. 1. Item per ſententiam, *argumen. de uſufruct. conſtituitur.* Item præſcriptione, *ut l. 1. Cod. de ſervit. & aqua, & ibi hoc plene not. per gloſſ. & Dd.* & hoc procedit ſive aqua ſit privata, ut ibi, ſive publica. Sed primo caſu quantum tempus requiratur? *vide quæ notantur per gloſſ. & Dd. in l. ſervitutes la grande, ff. de ſervit. titul. generali & per textum gloſſ. & Doct. in l. 1. §. fin. ff. de aqua pluvia arcend. & dixi plene ſupra in 1. lib. in 8. quæſt. princ. ubi omnino vide de hoc.* In caſu vero ſecundò, quando aqua ducitur de public. dic quod requiritur tantum tempus, cujus initii memoria non exiſtat in contrarium, *ut l. in uſum aquæ, Codice de aquæduct. lib. 11. & ibi hoc notat Barthol. in l. diligenter eod. titul. & adde quod ſtatim dicam, verſic. ſed numquid aqua.* Item acquiritur * con- 25
ſuetudine, *ut l. 1. §. denique, & ibi loci vetuſtas, eodem titul. & argument. l. 2. cum ibi not. Cod. quæ ſit longa conſuetud. & c. fin. extr. ne conſuetud. ubi etiam not. per gloſſ. & Doct.* an talis conſuetudo debeat eſſe præſcripta? *de quo* dic

ſlic ut ibi. Item quod jus aquæ competit ex pactionibus privatorum, *ut not. Bald. in tit. de pace Conſtan. in 34. colum.* & dixit quod in aliquibus molendinis, paſcuis, & fontibus, & in ipſorum commoditatibus, & incommoditatibus aquarum ſtandum eſt antiquitati: *per illum text. Item dixit idem in c. 1. §. ſi quis de manſo. in 5. col. tit. de contr. inveſtit. in uſib. feud.* quod in aquarum ductu non inſpicimus principium aquæ, unde decurrit: ſed alveos, & meatus, unde tranſit in vetuſtiſſimum aquarum curſum: & ſecundum qualitatem de uſu aquæ judicare debemus: quod nota.

26 Sed numquid aqua per ſe ipſam fluens, * poſſit inducere præſcriptionem, vel conſuetudinem? Dic quod non, quia non eſt res animata: per rem inanimatam nihil nobis acquiritur. Oportet enim in præſcriptionibus aliquem uſum interceſſiſſe, quo principio ſufficit aquam per ſe fluere: *ff. quemadm. ſervitutes amit. l. qui partem, & l. qui fundum, eodem titul.* in conſuetudine etiam ſufficit, quod habuerit initium à multis utentibus: nam poſtea perficitur ſolo curſu temporis, *ut l. venditor, §. ſi conſtat. ff. communia præd.* & ita tenet Bald. *in cap. 1. ſi quis de manſo. in 6. col. in fin. in tit. de controv. inveſtit.* quod perpetuo tene menti. Item l. communi, vel ſtatuto, ſeu l. municipali acquiri poteſt ſervitus aquæduct. *ut l. in ſumma in princ. in verſic. 1. ff. de aqua pluv. arcend. & l. 2. in princip. in verſic. 1. conjuncta gloſſ.* ſecundum primam expoſitionem dum dicit lege ſcilicet municipali, *ff. ne quod in loco public. & arg. l. 3. § planè & ibi,* ſi non lex municipalis, *ff. quod vi, aut clam & l. §. denique, ff. de aqua pluv. arcen.* Item natura agri ſervanda eſt, ut ſemper inferior ſuperiori ſerviat. Hoc enim incommodum naturaliter pati debet ager inferior à ſuperiore quod compenſare debet cum alio commodo. Sicut enim omnis pinguedo terræ ad eum decurrit: ita etiam aquæ incommodum defluet, *ut eſt text. in §. denique, quem nota.* quia aquæ naturaliter dicuntur deſcendere ad inferiora. Et ideo illi qui habent agros in parte ſuperiori, non tenentur retinere aquam in ſuo, ſed poſſunt eam retinere inferiores, qui coguntur illam recipere, & iſta appellatur quaſi ſervitus: *ut dicit text. in dict. l. 1. §. fin. cum l. ſeq. de aqua pluv. arcend.* & hoc tenet Barthol *in l. quominus in 2. quæſt. princ. ff. de flum.* qui dicit, quod hoc debet eſſe verum in civitatibus Italiæ quod ſibi de conſuetudine præſcripſerunt merum imperium, & portus, & flumina, & ſimilia. Sed de jure communi prædicta ſunt principis: *ut in cap. 1. quæ ſint regia. in uſib. feud.* & ſic non poſſunt concedi à lege municipali, *& adde quæ dixi ſupra de ſervitute viæ in 10. quæſtione.* Item ex reſcripto Principis, vel Senatus acquiritur, *l. quod Principis, ff. de aqua pluvia arcen. & l. permittitur, ff. de aqua quot. & æſtiv. & not. Bart. in dict. l. quominus in 2. quæſt. principali.* Sed pone quæſtionem quam habui de facto Veronæ.

Oritur * aqua in certo fundo ſuperiore, & deſcendit ad partes inferiores per quemdam alveum: quando veniunt aquæ pluviales, creſcit aqua adeo quod in alveo contineri non poteſt: an tunc ille qui eſt in parte ſuperiore cogatur elevare ripas ita quod diſcurrat per alveum uſque ad ultimas partes, puta, flumen, vel mare, an vero poſſit dimittere quod aqua diſcurrat ſupra ripas? Dicitur quod ſic: niſi noceat habentibus agros inferio- 27

Digitized by Google

res juxta ripam elevandam : ego dico quod cogi non poteſt per inferiorem, inferior bene poterit munire & elevare ſuis expenſis : *ut eſt caſus in d. l. 1. §. fin.* Et hoc intellige, quando pacto, vel vetuſtate ita debet duci aqua per dictum alveum, vel locum, *ut glo. not. ibi in ver. munire*, alias ſecus. Item hoc intellige quando per alveum aqua diſcurrere poteſt ſine damno ſuperioris. Secus ſi fieret damnum ſuperiori : quia aqua inundaret agros ſuperiores. Exemplum, ſi à lateribus alvei diſcurrunt aquæ in partibus ſuperioribus : nam hoc caſu ripæ non poſſunt elevari : quia ſi alveus eſt inventus ad ducendam aquam ad partes inferiores, non debet aliquid fieri in eo propter quod aqua retineatur, ad partes ſuperiores ; quia iſtud eſt contra naturam agri, quæ eſt ut aqua deſcendat, & inferior ipſam recipiat : *ut d. §. denique*, quod perpetuo tene menti : quia ſæpe de facto contingit, *& adde quod dixi inferius.*

28\. Quinto * principaliter quæritur, quis poſſit concedere, & habere totam ſervitutem aquæductus, & quis poſſit cogi ad aquam ducendam? Circa quod ſic dicas : aut quis vult concedere aquæductum ex flumine privato ſuo, aut ex flumine privato alterius, aut ex flumine publico. Primo caſu, quando flumen eſt ſuum proprium, poteſt regulariter ex eo concedere aquæductum, *l. Lucio. de aq. quot. & æſti. & l. in concedendo, ff. de aqua plu. arcend. & l. aquam, de ſerv. & aqua, & l. ex meo, ff. de ſervit. ruſticorum præd. & l. via conſtitui, §. ſi locus eodem tit.* & eſt ratio quia quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter, *l. in re mand. C. mand.*

29\. Et flumen poteſt dici privatum eſſe alicujus tribus modis. Primo ratione originis ipſius fluminis : puta quia habet ortum in fundo ſuo, *ut d. l. aquam & l. ex meo cum aliis ibi allegat. & l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerv. vendicet, & l. præſes, C. de ſerv. & aqua.* Secundo ex principis conceſſione, *arg. l. 2. in princ. ff. ne quid in loco publ.* Tertio ex conſuetudine, vel præſcriptione, *arg. d. l. 1. §. denique, & §. fina. cum l. ſeq. ff. de aqu. plu. arcend. & l. 2. cum ibi not. C. de ſerv. & aqua, & dixi in q. præced.* Secundo caſu, quando flumen eſt privatum alterius, tunc regulariter quis non poteſt concedere aquæductum ex illo flumine, niſi qui eſt dominus illius fluminis vel ejus voluntate : *ut l. 2. & l. aquam, C. de ſerv. & aqua*, & in his caſibus ſi flumen privatum eſt perenne, poteſt eſſe ſervitus aquæductus. Sed quando flumen non eſt perenne, iſta conſtitutio ſervitutis de rigore non tenet : ſed de æquitate ſic : *ut l. 2. ibi hoc notat. Bartol. Angel. & Doct. ff. communia prædior.* Poſſet etiam in his duobus princeps, vel ſtatutum diſponere pro publica utilitate *b*, quod vicini poſſint illam aquam ducere ad agros ſuos irrigandos, vel ad alios uſus, *prout not. in l. final. C. ſi contra jus, vel uti. publi. & in c. quæ in Eccleſiarum extr. de conſtit.* Tertio caſu, quando flumen eſt publicum, puta quando eſt perenne, *ut l. 1. fluminum, ff. ne quid in loc. public.* quod poteſt eſſe tribus modis. Uno modo flumen navigabile, ut eſt Padus, Atheſis & Brenta : alio modo dicitur flumen publicum, quod non eſt navigabile, ſed trahitur ex flumine navigabili, *ut l. §. non autem, cum ibi not. ff. ne quid in loco publ.* & dicitur per Bartol. *in l. quominus in pr. in 2. & 3. oppoſit. & in 2. q. ff. de flum.* Et in iſtis duobus caſibus quæritur aquæductus dupliciter, ſcilicet ex conceſſione princi-

principis, cujus ſunt omnia talia flumina vel ex conceſſione civitatis quæ habet merum imperium, ut dixi in q. præced. Secundo, per tantum tempus, cujus initii memoria non exiſtat, *ut l. hoc jure, § ductus aquæ, ff. de aq.quot.& æſti. & habetur per gloſſ. in l. Imperatores, ff. de ſerv.ruſt.præd.* non autem per privatum concedi poteſt, *ut l. 2. ff. communia prædi. & adde quod dixi in præced. quæſt. princip.* Tertio modo dicitur flumen publicum quando non eſt navigabile, nec facit aliud navigabile, puta ſi eſt quidam alveus parvus, vel fons: & tunc acquiritur etiam ſine conceſſione alicujus, ſcilicet per ſuam occupationem, ſicut cætera quæ ſunt in nullius bonis: & qui primo occupat præfertur omnibus, *in d. l. quominus, & ibi per Barthol. in 3. q. princip. & l. ſi mihi eodem tempore, §. ſi fundo, & l. Imperatores, ff. de ſervit. ruſtic. præd.* dummodo per iſtum aquæductum non fiat injuria ſeu damnum vicinis circumcolentibus, *ut habetur in dict. l. Imperatores, & in l. 2. §. ſunt autem qui putant, ff. ne quid in flumin. public. & adde quod dixi, in fin. in præced. ad fin. & adde etiam quæ dixi in lib. præced. in 3. quæſt. princip. in verſiculo item Imperator ſeu princeps, uſque ad fin. illius.* Item ille poteſt habere ſervitutem aquæduct. qui habet fundum ad quem ducitur: puta cauſa ipſum irrigandi: alias ſecus: *ut l. 1. ff. comm. prædio. cum. ſimil. ſupra in princip. in diffinitione hujus ſervitutis.* Item ille qui emit vel aliter acquiſivit prædium, cui ſervitus aquæductus debebatur, poteſt & debet ſervitutem habere: quia ſervitus debita prædio aquiſito tranſit cum prædio, *ut l. ſi aquæductus ff. de contrahend. empt. & l. ſi partem, in princ. ff. de ſerv. ruſtic. præd.* Secus ſi prius ſervitus prædio non debebatur, quia vendito fundo, vel aliter alienato, non debetur ſervitus aquæduct. vel alia ſervitus, niſi dictum ſit, *ut in l. vendendo in princ. & ibi hoc not. gloſſ. ff. de contrahend. empt. & ita etiam tenet Barthol. in l. via conſtitui, §. quæcunque, ff. de ſerv. ruſt. præd.* Item quis poteſt habere ſervitutem aquæduct. in omnibus caſibus, in quibus poteſt eam acquirere. *De quibus vide in q. præced. etiam in quibus poteſt ſervitus aquæductus concedi, ut dicam in 7. quæſt. princ.* Item regulariter quis non poteſt cogi ad aquam ducendam, maximè jure ſervitutis: quia natura ſervitutis non eſt ut quis aliquid faciat, ſed aliquid patiatur, vel non faciat: *ut l. quoties, la prima, §. fin. ff. de ſerv. & adde quod dixi ſupra in 3. q. princ. poſt princ. & quæ pleniſſimè dicta ſunt in præced. lib. in 3. q. princ. & quod dicam in ſeq. q. verſ. ſed quid ſi tu cui primo conceſſi etiam.*

Quæro ſexto * principaliter, cui vel 3
quibus poſſit ſervitus aquæductus concedi? Et dic, quod poteſt concedi pluribus & per eundem locum, ut eiſdem diebus vel horis ducatur, ſi omnibus ſufficiens eſt: *ut l. 2. §. ſi aquæduct. ff. de ſerv. ruſt. præd. & l. Lucio, ff. de aq. quotid. & æſti.*

Sed * ſi conceſſi primo uni, an 4
poſſim poſtea alteri concedere? Diſtingue breviter ſic: Aut ille cui primo conceſſi, conſentit, & poſſum, *l. in concedendo, ff. de aqua pluv. arc. & not. gloſſ. in l. Lucio, ff. de aq. quot. & æſtiv. facit, l. aquam, Cod. de ſerv.* Aut non conſentit: & tunc aut per iſtam conceſſionem ſecundam ei nocet: puta quia aqua non eſt ſufficiens utrique: & pro eodem tempore conceditur: & tunc non poteſt: *ut d. l. in concedendo, & per l. quem locum, ff. de ſerv. ruſtic. præ. & d. l. aquam.* Aut per iſtam ſecundam con-

conceſſionem non nocet primo, cui eſt facta conceſſio: puta, quia aqua eſt ſufficiens utrique, vel diverſis temporibus conceditur, & tunc poteſt, *ut d. l. 2. §. ſi aquæductus, & d. l. Lucio, & ibi gloſſ. not. etiam gloſſ. in d. l. aquam.* Et ita fuit determinatum Bononiæ, ubi communitas conceſſerat aquam, & Fratres Minores, quibus ſecundo commune conceſſit, nolebant: & fuit judicatum quod valeret ſecunda conceſſio, quia non derogabat priori, ex quo aqua utrique ſufficiebat, vel ſufficere poterat per prædicta. Sed quid ſi conceditur pluribus ſimul, vel ſeparatim, vel ſimpliciter ſervitus aquæductus, ita quod valeat, quia omnibus ſufficit, & non conveniunt, quemadmodum utantur? Dic, quod utile judicium communi dividundo eis datur, ut ſcilicet aqua, vel menſura, vel temporibus dividatur: *ut d. l. Lucio cum gloſſ.*

32 Sed quid * ſi tu cui primo conceſſi ſervitutem aquæductus, vis poſtea alteri concedere, an poſſis? Et in hoc conſidera quatuor caſus. Primus eſt, ſi vis concedere, ut ille extrahat de fundo primi concedentis, & non potes: *ut leg. ex meo. ff. de ſerv. ruſt. præd.* Secundus caſus ſi vis concedere, ut extrahat de fundo meo, per quem aqua ducitur canali per quod perveniat ad fundum tuum: & idem quia illa ſervitus aquæductus eſt tibi conceſſa pro neceſſitate fundi tui, & non alterius: *ut l. ergo, ff. de ſerv. ruſt. præd.* nec potes illam aquam tanquam tuam concedere alteri: quia non eſt tua antequam ingrediatur fundum tuum: *ut l. 1. §. illud, ff. de aqua quotid. & æſtiv.* Tertius caſus, ſi vis alteri concedere: poſtquam in fundum tuum aqua ingreſſa eſt, potes: quia effecta eſt tua, niſi nocitura ſit meo fundo ex quo ſervitus inducitur, *ut dict. §. illud, & not. gloſſ. in dict. leg. ex meo, & dixi ſupra, in 3. quæſt. princ. circa princ.* Quartus, & ultimus caſus eſt ſi aqua exiviſſet de fundo tuo, & tu regulariter non poſſes alteri concedere dictam aquam: quia eadem ratione quàm primum aqua ingreſſa eſt alium fundum vicini, eſt effecta ſua: *ut d. §. illud,* ergo de ea tu non potes diſponere. Sed iſta regula fallit, quando iſta ſervitus imponeretur per te, antequam pervenerit ad locum inferiorem de ipſius voluntate: *per l. aquam, Cod. de ſerv. aqu.* Exemplum: Aqua dum exivit de fundo tuo, poteſt diſcurrere per diverſa loca ad fundos vicinorum, & eſt in poteſtate tua per quam partem facias exire aquam: nam potes cum uno vicino inferiori, ſi aqua eſt utilis, convenire de dimittendo dictam aquam ad fundum ſuum, cum hoc, quod poſtquam irrigaverit fundum, teneatur mittere ad alium certum fundum inferiorem: & iſto modo potero imponere ſervit. aquæduct. poſtquam exiverit de fundo tuo, *ut d. l. aquam, ubi hoc probatur, Cod. de ſervit. & aq.* Et prædicta omnia intellige, quando ille cui conceditur ſervitus aquæduct. habet fundum ad quem aqua duci debet, alias ſecus: *ut l. 1. ff. cum. præd. & dixi in q. præced. ante fin.*

Quæro ſeptimo * principaliter, quomodo, & qualiter & quando & per 33
quem locum conſtitui, vel acquiri poſſit ſervitus aquæduct. Et dic quod acquiri poteſt his modis, *de quibus ſupra in 3. q. princ. facit l. via, ff. de ſerv.* Item ſervitus aquæduct. olim non niſi ex capite vel fonte conſtitui poterat, ſed hoc hodie ex quocunque loco conſtitui poteſt, *ut ſervitus aquæduct. ff. de ſervit. ruſt. præd.* & caput aquæ ſeu fluminis dicitur, unde aqua naſcitur: *ut l. 1. §. hoc interdictum, ff. de aq. quo.*

&

& æſti. not. gloſſ. in d. l. ſervitus aquæ, & not. principaliter per Bart. in tract. de inſula, in 9. colum. & plenius per Bald. in l. 1. in 6. col. verſ. item not. quod agam, ff. de rer. diviſ. Item ſervitus aquæ inventæ & inveniendæ conſtitui poteſt, *leg. Labeo, ff. de ſervit. ruſt. præd.* de quo dic, ut dixi ſupra in 1. quæſt. princip. Item poteſt conſtitui ſervitus aquæduct. per intervalla temporis, puta certibus diebus vel horis, *§. modum, l. 4. ff. de ſerv. & l. 1. §. ſi aquæductus, ff. ſervit. ruſtic. præd. & l. ſi ſic conſtituta, & leg. ſi is cui in princ. ff. quemad. ſerv. amit. & leg. ſi diurnarum, & leg. cum conſtet, in princip. ff. de aq. quot. & æſtiv.* Item poteſt conſtitui ſervitus ut aqua
k dividatur k per menſuras, puta per uncias & digitos, *ut d. leg. cum conſtet, in princ. & leg. pen. ff. ſerv. ruſtic. præd. & not.* quod tantum ſignificat dicere: concedo tibi unum digitum aquæ quantum do tibi licentiam ut ducas aquam per unum digitum ferreum vacuum: nam per roſtra animalium imaginaria, puta ferrea vel ænea, & per ora & digitos ſolemus aquam ducere, *ſecundum Hug. d. l. pen.*

34 Digitus autem * dicitur ſecundum Iſidor. minima pars agreſtium menſurarum: & uncia quæ continet tres digitos: *ut dixi in l. 3. princ. in 10. quæſt. ff. de verb. ſign.* ubi poſui de ponderibus & menſuris. Item ex loco domini proprietarii vel ejus voluntate conſtitui poteſt ſervitus aquæduct. *ut leg. aquam, Cod. de ſerv.* & ex fundo livellario, ſeu emphyteutico, & feudatario: *ut l. provinciali, Cod. de ſerv. & aq. & l. 3. ff. de ſerv. dixi in præced. lib. in 3. q. princ.* in qua poſui quæ ſint illæ perſonæ quæ poſſint ſervit. conſtituere. Item per quem locum viam alii concedo per fundum, alii aquæductum concedere non poſſum, & eodem modo ſi alii aquæductum conceſſero, alii iter per eandem vel ducere vel concedere non potero, *ut l. per quem locum, ff. de ſerv. ruſt. præd.* Facit *l. in concedendo, ff. de aqua pluv. arcend:* Item publico loco interveniente, vel via publica aquæductus concedi non poteſt, ſed à principe impetrari debet, ut per viam ducere ſine incommodo publ. liceat, *ut l. ſervitus, §. public. ff. de ſerv.* & non poteſt duci per locum publ. ſi damnum faciat etiam privato, *ut l. ſi per publ. ff. ne quid in loc. publ. & l. 2. §. ſi quis in ſuo, ff. eodem tit.*

Item * quid ſi non exprimitur, per 35
quam partem fundi ſervientis poſſis aquam ducere? dic quod poteris per quamlibet partem, ſed ſemel electa via, non poteris variare, *ut l. ſi cui, cum gloſſ. ff. de ſerv. & l. fin. ff. de aq. quot. & æſti.* In contrarium tamen videtur, quod imo à principio electio ſit domini ſervientis, *ut leg. ſi via, ff. de ſervit. ruſtic. præd. de quo dic. ut pleniſſimè dixi ſup. de ſerv. verſ. quæro, numquid habens ſervitutem itineris,* & adde, quia aqua non debet diverti à ſolito curſu ſuo: & ſi divertitur, debet in priſtinum ſtatum reduci, *l. Cod. adde Aquil. & l. 1. §. fi. ff. de fun. & l. 1. §. ſi quis novum, ff. de riv. & dixi in tit. præced in tit. de aquæduct. vide quæ dicta ſunt in ſeq. q. princ.*

Item * quid ſi debetur ſervitus 36
aquæduct. ex flumine, & flumen mutavit alveum: dic quod ſi mutavit, quia paulatim non receſſit: & tunc licet alveus derelictus efficiatur domini prædii dominantis propter vicinitatem: tamen perditur ſervitus aquæduct. quia eo loco, ubi nunc eſt flumen ſervitus impoſita non eſt: *ut l. hoc jure, §. ſi aquam, ff. de aq. quot. & æſtiv.* Idem ſi flumen cœpit circumfluere mutato alveo quia

quia ex quo medius locus non ſervit eſt interrupta ſervitus, *ut eſt caſus infra in fin.* Sed ſi flumen paulatim acceſſit fundo tuo ſubſequi poteſt, quod locus totus fluminis ductioni ſerviat: *ut d. §. ſi aquam, verſic. ſed ſi alluvione*, & intellige quod ſi flumen addidit aliquid de terra fundo tuo, & ſic paulatim receſſit flumen à prædio tuo: quia refert ſi ſubito receſſit, an paulatim mutat alveum, *arg. l. ergo, dict. alluvio. ff. de acq. rer. dom. ſecundum gloſſ. quæ ita not. in d. §. ſi aquam, in ver. acceſſerit, & Bart. poſuit in lege quominus, in 16. q. ff. de flu.* & licet ille intellectus in ſe ſit verus: tamen aliter intelligi poſſet ille text. *in ver. ſed in alluvione*: nam ille text. non videtur pati prædictum intellectum gl. videl. dum dicit, acceſſerit, ut ſubaudiatur aliquid de terra: quia dum dixit in verbo præcedenti flumen receſſerit & poſtea ſubdit, ſi acceſſerit fundo tuo, intelligitur ſcil. flumen, de quo prædixerat, & non aliquid de terra, & eſt ſenſus, quod ſi flumen acceſſerit, id eſt appropinquaverit fundo tuo, ſubſequi poteſt, ſcilicet inducendo aquam ad fundum tuum ex dicto flumine: quia locus totus fluvius eſt, id eſt in quo nunc eſt flumen, ſervit ductioni id eſt ſervire intelligitur, ex quo eſt in loco, in quo ſervitus debebatur. Iſte tamen intellectus non videtur convenire verbo, alluvione, poſito in littera, niſi referas ipſum ad alium vicinum. Ex his tamen not. pro intelligentia hujus materiæ, quæ non reperitur bene declarata per D.l. 8. caſus principales. Primus eſt quando ex flumine publico, quod eſt propinquum & conjunctum fundo meo, habeo jus aquæ ducendæ: & flumen totum uno impetu recedit de alveo ſuo & à prædio meo, nullo loco in medio relicto, niſi alveo antiquo: quia in medio inter flumen & fundum meum cui ſervitus debetur, eſt ſolum alveus antiquus fluminis, & hoc caſu videbatur quod adhuc duret ſervitus mea: quia alveus antiquus efficitur meus jure vicinitatis, *ut inſtit. de rer. diviſ. §. inſula, ver. quod ſi naturali alveo*, & ſic non eſt locus medius, qui impediat ſervitutem. Tamen contrarium eſt verum, videl. quod imo ſervitus impediatur: quia ex quo flumen totum uno impetu receſſit, & novum alveum facit: non reputatur eſſe illud idem flumen, cui ſervitus eſt impoſita, ſed aliud, & iſte eſt propriè caſus, *in d. l. hoc jure, §. ſi aquam in 1. reſponſ. ſecundum intellectum gl. ibi*, & hoc etiam vult. Bart. *in d. leg. quominus, in 16. quæſt.*

Ubi vult, * quod ſi flumen mutavit 37
alveum uno impetu: perditur jus aquæ: & tunc videtur aliud flumen. Secundus caſus eſt, quando flumen uno impetu recedit à fundo meo, & relinquit inter fundum meum, & flumen, nedum alveum antiquum, ſed etiam fundum alienum, & tunc ſine dubio non poſſum aquam ducere ex flumine novo ad fundum meum duplici ratione. Prima, quia eſt novum flumen, cui ſervitus non fuit impoſita: *ut dixi in præced. caſu.* Secunda, quia locus, qui eſt in medio alienus, non mihi ſervit, propterea ſervitutem aquæductus impedit, *l. qui ſella, §. fin. ff. de ſerv. ruſt. præd. & leg. in tradendis, §. commun. præd.* & iſto modo debet intelligi: *dict. §. ſi aquam, in 1. & 2. reſponſo.* Tertius caſus eſt quando in medio reperitur fundus meus proprius: & tunc eſt dicendum, quod ſervitus, non ex eo, quod locus medius impediat, ſed ex eo quia eſt novum flumen cui ſervitus non fuit impoſita, *ut*

ut dixi in 1. *&* 2. *caſu.* Quartus caſus eſt, quando flumen, quod erat propinquum fundo meo ad quem aquam ducere poteram, deceſſit à prædio meo paulatim, ita quod per alluvionem relinquit terram fundo meo inter eundem fundum meum, & flumen: & tunc ſervitus non impeditur, quia tota dicta terra addita fundo meo ſervire poteſt ductioni aquæ: quia eſt mea, & idem flumen reputatur ſicut prius, licet receſſerit de alveo ſuo, ex quo paulatim receſſit, *argum. l. ergo. §. alluvio. ff. de acquir. rer. dom. & Inſtit. de rer. diviſ. §. præterea per alluvionem*, & iſte eſt caſus *in d. §. ſi aquam, in* 2. *reſponſo*, ſecundum gloſſ. ibi. Quintus caſus eſt contra, quando flumen, quod prius diſtabat à fundo meo, nunc acceſſit fundo meo per alluvionem, ita quod ei nunc conjunctum mediante alluvione verſus fundum vicini relicta: quia receſſit flumen à fundo vicini per alluvionem: & tunc idem quod in caſu præcedenti: quia non mutatur, nec interrumpitur ſervitus, quoniam reputatur eſſe idem flumen, nec eſt locus medius qui ſervitutem impediat: & iſte eſt caſus in d. 2. reſponſo, ſecundum alium intellectum, *quem ſupr. dedi.* Sextus caſus eſt, quando flumen quod diſtabat à fundo meo, ex quo habebam jus aquæ ducendæ per medium fundi vicini ipſo vicino conſentiente, receſſit uno impetu, & conjunctum eſt cum prædio meo. Et in hoc videtur dicendum, quod jus aquæ ducendæ non perdatur, quia ſi loco medio exiſtente ducere poteram, multo magis ubi locus nullus eſt medius, tamen contrarium eſt verius, quia nunc aliud flumen eſſe reputatur, *ut dictum eſt in* 1. *&* 2. *caſu.* Septimus caſus eſt, quando flumen quod erat fundo meo conjunctum, circumfluere cœpit mutato alveo, id eſt, per diverſas partes fluere cœpit aliquo relicto loco in medio inter unum brachium fluminis, & aliud: & tunc impeditur ſervitus aquæductus: quia ex quo locus medius non ſervit, interrupta dicetur ſervitus, *ut eſt caſus in d. §. ſi aquam in* 3. *reſpon.* Subeſt etiam alia ratio impeditiva: quia mutato in toto alveo unico impetu, dicitur eſſe aliud flumen propter prædicta. Octavus, & ultimus caſus eſt, quando flumen circumfluere cœpit, & locus medius non impedit ſervitutem: quia dominus mihi conſentit, vel eſt meus, & in hoc puto ſic eſſe dicendum: Aut flumen receſſit in totum de alveo antiquo, & cœpit circumfluere: & tunc licet ceſſet una ratio impeditiva, ſcilicet loci medii, tamen ſubeſt alia: quia non eſt amplius primum flumen, & ideo non durat jus ducendi aquam, ſecundum ea quæ dixi ſupra in tribus primis caſibus. Aut flumen non receſſit in totum ex alveo antiquo, ita quod dici poſſit primum flumen durare, & tunc aut prædium meum eſt proximum veteri alveo, vel uni brachio fluminis: & tunc pro ea parte illius brachii debetur mihi ſervitus: quia utraque ratio impeditiva ceſſat, ſcilicet de loco medio, & de novo flumine. Sed in alio brachio fluminis, cui prædium meum non eſt proximum, ſed fundus alterius: & tunc aut ille non conſentit, & in illo ſervitus fundo meo non debetur: quia locus medius, &c. *& ita tenet gloſſ. in d. §. ſi aquam, in ult. reſpon. in verbo, circumfluere.* Aut dominus medii prædii conſentit: & tunc ſervitus durat: quia eſt utraque ratio impeditiva, & ut brevius prædicta intelligantur, reducas omnes prædictos octo caſus ad duas tantum concluſiones. Prima

eſt,

eſt, ſi ex flumine ſervitus aquæductus prædio unius debetur, & mutatur flumen de loco ſuo, ita quod dici poſſit novum flumen: tunc ſervitus aquæductus impeditur, ſive ſit locus medius impediens ſervitutem, ſive non: quia huic novo flumini & alveo ſervitus non fuit impoſita. Secunda concluſio, ſi flumen ex quo debetur ſervitus aquæductus, ita receſſit de alveo ſuo, quod non dicatur novum flumen, ſed idem, & nullus eſt locus medius qui ſervitutem impediat, durare poſſit: quia nihil ſubeſt, quod ſervitutem habeat impedire, & prædicta omnia intelligas procedere poſſe in quatuor caſibus principaliter. Primo quando jus aquæ ducendæ debetur ex
l flumine publico, *l* & ita poſui caſum ſupra: & tunc requiritur, ut habeatur licentia à principe, vel ſuperiore, *ut probatur, in dict. §. ſi aquam, ſecundum primam lectur. gloſſ. ibi.* Secundo poteſt intelligi, quando eſſet privatus: & tunc ſufficit habere licentiam à domino, quando illius eſt prædium, cui debetur ſervitus aquæduct. Tertio poteſt intelligi, ſi dicebam per fundum vicini, cui impoſita erat ſervitus, & flumen mutavit alveum inter fundum ſervientem, & novum alveum, per quem aqua diſcurrit, dimiſit: an ſit ſervitus extincta? Quo caſu diſtinguitur: aut ſubito receſſit, & extincta eſt ſervitus: quia medius locus, qui non ſervit, impedit ſervitutem. Aut paulatim, & tunc durat ſervitus: quia reputatur idem flumen: nec eſt locus medius, qui impediat ſervitutem: *ut probatur in d. §. ſi aquam, ſecundum lect. gloſſ. ibi.* Facit quod not. *in l. ſi convenerit, §. 1. Digeſt. de pign. act. & in l. ſi fundus, in princip. Digeſt. de pign.* Quarto & ultimo, non poſſunt prædicta procedere, quando eſt quæſtio utrum perdatur jus præoccupationis & præferendi viciniis. Quo caſu eodem modo eſt dicendum: aut flumen ſubito receſſit, & alveum mutavit, & perditur jus aquæ ducendæ, quod erat acquiſitum occupatione: & tunc nova occupatione opus eſt. Aut paulatim: & tunc ſecus, quia jus aquæ ducendæ retinetur, *ut not. Barthol. in leg. quominus in 26. quæſt. de flum.* qui etiam ſubdit hoc ultimo caſu id procedere: niſi ille cui ſervitus debebatur, paſſus ſit per annum aquam ire in ſua libertate, quia etiam tunc perderetur jus aquæ ducendæ, *ut l. 1. in princ. ff. de aqua quot. & æſtiv. & not. Bart. in d. l. quominus in 15. q. princ. in verſ. item ſecundum requiritur.*

Sed * juxta prædicta quæro, an in 38
caſibus in quibus per mutationem alvei fluminis amittitur ſervitus, aquæductus de æquitate ſit reſtituendus, ut debeatur ex novo, vel novis alveis, & videtur quod ſic: *arg. l. ſervitutes, §. ſi ſublatum, ff. de ſerv. urb. præd.* Sed gloſſ. *in d. leg. hoc jure, §. ſi aquam, in verſic. interrupta. ff. de aqua quot. & æſt.* dicit ſub dubio forte quod illud procedit, quando debetur ſervitus ex loco privato, & ſic ex flumine privato: ſecus ſi ex flumine publico. Ego vero non puto, quod in aliquo illorum caſuum reſtituatur, per illum text. & per ea quæ dicta ſunt ſupra. Nec obſt. *dict. §. ſi ſublatum,* quia ibi loquitur de ſervitute, quæ poteſt intelligi etiam eadem ex quo non mutatur locus, licet mutetur ædificium: ac etiam contingit propter publicam utilitatem domorum ut dicit Ang. de quo dic, *ut plene dixi in lib. præced. in tit. de ſer. ſtil. in 6. q.* ubi omnino vide.

Sed * quid ſi ad antiquum alveum, 39
m flumen redit? *gl. in dict. §. in verb. interrupta. in fin.* dicit, quod reſtituitur, m

quia

quia text. *in dict.* §. *ſi aquam*, non dicit quod ſervitus fuerit amiſſa, ſed interrupta, *ut probatur etiam in l. tradendis, in fin. ff. communia præd.* Et hoc intellige, niſi tanto tempore ſtetiſſet interrupta, quanto ſervitus amittitur, de quo dicam infra in 10. q. princ. quia tunc ſervitus amitteretur propriè, *in. d. l. tria prædia*, nec reſtitueretur, licet flumen in alveum ſuum redierit, & ita induco d. gloſſ. *in ver. interruptam, in fin. per d. l. tria prædia, quod not.* & quia ſæpe facta eſt mentio de mutatione alvei: quæro quomodo cognoſcatur alveus, ſi mutet, vel non? Dic quando definit eſſe, prima forma omiſſa, id eſt, quando ſic diſcurrit per alium locum, quod aqua non currat per primum alveum, dicitur alveus mutatus, *ut l. adeo*, §. *inſulam, de rer. diviſ.* §. *inſula, verſ. quod ſi naturali alveo. & not. Bart. in rub. ff. de rer. diviſ.* 2. *col. ult. char.*

40 Ultimo * circa prædicta quæritur, an cuilibet ſit licitum ducere aquam de flumine publico per occupationem factam propria authoritate? *n* Et videtur quod non, & quod requiratur authoritas principis, vel ſuperioris, *ut l. quominus, ff. de flum. & l.* 1. §. *permittitur, ff. de aqua quot. & æſtiv. l.* 2. *in pr. ff. ne quid in loco publ. & per ea quæ dicta ſunt ſupr. in* 5. *quæſt. princ.* In contrarium videtur, quod licitè quis poſſit authoritate juriſgentium aquam occupare ex flumine public. quo jure flumina, & eorum uſus, & jura publica ſunt: *ut Inſt. de rer. diviſ.* §. *flumina*: ſed tu in hoc ſic diſtingue: Aut flumen eſt publicum, & navigabile: aut publicum, & non navigabile. Primo caſu, quando eſt navigabile, non licet aquam ducere propria authoritate, & qui primo ducit, illicitè facit, *ut d. l. quominus, & ibi hoc not. Barthol. in* 2. *quæſt.* Secundo caſu quando flumen non eſt navigabile, & tunc ſubdiſtingue: aut flumen intrat in aliud flumen navigabile: aut flumen non intrat in aliud flumen navigabile. Si intrat, aut illud eſt mare, & poteſt ducere. Et eſt ratio, quia propter aquarum abundantiam ex uno flumine non dicitur recipere incrementum, vel diminutionem, & ſic propter dictam occupationem nullum detrimentum recipere poteſt: Aut eſt aliud flumen navigabile, in quo intrat: & tunc aut propter dictam occupationem ductus aquæ avertitur à flumine navigabili, & facit quod flumen efficitur non navigabile, vel damnificatur navigatio, & non poteſt, *ut d. l. quominus, & ibi per Bartbol. in* 3. *oppoſit.* Aut avertitur aqua à flumine navigabili, exemplum. Si aquam duco ex flumine ad fundum meum, & nihilominus poſtea flumen navigabile intrat, & iſtud non eſt prohibitum, ſi bene conſideras rationes prædictarum legum.

Et * Bononienſes licitè ducunt 41 aquam de flumine Rheni, & poſtea intrat Padum, *ſecundum Bart. qui ita not. in l. quominus, in princ. in* 3. *oppoſit.* Et quod dixi, quod quis propria authoritate poteſt aquam ducere ex flumine publ. non navigabili, quando intrat flumen navigabile, & non impedit navigationem, procedit multo magis, quando intrat flumen non navigabile. Sed hoc tamen limita duobus modis. Primo, quando flumen eſſet publicum: hoc eſt, eſſet in uſu publico, ſcilicet fiſci, vel civitatis, vel alicujus municipii, puta, quia illo utitur ad molendinum; prout faciunt Bononienſes de flumine, in quo ſunt molendina communis Bononiæ, *de quib. habetur per gl. in l. inter pub. ff. de verb. ſign.*

Digitized by Google

ſign. & in l. ſed, & Celſus, in princ. ff. de contrahend. empt. vel utitur civitas ad alium uſum dicta aqua, & tunc permittitur aquam ducere, *ut eſt caſus in d. l. quominus, ſecundum unum intellectum gloſſ. ibi, & Baron. etiam ibi hoc not. in princ. in 2. oppoſ. & probatur in l. 1. & per totum tit. C. de aquæduct. lib. 11.* Secundo fallit, quando cum vicinorum injuria duceretur: *ut l. Imperatores, in fin. ff. de ſerv. ruſt. præd. & l. 1. §. ſunt qui putant, ff. ne quid in flum. public.* Et ſi dicatur, nonne eſt ſemper vicinorum injuria, qui non poſſunt facere ſuum ædificium? Reſpondeo ſecundum Bart. *in dict. l. quominus in 2. quæſt. princ.* quod per hoc non patitur
5 vicinus injuriam, ſeu damnum, o ſed non acquirit lucrum: & non eſt idem, lucrum non capere, & damnum ſentire, *leg. fin. ff. de Codicil. & l. qui autem in princ. de his qui in frau. cred. cum ſimil.* Aut eſt flumen publ. ex quo aqua deducitur, ſed non eſt navigabile, & tunc quis poteſt licite authoritate juriſgentium aquam ex eo ducere: quia per jura civilia non eſt prohibitum id, quod eſt de jure gentium licitum, *per §. flumina, Inſt. de rer diviſ. & per l. 1. §. ſunt qui putant. ff. ne quid in flum. publ.* dummodo non fiat cum vicinorum injuria, ſecundum Barthol. *in d. l. quominus, in 2. q.* Sed adverte ſecundum eum ibi, quando quis facit illicite reſpectu privati ducendo aquam ex flumine publico, ille ſolus me poteſt impedire, non alius tertius: quia quantum ad eum illicite facio, *l. loci corpus, Paragr. competit. ff. ſi ſervit. vendic.* ſed quando facit illicitè reſpectu juris publici: tunc quilibet privatus poteſt impedire, *& ita loquitur l. 2. §. idem ait, ff. ne quid in loco publico.*

42 Quid * autem ſi aqua exit de molendino p unius, & alter vult eam capere, & ducere ad molendinum ſuum, ita quod molendinum primum non impediat, an poſſit? & dicas quod aut illa aqua intravit alveum publicum, & non eſt dubium quod poteſt, per prædicta, *& ita tenet Barthol. in d. l. quominus in 12. q. in fin.* aut non intravit alveum publicum, & tunc alveus per quem aqua ducitur ad molendinum, eſt publicus, & poſt molendinum deſcendit per alveum publicum, & tunc diſtingue, *ut ſupra dixi de aqua ex flumine publ. ducenda.* Aut Alveus eſt privatus, & tunc non poteſt, *ut leg. in concedendo, ff. de aqua pluv. arcend. cum ſimil.* Quando autem dicitur alveus fluminis publici, per quem flumen publicum diſcurrit, & tunc eſt publicus alveus: quia alveus eſt illius, cujus eſt flumen, *ut Inſtit. de rerum diviſ. §. Inſula, verſ. novus alveus, & l. adeo, §. Inſula de acq. rerum dom. & l. 1. §. non enim ne quicq. in flum. public. ibi.* Quia impoſſibile eſt, ut alveus fluminis publici non ſit publicus, & hoc procedit etiam ſi alveus ſit foſſa manu facta, per quam fluit publicum flumen, *ut l. 1. ſi foſſa, ff. de flumin.* Secus ſi flumen aliquam terram inundaverit: quia tunc ille locus inundatus non eſſet publicus, *in d. §. ſi foſſa in ver. alter.* Aut alveus eſt fluminis privati, per quem flumen privatum decurrit, & erit privatus, *arg. d. l. 1. §. hoc interdictum, & §. item, ſi amnis, ff. de flum. ne quid in flum. pub.* & deſcendit ad latus fluminis pro aqua ducenda, puta ad molendinum, vel agros irrigandos quia alveus eſt cavus, ſive foſſa, & dicitur in vulgari forma, ſeu formula, & ita appellatur quandoque, *in l. 1, C. de aquæduct. lib. 10.* & appellatur quandoque in jure incile: *ut l. 1. §. incile, §. de rivis.*

Item:

43 Item * appellatur in vulgari vallum: ut not. Bart. *in d. leg. quominus. in 12. q. de flum.* Item ſecundum nos appellatur ſeriola. Et in hoc dic, quod locus ſive alveus dicitur Privatus: cum per talem locum non ſemper concurrit aqua, *ut l. 1. §. fluminum, ff. de flum.* & ratio eſt in eo §. *ſi foſſa*, & Bart. *in d. q. 12.* ubi dicit: Aut duco aquam ex flumine public. immediatè per fundum meum, & tunc non eſt dubium, quod locus eſt meus. Aut duco per fundum vicini, ipſo permittente, & tunc locus eſt ejus cujus primo erat antequam fieret ſeriola, & ego habeo ſervitutem aquæ ducendæ: & ſi ille me impedit ducere, habeo interdictum de aqua quotid. & æſtiv. ſi me impedit formulam, ſive ſeriolam purgare, & reficere, habeo interdictum de rivis, *ut d. l. §. incile. ff. de rivis*, & habeo confeſſoriam, *de quo vide quod dicam infra in 6. q. princ.*

44 Sed * quid ſi duo volunt aquam ducere ex flumine publico ad fundum ſuum, & ſe invicem impediunt, quis præferretur: iſta ponuntur per Barthol. *in l. quominus in 5. & 6. quæſt. princip. ff. de flumin.* ubi plenè examinat, & per Bald. *in l. item lapilli, verſic. quæro, ff. de rer. divi.* Ego autem dimiſſis diſputationibus ſic diſtinguo: Aut aqua poteſt ſufficere iſtis duobus, aut non. Primo caſu regulariter unus alterum impedire non poteſt, *l. Lucio, ff. de aqua quot. & æſtiv. & l. 1. §. 1. de ſerv. ruſtic. præd. & per ea quæ dicta ſunt ſupra in 6. quæſt. princip.* & ita tenet Barthol. *in dict. leg. quominus, in §. q. in fin.* hoc tamen regulariter fallit, quando ambo vellent aquam ex eodem fluminis loco ducere: quo caſu diſtingue, ut dicam in ſequentibus. Secundo caſu principali, quando non eſt ſufficiens utrique, & quilibet vult in diverſa parte fluminis ex eo ducere, & tunc ſubdiſtingue: aut ambo incœperunt eodem tempore ducere aquam vel occupare locum: aut unus primo incœpit, alter poſt, cùm de primo ignoraret, aut unus primo incœpit, & alius poſtea, cum ſciret primum incœpiſſe. Primo caſu quando ambo incœperunt eodem tempore, videtur quod ſit locus gratificationi, *per l. fin. ff. de rer. divi.* vel quod ſorte dirimatur, niſi unus potuiſſet providere, alter non, *argument. leg. ſi quis domum, §. 1. ff. loc. & not. gloſſ. in l. 1. §. 1. in ver. ad obtinendum, ibi, vel de tertio, ff. ne quid in loc. public.* quæ ponit de duobus plauſtris ſibi obviantibus, ut ponit etiam gloſſ. *in l. per agrum, Codice de ſerv.* vel dic ſecundum Barthol. *in dict. leg. quominus, in 6. quæſt.* quod uſus dictæ aquæ eſt communicandus inter eoſdem, vel debet dividi per tempora, & per menſuras, *ut l. Imperatores, digeſt. de ſerv. ruſt. præd.* circa quod vide quod dixi, *in hac 7. quæſt. princ. circa princ.* & quod ſtatim videtur. Secundo caſu quando unus primo incœpit, alter poſt, cum ignoraret de primo. Barthol. *in dict. l. quominus, in 6. quæſt.* dicit idem quod proximo caſu præcedenti: quia paria ſunt, quod ambo ſimul incipiant, vel quod unus incipat, & alter ignorans poſtea incipiat, ſicut quando duo plauſtra ſe invicem obviant in via arcta, per quam unum tantum plauſtrum tranſire poteſt, & unum primo ingreſſum eſt viam, & aliud poſtea non prævidens primum, *ut not. gloſſ. in d. l. 2. §. Et in 3. lect. ff. ne quid in loc. publ. in d. 6. q. in fin.*

45 Eſt * ergo cautela, ut ille qui primo ingreditur viam cum plauſtro: aut qui primo incœpit ædificare, aut aquam ducere proteſtetur, quod ipſe occupat, & occupare intendit uſum

dictæ aquæ ad tale ædificium. Itèm bonum eſſet ſi quis cum judicis authoritate opus inciperet, hoc tamen non ſemper eſt de neceſſitate, *ut l. quamvis de acquirend. poſſeſſ.* & iſtis caſibus ipſe proteſtans præfertur: ut dicam in tertio caſu ſequent. Ego autem in iſtis duobus puto aliter dicendum: videlicet aut iſti qui eodem tempore volunt ducere aquam, vel occupare, vel unus primo, alter poſt, faciunt in flumine aut in illo loco proximo fluminis, vel ſi faciunt, in ripa fluminis: & tunc licet proprietas ripæ ſit eorum qui prope ripam prædia poſſident, quia tamen uſus ripæ fluminis eſt communis, *ut leg. riparum, ff. de rerum divi. & inſtit. eo. §. riparum*, dicendum eſt quod tantum juris habet unus, ſicut alter: & ſic ſunt pares in jure. Et propter ea concludendum eſt, *ut dicit Barthol. in dict. leg. quominus in 6. quæſt.* videlicet quod aqua dividatur per menſuras vel tempora, quod intellige, ſi commodè dividi poteſt, ita quod proſit utrique: alias puto quod fortè ſit dirimendum, *per l. in tribus, ff. de judic. & per gloſſ. in d. l. 2. §. 4. ff. ne quid in loco public.* Si vero faciunt opus non in ripa fluminis, ſed in loco proximo ripæ, & tunc aut ille locus eſt publicus, aut privatus. Si eſt publicus, ille eſt præferendus cui eſt permiſſum à principe vel ſuperiore: quia per locum publicum non licet privato propria authoritate aquam ducere, *ut leg. ſervitutes, §. publico, ff. de ſervit. & l. 2. in princip. ff. ne quid in loco publico cum ſimil.* alias erit locus gratificationi principis vel ſuperioris, *ut leg. final. Digeſtis, de oblig. & ſumpt. fune. & per gloſſ. in d. l. 2. §. 1. in 3. lect.* Si locus eſt privatus, & tunc dicendum eſt, aut ille locus eſt ædificantis primo, aut vicini, qui etiam ſimiliter ædificavit, aut alterius tertii. Si eſt ædificantis, ille præferetur qui in ſuo ædificavit: quia licet hoc fecerit, ſive primo ædificaverit, ſive ſecundo: quia ipſe ædificavit licitè, *ut l. 2. §. merito, ff. ne quid in loco publ. not. Cyn. in leg. ſi manifeſtè, Cod. de ſervis. & Bart. in leg. quominus in 2. quæſt.* Si vero locus eſt alterius tertii tantum: tunc ille præfertur, cui primo conceſſit dominus loci, aliàs erit locus gratificationi: quia per fundum alienum privatum non licet alicui aquam ducere ſine ejus voluntate, *ut leg. 2. & l. aquam C. de ſerv. & aqua.* Secundo caſu principali quando unus primo incœpit occupare, vel ædificare, aut aquam ducère, & alter poſt ſciens primum incœpiſſe: tunc primus præfertur: quia hoc caſu melior eſt conditio occupantis, *ut d. l. §. merito. ff. ne quid in loco publ. & l. 2. §. cœpiſſe ff. de polli. & not. Bart. in d. l. quominus, & in 5. q. ff. de flum.* Quod tamen ego intelligo ſecundum diſtinctionem præcedentem.

Quando * autem quis dicatur oc- 46
cupaſſe, vel incœpiſſe ædificare, vel aquam ducere, vel uti loc. publ. *vide plenè per Bart. in d. q. 5. & per Bald. in l. item lapilli in 4. q. ff. de rer. div.* Et ſi quis incœpit ædificare, & dimittit, an & quando perdat jus prælationis? Item Bart. *in d. c. 5. q.* & per Bald. *d. l. item lapilli in 5.* & ego dicam infra *in 10. quæſt. princ.*

Et pro * declaratione omnium præ- 47
dictorum ſcias, & tene menti, quod non ſequitur, quis habet poteſtatem vel jus ducendi aquam ex flumine publ. vel privato, ergo habet ſervitutem aquæ ducendæ. Sic in hoc debet ita diſtingui: Aut debetur ex flumine publ. aut privato. Primo caſu, aut prædium dominans ad quod ducitur aqua, eſt proximum flumini, nullo alio me-

dio:

dio : & tunc non dicitur propriè ſervitus : quia non debetur à prædio alterius quod reperitur, *ut l. 1. ff. de com. præd.* ſed debetur iſtud jus à loco publ. & ita tenet Bart. *in d. l. 1.* Aut prædium dominans non eſt proximum, aut via public. vel alter locus eſt in medio inter flumen, & locum dominantis, & tunc idem eadem ratione. Aut eſt in medio locus privatus, per quem duci debet aqua : & tunc, aut flumen eſt pe-
s renne, s & erit ſervitus aquæductus, *ut l. 1. §. aquæductus, ff. de ſervit. ruſt. & inſtit. eo. §. aquæduct. & dixi in diffinitione in 1. quæſt. principali.* Aut flumen non eſt perenne : quia aliquando exareſcit, ſicut eſt fons, lacus &
t ſtagnum, t & tunc quia non habet cauſam perpetuam, ſeu continuam reſpectu rei, quæ debet ſervitutem, *ut eſt caſus in l. foramen, §. omnes, ff. de ſerv. urb. præd. & ibi hoc tenet gloſſ. final. in princip. in verſic. debet in ultim. lect.* quod intelligo, ut ſervitus imponatur directo : quia directo imponi non poteſt, ſed bene dicitur ſervit. utiliter, *ut l. 2. ff. com. præd* quæ ita debet intelligi ſecundum Bart. ibi *& in dict. leg. foramen,* & ita etiam tenet Rofred. *in libellis ſuis ſuper interdicto de fonte, & rubrica incipit : Si quis habet uſum ducendi aquam de puteo, vel de fonte.* Iſta ſervitus utilis non poterit dici ſervitus, quantum ad hoc, ut præſcribi poſſit, ex quo non habet cauſam continuam : quia requiritur tantum tempus, ut non extet memoria in contrarium, & ille eſt caſus, *in d. l. foramen. §. omnes, ſecundum primam leg. gloſſ. ibi,* quæ in ſe eſt veriſſima, *per not. in l. ſervitutes, la grande, ff. de ſervit.* Item poterit dici ſervitus quoad hoc, ut quis perpetuo eam habere poſſit, ex quo conſtituta eſt, licet perpetuo non utatur ? quia in hoc caſu non poteſt ſic concedi ſervitus iſta, ut perpetua ſit, iſte eſt caſus, *in dict. §. omnes, ſecundum 2. lect. gloſſ. ibi,* ſed quoad alios effectus, poteſt dici ſervitus utiliter, quod bene not. Secundo caſu principali, quando debetur ſervitus ex flumine privato, & tunc eſt perenne, & ſine dubio dicitur propriè ſervitus directa, ex quo debetur à fundo privato alteri fundo privato, ſive alius locus publicus, vel privatus ſit in medio, ſive non : quia verba ex mente legis concurrunt : *per leg. 1. §. aquæductus, ff. de ſervit. ruſtic. præd. cum ſimil.* Aut non eſt perenne, & tunc non valet ſervitutis impoſitio mero jure, ſed de æquitate prætoris tenet, & iſte eſt caſus, *in leg. 2. ſecundum tertiam lect.* ibi & Ang. *ibi ff. communia præd.* vel ſecundum Barthol. non valet directè, ſed utiliter, *ut dixi in 1. caſu præced.*

Octavo * principaliter quæro, quo- 48
modo, & qualiter quis debeat, aut poſſit uti ſervitute aquæductus? Et dicas primo, quod debet uti ſecundum conſuetudinem, *ut l. præſes, Cod. de ſerv. & aqua, & l. ſi manifeſtè eod. tit.* & propterea dixit Bald. not. *in tit. de pace Conſtan. in 6. col. per illum text.* quod in aquis, & molendinis, & in ipſis aquarum commoditatibus ſtandum eſt antiquitati, *& idem dixi ſupra in 4. quæſt. princ. poſt. prin. & per Bart. hic in leg. qui luminibus ibi,* & ſtatum antiquorum ædificiorum *cum gloſſ. Digeſtis, de ſerv. urb. præd. & l. venditor, §. ſi conſtat ibi, niſi talis conſuetudo, ff. communia præd. & l. 1. & leg. an in totum, & ibi not. Codice de ædific. priv.* Item quis debet uti ſervitute aquæductus ſecundum formam ſtatutorum, ſi quæ ſint, *argum. d. l. qui luminibus* ibi ſecundum formam ſtatutorum, *conjuncta gloſſ. argum. d. l. an*

in totum, facit leg. omnes populi de juſt. & jur. Item debet uti ſecundum conventiones & pacta, quæ de ſervitute inita ſunt, & probatur in l. certo generi, ibi, quæ lege comprehenſa eſt, ff. de ſervit. ruſt. præd. & in leg. is qui duo prædia, cum leg. ſeq. & leg. cum eſſent. §. fin. ibi, niſi pactum vel ſtipulatio eod. titul. & leg. ſi quis duas in princ. ff. communia præd. facit, l. 1. ſi convenerit, ff. depoſiti, & l. ſemper in ſtipulationibus, de regul. jur. cum ſimil. Et ideo non poteſt quis uti ſervitute, niſi: quatenus conceſſum eſt, ut l. ergo in final. & l. ex meo. ff. de ſerv. ruſt. præd. l. non modus C. de ſerv. & d. l. is qui duo, quæ vult notabiliter quod ſi habens duo prædia confinia ſuperius vendiderat, pacto appoſito, ut aquam ſulco aperto emptori educere in fundo vicini liceat, non poterit emptor ex alio fundo aquam incipere & in inferiorem venditoris ducere. Ex hoc ſequitur ſecundum Angel. per illum text ibi, quod in uſu ſervitutis aquæ forma data punctualiter eſt obſervanda; & illa cui debetur ſervitus aquæductus, non poteſt cum eo aliam miſcere.

49 Et * ſubdit quod hoc eſt optimum arg. ut ille qui habet talem ſervitutem ducendi aquam ad molendinum, non poterit propter aquarum abundantiam, aliud molendinum conſtruere, de quo Bart. in l. per agrum alias, in l. non mod. C. de ſerv. dicit eſſe caſum in d. l. non modus, & non poteſt eo modo aliam aquam immiſcere, ut molendinum celerius volvatur. Item ſi eſſet lata ſententia, à quo non fuiſſet appellatum, vel aliter in rem juri tranſiviſſet: tunc inter partes ei ſtandum eſt ſecundum formam & tenorem ſententiæ, ut de ſerv. l. 1. & per totum, ff. de re jud. & per totum, tit. C. eo & ex eo. & maximè in c. cum inter vos cum ſimil.

Sed dubium * eſt circa prædicta, 50
pone inter duo caſtella erat quæſtio de ductu aquæ publicæ, & fuit inter ſe lata ſententia, demum Imperator conceſſit mihi unum de illis caſtellis, numquid teneat ſervare illam ſententiam? videtur quod ſic: quia caſtellum tranſit cum ſuis vitiis, ſuaque cauſa, præſertim cum ſit univerſitas quædam ff. de act. empt. leg. in venditione, ff. de cond. & demonſtr. leg. ſi quis legata, §. fi. & ff. de contrahend. empt. leg. aquæduct. & quia imperator non videtur velle præjudicare ſententiis & tranſactionibus, ſed tacite reſervare, arg. text. in tit. de pace Conſtan. in verſ. ſalvo jure aquæ Lambr. & arg. leg. Labeo, §. 1. cum gloſſ. ff. fam. erc. & leg. concedendo, ff. de aqua pluv. arcen. & l. fin. Cod. de ſilent. lib. 12. Et ideo dicit Bald. in dict. tit. de pace Conſtant. in 64. colum. in princ. quod conceſſiones de bonis publicis factæ ſemper intelliguntur, reſervatis juribus & commoditatibus ejus cui primo facta eſt conceſſio. Facit pro hoc, l. prætor ait, §. merito, & §. quis à principe, ff. ne quid in loco publ. & l. impuberi. §. de admin. tut. & leg. nec avus, Cod. de eman. lib. & in cap. in his, cum gloſſ. 1. extra de privil. cum ſimil. In contrarium videtur, quia ſicut princeps poſſet non ſervare ſententiam, & uti aqua publica pro voluntate, ut in cap. 1. in titul. quæ ſint rega. in uſib. feud. ita quod & ego poſſim qui vice principis fundor. Item facta privatorum fiſco non præjudicant, nec tenetur fiſcus de factis illis facere mentionem, l. jus publicum, de pac. & l. juriſgentium, §. ſi paciſcar. eod. tit dum tamen boni viri fungantur officio, ſicut ipſe princeps induxiſſet, ſi certioratus fuiſſet, ff. de pact. l. tale pactum, ff. fin. cum ibi not. in gloſſ. quod maxime verum eſt, ſi alium non lædo,

Digitized by Google

ut l. 2. §. item Varus, ff. de aqua pluviæ arcen. l. 1. ff. de ſolu. &c. ſuborta, in fin extra de re judic. Nec obſtat text. *in d. titul. de pace Conſtan. ibi.* ſalvo jure aquæ Lambr. quia ibi jus aquæ competebat ex conſuetudine, quæ eſt fortior, quam pactum privatorum: & ita tenet ibi Bald. & facit quod dixi ſupra, *in 4. quæſt. principali, poſt princ.* Item ubi non eſt conſuetudo, ſtatutum, pactum, vel ſcientia, dic primum locum eſſe conſiderandum: nam publicus aquæductus debet habere locum, ſive ſpatium 5. pedum, in quo loco nullæ ſint arbores: ſed ſi quæ naſcerentur, debent excidi, *ut l. 1. Cod. de aquæduct. lib.* 10. ſi vero ducitur per locum publ. debet eſſe latitudo 10. pedum: *l. omnes ſuper his eod. tit.* & ita vult Bart. *in d. l. 1.* & ſi contra fiat, pœna imponitur, *ut l. decernimus, eod. tit.* Item debet quis ducere aquam ex flumine, ita ut vicinis non noceat in eadem ripa, vel alia, *ut eſt text. in l. hoc jure, ſi aquam ſupra de aqua quotid. & æſtiv. & in l. 2. §. ſi quis in ſuo, & in l. ſi per publicum, ne quid in loco publico.* ubi etiam dicitur, quod ſi rivus aquæductus privato nocebit, competit actio privato, *ex l. 12. tab. ut de noxa domino caveatur.* Item debet duci per locum ſolitum, quia aqua non debet deduci à ſuo ſolito curſu, *l. 2. in fin. Cod. ad leg. Aquil. ibi per Bald. & Dd. in l. ſi ſervus ſervum. §. ſi quis aquæduct. ff. ad l. Aquil. & not. in l. 1. Cod. de ſervit.* Et ideo dicit Bald. *in cap. 1. ſi quis de manſo, in quatuor colum. in fi. de controverſ. inveſtit.* quod in iſto aquarum ductu non ſolum inſpicimus principium, ſed etiam loca unde decurrit, & alveos, & meatus unde tranſit, & ſi eſt vetuſtiſſimus aquæ curſus, ſecundum eorum qualitatem de uſu aquæ judicare debemus pro hoc quod dixi, *in princip. hujus quæſt.* & ideo non poteſt duci aqua aliter quam ducta fuerit æſtate præterita, *l. 1. §. quod autem, ff. de aqua quot. & æſtiv.* & intelligitur alveus ſolitus, quando aquæ curſus mutatur, ita ut aqua depreſſior, vel altior, vel rapidior ſit incommodo vicinorum, *lege 1. §. quod autem, cum *. ſequent. ff. ne quid in flum. public.* Et intellige quod dixi de ſolito curſu æſtate præterita, niſi verſetur maxima utilitas ducentis, & modicum incommodum alterius, *ut eſt caſus not. in dict. l. 1. §. ſunt qui putant, ff. ne quid in flum. publico, & not. Bart. in l. quominus in 16. quæſt. ff. de flum.*

Et * incommoditas vicini dicitur, 51
quando unus haberet de aqua, & non poſſet commode uti aqua juxta ſolitum, ſecus ſi eſſet incommoditas vel damnum, puta quia pauciores portabunt frumentum ad molendinum ſuum propter abundantiam alterius: quia iſtud damnum non conſideratur: *argument. l. quæro, ff. de jure patron. & l. fin. eod. tit.* & ita vult. Bart. eleganter, *in d. l. quominus in 11. quæſt. in fin.* & Bald. *in l. 1. in 11. colum. in 14. oppoſit. C. de ſent. quæ pro eo quod not.* Item ſi ſervitus aquæductus debetur ex flumine, & flumen mutavit alveum, * an duret ſervitus, & in quo loco, *vide quæ pleniſſimè dixi ſupra in 7. quæſt. princip. verſic. item quid ſi debetur ſervitus aquæductus.* Item habens jus aquæ ducendæ poteſt aquam ducere per quamcumque partem vult ab initio, *ut l. fin. ff. de aqua quotid. & æſtiv.* & dum dicit ibi, faciat, debet ſubaudiri ab initio, antequam rivus ſit conſtitutus, ſed poſtquam locum elegit, non poteſt amplius, *ut dict. l. fin. ibi, dummne aqua.* & iſtud eſt regulare, *& pro hoc l. ſi cui in ſicum ibi not. ff. de ſerv.*

&

& dixi ſupra in 12. quæſt. principali, verſicul. item quid ſi non exprimatur, ubi vide & per Barthol in d. l. quominus, in 16. oppoſit. quod intellige, *ut ſtatim dixi in verſ. præcedent. & etiam quæ plenè dixi ſupra de ſerv. itin. in 3. col. verſ. quæro numquid habens ſervitutem itineris in fundo alterius in verſ. ſeq.* & per ea quæ dicuntur, declarari poteſt iſte articulus.

52 Sed * eſt dubium de quæſtione quotidiana, quidam habens fundum in quo fons oritur, & per longiſſimum tempus, cujus forte non exiſtat memoria in contrarium: & aqua exiens de dicto fundo per ſe cœpit diſcurrere per partes inferiores, patientibus illis quorum erat fons, eo quia retinere dictam aquam erat forte ſibi inutile, & habentes prædia inferiora cœperunt dictam aquam colligere, & ad ſua prædia duxerunt pro irrigandis prædiis multis annis elapſis: poſt etiam per tantum tempus, quod non exiſtat memoria in contrarium: habentes prædia ad inferiora fecerunt coadunationem dictæ aquæ, & ibi factum fuit molendinum, & ibi ſtetit per longiſſima tempora: nunc verò habens fundum ſuperiorem, in quo aqua oritur, vult divertere dictas aquas à loco prædicti molendini, & eas ducere ad alia loca inferiora, quæ ortæ erant pro irrigandis illis locis, vel ibi vult facere unum molendinum pro ſe; quæritur numquid poſſit? an verò domini inferiores, ad quorum prædia diſcurrere conſueverant, poſſint contradicere, & petere quod aqua non divertatur a ſuo ſolito curſu? Et primo videtur quod dominus ſuperior poſſit dictam aquam divertere, nec per inferiores poſſit impediri: quia in re ſua jure id facere videtur: *per text. in l. fluminum, §. item videamus, ff. de dam. infect.* Ubi habetur, quod ſi in domo mea puteum aperio, & venæ putei præciſæ ſunt, id jure meo, & licitè facere videor, & non teneor ex hujuſmodi facto etiam ſi ſibi promiſiſſem de damn. infect. quia non poteſt æſtimari tale damnum tibi dare ex initio operis mei in re mea in qua meo jure uſus ſum, *ut l. Proculus, in princ. eod. tit.* quia licet in ſuo facere quod quis vult. *l. altius, Cod. de ſerv. & aqua, & l. qui luminibus cum ibi not. ff. de ſervit. urb. præd.* quoniam in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter. *l. in re mandata, Cod. man.* Secundo hoc videtur probare, *in l. Proculus, ff. de damn. inf.* ubi dicitur, quod ſi aqua naſcitur in meo cuniculo, quæ aqua vicino affert utilitatem, licitum eſt mihi facere in meo quicquid volo ad utilitatem meam & vicinum dicto lucro privare, dummodo non faciam animo nocendi ſibi, *ut l. 1. §. denique el. 1. ff. de aqua arc.* & ita vult gloſſ. & Bart. *in d. §. item videamus.* Tertio hoc videtur probari, *in l. ſi in meo fundo, Digeſt. de aqua pluv. arcend. & in d. §. denique,* ubi dicitur, ſi in meo fundo aqua oritur, quæ ex fundo tuo venas habet, potes eas venas in tuo excidere, ita ut ad fundum meum aqua non perveniat, niſi ſervitus mihi debita fuerit, vel niſi animo nocendi feceris, vel ut agrum tuum faceres. Quarto ubicunque quis recipit aquam in fundo ſuo ſolitam diſcurrere ad partes inferiores, & ad utilitatem inferiorum, ſi poſtea emerit fundum vicini inferiorem, poteſt ad ipſum fundum emptum aquam ducere, licet inferiori lucrum auferat, dummodo ſuperiori non noceat, ut eſt caſus not. *in l. 1. §. illud Labeo, Digeſt. de aqua quot. & æſti.* Nam ſi aquam quæ alibi oritur, poſtquam eſt ingreſſa fundum meum, poſſum,

poſſum divertere ad utilitatem mei fundi empti, non obſtante conditione vicini inferioris, *ut ibi, & eſt gloſſ. in l. ex meo, ff. de ſerv. ruſt. præd. & l. cum eſſent*, §. 1. *eod. tit.* multo magis potero divertere aquam quæ oritur in meo fundo, Quinto pro hoc facit, *l. ſicuti*, §. *Ariſt. ff. ſi ſerv. vend.* ubi dicitur quod in ſuo alii hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat. Sexto hoc probatur, nam aqua oritur in fundo meo ſuperiori ibi naſcendo, & dicitur mei domini illius fundi, *l. ſolum*, §. *meum, ff. de rei vend. & l. de eo* §. *ſi quis, ff. ad exhi. cum ſimil.* & pro hac parte reperio ita fuiſſe conſultum per dom. Rofred. de Lampugnano, & dom. Chriſto, de Caſtellione, *in conſ. quod incipit. factum ſic ſe habet, quidam notabilis.* In contrarium videtur, quod imo dominus in cujus fundo ſuperiori oritur aqua, non poſſit divertere, ne diſcurrat ad fundum inferiorem: primo, *per l. hoc jure*, §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiv.* ubi videtur eſſe caſus ad literam pro iſta parte, nam ibi text. dicit, quod aquæductus cujus origo memoriam exceſſit, jure conſtituti loco habetur. Secundo ad idem, *l. 1. in fin. ff. de aqua pluv. arcend.*

53 Ubi * dicit longa conſuetudine veluti jure impoſitam ſervitutem videri. Tertio videtur eſſe text. *in dict. leg. hoc jure*, §. *aqua*, qui dicit, aqua quæ in rivo naſcitur, tacitè lucriſit ab eo qui ducit. Quarto hoc probatur, quia regulariter aqua non debet diverti à ſuo curſu, *l. 2. in fin. C. ad l. Aquil. & l. præſes, & l. ſi manifeſtè, C. de ſerv.* Et not. Bald. *in d. l. 2. & in l. item lapilli, ff. de rer. div. & dixi ſupra in princip. hujus quæſt. princ.* Quinto probatur ſic: tempus cujus non exiſtit memoria, habet vim tituli vel privilegii *dict. l. hoc jure, paragr. ductus aquæ, &c, ſuper quibuſdam, paragr. præterea, de verb. ſign.* & habet vim ſerv. jure conceſſæ, *ut leg. 2. Paragr. idem Labeo ait ſi in agro tuo ff. de aqua plu. arc.* Sed ſi fuiſſet conſtituta ſervitus per dominum fundi ſuperioris, vel facta venditio, vel privilegium de illo jure aquæ ducendæ, non poſſet illum curſum aquæ divertere in præjudicium inferioris, cui eſſet facta conceſſio, *leg. in concedendo, ff. de aqua plu. arcend. & leg. Luci. ff. de aqua quot. & æſti. ibi, & ſic per alium.* Sexto probatur *in leg. 1. paragr. fin. ibi, locum velit ducere impune, ff. de rivis.* Ultimo pro hoc videtur eſſe text. ad literam, *in leg. ſi quis diuturno ff. ſi ſerv. vend.* Et pro hac parte reperio plures conſuluiſſe. Ego verò in hac q. pro veritate, & omnium concor. ita puto eſſe diſtinguendum: Aut dominus qui vult divertere aquam, ne diſcurrat ad loca inferiora, hoc facit animo nocendi dominis inferioribus; & nullo modo poteſt, *ut leg. 1. §. denique Marcellus, ff. de aqua plu. arcen. & ibi gloſſ. in verſ. non haberi, & not. gloſſ. in leg. fluminum, paragr. fin. in verſ. non tenere me, de damn. infect. quæ gloſſ. in paragr. fin.* ſingulariter vult, quod in dubio non præſumitur quis feciſſe animo nocendi, *l. merito. ff. pro ſocio, circa quod vide quæ dixi ſupra in 1. lib. de ſolo, ſive area, verſic. ſed dubium, an præſumatur facere ad æmulationem*, & itidem de feneſtra, *in 1. parte, ibi, ſecunda fallentia.* Aut non fecit animo nocendi, ſed pro ſua utilitate, & tunc ſubdiſtinguendum. Aut in prædictis non eſt ſtatutum, ſed generalis conſuetudo in loco circa prædicta, vel conventio aliqua inter partes: tunc dum eſt conſuetudini, vel conventioni, *ut dixi ſupra circa princ. hujus qu. principalis.*

Et * adde quod ille qui permittit 54

ſolam patientiam, nec per aliqua verba, conſtituit ſervitutem, non videbitur ſerv. conſtituere, ſed ſe perſonaliter obligare; *ut l. ſi ſub. una,* §. *ſi quis viam, ff. de verb. oblig.* ſecundum Bald. *in c.* 1. §. *ſi quis de manſo in* 5. *colum. in princ. in tit. de controverſ. inveſtit. vide quod not. in d.* §. *ſi quis viam, & in l.* 3. §. *opus, ff. de ali. jud. mut. cauſ. fact. & quod dixi ſupra in* 2. *q. principali.* Aut eſt ſententia lata inter partes, vel alios, & dic, ut dixi ſupra in verſic. ſed dubium circa prædicta. Aut non eſt ſtatutum, conſuetudo generalis, conventio, vel ſententia: & iterum ſubdiſtingue: aut aqua illa diſcurrit ad fundos inferiores jure ſervitutis, aut jure cujuſdam facultatis. Primo caſu quando jure ſervitutis, ſine dubio dominus ſuperior in cujus fundo oritur, aliò non poteſt aquam divertere, & ſi divertat poteſt inferior agere contra eum, *ut eſt caſus in l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſervit. vend.* Et intellige nedum de ſervitute acquiſita, ſed etiam quando quis eſſet in quaſi poſſeſſione x ſervit. aquæ ducendæ, quando ex anno uſus eſt dicta ſervitute aquæ ducendæ, *ut l.* 1. §. *illud tamen, & paragr. quod autem, ff. de aqua quot. & æſtiv.* & ſufficit eo anno uno die, vel nocte duxiſſe, ad hoc, ut dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione: *ut dict.* §. *quod autem, & not. Bald. ibi, & leg. Celſus, in penult. eod. in fin. C. de uſu cap.* Nam ille qui ſemel poſſedit, cum de ſuo commodo tractatur, ſi aſſerit ſe poſſidere, præſumitur poſſidere, niſi probetur contrarium, *leg. ſive poſſidetis, C. de probat. leg. ſuper longi. C. de præſcript. long. tempo. ſecundum Bald. in d. leg. Celſus, in fin. pen. col.* & ſufficit iſta quaſi poſſeſſio ad hoc, ut ſi impediatur poſſit agere contra eum & reſiſtere etiam de facto: ut eleganter declarat Bart. *in leg.* 1. §. *hoc interdicto, verſic.* 2. *not. quod in iſtis juribus, ff. de itin. actuque priv. & adde quod not. per gloſſ. in cap. cum Eccleſia Sutrina, in verſic. trium Epiſcoporum, & ibi per Dd. extra cauſa poſ. & propriè & per gloſſ.* 3. *in cap. cum. ad ſedem, extra de reſtit. ſpol.* Secundo caſu quando ducitur aqua jure y facultatis, & non ſervitutis, & tunc eſt licitum ſuperiori divertere nec inferior poteſt agere, neque fidei reſiſtere, *ut eſt caſus in l. Proculus, ff. de damn. infect. & in l. ſeq. & in l. fluminum, & idem videamus, eod. tit. & in l.* 1. §. *idem Marcellus ff. de aqua pluv. arcen. & in l. ſi in meo, eod. tit. facit, l. viam publicam, cum ibi, not. ff. de via. publ.* & ibi ita debent adduci omnia argumenta ſupra pro prima parte deducta.

55 Sed dubitatio * remanet circa prædicta, quando quis dicatur duxiſſe aquam jure ſervitutis, vel jure ſimplicis facultatis. Et in hoc tota vis materiæ hujus conſiſtit, circa quod dic: Aut ſervitus eſt impoſita ab homine ex conventione vel aliquo titul. inter vivos, vel per teſtamentum, aut codicillos, vel aliam ultimam voluntatem, vel per ſententiam, vel eſt impoſita ſervitus à l. puta à ſtatuto, ut inferior poſſit aquam ducere ad fundum ſuum inferiorem: & clarum eſt quod tunc jure ſerv. dicitur aquam duxiſſe, & ſuperior non poteſt aquam divertere contra debitam ſervitutem. *l. in concedendo, ff. de aqua pluv. arcen.* & per alia jura ſupra ad hoc allegata. Aut non eſt ſervitus impoſita ab homine, vel à lege: & tunc aut eſt præſcripta ſervitus aquæductus, & idem eadem ratione, *per leg. ſi quis diuturn. ff. ſi ſerv. vend.*

56 Sed in hoc eſt etiam dubium, * quando dicatur ſervitus aquæductus præſcripta, videlicet quanto tempore: & quæ, & quot requirantur ad iſtam præ-

præſcriptionem inducendam? Dicas breviter de tempore: aut loquimur de aqua quæ dicitur ex publico, aut ex privato. Si ex publico, requiritur tantum tempus, cujus non extet memoria in contrarium, *ut leg.* 1. *in fin. Digeſtis, de aqua pluv. arcend. & leg. hoc jure*, §. *ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſtiv.* Aut ducitur ex privato: & tunc quia regulariter habet cauſam continuam, præſcribitur 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes, *leg. ſi quis diuturno, præallegata, & not. in leg. ſervitutes, ff. de ſervit.* de quo dic, *ut dixi ſupra in 4. quæſt. principali, & plenius in primo lib. in 7. quæſt. principali*, ubi de hoc omnino vide. Quot autem, & quæ requirantur ad iſtam præſcriptionem inducendam, dic plura: Primum eſt, quod ſine poſſeſſione vel quaſi non præſcribitur, *leg. ſine poſſeſſione, de regulis jur. in 6. & not. per gloſſ. Bald. & Dd. in l. 2. Cod. de ſervit. & aq.* & ſic requiritur quod non ſit uſus jure familiaritatis, vel ſimplicis facultatis, *ut habetur per Bart. & gloſſ. & Dd. in l. 1. ff. de itin. actuque priv. & per Barthol. & gloſſ. & Dd. in l. qui jure familiaritatis ff. de acquir. poſſ. & per Flor. in leg. ſervitutis, eod. tit. & per hoc. Angel. & Dd. in c. bonæ, extra de poſtul. prœl. & in c. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſ. & proprie.*

57 Et quod quis fuerit uſus jure ſervitutis, comprehendi * poteſt ex actibus quos facit, quos quis per ſeipſum non poſſet facere in fundo vicini citra jus & nomen ſervitutis, ut præcidere ſepem, mundare, vel mundari facere foſſaturam in fundo vicini, vel ducere aquam per fundum vicini, quæ fieri non poſſunt regulariter, niſi jure ſervitutis, *leg. quemadmod.* §. 1. *in fin. ff. ad l. aquil. argum. leg. cum quidam*, §. *quod dicitur, ff. de acq. hær. & dict. leg. quoties, & not. in locis præallegatis*, & per unum actum ducendi aquam acquiritur iſta poſſeſſio, *ut dixi ſupra in tit. de ſervit. itin. verſ. ultim. principaliter quæro*, quid requiratur ad hoc, ut quis ſit in quaſi poſſeſſione ſervitutis, *dic, ut ibi dixi.* Secundum requiritur, quod ſit uſus illa quaſi poſſeſſione bona fide, credens illam ſervitutem ſibi competere, *ut dict. leg. 2. & ibi not. in l. fina. ff. quemadm. ſerv. amit.* Tertium requiritur, ſcilicet tempus 10. ann. inter præſentes, & 20. inter abſentes, in ſervitutibus habentibus cauſam continuam, ſicut eſt ſervitus aquæductus regulariter. In habentibus vero cauſam diſcontinuam, requiritur tantum tempus, quod non extet memoria in contrarium, niſi allegetur titulis, quia tunc ſufficit probatio 10. vel 20. annor. *ut eſt gloſſ. nota. multum in leg. ſervitutes prædiorum & ibi Angel. & Flor. & Dd. ff. de ſervit. titul. generali, & eſt gloſſ. in leg. fin. in verſic. divi. & ibi per Barthol. & Dd. ff. de aqua pluv. arcend. & habetur per Cyn. Bald. & Dd. in leg.* 1. *&* 2. *Cod. de ſervit. & aqu. & per Bart. in l.* 1. §. *hoc interdicto, de itin. actuque privat.* Item quando ducitur aqua ex publico, requiritur tantum tempus, quod non extet memoria in contrarium, ut dixi ſupra in verſic. dic breviter de tempore. Nec in præſcribendo hujuſmodi ſervitutem, requiritur de neceſſitate titulus, *ut leg. ſi quis diuturno, & ibi not. Digeſtis, ſi ſerv. vend. & not. in d. leg.* 1. *&* 2. *Codic. de ſervitut. & aqu.* & quando dicatur habere cauſam continuam, vel diſcontinuam, *vide not. per Dd. in dict. leg. ſervitutes prædiorum, & leg. foramen, & ibi per gloſſ. & Dd. ff. de ſervitut. urb. præd. & per gloſſ. & Dd. in d. leg.* 1. Et prædictis adde omnia quæ dixi ſupra, *in*

1. *lib. in* 8. *quæſt. princ.* ſi vero non eſt ſervitus præſcripta, tunc dic, aut habens fundum inferiorem in quaſi poſſeſſione ſervitus aquæ ducendæ ad fundum ſuum, eſt, & habens fundum ſuperiorem vel alius, non poteſt aquam divertere à curſu ſuo, nec poteſt inferior impediri vel turbari quominus ducat aquam ad fundum ſuum, ſicut prius duxit, etiam pendente judicio de aquæductu, donec declaretur an poſſit aqua diverti: *ut not. gloſſ. & Bart. in l.* 1. §. *hoc interdict. ff. de itine. actu. priv. & probatur in leg. pen. ff. de aqu. quotid. & æſtiv.* & ſi ille qui eſt in quaſi poſſeſſione, turbatur ab aliquo poteſt extrajudicialiter de facto reſiſtere, *ut eſt gloſſ. not. in d.* §. *hoc interdicto*, & ibi hoc tenet Bart. Sed ſi habens fundum inferiorem non eſt in quaſi poſſeſſione ſervitutis, neque eam præſcripſit, neque ſervitus eſt impoſita à lege vel ab homine: tunc dicendum eſt habentes fundum ſuperiorem poſſe aquam divertere: quia tunc aqua non videtur diſcurriſſe jure ſervitutis, ſed potius jure cujuſdam facultatis, *ut dixi ſupra in ver.* 2. *caſu quando ducatur aqua jure facultatis, & iſtud eſt de mente gloſſ. in leg. Procul. ff. de damn. infect. & Barthol. & Paul. de Caſtr. in leg. fluminum*, §. *idem videamus, eod. tit. & Bart. in l.* §. *ſicut autem, in fin. ff. de aqua pluv. arcend.*

58 Dubium in hoc ſolum remanet, * quando dicatur aqua diſcurriſſe jure facultatis tantum, & non ſervitutis. Et in hoc dic, quod aqua dicitur, vel ductus aquæ competere jure facultatis quando aqua per ſe ipſam fluit ſeu diſcurrit, nec intervenit aliquis hominis uſus vel factum, puta quia per venas ſubterraneas aquæ de fundo ſuperiori diſcurrit ad fundum meum inferiorem: nam hoc caſu etiam ſi diſcurriſſet per mille annos, non diceretur mihi ſeu fundo meo acquiſita aliqua ſervitus, quia aqua per ſe fluens z non z poteſt inducere præſcriptionem vel conſuetudinem, cum in præſcriptione vel conſuetudine requiratur quod interveniat aliquis actus hominis, quo principiato ſufficiat aquam fluere, *l. qui fundum, quemadm. ſerv. amit. ut* eleganter dicit Bald. *in cap.* 1. §. *ſi quis de manſo in 6. col. in tit. de controverſ. inveſtit.* & hoc caſu, quando aqua per ſe ſemper fluit, puta per venas ſubterraneas, ille ad quem aqua fluit, dicitur lucrum capere, & iſte eſt caſus, *in dict. l. Proculus, in d.* §. *item videamus, & in leg. ſi in meo, ff. de aqua pluv. arcend.* quæ ita debent intelligi, & ita conſului anno præterito in civitate Brixiæ. Eſt & alia ratio per quam non poteſt dici quod in caſu dictarum legum poſſit induci præſcriptio vel conſuetudo per aliquem curſum temporis, etiam ſi eſſet tantum tempus, cujus initii memoria non exiſtat in contrarium. Nam ſi quis habet fontem in fundo ſuo, & aqua per venas ſubterraneas diſcurrit ad fundum meum, in quo habeo puteum, quo puteo uſus ſum longiſſimo tempore etiam per mille annos, tamen non poſſum dicere me præſcripſiſſe, vel ex conſuetudine præſcripta acquiſiviſſe illam aquam, quia ad hoc quod præſcribatur hujuſmodi ſervitus, requiritur ſcientia & patientia adverſarii, *ut l.* 2. *& ibi not. Cod. de ſervit. & aqua.*

Et eſt ratio, * quia in iſtis incorporalibus non eſt dare poſſeſſionem, *ut l. ſi ædes*, §. *fin. ff. de ſerv. urb. præd. & leg. ſervus*, §. *incorporales, & ibi gloſſ. ff. de acquir. rer. dom.* & iſta quaſi poſſeſſio conſiſtit in ſcientia & patientia adverſarii, *ut eſt caſus in l. quoties, la* 2. *ff. de ſerv. & in l.* 1. *in fin. de ſerv. ruſt. præd. & probatur in l.* 2. *& ibi per gloſſ. & Dd. C. de* 59

C. de ſerv. & aqu. & not. etiam Paul. de Caſtr. in l. 1. §. denique, ff. de aqua pluv. arcen. & dixi ſupra in verſic. quot autem & quæ requirantur, & ideo quia iſtæ venæ ſubterraneæ communiter ſunt occultæ, & incognitæ antequam fodiat vel eas præcidat habens fundum ſuperiorem non poſſum dicere ipſo ſciente & patiente me uſum fuiſſe aqua putei mei, & ſic contra ipſum præſcripſiſſe: & propterea poteſt ipſas incidere. Teneas tamen ſi iſta etiam non ſubeſſent, puta quia forte dominus fundi ſuperioris ſciebat per venas ſubterraneas, vel etiam ſuper terram aquam ad fundum meum diſcurrere poſſet aquam ducere, & venas incidere ex quo ſubeſt alia ratio, de qua ſupra videre licet, quia ſine facto hominis labitur aqua ad fundum meum, & ſic jure tantum facultatis & non ſervitutis, ut dictum eſt. Et prædicta intellige vera, niſi habens fundum ſuperiorem haberet à domino fundi inferioris, ad quam aqua diſcurrit, puta quia dominus utraque fundi conceſſit mihi in feudum fundum ſuperiorem, in quo aqua oritur, quæ diſcurrit ad fundum inferiorem concedentis, quæ eſt inferior: quia non eſt veriſimile dominum ita conceſſiſſe, ut eleganter not. Bald. *in d. c. 1. §. ſi quis de manſo. in 4. colum. fin. argument. l. qui binas ædes, ff. de ſerv. urb. præd.* Item prædicta intellige vera, quando aqua percipitur ex loco publico, quia tunc non poſſet aquam divertere in ejus præjudicium ſive damnū, *ut l. 2. §. merito & ibi Barth. ff. ne quid in loc. public. & idem not. Barthol. in leg. proculus, in fin. damn. infect. & in l. 1. §. ſicut autem. in fine, ff. de aqua pluv. arcend. & plenius per eundem in l. quominus, ff. flum. & habetur per gloſſ. & Dd. in l. ſi manifeſtè. C. de ſervitut. & in l. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium, ff. de edend.* circa quod vide omnia quæ plenè ſcripſi ſupra *in 7. quæſt. princ. verſic. ultim. circa prædicta uſque in finem.* Et ex prædictis ſequitur deciſio multarum quæſtionum; & primo quæſtionis ſupra formatæ in verſic. ultim. Sed eſt dubium de q. quotidiana: videlicet ſi aqua oritur in fundo ſuperiori & poſtea diſcurrit ad fundos inferiores, & domini inferiores uſi ſunt dicta aqua pro irrigandis fundis ſuis vel fecerunt coadunationem aquæ in fundo inferiori, in quo fecerunt molendinum ſciente & patiente domino fundi, in quo aqua oritur, an dominus ſuperior poſſit aquam divertere? ut non diſcurrat ad fundum inferiorem, in quo ita concludo: aut habens fundum inferiorem aliquid fecit in fundo ſuperiori, in quo aqua oritur, puta per foſſatum aquam duxit: vel ſi mundaſſet foſſata in fundo ſuperiore ſciente & patiente domino: & tunc per iſtos actus vel ſimiles videretur duci aqua jure ſervitutis, potius quam jure familiaritatis cum iſta non poſſint in fundo alieno fieri citra jus & nomen ſervitutis, *ut dixi ſupra in verſic. quod quis fuerit uſus jure ſervitutis comprehendi poteſt.* Et ideo dicendum, quod ſi eſt dominus inferior, in hujuſmodi quaſi poſſeſſione non poteſt de facto impediri vel aqua diverti: & ſi fuit in iſta quaſi poſſeſſione per longum tempus, etiam de jure non poſſet diverti, ſi non intervenerunt ea quæ ad præſcribendam talem ſervitutem requiruntur, ſecundum ea quæ dicta ſunt ſupra. Aut habens fundum inferiorem, nihil facit in fundo ſuperiore vicini, puta quia per venas ſubterraneas aqua labitur, vel quia vicinus utebatur aqua in fundo ſuo, & per ipſum diſcurrebat, & poſtremo aqua exiens per ſe per fundum ſuperiorem decurrebat ad inſe-

ferſiorem, & cum fiat potius jure familiaritatis, poterit dominus ſuperior impune aquam divertere: & idem teneo quando aqua exiens de fundo primo per ſe ſine facto hominis diſcurrit ad loca privata, eadem ratione quod probatur, *in l. Proculus. & fluminum, §. fin. ff. de damn. infect. & in l. ſi in meo, ff. de aqua pluv. arcen.* quæ jura licet loquantur de aqua ſubterranea, tamen idem eſt de aqua ſupra terram quando diſcurrit ſine facto hominis, & nulla ſervitus debetur, quia paria ſunt jura ſupra terram, & ſubtus terram, *l. 1. de interdict.* & not. Bald. *in l. item lapilli. ff. de re. divi. in verſ. ex his colligitur talis diſtinctio.* Et ad hoc facit quod not. Paul. de Caſtr. de venis coartatis, *in l. divorio, §. ſunt in fundo, ff. ſolut. matrimon.* Sed ſi facto hominis ducitur aqua prius per viam, vel locum publicum, puta quia ducta eſt per foſſatum, vel per fiſtulas, aut canale uſque ad fundum privatum, per longum tempus, vel per tantum tempus, cujus initii memoria non exiſtit, an tunc ducens aquam dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione ſervitutis, vel præſcripſiſſe, ita ut non poſſit impediri aquam ducere? Et videtur quod ſic, per ea quæ dixi ſupra in verſic. quot autem, & quæ requirantur. Sed tu dicas, quod aut quæritur reſpectu loci publici, vel communis, aut privati proximi, aut primi domini ſuperioris, in quo aqua oritur. Primo, & ſecundo loco non eſt dubium quod inferiores ſunt in quaſi poſſeſſione, vel præſcripſerunt ſi intervenerunt ea quæ requiruntur in hujuſmodi præſcriptione.

60 Et * advertas, quia eſt differentia quantum ad tempus inter locum publicum, & privatum: quia reſpectu loci privati ſufficit longum tempus, quoad præſcribendum ſervitutem contra privatum reſpectu loci privati *l. ſi. quis diuturno, ff. ſi ſervit. vend. & ſæpe dictum eſt.* Sed reſpectu loci publici requiritur uſus tanto tempore, quod non extet memoria in contrarium, ut dixi ſupra verſ. dicas breviter de tempore, & probatur, *in l. hoc jure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æſtiv. & pro hoc eſt gloſſ. in l. 2. in princip. in verſic. lege ibi, vel præſcripta, quam ita intelligo, ff. ne quid in loc. public.* quia regulariter per locum publicum, non poteſt aqua duci, niſi concedatur à Principe vel leg. municipali, *ut eſt text. cum gloſſ. & ibi Dd. in l. imperatores. ff. de ſerv. ruſt. præd. & probatur in l. 4. §. plane, ff. quod vi aut clam, ut not. in d. l. 2. in princip.* vel niſi ſit inducta aqua per tantum tempus, cujus memoria non extet, *ut not. Bart. in leg. quominus in 1. opinion. & in 1. q. ff. de flum.* & ita intelligo, *leg. antep. quæ incipit, ſuper publicis locis, ff. ne quid in loc. publ.* in quantum loquitur in privato ducente aquam per locum publicum ſecundum intellectum gloſſ. ibi in verſ. annexa. Et quod requiratur tantum tempus, quod non extet memoria in contrarium, ut privatus poſſit præſcribere locum public. *tenet gloſſ. in d. leg. Imperatores, & Bald. d. l. item lapilli, in 2. quæſt de rer. div.* ubi dicit, quod licet quis non poſſit præſcribere jus habenti molendinum in flumine publico, quia jura publica populorum non poſſunt præſcribi, *l. fin. ff. de uſucap.* tamen poſſunt præſcribi per tantum tempus; cujus non extet memoria, quia habet vim privilegii *l. hoc jure, §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiv.* Et hoc tempore dicit poſſe præſcribi jus habendi molendinum in flumine publico, imo plus dicit, quod 10. anni ſufficiant ſecundum Joan. *ut not. per gloſſ. inſtitut. de rer. div. §. flumina, in verſicul. omnibus.* Sed illa gloſſ. non probat hoc, quia non loquitur de præſcribere

bendo jure publico, in quo erat licitum unicuique, ex quo jus piſcandi aa eſt commune omnibus, *ut d.l. flumina*, loquitur ergo illa gl. de præſcribendo contra privatum, qui ſimpliciter habeat, prius jus piſcandi, tunc bene ſufficiunt 30. vel 40. anni, & ita intelligo illam gloſſ. & pro hoc eſt tex. cum gl. *in l. fin. ff. de uſu, & l. ſi quiſquam, ff. de diver. & tempo. præſcript.* & hoc procedit, quando fuit in quaſi poſſeſſione juris piſcandi, alias non ſufficeret, quod piſcatus fuiſſet 30. vel 40. ann. ut not. Angel. *in d.l.fin.* Nec obſtat prædictis, *l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. cum auth. ibi poſita, quæ incipit quas actiones*, quia loquitur quando tractatur de præſcribendo rem privatam, quæ ſpectat ad civitatem vel locum publ. Et ex prædictis diſtinguendo ita concludas. Aut quæritur de præſcribendo locum publ. puta de ducendo aquam per viam public. & requiritur tantum tempus, quod non extet memoria in contrarium, *ut d. §. ductus aquæ*. Aut de præſcribendo jus publicum contra privatum, puta quod quis poſſit ſolus piſcari in flumine publ. & ſufficiunt 30. vel 40. anni, ſi fuit in quaſi poſſeſſione piſcandi, *ut d. l. fin.* & ibi Angel. *in princip. ff. de uſu*. Aut de præſcribenda re privata contra remp. & regulariter ſufficiunt 30. anni, ut *d. auth. quas actiones*. Aut tractatur de præſcribendo jure privato contra privatum puta ſervitutem, & tunc aut habet cauſam continuam, vel quaſi, & ſufficit longum tempus 10. vel 20. ann. *ut d. l. ſi quis diuturno*, aut habet cauſam diſcontinuam, & requiritur tantum tempus, cujus non extet memoria in contrarium, *ut leg. 1, in fin. Dd. de aqua pluv. arcend. & not. gloſſ. in leg. ſervitutes prædiorum, D. de ſervit, tit. generali.* Tertio caſu quando quæritur de præſcribendo reſpectu primi domini ſuperioris, in cujus fundo aqua oritur, & teneas quod nullum jus ſit quæſitum contra ipſum per dominum inferiorem: quia quantum ad dominum ſuperiorem fundi, in quo aqua oritur, non poteſt dici quod fuerit aut ſit aliqua quaſi poſſeſſio ſervitutis, ſi in fundo ſuo ſuperiori nihil actum eſt, ſed ipſe dominus ſuperior utebatur aqua per fundum ſuum ſine facto domini inferioris, ut patet ex his quæ dicta ſunt.

Secunda q. ex prædictis deciditur. *61 Quidam duxit aquam per fiſtulas vel canalia lignea, vel habebat jus claudendi clavicam certis horis ne aqua laberetur ad fundum vicini, ſed ut duceretur ad fundum ſuum: & ex iſtis fiſtulis ſeu canalibus, vel clavicula clauſa fluere conſuevit certa pars aquæ per foramina: vel quia clavica claudebatur cum ſtramine vel ſterquilinio aut terra, ex qua aliquantulum ſtillare conſuevit: quæ aqua diſcurrit per loca inferiora, & collecta fuit per dominos inferiores longiſſimo tempore pro irrigandis prædiis ſuis, vel pro hauſtu aquæ, vel alio uſu. dominus ſuperior qui habet jus aquæ ducendæ, vult ita claudere aquam ut nihil penitus diſcurrat ad loca inferiora: domini inferiores volunt ut diſcurrat illa modica aqua ſicut diſcurrere conſuevit Et videtur quod claudere non poſſit: quia aqua non poteſt diverti à ſuo ſolito curſu, *l. 2. C. ad l. Aquil. & l. præſes & l. ſi manifeſte, cum ibi not. C. de ſervit.* & hoc videtur eſſe caſus in terminis, *in leg. 1. §. fin. ff. de rivis.* In contrarium videtur, quia dicta aqua non diſcurrit ad fundum inferiorem jure ſervitutis, ſed jure familiaritatis, ex quo dominus inferior nihil fecit in fundo ſuperiori, ſed ipſa aqua, quia commodè retineri non potuit, diſcurrit

currit de ſe ad loca inferiora : & quod poſſit eam ſuperior totam continere, & ſibi conſervare, videtur eſſe text. ad literam, *in l. 3. in princ. & §. 1. ff. de rivis*, ubi in princip. hæc verba ſcribuntur. *Nam ſi operis aliquid faciat quis, ut magis aquam conſervet, vel contineat, non impune poteſt probiberi.* Deinde *in §. 2. dicitur, Servius & Labeo ſcribunt ſi quis rivum, qui ab initio terrenus fuit, qui aquam non continebat, cæmentitium velit facere audiendum eſſe. Sed & ſi eum rivum qui ſtrutilis fuit, terrenum poſtea qui facit, aut partem rivi, æque non eſſe probibendum*, & iſtud eſt verius. Quod tamen intellige quando hoc facit dominus ſuperior ex urgenti neceſſitate, vel ex magna utilitate, *& ita loquitur, d. leg. 3. in princ. & §. primo*, ſed ubi non eſt neceſſitas urgens vel magna utilitas, tunc non poteſt, *ita loquitur, l. 1. §. ſi quis terrenum. ff. de rivis*, ſecundum Bart. ibi, qui ita concordat dicta jura. Vel ſecundo poteſt dici, & aliter concordari. Aut dominus ſuperior vult facere murum ad latus, ut aqua non vagetur, & poteſt, *ut d. leg. 1. in princip. & §. primo.* Aut vult fundum rivi de terreno lapideum facere, & non poteſt, *ut dict. §. ſi quis ſecundum gloſſ. ibi.* Vel tertio poteſt concordari. Aut vult cæmentitium facere, & poteſt. Aut vult de lapidibus ordinatis, & compoſitis, & non poteſt, ut vult gloſſ. *in dict. § ſi quis terrenum, ſecundum alium intellectum.* Item quod dixi aquam contineri poſſe, intellige quando dicta aqua ducebatur per dominum ſuperiorem abſque alia obligatione. Secus ſi tenebatur primo, vel pacto, vel alia obligatione ducere per canalia lignea, vel claviciæ foramen claudere terra, vel ſtramine, vel ſterquilinio, & vellet mutare formam, puta de ligneis facere lapideum, vel claudere foramen cum lapidibus, vel ligno : quia non poſſet in præjudicium inferiorum, *argument. l. præſes, C. de ſervit. & l. 2. Cod. ad leg. Aquiliam cum ſimilibus.* Et intellige quando nulla ſervitus fuiſſet impoſita : quia ſi eſſet impoſita non poſſet mutare formam, *ut eſt caſus in l. 2. ff. de rivis.*

Sed circa prædicta poteſt dubitari *62 quid ſi habeo jus ducendi aquam per fundum tuum jure ſervit. duxi per rivum apertum, & nunc volo rivum ſubterraneum facere? Et videtur quod non poſſim : quia ex hoc aufero domino ſoli commodum appellandi pecus ad dictum rivum, vel hauriendi aquam ex eod. & ita Labeo videtur dixiſſe. *in l. 2. in prin. quæ incipit, Labeo, ff. de rivis.* In contrarium videtur, quod imo poſſim claudere : quia quod dominus ſoli, per quem ducitur rivus, privetur commodo hauriendi aquam ex rivo, vel appellandi pecus ad eum, procedit magis ex occaſione, quam ex jure. Et iſta videtur fuiſſe ſententia Pomponii contra Labeonem, *ut dicit Paul. in d. l. 2.* Tu verò pro concordia ita concludas : Aut eſt impoſita ſervitus fundo vicini, ut poſſim ducere rivum apertum per fundum, & tunc non poſſum claudere, & idem ſi dictum eſt de rivo clauſo, quia non poteſt aperi, aut non eſt dictum de rivo aperto, vel clauſo, & tunc diſtingue, Aut claudendo, vel aperiendo rivum non fit deterior conditio domini fundi ſervientis, per quem duco rivum, & teneas quod poſſim claudere, vel aperire, & ita intelligitur opin. Pomponii, *per l. 1. in fin. ff. rivis.* Aut fit deterior conditio domini fundi ſervientis, & tunc aut eſt major utilitas ejus cui debetur ſervitus, quam domini fundi ſervientis damnum, & tunc poteſt

clau-

claudere vel aperire, *per l. 1. in fin.* & ſic etiam procedit opin. Pomponii, aut eſt magis damnum domini fundi ſervientis quam utilitas domini fundi dominantis, qui ducit aquam per rivum: & tunc non poteſt mutare claudendo vel aperiendo, & ita intelligitur opin. Labeonis, *& not. gloſſ. in l. 2. ff. de rivis,* quam ſequitur ibi Barthol. & ita etiam vult gloſſ. *in l. 3. in princ. in verſ. adverſarii eod. tit.* gloſſ. ſingulariter vult, quod quando fit cauſa ſervandi aquam vel retinendi, neceſſario non habet locum prædicta diſtin. *de quo vide quod dixi in q. præc. verſic.* & hoc intellige eſſe verum.

63 Item, * juxta prædicta dubitari poteſt, quod ſi quis habet jus ducendi aquam per fundum vicini, & ducit per rivum, nec vult novum canalem vel fiſtulas in rivo collocare, cum nunquam habuerit, an poſſit? Dic quod ſic, & ſi impediatur competit ei interdictum utile de rivis, ſi propter ipſius utilitatem hoc facit incommoditate ejus, cujus ager eſt: *ut eſt caſus in l. ſervus, §. ſi quis novum, ff. de rivis,* & ideo datur utile interdictum, non directum, quia directum datur quando jam habuit, ut dicit ibi gl. in verbo, Utile.

64 Sed quid è contra, * ſi primo duxi aquam per fiſtulas vel canales per fundum vicini, nunc volo ducere per rivum? Dic quod non poſſum: quia hoc fieret cum incommoditate vicini, fodiendo in ejus fundo, *argum. dict. §. ſi quis novum, ff. de rivis.* ubi etiam dicitur, quod non poſſum dilatare: vel attollere, vel extendere rivum, vel per alium locum ducere, *& hoc probatur etiam in l. 2. §. quod autem ait, ff. ne quid in flumine publ. & in l. 1. §. reſtituat, ff. ne quid in loco publico. Et adde quæ dixi ſupra in 2. volum. hujus 8. quæſt. principali, in verſic item habens jus aquæ ducendæ.* Tertia quæſtio principalis ex prædictis decidi poteſt, ſi aqua *bb* oritur in fundo Titii, & diſcurrit ad fundum Sempronii & ex fundo Sempronii ad fundum Caji; numquid Sempronius poſſit aquam, poſtquam eſt ingreſſa fundum ſuum, ipſam continere, & divertere ad alium fundum ſuum inferiorem, ita ut ad fundum Caji non perveniat ad quem eſt ſolita pervenire? Et videtur quod poſſit eam continere, vel ad alias partes ſuas, vel alias ducere, *ut leg. 1. §. illud Labeo, ff. de aqua quot. & æſti. & gloſſ. in leg. ex meo, & in leg. cum eſſent, §. 1. ff. de ſervit. ruſtic. præd. & ſæpius hoc dictum eſt.* Contrarium videtur tenere Bald. *in leg. item lapilli, in 2. col. circa fin. verſ. tu diſtingue qui dicit.* Aut aqua naſcitur in prædio tuo, & potes eam mihi impedire, quia beneficio tuo ex prædio tuo habeo. Aut in agrum meum aliunde venit: tunc cum non habeam ego inferior beneficium à te, non potes mihi auferre cum tibi non proſit, & mihi noceat, & ſic Baldus videtur Sempronium, qui in medio eſt non poſſe aquam divertere, quando mihi nocet, & ſibi non prodeſt, & ſic à contrario videtur ſentire, quod ſi ſibi prodeſt, poſſe divertere. Ego vero puto aliter diſtinguendum, aut quæritur de impedimento domini ſuperioris fundi, in quo aqua oritur: aut de impedimento Caji domini inferioris. Primo caſu conclude, aut eſt impoſita ſervitus fundo inferiori certo modo, & ſecundum illum modum aqua debet duci, & non aliter, *argum. leg. 2. in fin. de rivis, & l. ſi in meo in fin. ff. de aqua pluv. arcen. & arg. eorum quæ dixi in pr. hujus 7. q. princ.* aut eſt impoſita ſervitus, ſed non limitata: & tunc idem quando vellet divertere contra debitam ſervitutem. Aut non vult facere dominus infe-

rior contra debitam ſervitutem: quia fundo ſuperiori nulla debetur ſervitus, & tunc dicas, quod dominus ſuperior regulariter non poteſt impedire, poſtquam aqua eſt ingreſſa fundum Sempronii, niſi illa aqua, ſeu ejus diverſio ſit nocitura fundo, ex quo aqua oritur: *ut dict. leg. 1. §. illud Labeo dicit, ff. de aqua quot. & æſti. ut not. gloſſ. in d. leg. ex meo.* Secundo caſu principali dicas: Aut Cajus dominus inferior habet ſervitutem aliquam in fundo Sempronii ſuperioris; vel eſt in quaſi poſſeſſione ſervitutis dicti fundi Sempronii, non poterit Sempronius divertere aquam contra debitam ſervitutem: *ut l. præſens, & l. ſi manifeſtè, Cod. de ſervit. & leg. 2. Cod. ad l. Aquil. cum ſimilib.* Aut non habet Cajus aliquam ſervitutem, nec eſt in quaſi poſſeſſione ſervitutis fundi Sempronii ſuperioris: puta quia aqua ex fundo ſuperiori extendit ſe ad fundum Caji per modum facultatis: puta quia Cajus nihil fecit in fundo Sempronii, & tunc aut Sempronius vult divertere animo nocendi Cajo, & non poteſt: *ut leg. 1. §. denique, ff. de aqua pluv. arcend. & not. gloſſ. in leg. fin. ff. de dam. infect.* quod in dubio non præſumitur: *ut notat. gloſſ. & Dd. in dict. §. fin. & Bald. in leg. item lapilli, in 2. colum. ad fin. de rer. divi. & ſupra in dict. verſic. ego vero.* In hac quæſtione pro veritate, & concordia ſic diſtinguerem: Aut vult divertere plus aquæ quam ſit ei utile, & non poteſt: quia propter exceſſum præſumeretur feciſſe animo injuriandi ſeu nocendi, *ut eleganter dicit Baldus in d. leg. item lapilli.* Aut non vult divertere animo nocendi, & tunc aut Sempronius habet aquam jure ſervitutis ſibi debitæ ex fundo Titii, in quo aqua oritur: & tunc aut illa ſervitus eſt limitata, puta ut Sempronius poſſit aquam ducere ex fundo Titii ad fundum ſuum cauſa irrigandi ipſum certis horis: & tunc videtur, quod ad illum uſum tantum poſſit uti, & non ultra, *arg. l. certo generi, ff. de servit. ruſt. præd.* quia limitata diſpoſitio limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin.* & ſic, quod ultra illum uſum non poſſit aquam divertere in damnum Caji inferioris. Ego tamen in hoc credo contrarium eſſe verius de jure, quia cum aqua ex fundo Sempronii diſcurrat ad fundum Caji, non jure alicujus ſervitutis, ſed facultatis tantum, eſt in poteſtate Sempronii aquam retinere, vel eam divertere ad alia loca: quia ſua eſt poſtquam eſt ingreſſa fundum ſuum, per ea quæ dicta ſunt. Nec obſtat cum dixi, limitata diſpoſitio limitatum producit effectum: quia illa regula procedit quoad perſonam Titii ſuperioris, pro qua limitata eſt, non quoad perſonam Caji inferioris, cum qua nihil conventum eſt. Unde poterit dicere Sempronius Cajo, quantum ad te pertinet, liberas ædes habeo, *leg. loci corpus, §. competit, & ibi Flor. ff. ſi ſerv. vend. Facit l. ſi prior, §. ſi ſimpliciter, ff. qui pot. in pign. hab. & l. fin. Cod. de rei vend.*

Et * quia regulariter non poſſum 65
opponere de jure tertii, quando non eſt excluſivum juris agentis: *ut not. in dict. §. competit, & per Cyn. & Dd. in leg. cum ſervum quiſpiam, Cod. de ſervit. fugi. & per Barthol. plenè in l. 2. ff. de re judic. & per Barthol. & Bald. in authent. qui rem, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per Flor. in leg. bis conſequenter, §. 1. ff. famil. herciſc. & per not. per Bartol. Bal. & Dd. in leg. ſi alienam, ff. ſolut. l. matrim.* Aut eſt ſervitus impoſita fundo Sempronii per Titium dominum ſuperiorem non limitata, ſed ſimpliciter: videlicet ut poſſit ducere aquam

ad

ad fundum ſuum, & idem multo magis dicendum eſt, *ut proxime dixi.* Aut Sempronius recepit aquam in fundo ſuo, ex fundo Titii ſuperioris, non jure ſervitutis, ſed jure facultatis, & tunc aut Sempronius divertendo aquam à fundo Caji, nihil ſibi prodeſt, & Cajo nocet, & non poteſt divertere: quia Cajus non recipit aquam ex beneficio Sempronii. ita intelligatur Bald. *in d. l. item lapilli, ff. de rerum diviſ. pro quo facit, l. prima, §. idem ait, aquam, ff. de aqua pluv. arcend.* Aut divertendo Sempronius aquam ex fundo Caji, Cajo non nocet: quia quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, faciliter concedendum eſt: *ut leg.* 2. *§. nec igitur, & ibi not. ff. ſolut. matrim. & argum. l. flum. §. fin. & l. Proculus, ff. de damno infecto.* Aut divertendo prodeſt ſibi Sempronio, & nocet Cajo, & in hoc eſt major dubitatio, & Bald. videtur ſentire, *in d. l. item lapilli,* quod non poſſit. Ego teneo contrarium, ex quo ſemper facit in ſuo & aufert lucrum Cajo, cui nulla ſervitus debetur, *ut d. leg. fluminum, in fin. & d. leg. Proculus, & per ea quæ dicta ſunt ſupra.* Et in quantum dixi in tota iſta quæſt. quod Sempronius poteſt aquam divertere in damnum Caji inferioris, vel contra voluntatem Titij ſuperioris: intellige, niſi iſti tres fundi fuiſſent prius unius tantum, vel niſi fuiſſet unus tantum fundus: & poſtea fuerint diviſi, vel diviſus inter eos, vel eorum authores, puta cohæredes, vel legatarios: vel quia ſimul emiſſent dictum fundum, & poſtea inter ipſos diviſiſſent: quia tunc quilibet deberet uti aqua, ſicut erat & diſcurrebat tempore diviſionis dicti fundi: quia ſic tacitè videtur actum inter eos, ex quo ita diſcurrebat tempore diviſionis, *argum. leg. qui binas ædes. cum leg. ſeq. ff. de ſerv. urb. præd. & leg. quod conclave, cum ibi not. ff. de damn. infect. & argument. eorum quæ dicit Bald. in cap. 1. §. ſi quo de manſo. in 4. colum. in fin. in titul. de controv. inveſtig. per ea quæ dixi in verſic. Item prædicta intellige vera, ante verſic. ex prædictis ſequitur deciſio multarum quæſtionum. Fallit l. alienatio, & l. ſi aquæductus, ff. de contr. empt. & l. in his, §. non debeo, ff. de regul. jur. & pro hoc facit l. ædiles aiunt, in princip. ff. de ædil. edict.*

Ubi * dicitur, ſi venditur equus, qui 66
habet ſellam, vel ornamenta tempore quo venditur: videtur eſſe vendita ſella, & ornamenta, *ut ibi dixi, & not. per Bartol. in l. eum qui, §. non ſolum, ff. de furtis, & per Guil. Barthol. & Dd. in l. ſi ut certo, §. uſque adeo, Digeſtis, commoda, & habetur per Ang. de Aretin. Inſtit. de actio. §. in duplum,* qui dicit plus, quod non ſolum veniunt ornamenta, quæ habebat tempore venditionis: ſed etiam ante per duos dies: ut eſt caſus mirabilis, *in dicta leg. ædiles, aiunt, §. vendidi,* & ibi etiam de hoc dixi, *& in leg. via conſtitui, paragr. fin. & quod ibi notat. Barthol. ff. de ſervit. ruſtic. præd. & leg. ſi in vendendo, in princip. ff. de contrahend. empt. cum ſimil.* In quibus habetur, quod in dubio res videtur eſſe vendita, vel diviſa liberè, & non cum aliqua ſervitute: quia illa jura intelligo de ſervitutibus, quæ habent cauſam momentaneam, puta itineris. Secus ſi ſucceſſivam ſicut eſt ſervitus aquæductus: *ut leg. foramen, in princ. §. 1. ff. de ſervit. urb. prædio. ut plene dixi ſupra in 1. lib. in tit. de ſerv. itineris, ſeu aditus,* ubi omnino vide pro declaratione hujus quæſt. Nec obſtat etiam *leg. ſi quis ædes, in princip. ff. de ſervit. urb. præd.* ubi dicitur, quod ſi plures fundi qui debeant ſervitutem, efficiantur unius tantum, ſervitus tollitur:

rior contra debitam ſervitutem: quia fundo ſuperiori nulla debetur ſervitus, & tunc dicas, quod dominus ſuperior regulariter non poteſt impedire, poſtquam aqua eſt ingreſſa fundum Sempronii, niſi illa aqua, ſeu ejus diverſio ſit nocitura fundo, ex quo aqua oritur: *ut dict. leg.* 1. §. *illud Labeo dicit, ff. de aqua quot. & æſti. ut not. gloſſ. in d. leg. ex meo.* Secundo caſu principali dicas: Aut Cajus dominus inferior habet ſervitutem aliquam in fundo Sempronii ſuperioris; vel eſt in quaſi poſſeſſione ſervitutis dicti fundi Sempronii, non poterit Sempronius divertere aquam contra debitam ſervitutem: *ut l. præſens, & l. ſi manifeſtè, Cod. de ſervit. & leg.* 2. *Cod. ad l. Aquil. cum ſimilib.* Aut non habet Cajus aliquam ſervitutem, nec eſt in quaſi poſſeſſione ſervitutis fundi Sempronii ſuperioris: puta quia aqua ex fundo ſuperiori extendit ſe ad fundum Caji per modum facultatis: puta quia Cajus nihil fecit in fundo Sempronii, & tunc aut Sempronius vult divertere animo nocendi Cajo, & non poteſt: *ut leg.* 1. §. *denique, ff. de aqua pluv. arcend. & not. gloſſ. in leg. fin. ff. de dam. infect.* quod in dubio non præſumitur: *ut notat. gloſſ. & Dd. in dict.* §. *fin. & Bald. in leg. item lapilli, in* 2. *colum. ad fin. de rer. divi. & ſupra in dict. verſic. ego vero.* In hac quæſtione pro veritate, & concordia ſic diſtinguerem: Aut vult divertere plus aquæ quam ſit ei utile, & non poteſt: quia propter exceſſum præſumeretur feciſſe animo injuriandi ſeu nocendi, *ut eleganter dicit Baldus in d. leg. item lapilli.* Aut non vult divertere animo nocendi, & tunc aut Sempronius habet aquam jure ſervitutis ſibi debitæ ex fundo Titii, in quo aqua oritur: & tunc aut illa ſervitus eſt limitata, puta ut Sempronius poſſit aquam ducere ex fundo Titii ad fundum ſuum cauſa irrigandi ipſum certis horis: & tunc videtur, quod ad illum uſum tantum poſſit uti, & non ultra, *arg. l. certo generi, ff. de ſervit. ruſt. præd.* quia limitata diſpoſitio limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin.* & ſic, quod ultra illum uſum non poſſit aquam divertere in damnum Caji inferioris. Ego tamen in hoc credo contrarium eſſe verius de jure, quia cum aqua ex fundo Sempronii diſcurrat ad fundum Caji, non jure alicujus ſervitutis, ſed facultatis tantum, eſt in poteſtate Sempronii aquam retinere, vel eam divertere ad alia loca: quia ſua eſt poſtquam eſt ingreſſa fundum ſuum, per ea quæ dicta ſunt. Nec obſtat cum dixi, limitata diſpoſitio limitatum producit effectum: quia illa regula procedit quoad perſonam Titii ſuperioris, pro qua limitata eſt, non quoad perſonam Caji inferioris, cum qua nihil conventum eſt. Unde poterit dicere Sempronius Cajo, quantum ad te pertinet, liberas ædes habeo, *leg. loci corpus,* §. *competit, & ibi Flor. ff. ſi ſerv. vend. Facit l. ſi prior,* §. *ſi ſimpliciter, ff. qui pot. in pign. hab. & l. fin. Cod. de rei vend.*

Et * quia regulariter non poſſum 65
opponere de jure tertii, quando non eſt excluſivum juris agentis: *ut not. in dict.* §. *competit, & per Cyn. & Dd. in leg. cum ſervum quiſpiam, Cod. de ſervit. fugi. & per Barthol. plenè in l.* 2. *ff. de re judic. & per Barthol. & Bald. in authent. qui rem, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per Flor. in leg. his conſequenter,* §. 1. *ff. famil. herciſc. & per not. per Bartol. Bal. & Dd. in leg. ſi alienam, ff. ſolut. l. matrim.* Aut eſt ſervitus impoſita fundo Sempronii per Titium dominum ſuperiorem non limitata, ſed ſimpliciter: videlicet ut poſſit ducere aquam

ad fundum ſuum, & idem multo magis dicendum eſt, *ut proximè dixi.* Aut Sempronius recepit aquam in fundo ſuo, ex fundo Titii ſuperioris, non jure ſervitutis, ſed jure facultatis, & tunc aut Sempronius divertendo aquam à fundo Caji, nihil ſibi prodeſt, & Cajo nocet, & non poteſt divertere: quia Cajus non recipit aquam ex beneficio Sempronii. ita intelligatur Bald. *in d. l. item lapilli, ff. de rerum diviſ. pro quo facit, l. prima, §. idem ait, aquam, ff. de aqua pluv. arcend.* Aut divertendo Sempronius aquam ex fundo Caji, Cajo non nocet: quia quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, faciliter concedendum eſt; *ut leg.* 2. *§. nec igitur, & ibi not. ff. ſolut. matrim. & argum. l. flum. §. fin. & l. Proculus, ff. de damno infecto.* Aut divertendo prodeſt ſibi Sempronio, & nocet Cajo, & in hoc eſt major dubitatio, & Bald. videtur ſentire, *in d. l. item lapilli*, quod non poſſit. Ego teneo contrarium, ex quo ſemper facit in ſuo & aufert lucrum Cajo, cui nulla ſervitus debetur, *ut d. leg. fluminum, in fin. & d. leg. Proculus, & per ea quæ dicta ſunt ſupra.* Et in quantum dixi in tota iſta quæſt. quod Sempronius poteſt aquam divertere in damnum Caji inferioris, vel contra voluntatem Titij ſuperioris: intellige, niſi iſti tres fundi fuiſſent prius unius tantum, vel niſi fuiſſet unus tantum fundus: & poſtea fuerint diviſi, vel diviſus inter eos, vel eorum authores, puta cohæredes, vel legatarios: vel quia ſimul emiſſent dictum fundum, & poſtea inter ipſos diviſiſſent: quia tunc quilibet deberet uti aqua, ſicut erat & diſcurrebat tempore diviſionis dicti fundi: quia ſic tacitè videtur actum inter eos, ex quo ita diſcurrebat tempore diviſionis, *argum. leg. qui binas ædes. cum leg. ſeq. ff. de ſerv. urb. præd. & leg. quod conclave, cum ibi not. ff. de damn. infect. & argument. eorum quæ dicit Bald. in cap.* 1. *§. ſi quo de manſo, in* 4. *colum. in fin. in titul. de controv. inveſtig. per ea quæ dixi in verſic. Item prædicta intellige vera; ante verſic. ex prædictis ſequitur deciſio multarum quæſtionum. Fallit l. alienatio, & l. ſi aquæductus, ff. de contr. empt. & l. in his, §. non debeo, ff. de regul. jur. & pro hoc facit l. ædiles aiunt, in princip. ff. de ædil. edict.*

Ubi * dicitur, ſi venditur equus, qui habet ſellam, vel ornamenta tempore quo venditur: videtur eſſe vendita ſella, & ornamenta, *ut ibi dixi, & not. per Bartol. in l. eum qui, §. non ſolum, ff. de furtis, & per Guil. Barthol. & Dd. in l. ſi ut certo, §. uſque adeo, Digeſtis, commoda, & habetur per Ang. de Aretin. Inſtit. de actio. §. in duplum*, qui dicit plus, quod non ſolum veniunt ornamenta, quæ habebat tempore venditionis: ſed etiam ante per duos dies: ut eſt caſus mirabilis, *in dicta leg. ædiles, aiunt, §. vendidi*, & ibi etiam de hoc dixi, *& in leg. via conſtitui, paragr. fin. & quod ibi notat. Barthol. ff. de ſervit. ruſtic. præd. & leg. ſi in vendendo, in princip. ff. de contrahend. empt. cum ſimil.* In quibus habetur, quod in dubio res videtur eſſe vendita, vel diviſa liberè, & non cum aliqua ſervitute: quia illa jura intelligo de ſervitutibus, quæ habent cauſam momentaneam, puta itineris. Secus ſi ſucceſſivam ſicut eſt ſervitus aquæductus: *ut leg. foramen, in princ. §.* 1. *ff. de ſervit. urb. prædio. ut plene dixi ſupra in* 1. *lib. in tit. de ſerv. itineris, ſeu aditus*, ubi omnino vide pro declaratione hujus quæſt. Nec obſtat etiam *leg. ſi quis ædes, in princip. ff. de ſervit. urb. præd.* ubi dicitur, quod ſi plures fundi qui debent ſervitutem, efficiantur unius tantum, ſervitus tollitur: 66

Tt 2 quia

quia res ſua nemini ſervit. *leg. in re communi eod. titul.* & ſi poſtea unus de illis venditur, vel dividitur, videtur vendi vel dividi libere. Pro hac dicta *leg. ſi in vendendo in princip.* quia illa jura intelligo niſi tempore venditionis vel diviſionis aqua diſcurreret per fundos prædictos: quia videtur venditio & diviſio facta, ut fundi remaneant, ſicut reperiebantur. Sed ſi aqua tempore diviſionis non diſcurrebat per prædictos fundos, vel erat prius ſervitus habens cauſam momentaneam: tunc eſſet aliter dicendum: niſi in diviſione diceretur, cum acceſſibus & agreſſibus uſque ad vias pûblicas, & cum aquis aquarum: quia de curſibus, &c. *ut plene dixi in dict. titul. de ſervitutibus itin. ſeu aditus.* quæ omnia perpetuo tene menti, quia ſunt quotidiana.

67 Quarta, * quæſtio principalis poteſt ex prædictis decidi in caſu è converſo. Nam ſupra dictum eſt quando dominus ſuperior vult præcidere venas in fundo ſuo ortas, & impedire ne aqua diſcurrat ad fundum inferiorem, quid è contra quidam habet fundum ſuperiorem in quo aqua naſcitur, puta profunde per quindecim pedes, quæ diſcurrit ſolum ad fundum vicini inferiorem per ſubterraneos meatus: & quia non tranſeunt meatus illi fundum vicini, aqua aſcendit in fundo ſuperiori per illos 15. paſſus, & ducitur à domino ſuperiori per fundum ſuum, dominus inferior fodit in fundo ſuo: & ex eo aqua exit ita, ut non poſſit amplius aſcendere ad ſuperficiem fundi ſuperioris, quæritur numquid poſſit? Et videtur quod ſic, *per l. flumina, §. item videamus, cum leg. Proculus, ff. de damn. infect. cum aliis ſimilibus ſupra ad hoc allegatis.* Ego teneo contrarium, *per text. in d. l. fluminum, §. fin. in fin.* ubi dicitur quod ſi tam alte fodiam in meo ut paries tuus ſtare non poſſit, tibi teneor: & ſic ibi probatur: ſi aufero tibi id quod à me non habes, nec à meo pervenit, ſed à tuo, & ſic infero tibi damnum, hoc de jure facere non poſſum: quia ibi alte fodiens qui promiſerat de damno infecto auferebat lucrum, quod non proveniebat à re promiſſoris. Nam firmitas parietis vicini cui erat facta promiſſio de damno infecto proveniebat à re promiſſoris, Nam firmitas parietis, & illud fundamentum eſt ipſius vicini, non autem proveniebat à domo ipſius fodientis; ideo hoc facere non poteſt, ſecundum Paulum de Caſtr. qui ibi dicit iſtum eſſe verum intellectum illius text. quam gloſſ. & Dd. non viderunt: ſed ita eſt in caſu propoſito dominus fundi inferioris fodiendo in ſuo fundo, & aquam educendo aufert domino fundi ſuperioris aquam, quæ pervenit à fundo ſuperiori ad inferiorem, & non è contra, ergo jure non poteſt, propterea hoc etiam probari poteſt: quia ſicuti ædificando in meo, non poſſum mittere in alienum, *leg. quemadmodum, §. ſi protect. in fin. ff. ad leg. Aquiliam, & leg. ſi vitem, §. ſi ad januam, ff. quod vi aut clam.* ita videtur & multo magis, quod ædificando in meo non poſſim auferre illud quod eſt alienum, nec à me habet originem: quia plus videtur eſſe, auferre alienum, quam ſimpliciter in alieno mittere: juxta *l. id quod noſtrum ff. de regulis juris,* ex quo magis damnum contingit in auferendo rem alienam, *argum. authen. multo magis de ſacroſanct. Eccl. & l. quanto magis, ff. de jurejurand.* Quod ſimpliciter no. qui poteſt trahi ad deciſionem multarum quæſtionum ſimilium. Puto tamen ſi vellet dominus inferior in ſuo fundo fodere

non

non cauſa prædictam aquam habendi ſimiliter forte ut penum faceret, aut cloacam, non impediretur, ſi ita clauderet meatus, aquæ ſubterraneæ, quod impediretur aſcenſus ejus ad fundum ſuperiorem, *argum. d. l. fluminum, §. fin. ibi*, ut paries ſtare non poſſit à contrario ſenſu, *& argum. d. §. fin. verſic. ait Trebatius.* ibi neque enim exiſtimari operis mei initio damnum tibi dari in ea re, in qua jure meo uſus ſum, *ff. de damno infecto.*

68 Quinta, * quæſtio ſimiliter decidi poteſt, ſi aqua diſcurrat à fundo Titii ſuperiori, & in fundo Sempronii inferiori per venas ſubterraneas: & quia Sempronius non fodit in fundum ſuum, tota aqua fluere conſuevit ex ſuperiori fundo Titii, nunc Sempronius fodit in fundo ſuo, & venas aperuit, ita ut tota aqua tam illa quæ in venis ſuis naſcitur, quam illa quæ ex venis Titii fundi ſuperioris diſcurrat ad fundum ipſius Sempronii, & deſinat aſcendere ad ſuperficiem fundi Titii, numquid ita poſſit fodere Sempronius? Et ex prædictis concludendum eſt: Aut quæritur, numquid potuerit fodere, & aquam ducere ex venis, quæ ex fundi ſui venis procedit, & ſine dubio poteſt: quia qui fodit in ſuo, nihil mittit in alienum, nec de alieno aliquid aufert. Aut quæritur de eductione aquæ quæ oritur ex venis ſubterraneis fundi Titii ſuperioris, & dicendum quod non poteſt, *per dictam l. fluminum. §. fin in fin. & per ea quæ dixi in q. præcedenti.*

69 Sed eſt ultima prædicta quæſtio, ſi ille qui habet jus aquæ ducendæ, * admiſcuit aliam aquam illi quam modo ducere ſolebat, numquid poſſit prohiberi, dic quod ſic, non ſolum pro addita aqua, ſed etiam pro tota ſimul mixta poterit prohiberi: *ut eſt text. in l. 1. §. item quæritur, ff. de aqua quot. & æſtiv.* Et eſt ratio, quia ille aqua mixta eſt indiviſibilis: & propterea utile per inutile vitiatur, *& ita vult. gloſſ. in d. §. item quæritur, §. & ſeq.* & pro hoc facit ratio: quia in indiviſibilib. utile vitiatur per inutile: *ut l. ſi ſponſus, §. generaliter, ff. de donat. inter viv. in l. Pedius in princ. & ibi not. ff. de arbitris, & per Bartol. & Dd. in l. 1. §. pen. de verborum obligat.* quod intellige verum, quando aqua admixta ex facto hominis, ſecus quando aqua creſcit non facto hominis, ſed naturaliter: quia tunc non poteſt prohiberi ducere totam aquam: *ut eſt text. notabilis, in l. hoc jure, §. aqua, quæ in rivo, ff. de aqua quot. ſecundum Oldra. & Alberic. de Roſat. l. Rutilia Polla, ff. de contrahend.*

Ulterius quæro, * ſtatutum eſt in civitate, ut quis poſſit ducere aquam ex fundo ſuperiori per fundum vicini medium, ad aliquem fundum ſuum inferiorem, ſolvendo damnum vicino, quod cavatio fiat in fundo ſuo, quod ſtatutum valet propter publicam utilitatem: *ut dixi ſupra in quint. quæſtione principali, per not. in l. fin. Cod. ſi contra jus vel util. publ.* Modo quis vult ducere aquam per fundum vicini ad ſuum, in quo fundo vicini eſt fons, vel ſunt venæ aquarum, & ſi poterit in eo fodere, vel per ipſum aquam ducere, miſcetur aqua ſua cum aqua vicini, & utraque tranſibit ad fundum inferiorem, numquid poſſit, & videtur quod ſic, quia ſtatutum loquitur ſimpliciter, quod per fundum vicini poſſit aqua duci, ſatisfaciendo ſibi damnum: ergo ſimpliciter, indiſtincté debet intelligi. Decima nona diſtinct. ſi Romanorum. Nec diſtinguit, an ſit damnum reſpectu terræ fundi, vel reſpectu aquæ ipſius: ergo nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio, de public.* Præterea hujuſmodi ſtatutum eſt favorabile, & fa- 70

 ctum

ctam propter publicam utilitatem : ergo videtur eſſe in dubio intelligendum late, & ampliandum, ubi ſubeſſet eadem ratio : *juxta not. per Bartol. in l. ſi conſtan. in princip. 9. quæſt. prima parte principali, ff. ſol. matrim. & per Cyn. & Dd. in l. 1. C. de adulter. & per Bald. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. & per modernos in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſol. matrim.* Sed contrarium dico verius eſſe de jure. Nam illud ſtatutum debet intelligi, dummodo non fiat damnum vicini in ſuo aquæductu, *ut probatur in l. hoc jure, §. is qui jus aquæ, ibi aquarum rivalibus, ff. de aqua quotidiana & æſtiv. & l. Imperatores, ff. de ſervit. ruſt. præd. & l. 1. §. ſunt qui putant, ff. ne quid in flumine publico.* Et facit quod dixi ſupra 3. *quæſt. principali, circa finem.* Item de hoc videtur eſſe text. *in l. præſes, Cod. de ſervit. & aqua.* cum ibi not. per gloſſ. & Dd.

71 Item * hoc probatur ratione ; quando privilegiatus & cauſæ privilegii ſunt paris potentiæ, potior conditio eſt poſſidentis : *ut in cap. in pari, de regul. jur. in 6. & l. ſi ſervus, §. de illo, ff. de verb. obligat. & notat. Bartol. & Dd. in authent. quas actiones, Codic. de ſacroſanct. Eccleſ. & facit ad hoc leg. verum §. penult. ff. de minor. in cap. fin. extra de ord. cogn.* Sed ille per cujus fundum vicinus vult ducere aquam, habet etiam aquam, quæ ſit ſimiliter privilegiata, quia eam ducit aut ducere poteſt ad irrigandos agros ; ergo non debet ſibi auferre jus aquæ ſuæ ut alteri concedatur : *juxta not. per gloſſ. & Dd. in dict. l. præſes.* Item pro hac opinione facit, *l. fin. §. fin. ibi ne quod poſteriori datum eſt, &c. Codic. qui potio. in pign. habe.* ubi probatur, quod quando ſunt duæ dotes, non debemus magis favere uni quam alteri, & ſic non debemus cooperire unum altare, & aliud diſcooperire : *ut ibi not. Bartol. & Dd. & gloſſ. in auth. quomodo oportet. Epiſc. §. ſed neque effuſat, in verſic. quia per illum textum colla. 1.* Et pro hoc facit etiam, *authen. niſi rogati. cum ibi not. C. ad Treb.* facit etiam ad hoc, quod dixi in quæſtione præcedenti. Nec obſtat, quod ſtatutum loquatur ſimpliciter, ut poſſit aqua duci per fundum vicini ſatisfaciendo ſibi damnum, quia non debet intelligi de damno alterius aquæ quæ gaudeat eodem privilegio, per prædicta. Nec obſtat quod ſtatutum ſit favorabile, & in favorem ductus, & propter publicam utilitatem, quia idem favor eſt in utroque caſu : & ideo melior eſt conditio poſſidentis, *ut ibi dixi.*

Quæro nunc de alia quæſtione quotidiana : * Aqua ex fundo meo ſuperiori deſcendit ad tuum inferiorem, & inundat totum fundum tuum ex magna abundantia aquarum, quæritur de duobus. Primo numquid ego, qui ſum dominus fundi ſuperioris, cogar retinere aquam in fundo meo, puta faciendo foſſam & aggeres, & in eo aquam recolligendo, ne diſcurrat ad fundum tuum. Secundo, poſito quod non cogar retinere, an poſſim te inferiorem cogere ut eam in fundo tuo recipias, & foſſam facias vel alveum & aggeres, vel patiaris quod aqua deſcendat ex tuo ad alium inferiorem? Circa quæ dicas in primis tria eſſe conſideranda. Primum eſt, legis conventio, ut ſi aliqua intervenit, illa ſit ſervanda, *l. 1. §. denique ait, & l. 1. in ſumma, §. 1. de aqua pluv. arcend. & leg. 1. §. ſi convenerit ff. depoſit. cum aliis ſimilibus, allegatis in gloſſ. ſupra in principio hujus 8. quæſt. principalis.* Secundum eſt, loci natura, quæ debet inſpici, quæ eſt, ut regulariter fundus inferior ſuperiori ſerviat, ut patiatur hanc ſervitutem, 72

& teneatur ſuſcipere aquam fundi ſuperioris, niſi aliter conventum ſit, *ut d. leg. in ſumma, in principio.* Agri enim naturam ſervandam eſſe dicit, *dict. l. 1. §. denique ait,* 23. & ſemper inferiorem ſuperiori ſervire, atque hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrum à ſuperiore, compenſareque debere cum alio commodo: ſicut enim omnis pinguedo terræ ad eum decurrit: ita etiam aquæ incommodum ad eum defluat: *ut eleganter dicit textus in dict. leg. 1. §. denique, de aqua pluv. arcend. & dicta l. in ſumma, in princip. eod. tit.* Tertium eſt, quod debet conſiderari, quando non eſſet dicta aliqua lex inferiori, vel ſuperiori, nec natura loci hoc declarat: quia plana ſunt loca, ita ut nullus ager poſſit dici inferior, vel ſuperior, tunc loci vetuſtas, quæ vicem legis obtinet, & pro lege ſemper habetur dirimendarum litium cauſa utique ſervanda eſt, *ut dicit textus in d. §. denique ait, verſic. ſi tamen agri lex. & ibi gloſſ. in d. leg. in ſumma, in princip.* Quartum etiam poſſet conſiderari, quando aliqua conventio non eſſet, vel natura loci aliquid non declarat, neque ſubeſt quid ſit ſervandum. Circa primum quando intervenit conventio de retinenda ſuperiori, ne ad inferiorem: vel de mittenda in fundum inferiorem, dicas illam conventionem eſſe ſervandam, & per eam ſervitutem imponi: *ut d. l. 1. §. denique ait, & l. in ſumma in princ. ff. de aqua pluv. arc. conjuncta, l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. jur.*

73 Sed * dubitari poteſt, ſi ſimpliciter eſt impoſita, vel per conventionem ſervitus, ut ſuperiori vicinus teneatur aquam retinere in fundo ſuo, vel quod inferior teneatur foſſa eam recipere, numquid ſuperior, vel inferior teneatur purgare, vel aggeres facere, aut munire? Et videtur quod ſic: quia qui tenetur ad unum, tenetur ad omnia, per quæ pervenitur ad illud: *ut l. 2. cum ibi not. ff. de juriſdict. omnium jud.* Et qui permittit ſequentia, videtur permittere antecedentia, quibus mediantibus ad ſequentia pervenitur: *ut probatur in l. 3. §. 1. de ſerv. ruſt. præd. & l. refectionis, §. 1. ff. communia præd. & l. veteres, ff. de itiner. actuque privat.* Et facit ad hoc quod notat Bart. *in l. 1. in. princ. in 2. col. in fin. de novi oper. nunc.* Item qui permittit conſequens, videtur permittere neceſſario antecedens, *l. illud, & l. pro hærede, §. Pap. ff. de acquirenda hæreditate, & text. cum gloſſ. notab. & ibi Bald. C. de dot. promiſſ. in l. 2. & pro hoc l. ad rem mobilem & l. ad legatum, ff. de procurator.* Sed videas, quod imo ille cujus fundus debet ſervitutem, non tenetur purgare, vel aggeres facere, vel munire, ſed ſolum tenetur pati, ut dominus fundi cui ſervitus debetur prædicta, vel ſolita facere poſſit: *ut probatur in l. 1. §. denique ait, in princ. & §. fin. ff. de aqua pluv. arcen.* ubi ita dicit, non ergo cogemus vicinum aggeres munire, ſed nos in ejus agro muniemus: qui text. intelligitur, quando pacto, vel vetuſtate erat inducta ſervitus retinendi aquam in fundo, recipiendo aquam ex fundo ſuperiori; *ut dicit gloſſ. in d. §. fin. in verſ. munire.* & ita intellige quæ dixi ſupra *in 4. q. principali in fin. verſic. ſed pone quæſtionem quam habui de facto.*

Et eſt ratio regulariter, * quia ille 74
qui habet ſervitutem, non cogitur facere, ſed pati: *ut l. quoties, §. ſerv. ff. de ſervit. titul. generali, & leg. ſi forte, §. etiam, verſ. nam in omnibus ſervitutibus, ff. ſi ſervit. vend.* excepta ſervitute oneris ferendi: quia in illa debens ſervitutem poteſt cogi facere; *ut leg. eum debere columnam, ff. de ſerv. urb.*

ut b. præd. & ita tenet gloſſ. in d. l. 1. §. fin. in verſic. cogemus, ff. de aqua pluv. arcend. & gloſſ. in l. ſumma. § 1. in verſ. vel te, quæ incipit, qui es, eod. titul. & intelligo tex. *illius* §. *fin.* non ſolum quando ſuperior vicinus tenebatur aquam retinere in fundo ſuo: quia tunc ſi opus per quod retinetur, indiget refectione, non tenetur ſuperior reficere, ſed pati, ut inferior reficiat, & ita intelligit Paul. de Caſtr. ibi ſummariè, §. *denique ait, & probatur in leg. in ſumma, §. item Varus ad finem, ibi, ſi velim aggerem reſtituere in agrum, eodem titul.* Sed etiam intelligo text. *in dicto paragr.* ſi quando inferior vicinus tenebatur in fundo ſuo recipere aquam provenientem ex fundo ſuperiori: quia tunc inferior non tenetur mundare, ſeu purgare locum, aggerem munire, ne aquæ diſcurrant ad fundum ſuum, ſed tenetur ſolum pati, ut ſuperior hoc facere poſſit, cum ſit eadem ratio, *leg. illud, ff. ad leg. Aquil.* Et hoc etiam tenet Paulus de Caſtr. *in d. l. in ſumma, §. apud Labeonem, ibi*, dum text. dicit, hanc inferior vicinus non purgabit, ſupplet idem in ſuperiore, cum ſit eadem ratio: & ideo dum textus dicit, *in dict. leg.* 1. §. *fin.* non ergo cogemus vicinum aggeres munire, intellige vicinum, cujus fundus ſervitutem debet, ſive ſit fundus ſuperior, ſive inferior: & dum poſtea ſubdit quod nos in ejus agro muniemus: expone in agro ſuperiore, vel inferiore ſervitutem debente, & dum dicit, quod dominus prædii dominantis poteſt agere contra dominum prædii ſervientis, ut patiatur in fundo ſuo purgari foveas, vel aggeres muniri, intelligi debet quando dominus fundi ſervientis nullam poterat utilitatem conſequi: puta ex munitione aggerum, quoniam ex illa non poſſet conſequi, niſi laborem, & impenſas: quo caſu poteſt agi per dominum prædii dominantis ſimpliciter, ut dominus prædii ſervientis patiatur aggeres muniri. Sed ſi poſſet aliquam utilitatem conſequi, puta ex purgatione foveæ, ſeu alvei, ex pinguedine terræ quæ extraheretur de fundo ſuo, tunc ſi ipſe dominus prædii ſervientis vellet purgare, præferendus eſſet domino prædii dominantis, & ideo non ſimpliciter agi debet, ut dominus prædii ſervientis patiatur: ſed alternativè, ut vel purget, aut purgari permittat: *ut leg. in ſumma, §. apud Labeonem*, qui ita debet intelligi. ſecundum Bartholum, & Paul. de Caſtr. Imol. & Dd: ibi, *ff. de aqua pluv. arc.* & idem tenet Paul. *in dict. leg. in ſumma, §. item Varus, in fin.* Et ex prædictis ſequitur, quod quando ſuperior vicinus tenetur retinere aquam in fundo ſuperiori ne diſcurrat ad inferiorem, & opus quod retinebat aquam, ne inferiori noceret, ſit deſtructum naturaliter, puta ex ſuperabundantia aquarum, vel etiam aliter, ſive illud opus ſit ſupernaturale, quia non manu factum: ſive quaſi naturale, quia manu factum, ſed non extat ejus memoria, ſed jure ſervitutis retinebatur, poteſt vicinus cujus fundus debet ſervitutem, cogi, ut patiatur opus refici, vel in priſtinum ſtatum reponi: *ut eſt caſus in d. leg. in ſumma, §. item Varus, & idem hoc tenet ibi Paul. de Caſtr.* Item ex hoc etiam ſequitur, quod ſi ille qui habet ſervitutem, deſtruit opus propter quod aqua retinetur in fundo ſervientis, & nocet fundo dominanti, poteſt cogi ad ponendum, ſeu reſtituendum dictum opus in priſtinum ſtatum: *ut leg. in ſumma, §. item Labeo*, & hoc tenet Paul. *in l.* 1. §. *& ſi vicinus, eod. tit.* & intelligitur nocere, non ſolum quando aqua non debet aliquo modo deſcendere ad fundum

fundum inferiorem, & nimis deſcendit propter deſtructionem, vel repletionem foveæ, quæ aquam in fundo ſuperiori continebat; ſed etiam quando in agro ſuperiori erat foſſa, quæ debebat aquam continere, ut paulatim & moderatè diſcurreret ad fundum inferiorem, puta ad ipſum irrigandum: & ſic foſſa erat in fundo ſuperiori propter utilitatem agri inferioris irrigandi: & ſic poſteà repleta eſt fovea, ut aqua vehementior deſcenderet ad fundum inferiorem, & ſic noceret: *ut probatur in d. leg. in ſumma, §. apud Alphenum*, ſecundum Jacob. de Aret. & Imol. ibi: qui exponit illum textum, ibi dum dicit, aqua deſcendit, ſcilicet paulatim, & moderatè, quod nota. Item intelligitur nocere, quando nocet operi facto contra ſervitutem impoſitam, ſive contra loci naturam, aut vetuſtatem. Secus ſi natura loci, aut fato damnum contingat: quia tunc agi non poſſet: *ut. leg. 1. paragr. huic illud, & leg. in ſumma, 1. reſponſo, ff. de aqua pluv. arcend. & ita tenet Azo. in ſumma, eod. titul.* qui etiam ſubdit, quod nocere dicitur, ut detur actio directa aquæ pluv. arcen. quando vicino damnum datur, ſed quando quid fit quominus aqua proſit vicino, ceſſat
dd hæc actio directa, *dd* & datur utilis
ee *ee: ut dict. l. 1. §. ſicut autem, l. 2. Item Varus*, ſicut etiam datur utilis, ubi nemo facit opus: *ut d. l. 2. §. apud*, & prædicta procedunt quando ille qui debet ſervitutem, fecit opus in fundo ſuo vel removit propter quod damnum dat fundo dominanti. Sed quid ſi alius fecerit? *Dic ut l. quamquam Julianus, & §. item ſi vero ego, & l. ſi colonus, & l. ſi tertius. §. Celſus. uſque ad fin. & l. emptor, in fine, & l. venditor, ff. de aqua pluv. arcend. & vide Paul. de Caſtr. in l. ſumma, §. idem Varus, in 1. oppoſ. eod. tit.*,

Secundò * dubitari poteſt, an non ſolùm dominus prædii dominantis poſſit cogere dominum prædii ſervientis, ut patiatur fundum ſuum purgari, vel opus refici, *ut dixi*: ſed etiam dominus fundi ſuperioris ſervientis, qui jure ſervitutis tenetur habere foſſam in fundo ſuperiori, ne aqua noceat vicino inferiori, ſi illa foſſa indiget refectione poſſit agere contra dominum prædii dominantis, ut eam reficiat taliter, quod noceat fundo ſuperiori ſervientis? Et dic quod ſic: *ut eſt caſus valdè not. in l. in ſumma, §. apud. Alphenum, ff. de aqua pluv. arcend.* ſecundum intellectum Paul. de Caſtr. & ibi gloſſ. intelligit illum textum aliter in cauſa è converſo, qui intellectus etiam poteſt eſſe bonus. Et adde ſecundùm eum ibi, quod quando fundus ſuperior debet ſervitutem fundo inferiori, ut aquam retineat, ſi habet foſſam in fundo ſuo ſervientem, tenetur pati, ut fiat opus jure ſervitutis: quatenùs eſt neceſſarium ad ejus uſum, licet ex hoc reſultet damnum: ſed ſi illud indiget refectione, non tenetur pati niſi ut reficiatur: *ut d. §. apud. Alphenum, cum ibi notatis ibi, an ille qui opere manu facto.*

Tertio * poteſt dubitari, an ille qui excludit aquam quam naturaliter, & jure ſervitutis recipere in fundum ſuum tenebatur, ne in ſuum veniat, ſed in alienum derivetur, teneatur aqua pluv. arceñ. & dicendum quod ſic, *ut leg. 1. paragr. Neratius, cum gloſſ ff. de aqua pluv. arcend.* & ideo ſi aqua de directo fluit in fundum tuum: & tu opere manu facto derivas aquam in meum, aliter quam per ſeipſam naturaliter flueret, ſi fortè opus factum non eſſet, vel ſi flueret non ita rapide, teneris mihi aqua pluv. arcend. Et ita quando aqua non fluebat, nec cadebat de directo in tuum: & tu ne in tuum

deſcenderet opus feciſti, per quod ipſam derivas in meum: & tunc ſi erat impoſita ſervitus, ut eam tenearis recipere, vel ſi conſuevisti longiſſimo tempore ipſam recipere, adeò quod non extet memoria in contrarium, non poteſt illam aquam à te excludere, & in meum derivare: *ut probatur in dict. §. Neratius, & ibi hoc vult gloſſ. in verſ. ſolet.* quam ſequitur Paul. *& idem not. in leg. in ſumma, §. illud etiam in fin. de aqua pluv. arcend.* ſed ubi nulla ſervitus debetur, nec per dictum tempus aqua fluxiſſet; ſed ſolùm naturaliter decurrat, dic ut dicam infrà in verſ. circa ſecundum, , quando natura loci.

76 Quartò * dubitari etiam poteſt, ſi conceſſiſti mihi ſervitutem, ut poſſim opere manu facto aquam fluentem ex meo derivare in tuum, etiamſi tibi nocet: an intelligatur, etiam, ſi ultra modum noceat? & dic quod non, *ut eſt text. multum notabilis, in d. l. in ſumma, § illum etiam, facit ad hoc l. unius, ff. de ſerv. urb. præd.* & hoc etiam tenet Paul. de Caſtr. *in dict. §. illud,* qui hoc inducit per quæſtionem illam, ſi fiat compromiſſum in arbitros, vel arbitratores, cum poteſtate, ut poſſint de jure unius dare alteri in parva, ſeu magna quantitate: debet intelligi, niſi ſit nimis magna, & intolerabilis læſio, *de quo per Bartol. in leg. ſi ſocietatem, & arbitrorum, ff pro ſocio, & per Baldum & Dd. in leg. cum antea, de arbit. & Canoniſt. in cap. Quintavallis, de jurejurand.* & pro prædictis facit: quia in dubio, licet conceſſio facta per principem intelligitur cum aliquo damno modico: tamen non intelligitur de maximo: *ut leg. univerſa, Cod. de precib. impera.of. & not. gloſſ. in leg. ſervitutes prædior. paragr. publico, ſuper verbo, modice ff. de ſerv. & eſt text. cum gl. in leg. 2. paragr. ſi quis à principe, ff. ne quid in loc. publ. & not. gloſſ. fi. in leg. ſed cum hærede, ff. ad Trebell. & gloſſ. 25. q. 2. reſcripta, & Card. Zaba. in c. mandatis, in 7. not. extra de reſcript.* & pro hoc facit optimè, *leg. ſi quis ſepulchrum, in princ. ff de religioſis, & ſumpt. fun.* & quod notat Bart. *in l. quominùs in 11. quæſt. ff. de flumin.* & adde quod not. Paul. de Caſtr. *in l. ſi Titius, in princ. circa fin. prima col. ff. de lib. & poſthu.* ubi ſi Princeps concedit, quod in publico poſſim ædificare, & cum præjudicio tertiæ perſonæ, quod ſufficit etiamſi non exprimitur perſona, cui ſit præjudicium, *argument. d. leg. ſi Titius.* Sed circa prædicta, ego dicerem. Aut eſt facta conceſſio ſimpliciter, & intelligitur ſine præjudicio magno per prædicta jura. Aut eſt facta, ut poſſim aquam in tuum fundum immittere, etiamſi tibi noceat: & tunc intelligitur, etiam ſiat magnum præjudicium: ad hoc, ut verba aliquid operentur, *arg. leg. ſi quando, ff. de legat. 1. cum ſimil.* non tamen intellige de maximo, aut intolerabili præjudicio, *arg. reg. in ſumma, § fin ff. de aqua pluv. arcend.* & pro hoc facit quod not. Imol. *in c. Quintavallis, extr de jurejur.* qui dicit, ſi compromiſſum eſt factum ſimpliciter, poterit arbitrator modicè lædere, *juxta leg. unde ſi Nervæ, ff pro ſoc.* Sed ſi eſt dictum quod poſſit lædere partes, intellige de magna, & non de maxima læſione: quia de illa non videtur actum: & ſimiliter ſi minor juraverit non contravenire, intelligitur ſi eſt modice læſus, *ff.* ſecus ſi dicatur ratione læſionis: quia tunc intelligitur de magna, *ut ipſe not in d. c. cum contingat 24 col. & adde prædictis quæ dicta ſunt in 1. lib. titul. de ponticello, verſ. ſed circa prædicta.*

Dubitari poteſt * circa ſecundum, quando natura loci ſubeſt, nec aliqua pactio

pactio intervenit, dic quod regulariter fundus inferior tenetur recipere aquam provenientem ex fundo ſuperiori: & iſta eſt quædam ſervitus naturalis, & lex naturæ: *ut leg.* 1. §. *ſed ſi vicinus*, §. *denique ita & leg. in ſumma*, 11 *princ. ff. de aquæ plu. arcen.* etiam ſi aqua fundo inferiori noceat: *ut d.* §. *toties, verſic. quod. ſi natura.* Et pone exemplum, ſi aqua fluens ex monte vel loco meo ſuperiori, deſcendit in tuum, eam teneris recipere, nec potes me compellere, ut faciam foſſam vel aggeres in fundum meo, per quos aqua retineatur: quia fundus tuus inferior in hoc naturaliter ſervit fundo meo ſuperiori, quando aqua naturaliter deſcendit ut dictis jurib. Sed iſta regula fallit. Primo, quando opere manufacto per ſuperiorem aqua derivatur in fundum inferiorem: quæ non flueret, ſi opus factum non eſſet. Secundo fallit quando aqua quæ ſolebat fluere in fundum inferiorem non rapidè, propter opus factum rapide flueret: *ut l.* 1 §. *Neratius, & ibi hoc not. Paul. de Caſtr. de aqua pluv. arcend.* vel ſi propter opus fieret quo aliter aqua flueret, quàm natura ſolet ſi forte immittendo eam aut majorem fecerit, aut velociorem, aut in comprimendo redundare fecit: *ut d. l.* 1 *in princ. &* §. *toties*, niſi impoſita ſit ſervitus ad hoc: *ut d. leg.* 2. §. *fin.* & ibi hoc notat. Paul. de Caſtr. qui dixit illum text. limitare omnia jura, quæ dicunt actionem pluviæ arcendæ dari contra illum, qui opere manu facto aquam fluentem in ſuo derivat in fundum vicini, ut aliter diſcurrat quam per ſe naturaliter diſcurreret: *ut l.* §. 1. quia illa procedunt niſi impoſita ſit ſervitus illi fundo, in quem derivat, per *d.* §. *fin.* Tertio fallit quando aqua non fluebat, nec cadebat de directo in tuum, ſed alibi: & poſtquam ceciderat, deſcendebat in tuum: & tu ne in tuum deſcenderet, opus feciſti, propter quod aqua dirivatur in meum & tu non conſueviſti eam recipere, ſed demum incipit in tuum derivari: nam tunc potes eam excludere opere facto & non teneris, licet in meum derivetur quando quis poteſt aquam avertere, & curare ne in ſuum fundum influat, ſi modo non animo nocendi fiat, ſed ne ſibi noceat: *ut eſt caſus in leg. in ſumma*, §. *Penultim. ff. de aqua pluv. arcen.* Et ideo ſi tu dominus fundi inferioris in ingreſſu tui fundi vis facere aggeres, propter quod aqua impediatur, ne in tuum fundum ingrediatur, & ingrediatur fundum cujuſdam tertii, quod non fieret, ſi ingrederetur fundum tuum, potes hoc facere: quia ille tertius non poteſt agere contra te, ut tenearis aquam recipere, & eam à te non excludere, quia quantum ad illum tertium, tuus fundus non ſervit naturaliter, ſicut fundo ſuperiori, ex quo aqua deſcendit, *ut eſt caſus not. in d. leg. in ſumma*, §. *idem Labeo*, *el.* 2. *& ibi hoc tenet Paul. de Caſtr.* & iſtud procedit, quando tu dominus fundi inferioris non conſueviſti aquam in tuo recipere per tantum tempus, cujus non extat memoria in contrarium: vel quia ſervitus de hoc non fuiſſet impoſita: aliàs ſi dicto tempore conſueviſſet fluere, vel ſervitus fuiſſet impoſita, non poſſes eam divertere. Et iſte eſt caſus *in dict. l.* 2. *in* §. *Neratius, cum gl. in verſic. cogeretur tollere de aquà pluv. arcend.* Et dixi ſupra, *in* 2. *fallentia, in fine*, quod eſt bene notandum: quia declarat totum illum titulum, *ff. de aqua pluv. arcend.* Quarto fallit, quando ſuperior habebat foſſam in fundo ſuo naturalem, non manu factam vel quaſi naturalem, quia memoria non extabat

bat de dicta foſſa, licet manu facta fuerit: vel quando non erat naturalis foſſa, ſed manu facta, & extabat de ipſa memoria, ſed jure ſervitutis facta erat. Nam omnibus iſtis caſibus inferior dominus non cogitur dictam aquam recipere in fundum ſuum: & ſi fovea eſſet rupta, vel aggere deſtructa, poſſet ſuperior cogi, ut pateretur refici, *ut ſupra dictum eſt, & probatur in leg.* 1. *§. apud Labeonem, ff. de aqua pluv. arcend.* & ibi hoc tenet Paul. de Caſtr. Secus ſi non habeatur dicta foſſa jure ſervitutis, extabat ejus memoria, & erat manu facta: quia tunc inferior regulariter ipſam aquam cogitur in ſuum fundum recipere, per prædicta, imo plus etiam, ſi fovea eſſet deſtructa, puta quia in fundo ſuperiore aquarum concurſus excavabat locum, propter quem aqua retinebatur, ne deſcenderet in fundum inferiorem: poſtea illa excavatio eſt deſtructa vel repleta: vel quia aggeres fecerat dominus ſuperior in fundo ſuo, poſtea ex impetu aquarum deſtructi ſunt: vel etiam ipſe dominus ſuperior authoritate propria deſtruxit: nunc dominus inferior vult agere, ut ſuperior patiatur foveam purgare, vel eam, aut aggeres reficere, & certè non poteſt: quia illa fovea non erat naturalis: quia de novo facta, nec quaſi naturalis, quia extabat memoria: nec erat ibi jure ſervitutis, ſed caſualiter poſita, vel facta. Et ſimiliter dicendum de aggeribus. Unde ſicut ſi ipſos feciſſes ſponte, poſſes removere: ita & ſi caſualiter facti ſunt: ſecus ſi eſſent ibi jure ſervitutis, vel non extaret memoria: *ut probatur in dict. leg. in ſumma. §. apud Namuſam, & ibi hoc not. Paul. de Caſt. conjuncto, §. idem ait ſi in agro, & in d. §. item apud Labeonem, & ibi hoc not. Jacob. de Aret quem ſequitur, ibi Paul. & in §. item Varus, ea leg.*

Et ex hoc, * not. quod ſi propter 78
inundationem aquarum propria authoritate in rivo ſive fovea vel in aggeribus feciſti coronellas, ne aqua ſuperabundans flueret in fundum tuum poteſt impune eas ſimiliter removere: quia ſicuti voluntariè eas feciſti, ita voluntarie potes eas deſtruere: nec teneris pati, ut reficiantur, niſi ſervitus eſſet impoſita, *ut d. §. item Labeo ait ſi in agro. & in d. §. apud Namuſam, cum ibi not.* quod perpetuò tene menti.

Circa, * tertium, quando nulla 79
eſt conventio, *gg* nec loci natura ſer- gg
vitutem imponit, quia loca ſunt plana, & loci vetuſtas ſubeſt, tunc illa eſt ſervanda tanquam lex, *in l.* 1. *§. denique ait, ff. de aqua pluvia arcen. & l.* 1. *in ſumma in princ. eod. tit.* Sed talis vetuſtas habet vim quaſi ſervitutis impoſitæ, *ut d. l.* 2. *§. fin.* Et not. quod hæc ſervitutis acquiſita per vetuſtatem ſeu præſcriptionem tantùm operatur regulariter, quantùm ſervitus acquiſita per conventionem: quia ſicuti præſcriptione quæritur utile dominium, *ut not. per gloſſ. & Dd. in authen. niſi tricennale, Cod. de bonis matr.* ita utilis ſervitus, non directa, quæritur per præſcriptionem, *ut d. §. fina. ſecundum gloſſ. ibi in verſic. quaſi ſervitus.* In hoc tamen differunt, quia ſervitute quæſita per conventionem, eſt directa actio
confeſſoria, *hh. ut l.* 1. *§.* 1. *& ibi ple-* hh
ne per Flor. ff. ſi ſerv. vend. & per Bart. in l. ſi prius, ff. de aqua pluv. arcen. Sed ſervitus quæſita per præſcriptionem, dicitur utilis, quia competit actio utilis, *ut d.* 1. *§. fina. in fin.* & not. Bart. Dd. *in d. l. ſi quis de via, ff. differentia, ff. de acqu. poſſeſſ.*

Sed circa iſtam vetuſtatem ſeu præ- 80
ſcriptionem quæritur, * quantùm temporis requiritur? Dic aut eſt talis ſervitus

vitus æquæductus quæ habet cauſam continuam vel quaſi continuam: tunc regulariter ſufficiunt 10. anni inter præſentes, & 20. inter abſentes *l. ſi quis diuturno & ibi gl. & Dd ff. ſi ſerv. vend. & l. 2. & ibi not. C. de ſerv. & aq. & not. gl. magna in ſervitutes prædio & ibi per Doct. ff. de ſerv.* Aut habet cauſam diſcontinuam: & tunc requiritur tantum tempus, cujus initii memoria in contrarium non exiſtat, *ut l. hoc jure. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid & æſtiv. & not. in juribus prælleg. & dictum eſt ſuprà in 4. quæſt. princ.*

81 Quando,* autem dicatur habere ſervitus cauſam continuam vel quaſi diſcontinuam, *vide in l foramen ff. de ſerv. urb. præd.* & quando dicatur tantum tempus, quod non extat memoria in contrarium, & an & quando allegando titulum ſufficiat tempus 10. vel 20. anno. *vide quæ pleniſſimè ſcripſi ſuprà in* 1. *lib. in* 8. *q. princ. & ſuprà eo verſ. ſed dubium eſt de q. quotidiam, de qua plenè per Bart. Imo. & Lud. de Ro. in l. 1. §. deniq ff. de aqua pluv. arcend.* & communis opinio eſt, quod ſufficiant 10. vel 20. anni, cum allegatione ut hic, & ubi etiam requiritur tantum tempus, cujus initii memoria non exiſtat in contrarium: & dicit Imo. *in d. §. denique.* quicquid ibi dixit Lud. de Ro. qui conatur in hac materia concordare opin.

Sed dubitari,* poteſt, an ſi aqua ſolita eſt decurrere ad fundum vici per plures rivos, poſſit nunc tranſmitti in unum rivum tantùm? Et dicas quod ſic, *ut eſt caſus in l. apud Trebatium in princ. ff. de aqua pluv. arcend. ſecundum unam lect. gloſſ quam ſequitur ibi Imol. & illam gloſſ omnino vide in iſta materia.* Item quid ſi aliquis ſolebit hortum ſuum certo tempore irrigare: & de horto fecit pratum, & vult pratum irrigare, & aſſidua irrigatione vicino nocet, an teneatur damni inf. vel de aqua pluv. arcen. & dic, quod non, *ut eſt text. not. in d. l. apud Trebatium, §. ſi vicinus.* Et ex hoc not. ſecundum Imo, ibi quod ubi ſervitus aquæ ſimpliciter horto debetur, trahitur etiam ad pratum, quia ſic in eodem loco, vel territorio, *argum. l ſi ſervitutes, ff de ſerv. urb. præd.* niſi locum horti complanaverit, eoque facto aqua citior ad vicinum venire cœperit, *ut d §. ſi vicinus*, quod intellige ſecundum Paul. ibi quando ſine hoc poterat fundum colere: ſecus ſi non poſſet aliter, quam explanando: quia tunc non teneretur, ex quo illud ſit gratia culturæ, *ut l. 1. §. de eo opere, ff. de aqua pluv. arcend. & argum. d. leg. apud Trebatium in princip.*

Cirqua quartum & ultimum,* quando non eſt aliqua conventio, nec natura loci aliquid declarat, nec ſua eſt loci vetuſtas, quid tunc de acquis ſervandum eſt? Dic regulariter, neminem poſſe aquam, quæ in fundo ſuo, eſt, in alium fundum ducere invito vel ignorante domino, *l. quemadmod. §. ſi protectum, ff ad leg. Aquil facit, leg. per agrum, C. de ſerv. & l. divus, cum ibi not.* imo ſi ducatur, poteſt vicinus propria authoritate deſtruere, *ut d. §. ſi protectum, & l. ſi vitem, §. ad januam, ff. quæ vi aut clam & plenè dixi ſuprà in* 7. *q. princ.* Item non poteſt aliquis aquam ex ſuo fundo te invito ad tuum fundum ducere, *leg. aquam, & leg. præſes, & ibi not. Cod. de ſerv. & aqua.* Nec etiam poteſt aquâ quis uti in ſuo lavando ſtercora, ita ut fœtor ſeu malus odor inficiat vicinum, *argum. leg. 2. paragr. idem ait, ſi odore, cum gloſſ. ff. ne quid in loc. public.* Nec etiam poteſt quis aquam pertubare, quæ decurit de uno loco ad alium, *ut d. l. apud Trebatium in princip. ff. de aqua pluv. arcen.* niſi ad illum uſum eſſet deputata ſecundum

Angel. & Imol. & Lud. ibi, & etiam Paul. qui dicit, quod ſi dominus fecit foſſas vel rivos, in quibus congregatur aqua ad lavandum pannos, licet poſtea per rivos derivet in fundum vicini, dicitur moderatè uti & non tenetur: ſecus ſi lavaret utres, & ſic faceret ſpurcam aquam, ut putredines deriventur in fundum vicini, *per illum text. & de hoc vide text. meliorem de jure, in l. cum ſupra, Cod. de re mili. lib. 12. & ibi Bart. no.* illum contra lavantes pannos in ſummittate fluminis alicus, quia poſſent prohiberi: quia per tale lavacrum communes aquæ deturpantur. Sed lavando in inferiori parte fluminis non poteſt corrumpi pars ſuperior, & ideo lavans prohiberi non poteſt, per illum textum & not. bene, *d. leg. cum ſupra*: quia vult, quod cum milites conſiſtunt ſupra ripas fluminis, nullus eorum debet aquam ſordidam reddere, ſeu mulos vel equos ſudantes imponere, ſed procul in inferiori parte fluminis, quod nota contra ſcutiferos lavantes equos ſudantes in flumine vel alveo publ. ad quem habetur curſus pro neceſſitate vel delectatione, & ſimiliter not. contra pediſſequas vel mulierculas lavantes pannos vel res immundas per civitatem aut villam: quod intellige, niſi eſſet aqua deputata ad illum uſum, vel ſolitum ita lavari, *ut ſupra dictum eſt.* Item non poteſt quis aquam calidam, puta faciendo balneum immittere in fundum alienum, *d. l. apud Trebatium, ff. de aqua pluv. arcend.* quia aqua calida noceret fundo vicino immoderate, ut ibi aliquando tamen aquæ calidæ ſunt utiles & neceſſariæ pro irrigandis agris, ut Hierapoli. Conſtat enim apud Hierapolinatos in Aſia calida aqua agrum irrigari, & de iſtis etiam aquis competunt interdicta, ſicut pro aquis frigidis, *ut eſt text. not. in leg. 1. §. idem Labeo ſcribit ff. de aqua quot. & æſtiva.* Sed videtur quod nullo modo poſſit quis aquam ex fundo ſuo in alienum immittere etiam non ſpurcam nec calidam: quia licet in ſuo quis poſſit uti aqua, & qualibet re ſua, *leg. in re mandata C. man.* tamen non poteſt in alienum immittere, *leg. ſicut i §. Ariſto ff. ſi ſerv. vend. & l. 1. §. idem ait aquam. ff. de aqua pluv. arcen. & leg. quemadmod. §. ſi projectum, ff. ad leg. aquil. ſupra dixi.* Sed pro ſolutione diſtingue: aut aqua primo de fundo vicini in tuum fundum derivatur: & tunc licitum eſt tibi in eundem remittere, *ita loquitur, d. leg. apud Trebatium ut dicit ibi gloſſ. magna, ſecundum unum intellectum.* Aut aqua non pervenit ex fundo vicini, ſed ex tuo: & tunc aut ego volo facere in meo, & immittere in tuum fundum tale quid, quod per ſe ipſum non flueret in tuum: & non poſſum, & ita loquuntur contraria, *& in hoc vide quæ dixi ſupra in 1. lib. in tit. de ſeclario, & in tit. de aquarolo, & in titul. de aquæ projectu, & aliarum rerum.* Aut volo immittere in tuum id, quod per ſe fluit, ut puta faciendo ibi rivos, & dimittendo ibi aquam, quæ per diſcurrit, & tunc ſubdiſtingue: aut facio hoc moderate quatenus expedit ad uſum familiæ & poſſum, *& ita loquitur, d. l. apud Trebatium in princip. ſecundum alium intellectum,* aut immoderatè, & non poſſum, *ut nota in d. §. Ariſto. & de hoc vide quæ plenè dixi in 1. lib. in tit. de ſervitute projiciendi, in 2. quæſt.*

Quando * autem dicatur fieri immoderate & moderate; Dic moderate, quando pro uſu tantum familiæ: immoderate: quando ultra uſum familiæ, *ut nat. in dict. §. Ariſto. & in dict. §. apud Trebatium, in princ.* vel quando aqua corrumpitur, ſeu interrumpitur, 84

tur, vel immitterentur putredines, vel quando fieret balneum, ex quo immitteretur aqua calida, *ut d. leg. apud Trebatium, in princip. & paragr. 1. cum ibi not*, niſi aqua calida prodeſſet, *ut ſuprà dixi.*

85 Occurrit * alia quæſtio, an ille, cui debetur ſervitus aquæ ductus poſſit arcum lapideum facere cauſa aquæ ducendæ? dic aut vult facere arcum ſeu pontem in loco, quo alteri debetur ſervitus cauſa tranſeundi & poteſt, *ut eſt caſus conjuncta gloſſ. in leg. ſupra iter in princip. ff. de aqua pluv, arcend.* & ſimiliter dominus prædii ſervientis non poteſt facere pontem in in præjudicium ejus cui debetur ſervitus aquæductus, *ut probatur ibi ſecundum unum intellectum gloſſ. quem ſequitur Bartol. & Doct.*

86 Sed * numquid habens ſervitutem, vel jus aquæ ducendæ poſſit arcum, ſeu pontem lapideum facere ſupra aquæductum alienum? dicas quod non, ſi turbaret ejus aquam, *ut d. l. ſupra iter. in princ. verſic. nec is, & ibi hoc not. gloſſ.* & eodem modo non poſſet ſupra aquæ duct. alium aquæductum facere, ſi nocet inferiori, *ut probatur etiam in leg. hoc jure, paragr. fin. Digeſt. de aqua quoti. & æſti. in l. Quintus, ff. de ſerv. ruſt. præd.*

87 Sed * quid è contrà, an ille qui habet ſervitutem itin. poſſit facere pontem ſupra locum per, quem dicitur aqua invito eo, cui debetur ſervitus aquæductus? Et videtur quod ſic, *per d. leg. ſupra iter. 2. reſpon.* ibi ſed pontem. In contrarium videtur ſupra eſſe text. *in 3. reſponſo* ibi *necu.* Tu vero concorda ſecundùm gloſſ. & Doct. ibi. Aut ille, qui habet ſervitutem itineris poteſt ire, & uti ſua ſervitute ſine ponte, & non poteſt pontem facere, ita loquitur verſ. *nec is*, Aut non poteſt aliter tranſire: & tunc, aut vult facere pontem lapideum: qui de facili non poſſet removeri, & idem quia non poteſt *argument. leg. loci corpus paragr. ſiquis, infin ff. ſi ſerv. vend. & leg. fiſtulam, in fin. ff. de ſervit. urb. præd.* quæ intellige, quando ille locus alteri ſervit, putà: quia in eo debetur ſervitus aquæductus, ut dixi, ſed ſi alteri non ſervit, tunc habens ſervitutem itineris, poſſet pontem lapideum facere, & ita poſſet intelligi, *d. leg. ſupra iter 2. reſponſo.* Aut vult facere pontem, putà ligneum, qui de facili poſſet removeri, & poteſt. Et eſt ratio in hoc caſu: quia ille cui debetur ſervitus, poteſt facere in prædio ſervientis omne id, ſine quo non poſſet uti ſervitute, *ut leg. ſervitutes, & ſi domo, ff. de ſerv. urb præd. & l. refectionis, ff. communia præd.* Item ratio inter pontem de lignis, & pontem lapideum poteſt eſſe ſecundùm Bartol. *in d. leg ſupra iter in princ.* quia quando eſt pons de lignis, non impeditur purgatio rivi, quod de facili tolli poteſt: quod fieri non poſſet, quando eſſet pons lapideus. Et adverte: quia pons dicitur propriè de lignis, ſed arcus lapideus non dicitur propriè pons, *ut probari videtur in d. l. ſupra iter, in princip.* Sed communis uſus loquendi aliter ſe habet, cui ſtandum eſt ſecundùm Bartol. & Doct. ibi, *ut dixi etiam ſuprà in 1. lib. in tit. de ponte.*

Sed * quid ſi ille cui debetur ſervitus per rivum aquæ ductus in fundo vicino, vult juxta pontem facere foſſam, in qua congregentur aquæ, & ipſas poſteà rivum ducere? Dic quod non poteſt: quia poſſet aqua ibi corrumpi, & dare damnum prædio ſervienti, *& probatur in dicta lege ſupra iter. in 4. reſpon. ibi*, aut ſi ſpecus ſecundùm Jacob. de Aret. & Doct. ibi. 88

89 Item numquid ille, * qui habet jus aquæ ducendæ de rivo, poſſit caniculum ſubterraneum facere, per quem ducat aquam? Et text. *in d. leg. ſupra iter in princip.* ſentit quod ſic, dum dicit caniculum: quaſi dicat, ſi vellet facere, poſſet. Gloſſ. tenet contrarium, quod quando ſervitus debetur per rivum, qui eſt coopertus, nec caniculum coopertè facere poteſt, invito domino prædii ſervientis, *per leg.* 1. *paragr. fin. cum l. ſeq. ff. de riv.* ſecundum intellectum gl. dubitet de intellectu illarum ll. *de quo dic, ut plenè dixi ſuprà in verſ.* 2. *ex prædictis deciditur uſque ad verſ.* 4 *qu. princip.* Et adde prædictis: quod ille qui avertit aquam de publico aquæ ductu, quando habet id ex privilegio Principis, vel conſuetudine debet ipſam ducere per caſtellum, vel aliud foramen, & non per fiſtulas, ne matrices fiſtulæ corrumpantur, & contra faciens perdit beneficium ducendi aquam, & etiam punitur in corpore, *ut eſt text. in l. eos, & ibi Bart. hoc not. Cod. de aquæ duct. lib.* 11. & qui trahit aquam ex flumine publ. debet gratis trahere, nihil ſolvendo pro tali deductione aquæ, *ut l. ad reparationem, Cod. de aquæduct. & not. gloſſ. in rub. eod. titul.*

90 Supereſt * alia quæſtio, quis teneatur manu tenere rivos & eos purgare, & aggeres reficere ii, cujus expenſis? In qua ita diſtingue: aut loquimur de aqua public. aut privata. Si de publ. videtur quod debeat conſervari, & manu teneri expenſis publicis ſecundum Flor. *in l. ſi fiſtulæ, ff. de ſerv. urb. præd. & dixi ſupra, in* 1. *lib. in titul. de aquæduct.* pro quo facit, quia in dubio videtur quis facere opus in utilitatem reipubl. ſumptu publ. *ut l. ad reparationem cum ſimil. Cod. de aquæduct. lib.* 11, *& l. ſi Cod. de Fabricenſib. & l. cum naviculariorum in fin. Codic. de navi, & l.* 2. *Cod. de cupre. lib.* 11. Item quia quis non debet gravari duplici onere, *l.* 1. *Cod. de imp. luc. deſcri. lib.* 10. Sed in contrarium facit: quia dominis prædiorum, per quæ tranſit aquæ ductus, publica conceditur immunitas ab extraordinariis muneribus, ſuper indictionibus nomine illorum prædiorum imponendis, ut foſſas, ſive, aquarum ductus repletos purgent: *ut eſt text. in* 1. *Cod. de aquæduct. lib.* 11. & propterea videtur, quod ſuis expenſis facere teneantur, ex quo propter hoc recipiunt commodum: quia ad quem ſpectat lucrum, debere ſpectare damnum, *l.* 1. *paragr. pro ſecundo, Cod. de cad. tollen. & l. ſecundum naturam, ff. de reg. juris.* Item quia in uno relevatur in alio debet gravari, *leg. eum qui in princip. cum ibi not. ff. de jurejur.* Item pro hoc optimè facit, *l. ſuo victu, & leg. quod niſi in princip. ff. de oper. lib.* ut dicitur, illum qui tenetur præſtare opera, debere præſtare ſuis expenſis, & pro hoc eſt gloſſ. *not. in leg. ſtipulationes commodiſſimum, ff. de verb. oblig.* quæ vult, quòd ſcriptores teneantur ſcribere cum ſuo atramento, & ibi per Angel. & Jo. de Imo. Facit etiam ad hoc quod not. Glo. Bald. & Dd. *in l. quoniam liberi, C. de teſtib.* & not. idem Bald. *in l. liberti, libertæque, Cod. de oper. liber. & quod not. in leg. ſi non ſortem, paragr. ſi libertus ff. de cond. ind.* Ego in hoc articulo ita diſtinguerem: aut eſt lex, vel conſuetudo declarans quis debeat purgare locum publicum, & cujus expenſis, & illa eſt ſervanda, *leg.* 1. *§. fin. cum l. ſeq. ff. de aqua pluv. & leg.* 1. *ſempe, §. legem ff. de jure immun.* Aut non eſt conſuetudo, & tunc Princeps, vel ſuperior, cujus eſt locus publicus, recipit vectigalia, vel pedagia fructuum, & viarum, & pontium à navigantibus, &

& tranſeuntibus: & tunc tenetur ſumptibus de publico ea loca purgari facere, non autem tenentur ſubditi ſumptibus ſuis, *argum. l.* 1. *Cod. de Alexan. prin. lib.* 11.

91 Item pro hoc facit, quod eleganter dixit Arch. 24. *q.* 3. *ſi quis Romipetas*, ubi ſingulariter vult, quod comites & barones, & alii ſuperiores colligentes pedagia & vectigalia, teneantur itinera & ſtratas tenere ſecuras, propter hoc: quia colligunt d. vectigalia, alioquin tenentur ad emendationem perditorum, ſi in defectu juſtitiæ inveniantur: 23. *quæſt.* 1. *dominus*, & *q.* 5. *adminiſtratores*, 4. *qui ſine*, & *in authen. ut differ. jud.* §. *pen.* & idem ſequitur Bart. *in cap.* 1. *in fin. pen. col. in titul de pac. juram. firm.* Idem tenet Hoſt. *in ſumma, de cenſib.* §. *ex quibus*, & Odo. *in auth. habit. C. ne fil. pro patr.* & idem tenet Flor. *in l.* 1. §. *ſumma*, *ff de his qui dejec. vel effud.* quod intellige quando ſcivit, & prohibere potuit, aliàs ſecus, *argum. l. ne quid*, *in princ. cum ibi not per gloſſ.* & *Bart. ff. de incend. ruin.* & *nauf.* Aut princeps vel ſuperior non recipit vectigalia: & tunc aut recipit aliam utilitatem, puta piſcationes, vel ſalinas, vel alias utilitates, *juxta c.* 1. *quæ ſint regal.* & idem eadem ratione, *argum. cap. qui ſentit onus: de reg. jur. lib.* 6. & *l. ſecundum naturam*, *ff. eod. tit.* aut non recipit aliquam utilitatem: & tunc ſubditi ſuis ſumptibus purgare tenentur, prout ex eo utilitatem recipiunt, etiamſi ſint Eccleſiæ, *C. de oper. publ. l. ad portus*, *Cod. de collat. muner. patr. leg.* 1. & *in auth. de eccleſiaſt. tit.* §. *ad hoc ſancimus*, & *ff. ne quid in loc. publ. l.* 2. §. *viarum ver. refectiones*, & *quod not. in l. ſi locus, in final. ff. quemad. ſervit. amit.* & *in l.* 2. *in fin. Cod. de naut. lib.* 11. Si vero loquimur de aqua privata: tunc eſt aut propria & nulli debet ſervitutem, & domino incumbit onus purgandi ſumptibus ſuis, aut debet ſervitutem alter, & regulariter in omnibus ſervitutibus refectio ad eum pertinet, qui ſibi ſervitutem aſſerit; non ad eum cui res ſervit, niſi in ſervitute oneris ferendi: *ut l. ſi fortè*, §. *etiam*, *ſi ſerv. vend. de quo dic, ut dixi. ff. eo in ver. quæro de alia q. quotidiana*, & *ſupra in l.* 1. *lib. in tit. de ſervit oneris ferendi.*

Et adde, * quod ſi in fundo quis 92
habet uſumfructum, alius proprietatem: & eſt aliqua impenſa neceſſaria pro cloaca, vel ob formulam aquæductus, illa ſpectat ad uſufructuarium, & non ad proprietarium: *ut l ſi pendentes*, §. *ſi quid cloacarii*, *ff. de uſufruct.* & *ibi vide per Flor.* & *quod habetur in l. hactenus*, *eod. tit. Item adde, dum dixit Bald. in c.* 1. *paragr. ſi quis de manſo. in pen. col. ti.. de controverſ. inveſt.* quod quis tenetur mundare de facto rivum ſuum per ſua prædia currentem, *per l.* 1. *Cod. de aquæduct. lib.* 11. debet intelligi de rivo publico, & de facto cura & opera & ex penſis publicis, *l. ad reparationem. eod. tit.* & *adde quæ ſupra dixi.* Ultimò circa iſtam quæſt. princ. *adde quæ ſuprà dixi in* 1. *lib. in* 9. *quæſt. pr.* ubi in genere tractatum eſt, qualiter quis debet uti ſervitute, & *quæ ſuprà dixi ex* 7. *pr.*

Nono * quæro principaliter, quali 93
ter retineatur ſervitus aquæduct. & in eas quis teneri debeant? Dic breviter, quod retinetur, quando ipſe cui debetur, utitur re plano ejus nomine: non autem mercenarius, aut hoſtis: aut amicus aut medicus, qui ad viſitandum dominum venit: vel colonus vel fructuarius. Item ab eo, qui quaſi debita ſervitute uſus eſt, & in uſu retinetur: *ut text. in l.* 1. *cum legib. ſeq.*

 uſque

uſque ad fin. tit. ff. quemadm. ſervit. amitt. ubi gloſſ. & Dd. Item ſi in partes agri aqua fluxit, etiamſi non ad ulteriora loca pervenit, tamen omnibus partibus fundi debetur, & retinetur: *ut l. ſi in partes, eod. tit. facit, l. 2 in princ. & quod ibi not. ff. de acquir. poſſ.* Item ſi in via publica eſt locus, per quem duco aquam ad prædium meum, licet regulariter de jure ducere non poſſim, *ut leg. 1. §. penultim. & leg. hoc jure, §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſti.* tamen ſi unus mihi conceſſit, ut poſſim aquam ducere per locum publicum, & poſteà me ducere impediat, ſum tuendus in uſu aquæ, ductus per utilem actionem contra ipſum qui mihi jus aquæ ducendæ conceſſerat, *ut probatur in l. 2. ſecundum unum intellectum gloſſ. ff. communia prædior.* Facit ad hoc, *l. 1. §. ait prætor de aqua quot. & æſtiv. & l. per fundum, ff. de ſerv. ruſtic. præd.* & eo modo qui mihi conceſſit facere pontem ſuper viam publicam, & ædificare molendinum ſuper ſuum, licet jure mero non teneat dicta promiſſio, tamen ille qui promiſit non poterit petere, ut deponatur pons, aut deſtruatur molendinum *ſecundum Angel. & Dd. in leg. 2. communia prædior. per illum text. cum gloſſ.*

94 Ex quo etiam infert ibi Ang. quod licet ex flumine publico non poſſit conſtitui ſervitus aquæduct. ut teneat de rigore, tamen de æquitate prætoris ſic, quando flumen non erat perenne: *ut ibi, quod eſt notandum.* Item quis retinet ſervitutem aquæ etiam quando ædificia in flumine ſunt diruta, dummodo remaneant aliqua retentionis ſigna quæ poſſunt eſſe; Primùm quando ædificium vel forma aquæ ducendæ non eſt reducta ad priſtinam formam. Secundùm quando eſſet reducta ad priſtinam formam, ſed nondum eſſet elapſus annus. Tertium quando eſſet elapſus annus: ſed remanſerunt aliqua ligna in fundo aquæ, putà pali lignei: *ut probatur in leg. fin. in pr. & ibi per Bart. Angel. & Dd. ff. de uſu. & per not. in l. riparum, ff. de rer. diviſ.* quando diruto ponte, ædificio, vel forma aquæductus & in ſignum retinendæ quaſi poſſeſſionis formare, vel refigere fecit palos ligatos in quibuſdam partibus fluminis vel aquæ quod ſignum eſt: ne videatur locum reliquiſſe: quia ſolent habentes jura aquæ vel molendini in flumine per publicum inſtrumentum proteſtari, quod non obſtante deſtructione ipſi intendunt tenere, & poſſidere vel quaſi locum, & alveum fluminis, & jus: & per hujuſmodi ſigna faciunt effigere palos, ut dixi: & ſtantibus prædictis ſignis, vel aliquo eorum, nullus alius poterit ædificare in ducta aqua; vel jus aquæ auferre: quia ædificans eum quaſi poſſeſſione privaret: ita ſingulariter dicit Angel. & Joan. de Imol. *in fin. per illud text. cum ibi not. ff. de uſucap.* & adde quod not. Bartol. *in l. quominus 15. quaſt. ff. de flum.* quod perpetuo tene menti in practica pro illis, qui habent molendina, vel alia ædificia in fluminibus aut aquis; vel jus aquæ ducendæ, & permittunt corruere ædificium molendini vel aquæductus, ut ſi retinent aliqua ſigna de prædictis, vel ſimilia, dicantur retinere jus molendinis, vel aquæductus; nec in eo turbari poſſunt. Item ſi quis in aquæ ductu ſuo impediatur, poteſt ſibi propria authoritate ſubvenire, & ædificium, vel locum in eo factum propria authoritate deſtruere: & hoc modo ſuam quaſi poſſeſſionem tueri: *ut l. 1. §. ſi protectum in fin. ff. ad leg. Aquil. l. ſi vitem. §. ſi ad januam, ff. quod vi, aut clam.*

Item

Item ſi quis divertit aquam meam, vel mihi debitam, vel impedierit, vel deſtruerit aquæductum, qua actione poſſit conveniri? *vide text. cum ibi not. in l. ſi ſervus ſervum,§.aquæductum ff. ad leg. Aquil.* Item quomodo retineatur iſta quaſi poſſeſſio ſervitutis aquæductus, *vide ea quæ habentur per gloſſ.* & *D.d. in l. 2. C. de ſervit.* & *aqua,* & circa hanc materiam vide ſuprà, *in 1. lib in princ. penult.* & *ult col.* & quæ dicam in ſeq. qu. princ. quia per ea quæ ibi dicentur, declarabitur etiam iſta quæſtio.

95 Decimò * principaliter quæro, quomodo, & qualiter, ſervitus aquæductus amittatur? Dic multis modis. Primò amittatur tempore non utendo: *ut habetur plenè per gl.* & *D.d. in l ſervitutes. ff. de ſervit. in l. 2. Cod. de ſervit.* Et not. quod ſi aquam quæ oriebatur in fundo vicini plures per eundem rivum jure ducere ſoliti ſunt: ita quod ſuo quiſque die à capite duceret per eundem rivum, eumque communem: deinde, ut quiſque inferior erat, ſuo quiſque proprio rivo: & unus ſtatuto tempore quo ſervitus amittitur, non duxit, jus aquæ ducendæ amiſit, nec per cæteros, qui duxerunt ſervitutem, retinuit: nec tale jus cæteris acquiritur, ſed ſi plurium fundo aqua debita eſſet per unum eorum omnibus iis inter quos is fundus communis fuiſſet, retinetur: *ut eſt text. in l. aquam in princ.* & *§. 1. ff. quemadmod. ſervitutes amit. quot. not.* Item ſi ſervitus debetur tibi majori, & pupillo, licet uterque non utatur, tamen propter pupillum, tu etiam major ſervitutem retines, *leg. ſi communem in princip. ut ibi not. eod. titul.* Secundò amittitur confuſione, *de qua vide in l. ſi quis binas ædes, in princ. §. 1.* & *per Flor. in leg. ſi communi in l. unus ex ſervis, ff. de ſervitut. ruſtic. prædiorum,* & *leg. tria prædia eodem titulo,* & *leg. ut pomum, §. 1. ff de ſerv.* & *leg. ſi cum ſervitus, ff. quemadmod. ſervitus amittatur,* & de iſtis duobus modis amittendi ſervitutem vide quæ plenè dixi in primo libri, in decima & ultima quæſtione principali. Tertiò amittitur permiſſione, ſi debes mihi ſervitutem aquæductus, & permiſero tibi ut eum claudas, vel ad alium locum aquam ducas, *argument. leg. ſi domui, ff. de ſervit. urbanorum prædior.* & *l. ſi ædes meæ eodem titulo,* & *l. ſtillicidii, in princip. ff. quemadmodum ſervit. amit.* & *l. cum meus, ff. ſi ſerv. vend.* niſi illa permiſſio fieret precario: quia tunc ſervitus non amitteretur, *leg. ſi precario, ff. communia prædiorum.* Quartò amittitur, ſi fons aruerit, ex quo aquæductum habeo, & per conſtitutum tempus ad venam ſuam non redierit, *ut leg. unus ex ſociis, §. final. ff. de ſerv. urb. præd.* Sed ſi poſt conſtitutum tempus ad amittendam ſervitutem ad ſuam venam redierit, an aquæductus erit amiſſus? Et dicendum eſt ipſum amiſſum, ſed reſtitui debere, *ut eſt text. not. in dict. § final. juncta, l. ſequent. quæ incipit,* & *adjicimus ut ibi per gloſſ.* & *Doct.* Quintò amittitur ex receſſu fluminis; ut ſi aquam ex flumine publico duxerim, & flumen receſſerit, non poteſt ſequi flumen quoniam ei loco ſervitus impoſita non eſt, quamvis tuus is locus ſit. Sed ſi alluvione paulatim acceſſerit fundo tuo, ſubſequi poteſt, quoniam totus locus fluminis ſerviat ductioni; ſed ſi cœperit totum fluere mutato alveo non poteſt; quoniam medius locus non ſervit interruptaque eſt ſervitus, *ut eſt, text. in leg. hoc jure. §. ſi aquam, ff. de aqua quot.* & *æſti.* Circa quod vide quæ plenè dixi ſuprà, *in ſeptima quæſtione principali,*

 verſi-

verſiculo item quid ſi debetur ſervitus aquæductus ex flumine publico.

96 Sed numquid * propter inundationem fluminis perdatur ſervitus aquæductus? Dic quod non, *l. adeo paragr. inſula, in fin. verſic. aliud ſanè eſt ff. de acquir. rer. dom & inſtit. de rer. diviſ. paragr. alia cauſa.*

97 Sed * major eſt dubitatio numquid poſſeſſio, vel quaſi, aquæ per majorem inundationem perdatur, ſicut poſſeſſio territorii? Dic quod non, quia nihil additum facit deſinere: quia nec deſino poſſidere terram, ſi ei cruſta applicetur ex fundo vicini, *facit ad hoc l. ſi quis nec cauſam, paragr. fin. ff. ſi cert. pet.* Et iſtud eſt neceſſarium ſatis, maximè propter poſſeſſiones, quæ ſitæ ſunt juxta Padum quæ inundantur infallibiliter intra decennium, inundatione non levi, nec citò tranſitoria, ſed vehementi, & cruſtam agrorum exportanti: *ut ff. de acquir. poſſ. l. 3. paragr. Labeo.* Et ex hoc ſequitur, quod ſi præſcribo aridam terram, quæ eſt facta lacus, aut ſtagnum per impetum aquarum, vel induſtria mea, quod interrupta ſit præſcriptio eatenùs, quatenùs primi uſus qualitas eſt perempta: quia primò erat terra nunc aqua mutato elemento, *ita not. dicit Bald. in leg. unica, in ult. char. in princ. Cod. de confeſſis.* Sextò amittitur uſu alterius quæ in aqua non ſit ſervitus conceſſa ſi non utatur, aqua ſibi conceſſa, *l. quis alia. in princ. ff. quemad. ſerv. amit.* & ſi is qui nocturnam aquam habet, uſus fuerit diurna, per conſtitutum tempus ad amittendum ſervitutem nocturnam, amiſit, quia uſus non eſt, & è contra. Et idem eſt in eo qui certis horis aquæductum habens, aliis uſus fuerit: *ut l. ſi communem, paragr. 1. ff. quemad. ſerv. amit. & probatur in l. ſicuti via, & l. ſi ſic conſtituta eod. tit.*

Sed poſſet * dubitari an per immiſſionem alterius aquæ, de qua nulla ſervitus debetur, amittatur ſervitus aquæductus? Et dicas quod non ex quo utitur aqua debita: & multò majori: *ut probatur in l. ſicut via, in princ. & l. 1. paragr. item quæritur, Digeſtis, de aqua not. & æſtiv.* tamen utens ampliori aqua ſimul mixta poteſt per dominum prædii ſervientis in tota aqua impediri, ex quo aqua non eſt diviſa: & poſtquàm eſt ſimul juncta, eſt inſeparabilis, *ut dict. paragr. item quæritur:* Et eſt ratio: quia inſeparabilibus utile per inutile vitiatur, *ut ibi, & l. ſi ſponſus, paragr. generaliter, ff. de don. inter vir. & uxor. & l. Pedius, ff. de recept. arb. & not. per Bart. & in l. 1. paragr. pen de verb. oblig. & in c. utile, de reg. jur. lib. 6. cum ſimil. & adde omnino quod not. Bald. in l. unica, in pen. char. in fin. verſ pone, ſui confeſſis, Cod. de confeſſ.* Septimo ammittitur diviſione fundi, ſi aquæductus debetur in fundo vicini, in loco certo, & finito, & fundus ſerviens dividitur per longitudinem: quia perinde eſt, ac ſi ab initio conſtituta ſervitute duo fundi fuiſſent: *ut l. non ſatis, paragr. primo, verſ. ſed ſi is, Digeſt. quemadmodum ſerv. amit.* Quod procedit, ſi ille, cui ſervitus debebatur, alterum fundum, in quo ſervitus remanſit, redemerit, ſeu acquiſiverit: quia per hoc non tollitur ſervitus, quæ in alio fundo eſt conſtituta, licet à princip. fuiſſet unus tantùm fundus: & hoc quando locus, in quo ſervitus debebatur, diviſo fundo non remanet ita anguſtus, ut aquæductus conſiſtere non poſſet: ſecus ſi remaneret ita anguſtus: quia tune uterque fundus liberabitur, videlicet fundus redemptus propter confuſionem: *ut dixi ſupra in princ.* alius propter anguſtiam 98

ſtiam loci, *l. ſi tam anguſti*, *ff. de ſerv.* & hoc probatur, *in d. l. nam ſatis*, *§. certè.* Sed dividitur fundus ſerviens per latitudinem, tunc non amittitur ſervitus non utendo ſervitute aquæductus diviſa, niſi tota aqua non utatur, *ut d. l. nam ſatis*, *§. ſi vero per latitudinem*, vel niſi ſpecialiter conventum fuerit, ut alter fundus liberetur, *ut d. §. ſi verò per latitudinem, verſ. poſſunt tamen*. Si verò ſervitus aquæductus debetur in uno fundo, ut per quamlibet ejus partem liceat aquam ducere, & conventum ſit locum mutare poſſe: tunc ſi dividatur fundus ſerviens per longitudinem, & non utatur ſervitute, niſi per unum de illis fundis, ſtatuto tempore ſervitus amittitur: quia tunc perinde eſt, ac ſi ab initio ſervitus duobus fundis fuerit impoſita: *ut eſt caſus cum gloſſ. in d. l. nam ſatis*, *§. cæterum*, *ff. quemadmodum ſervi amitt.* Et prædicta procedunt, quando ſervitus non eſt diviſa: ſed ſi diviſa ſit: putà quia conſtituta ſit aqua, ut vel æſtate tantùm utatur, vel uno menſe, vel alternis annis, vel menſibus, aut diebus, vel horis tantum nocturnis, vel diuturnis: an utendo amittatur ſtatuto tempore, an verò duplicetur? *vide text. cum gl. & Doct. & in l. ſic ff. quemad. ſervitut. amitt. & in l. ſi diuturnam*, *ff. de aqua quotid. & æſtiv. & vide plura, quæ dixi ſupra in 1. lib. 9. qu. princ. verſ. item ſervitus regulariter amitt. & dixi ſupra eod. in 7. q. princ. circa princ. verſ. item conſtitui poteſt ut ducatur.* Et de materia quomodo & quando amittatur ſervitus, vel quaſi poſſeſſio ſervitut. *vide per Bartol. in l. quominus in 15. ff. de flum. & per Bart. Ang. & Doct. in l. fin. ff. de uſucap. & quod not. in l. ſi quiſpiam, ff. de diver. & temp. præſcrip.*

99 Quæritur 11. principaliter quomodo procedatur in judicio circa iſtam materiam aquæductus? Dic ut Roff. Beneventan. *in libellis ſuis juris*, ubi poſuit quatuor interdicta in hac materia aquæ, in quibus etiam ponit libellum, & poſitiones. Primum interdictum eſt quando quis habet jus aquæ quot. ducendæ ad prædia ſua, & ab aliquo prohibetur aquam illam ducere. Et dicit Roff. quod habes contra impedientem interdictum de aqua quot. quod interdictum eſt prohibitorium, & cauſa retinendi poſſeſſionis eſt inventum, ſed non ſemper: quia eſt aliquando reſtitutionem: putà ſi aliquid fiat impedimentum quaſi poſſeſſionem aquæductus, ut illud deſtruat, vel deſtruere debeat, *ut l. 1. princ. §. Labeo, ff. de aqua quot. & æſtiv.* & ad hoc, ut competat hoc interdictum dicit, quòd ſeptem ſunt neceſſaria. Primum eſt, quod ſit aqua quot. & quotidianam aquam intellige, non quæ quotidie fluit ſed etiam eam, quam quotidie poteſt ducere ſi vellet, *ut l. 1. ff. de aqua quot. & æſtiv.* Secundùm, quod illa aqua ſit uſus hoc anno, non clam, non vi, nec precario, ſaltem una die, vel una nocte: ſed ſi antea annum hauſiſti, non habes hoc interdictum, niſi infra annum aqua per ſe fluat: *ut ff. eodem l. 1. in princ. & §. quod autem ſcript. eſt, & §. quæſit.* Tertium quod illa aqua ſit perennis, nulla enim aqua poteſt duci niſi ſit perennis, *ff. eod. l. 1. §. loquitur.* Quartum, quod aquam illam ducas à capite, non aliunde. Caput autem aquæ eſt, unde aqua naſcitur, ſive ipſe fons ex fonte, ſive ex flumine vel lacu habeat principia foſſarum, quibus aqua ex flumine vel lacu in primum rivum ducitur, *leg. 1. Paragrapho interdictum*, *& Paragrapho caput ff. eodem.* Quintum, quod ille qui ducit aquam, putet ſe jure ducere: ſi autem putat ſe non jure

 uti,

uti, non habet locum hoc interdictum *ff. de eodem*, *l.* 1. §. *ſed & ſi jure*, §. *Ariſto*. Sextum quod in illa aqua non excedat ampliationis modum, & non ducat per aliam regionem, quam ſolitus ſit ducere, *l.* 1. §. *illud*, *cum ſimil. ff. eod.* Septimum quod illa aqua ducendo alii non immiſceatur alioquin non habebit locum hoc interdictum, *ut ff. eod. l.* 1. §. *illud Labeo*, & §. *item quæritur*.

100 Formam * autem libelli ponit Rofr. *in hoc interdicto hoc modo*. Coram vobis Domine A. conqueror ego M. de Alberto de Daventria Teutonico, qui me prohibuit ducere aquam per fundum meum talem, cujus confines ſunt tales, &c. *juxta l. formam*, *in princ. cum gl. ff. de cenſib.* quam aquam duco ſicut duxi in hoc anno, non vi, non clam, non precario. Unde ne me prohibeat, vel impediat, ago contra ipſum Alber. & ad hoc propono interdictum de aqua quot. & æſtiv. vel actionem in factum, & ita benè concipies libellum, *d. l.* 1. *in princ ff. eod.* Quidam tamen apponere petunt intereſſe, ita dicentes. Et quia in 20. intereſt mea non eſſe prohibitum, ideo ipſum Albert condemnari peto in meum intereſſe, & ad hoc propono interdictum prædictum, &c. & *hoc probatur in l.* 1. §. *præterea*, *ff. eodem*. Sed dicit Rofred. quod non credit, quod non poſſit peti per interdictum, licet in illo poſſit condemnari judex, ſicut in aliis ſuperioribus interdictis notavi. Nec ob. *ille* §. *Præterea*, quia ibi propter factum ſuum amiſerat jus aquæ ducendæ. Unde quia in hoc caſu eſt reſtitutorium, igitur reſtituitur mihi illud intereſſe.

102 Poſitiones * autem, & capitula, ſive articuli actoris ita formari debent: Ego Albertus dico, quod aqua quæ exit de tali fonte, vel flumine, eſt quotidiana, id eſt, quæ poteſt quotidie fluere. Item quod aqua illa ſim uſus hoc anno, non vi, non clam, non precario. Item quod uſus ſum hoc anno illa aqua ſatis una die, vel una nocte. Item quod illa aqua ſemper eſt perennis, & nullo modo deſiccatur. Item quod aqua illa oritur ex tali fonte, vel ex tali flumine, ita quod ab illo fonte, vel ex tali flumine, aquam duco. Item quod illam ducam jure ſervitutis, credens uti jure meo. Item quod duco aquam illam ita ſicut primò ducebam. Item quod aquam illam per eundem locum duco, ſicut & ducere ſolebam. Item quod illam aquam tantùm, quam ducere ſolitus eram duco ſine alia.

Poſitiones * autem, vel capitula, ſive articuli Rei ita è contra formari poſſunt: ego M. dico, quod illa aqua tantùm currit in hyeme, & in æſtate deſiccatur, & ſi hoc confitetur actor, abſolvitur reus quia tum non eſt aqua quotidiana, nec perennis. Item dico, quòd aqua illa uſus eſt Titius tantùm, ſi hoc confitetur actor, ſuccumbit: quia ſi Titius tantùm fuit uſus, ergo non ipſe M. Item quòd aqua illa uſus fuiſti vi, vel clam, vel precario à me. Item quod aquam illam quam ducis, à tali loco eam ducis. Item quod locus ille eſt tantùm remotus à fonte, vel flumine, unde illa aqua provenit & habet initium, quod eam ducere non potes. ſi hoc confitetur actor, ſuccumbit: quia jam non ducit aquam à capite: Item quod tu ſcis, ſive credis te contra jus & injuſtè aquam illam ducere. Item quod aquam iſtam ducis per aliam regionem, quàm hoc anno duxeras. Item quod aquam illam ducendo aliam aquam immiſces. Hæc omnia intelliguntur, & probantur ex

ex juribus ſupra in princ. hujus interdicti allegat. Cætera cum materia hujus interdicti vide per Rofr. *in tit. de aqua quot.* Secundum interdictum eſt de aqua æſt. quod competit ei qui habet jus ducendi aquam ad locum ſuum, & ab aliquo impeditur eam ducere, & datur contra impedientem: & dicitur hoc interdictum de aqua æſtiv. quia propter aquam quæ tantum æſtive ducitur, proditum eſt. Et ideo ſi aliquis duxit aquam in tempore æſtatis, & modo vult ducere & impeditur ab aliquo, habet iſtud interdictum, *ut ff. eod. l. 1. §. deinde ait.*

103 Et ad hoc* ut illud interdictum, competat, quatuor ſunt neceſſaria. Primum, quod aqua illa ſit æſtiva, non quotidiana, nam æſtiva a quotidiana differt uſu non jure, *ut l. 1. §. quotid. ff. eod.* Secundum, quod aquam illam priori æſtate duxerit, hoc eſt non in illa æſtate, ſed in præcedenti. Alio quin ſi hac æſtate locum habet interdictum utile de aqua æſtiv. *ut ff. eod. l. 1. §. quod autem diximus*, & §. *qui hac æſtate.*

104. Et quando dicitur æſtas? Dic kk ut kkhic per gl. *in d. § quod diximus*, quæ dicit, quod æſtas durat quatuor menſibus: quia incipit ab æquinoctio veris, & finit in æquinoctio autumni: *ut d. l. 1. §. æſtatem*, aliis temporibus durat hyems. Et adverte, quia aqua æſtiva debet eſſe quotidiana. Nam omnis aqua quæ in æſtate currere poteſt, eſt quotidiana, quia omnis aqua quæ currit in æſtate, currit etiam in hyeme: ſed non convertitur. Multæ enim aquæ quæ currunt in hyeme non currunt in æſtate. Tertium requiritur quod illam aquam duxeris ſaltem una die, vel nocte, ſicut in ſuperiori interdicto notavi, cùm hæc aqua diſtet à quotidiana, non jure, ſed uſu: ut dixi. Et omnia quæ dicta ſunt in præcedenti interdicto, huc repetuntur. Quartum, quod duxeris, non vi, non clam, non precario, *ut ff. eod. l. 1. §. deinde ait prætor.*

Sed dubitari poteſt,* quare iſtud in- 105
terdictum fuit factum, & an ſufficeret primum, & numquid ſit aliud cum aqua quotidiana ab æſtiva diſtet non jure, ſed uſu, *ut ff. eod. l. 1. §. quotidian.* Reſpondeo, ideo fuit inventum: quia in ſpeciali caſu loquitur, ſcilicet quando aliquis vult ducere aquam, quam in æſtate duxit, & etiam differunt inter ſe quantum ad factum, *ff. eod. l. 1. §. quod autem.* Licet omnia quæ requiritur in iſto requiruntur etiam in alio, *ut dictum eſt.* Fuit autem iſtud ideo inventum, quia utile erat aquam ducere in æſtate propter hortos ad irrigandum ea, quæ ibi ſunt. Nec facies vim in verbo quod dixi ad irrigandum, quaſi non habeat locum interdictum aliàs: quia imo locum habet. Nam ſi alia de cauſa deducta aqua ſit, nihilominus competunt hæc interdicta, *ut ff. eod. l. 1. §. idem Labeo ſcribit. etiam ſi prætor.*

Item quæritur,* an interdictum de 106
aqua quot. in eo caſu competat, quo competit interdictum de qua æſti. Videtur quod ſic, quaſi illud ſit genus, ll l & iſtud ſit ſpecies. Et Rof. non putat eſſe verum, mm quia doli clauſula non mm pertinet, niſi ad ea tantum, de quib ſpecialiter cautum eſt, *ut ff. de verb. obl leg. doli clauſula, & l. ſancto leg. ff. de pœn.* In hoc interdicto ita concipies libellum: Coram nobis domino A. conqueror ego M. de Alb. de Daventria, quod prohibet, vel impedit ducere aquam æſti, ad fundum meum, ad irrigandum teneras cucurbitas, vel cucumeres, vel olera, vel aliud, uti aquam illam duxi in priori æſtate. Unde ne me prohibeat vel impediat, ago contra ipſum: & ad hoc propono interdictum de aqua æſti. vel actionem in factum. Et quo ibi benè conci-

concipiatur libellus; *probatur in l.* 1. §. *deinde ait prætor, de aqua quotid. & æſtiva.* Si autem in priori æſtate non duxeris, ſed in hac æſtate, & impediaris, concipias libellum prædicto modo, & iſtud mutes. Qui me impedit, ſive prohibet aquam ducere, ſicut hac æſtate duxi. Unde ne me impediat, vel prohibeat, ago contra ipſum, & propono utile interdictum de aqua æſtiv. actionem in factum. Et iſta conceptio libelli probat. *in l.* 1. §. *qui hac æſtate ff. eo.*

107 Poſitiones * autem, vel capitula in hoc interdicto tu actor ita facere potes: Ego dico, quod illa aqua quæ eſt in fonte tali, ſiue flumine fluit, vel poteſt fluere. Item quod aqua illa fui uſus priori æſtate. Item, quod aquam illam duxi, non vi, non clam, non precario. Item quod duxi ab illo loco, unde oriatur aqua. Item quod duxi credens jus habere. Omnes etenim poſitiones, & omnia quæ requiruntur in ſuperiori interdicto, requiruntur etiam in iſto.

108 Poſitiones* autem, vel capitula reus contra facere poteſt, hoc modo, Ego dico, quod hæc aqua in æſtate ſiccatur, Item, quod jam ſint duo anni, quod aquam illam non duxiſti. Item, quod duxiſti aquam illam clam, vi, vel precario à me. Item, quod duxiſti aquam illam credens me jus non habere. Tertium eſt interdictum de aqua ex caſtello ducenda, quod competit, quando quis ducit aquam ad prædium ſuum, vel domum ex caſtello, id eſt, receptaculo illo, quod aquam publicam ſuſcipit, quod caſtellum vocatur: & impeditur aquam illam ducere, & eſt proditum interdictum de aqua ex caſtello ducenda, ne quis impediatur, *ut ff. de aqua quotid. & æſti l.* 1. §. *ait prætor ex quo caſtello.* Ad hoc ut competat iſtud interdictum quinque ſunt neceſſaria, Primùm, quod jus aquæ ducendæ ſit tibi conceſſum ab eo qui concedere poterat: putà ab Imperatore, vel Senatu. Nulli enim aquam ducere conceditur ex caſtello, id eſt, receptaculo, quod aquam publicam ſuſcipit, niſi à Principe, vel Senatu concedatur: *ut ff eod. l.* 2. §. *hoc interdictum neceſſario. & ff. de flum. l. quominus.* Secundum, ut violentia tibi inferatur, aliàs non competit, *ut de* §. *ait prætor*: ex quo caſtello: ſi de novo vis ducere aquam ex illo receptaculo, ſive caſtello: quod tu caveas nomine damni infecti vicino: *ut eodem,* § *in fin. dicitur.* Quartum, quod receptaculum ex quo aqua ducitur, ſit tale: quo antequam ſuſcipiatur, ſit publicum, *ff. eod. l* 1. §. *hoc interdictum neceſſario.* Et adverte, & tene menti, quod licet prædicta interdicta, ſcilicet de aqua quotidia. & æſti. ſint potiora: tamen iſtud interdictum reſpicit cauſam proprietatis: quia ſi eſt tibi conceſſum, ſive aſſignatum jus à principe. vel Senatu, habes hoc interdum: non habes tamen, licet uſus fueris longo tempore, niſi tanto cujus non extet memoria, *ff. eod. l.* 1. § *ult. & l. hoc jure,* §. *ductus aquæ* Et intelligitur de ductu aquæ ex flum. publ. Cæterum ſi aliunde deducatur aqua quam ex flum. pub. & habet continuam cauſam ſervitutis: illa longo tempore acquiritur. *Cod. de ſerv. l.* 2. & ita vult. Roſr. *in interdicto iſto de aqua ex caſtello ducenda*, quod benè not. *pro limit. d.* §. *ductus aquæ.* Quintum eſt neceſſarium, ut ille, qui vult ducere aquam, ita ducat, ut vicinis non noceat, *ff. eod. l. hoc jure,* §. *ex flumine.* Princeps enim qui concedit alicui ut ducat aquam, videtur concedere ſine damno, & injuria aliorum, *ut l.* 2. § *merito. &* §. *ſi quis à principe, ff. ne quid id loco publ.* Nam reſcripta princi-

principis, & privilegia ſine cujuſquam injuria concedi ſolent, *l. nec avus. Cod. de eman. & c. quamvis, in fin. de reſcript. lib. 9. & c. licet, de offic. de leg. cum ſim.* Sed contra prædicta opponitur ſecundùm Rofred. & videtur quod iſtud interdictum non habet locum. Nam ratio iſtius interdicti eſt, ut aliquis ducat aquam publicam cum licentia principis, ut dictum eſt. Sed contrarium eſt, ſcilicet quod etiam ſine licentia principis poſſum aquam ducere: quia flumina ſunt publica: *ut ff. de fluminibus, l. 1. & 2.* & poſſum mea authoritate aquam ducere: dummodò Imperator, vel Senatus non prohibeat, *ut ff. de flum. l. quominus,* Reſpondetur ſecundùm Rofr. verum eſſe, quod tu poſſes ducere aquam ex flumine publico, etiam ſine principe, ſed aquam publicam, id eſt, uſui publico deſtinatam, ſecundùm uſum reipublicæ, non potes ducere ſine privilegio principis, *ut d. leg. quominus.* Et in hoc caſu procedit quod dicitur in hoc interdicto de aqua ex caſtello ducenda, id eſt: de eo receptaculo quod aquam publicam ſuſcipit, *ff. de aqua quoti. & æſtiv. l. 1. §. ait prætor. ex quo caſtello.* Vel aliter poteſt dici ſecundùm Rofr. Loquitur fortè in hoc caſu hoc interdictum: Habeo prædium meum, domum meam juxta flumen, vel rivum: inter prædium meum, & domum meam eſt via publica: volo ducere aquam ſupra viam publicam ad prædium meum: vel ad domum meam facere caſtellum quoddam, id eſt, receptaculum quod ſuſcipiat aquam illam publicam, certè hoc non poſſum facere ſine permiſſu, vel mandato principis: & quod ita ſit intelligendum iſtud interdictum probatur, *in l. 1. ff. de aqua quot. & æſtiv. & in l. ſi in publico, §. non juſſ. ff. de aqua pluv. arcend.* vel ita potes ponere exemplum: habeo domum meam ex una parte viæ publicæ, & aliam domum ex alia parte: volo facere pontem inter utramque, ut capiam aquam fluvialem pro ciſterna, & ita facere caſtellum, id eſt, receptaculum, quo recipiam aquam fluvialem: certè non poſſum ſine licentia principis. Nam pontem ſuper viam publicam facere nulli conceditur, *ff. ne quid in loc. public. l. 2. §. tractat. & ex text. in l. ſi. ff. ne quid in flum. publ. & facit, l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. & æſt.* & idem tenet Bart. *in dict. §. tractatum, in l. quominus, in 10. quæſt. ff. de fluminib.* & Spec. *in tit. cauſa poſſ. & prop. §. nunc dicend. verſ. item quæris. & Bald. in l. item lapilli, in ult. column. de rer. diviſ.* & Dominicus de ſancto Gemin. *in c. 1. de exceſ. prælat. lib. 6.* qui dicit per *d. §. tractatum,* quod ſi aliquis habet duas domos, & in medio ipſarum eſt flumen, non poterit facere pontem ſuper eo.

Libellus * autem in hoc interdicto 109
ita formari poteſt: Coram vobis Domino M. conqueror ego, quod Albert. de Daventria injuſtè prohibet me, ſive impedit aquam ducere ex caſtello, id eſt, ex illo tali receptaculo quod continet aquam publicam: ex quo loco eſt mihi jus, ſive competit aquam ducere. Unde ne me prohibeat, ago contra ipſum, & ad hoc propono interdictum de aqua ex caſtello ducenda, vel actionem in factum. Et quod ita concipiatur iſte libellus, *probatur in l. 1. paragr. ait prætor, ex quo caſtello. ff. de aqua quot. & æſtiv.*

Poſitiones * vel capitula actoris ita 110
formari poſſunt. Ego A. dico, quod in tali loco eſt receptaculum quoddam, in quo colligitur aqua publica. Item quod locus ille vocatur caſtellum.

Item quod imperator, vel Senatus conceſſit mihi ducere aquam ex illo loco. Item quod tu prohibes me illam aquam ducere. Item quod quando volui ducere aquam illam, volo tibi cavere nomine damni infecti. Item quod aquam illam duco, & volo ducere ſine damno tuo, & vicinorum.

111 Poſitiones * vel capitula ita formare poteſt è contra ipſe reus: Ego primò dico, quòd locus ille in quo aqua recipitur eſt privatus. Item quòd tu aquam ducis, ſive vis ducere ſine privilegio Principis, vel Senatus. Item quando volebas aquam ducere, petii ut mihi caveres de damno infecto, & tu cavere recuſaſti. Item quod vis aquam ducere cum incommodo meo, & vicinorum meorum. Item quod Titius tantùm tibi infert violentiam, & non ego. Quartum eſt interdictum de rivis, quod competit, ſi quis habet aliquem rivum per quem ducit aquam & prohibetur ab aliquo ne ducat, vel vult reficere iſtum rivum, vel purgare: & ab aliquo prohibetur, & ideò hoc caſu proditum eſt hoc interdictum, *ut ff. de rivis l. 1. in pr.* Et idem eſt etiam
nn ſi aliqnis habeat ſpecus, *n n* vel ſepta in flumine, vel habet incile, vel puteum, & vult ducere aquam, vel reficere, & vel purgare, ſed ab aliquo prohibetur, habet locum interdictum de rivis, *ut d. l. 1. in princ.*

112 In quo autem * prædicta inter ſe differant: dic, Rivus eſt locus per longitudinem depreſſus: quo aqua ducitur. Specus eſt locus ex quo deſpicitur, inde ſpecula dicta, & eſt ſpecus locus altus ſupra terra ædificatus ex quo aqua ducitur, *ut ff. de rivis, l. 1. §. ſpecus cum gloſſ.* quæ declarat quot modis accipiatur ſpecus. Septa ſunt, quæ apponuntur aquæ derivandæ cauſa compellendævè ex flumine ſive ea lapidea ſint, ſive lignea, ſive ex qualibet alia materia: ſive ad continédam, tranſmittendamve aquam. Incile autem eſt locus depreſſus ad latus fluminis, & ex eo dictus quod incidatur. Inciditur enim vel lapis, vel terra: unde primùm aqua ex flumine agi, id eſt, duci poſſit, *hoc prob. in d. l. 1. §. ſepta. § incile* & ad hoc ut competat hoc interdictum, quinque ſunt neceſſaria.

Primum, * quod rivus ille ſit factus 113
cauſa aquæ ducendæ, *ff. eod. l. 1. §. aqua* Secundum, quod illo rivo ſit hoc anno uſus, vel priori æſtate, *ut ff. eod. l. 1. §. hoc interdictum.* Tertium, quod ſit uſus non vi, non clam, non precario *arg. d. §. hoc interdict.* Quantum, quod quis prohibeat te volentem ducere aquam, vel reficere, vel purgare rivum, *ff. eod. l. 1. in pr.* Quintum, quod eo modo ducat, & per eum locum, ſicut duxit hoc anno, vel priori æſtate; alioquin impunè prohibetur. *ff. eod. l. 1. §. ſed ſi quis terrenum.* Verum tamen noxum canalem, vel fiſtulas ponere poterit in rivo, licet non habuerit, dummodo non incommodetur agro illius, per quem aqua ducitur, *ut ff. eod. l Servitus, §. ſi quis novum.* Et ſciendum eſt, quod ſi denuncietur novum opus illi qui volebat rivum reficere, non valet nunciatio, quominùs poſſit reficere, licet per negatoriam poſſit reficere, licet per negatoriam poſſit prohiberi, *ut ff. eo l. Servitus, §. ſi quis rivum reficienti.* Nec facio differentiam utrum ſit rivus in publico, an in privato, ſive ſit rivus aquæ calidæ, ſive frigidæ. Nam etiam pro rivo, per quem aqua in vaporibus balneariis trahitur, locum habet hoc interdictum utile, *ut d. l. Servitus, §. hoc interdictum,* utile ideò datur, quia ſententia concordat, verba autem deficiunt, *juxta not. in l. curatores, C. de neg. geſtis.*

Sed

114 Sed illud * quæritur, ſi volo reficere rivum, & adverſarius meus intentat contra me negatoriam, an ſum à refectione prohibendus? Et videtur quod ſic, *per d. §. hoc interdictum.* In contrarium videtur, quod non ſim repellendus quia nuntiatio novi operis in refectione contemnitur, *ut l. 3. paragr. ſi quis rivum reficienti, ff. de rivis. Et facit, l. 1. § in operis, ff. de nov. oper. nunc.* & quia intereſt rei public. rivos refici, ne homines ſiti moriantur, *ut l. fin. de rivis.* Sed in hoc ſic dic ſecundum Rofred. *titul. de rivis.* quod aut ille, qui vult reficere, eſt in poſſeſſione illius rivi, & tunc non poteſt prohiberi per negatoriam quominus reficiat. Aut non eſt in poſſeſſione, & tunc prohiberi poterit, *argument ff. de aqua quot. & æſtiv. l. ſi de via itinere*, niſi in eodem caſu quo rivus ille neceſſarius eſſet propter ſitim, tunc enim non facta diſtinctione poſſeſſionis, crederem ipſum reficere, etiam negatoria ab adverſario intentetur, & ideò quod dicitur, *eod. titul. leg. Servitus, §. ſi quis rivum,* quod poſſum eum prohibere per negatoriam intellige verum quando non publica cauſa volebat reficere, ſed propter ſuum commodum, vel propter ſuam ſitim.

115 Libellus in hoc interdicto * ita concipi poteſt: Coram vobis Do. A conqueror ego B. de M. qui me prohibet vel impedit ducere aquam per rivum, ſepta, vel ſpecum, vel puteum, ſicut priori æſtate vel hoc anno duxi: vel prohibet ſive impedit me reficere. Unde ne me prohibeat vel impediat, ago contra ipſum proponens ad hoc interdictum de rivis, vel actionem in factum ejus loco ſurrogatam, & quod ita rectè concipiatur libellus, probatur, *ff. de rivis, l. 1. in princip.*

Sed * circa iſtum libellum quæritur quando concipio libellum in dictam aquam per ſepta, vel cuniculum, vel ſpecum vel puteum, an rectè proponatur in hoc interdicto de rivis? Dic quod ſic cum nomen rivi ſit generale, & omnia prædicta ſub ſe comprehendat, *ut probatur in d l. 1. ff. de rivis conjuncta rubrica*, vel dicit Rofr. quod proponens in libello interdictum de ſpecu vel interdictum de ſeptis, quando velles agere de puteo, bene poſſes: vel dic tertio quando velles agere pro talibus, dicas, propono uti. interdictum de rivis. Ego tamen credo, quod prima conceptio libelli ſit magis juri conſona, *ut probatur in d. l. 1. in princ. conjuncta rubrica*, ubi probatur quod rubrica illa de rivis eſt generalis ad rivos, ſpecum, ſepta vel puteum vel etiam foſſam, *ut dict. l. 1. in princ. uſque ad §. deinde ait prætor* Facit ad hoc *l. 1. ff. ſi cert. peta. & probatur in dict. leg. Servitus, paragr. hoc interdictum, in princ.* Nec obſtat ille, *paragr. hoc interdictum. in verſic. in balneariis vaporibus*, ubi dicit quod competit utilis actio in factum, & utile interdictum de rivis: quia in vaporibus balneariis bene competit utile interdictum, ut ibi: ſed in aliis prædictis competit directum, *ut patet ex prædictis.*

Poſitiones * aut capitula actor ita 116 formare poteſt: Ego autem dico quod rivus talis cujus fines ſunt tales, eſt factus aquæ ducendæ cauſa. Item quod per illum rivum duxi aquam hoc anno vel priori æſtate. Item quod illam aquam duxi non vi, non clam, non precario. Item quod prohibes me volentem reficere. Item quod eo modo per loca prædicta aquam ducere volo ſicut duxi hoc anno. Eodem modo poſitiones, & capitula fieri poſſunt quando aliquis vult aquam du-

ducere per ſpecum vel ſepta, vel puteum, vel etiam ad balneum per cuniculos: *ut dixi ſuprà. & ff. eo, l. ſervitus, §. hoc interdictum.*

110 Reus * autem è contra poteſt facere poſitiones vel capitula hoc modo: Ego M. dico, quod ille rivus eſt minus idoneus ad ſuſcipiendam aquam, ſi hoc confitetur actor ſuccumbit, & abſolvitur reus, quia non eſt rivus propter aquam accipiendam. Item quod jam ſunt duo anni, quod per illum rivum deſtitiſti aquam ducere, & ſi hoc confitetur actor, ſuccumbit quia non duxit aquam hoc anno vel priori æſtate. Item quod tu aquam illam duxiſti, vi clam vel precario à me. Item quod Titius tantum te prohibuit volentem ducere aquam reficere, & non ego te prohibui. Item quod alio loco & alio modo volebas aquam ducere quam conſueveris aquam ducere: & eſt utile hoc ponere.

ADDITIO.

a *Servitus aquæductus.* Hæc poteſt pluribus conſtitui, per diverſas tamen horas utenda, *in Specul. de feu §. quoniam, verſ. 11.*

b *Fiſtulam.* Fiſtulæ in fundo ſerviente poſſunt poni per eum cui ſervitus debetur ſumptibus ſuis etiam contrahente eo: qui ſervitutem debet, *vide ſuprà per Bart. Cæpol tit. de ſerv. urb. c. 24 & per l. ſi iter ff de ſervit. & l. ſervitutes, § ſi domo ff. de ſerv. urb. præd.*

c *Realis.* Servitus realis dicitur, quæ conceſſa eſt rei certæ per loci expreſſionem, & tranſit ad hæredem & ſucceſſores, aliàs dicitur perſonalis, & rem non ſequitur, *l. Lucius & ibi per Bartol. Bald. & ff. Lud. in fin. verſic. ſervitus, verſ. quædam fuit, &c.* ſed Flor. ibi dicit eſſe perſonalem, quando conſtituitur Titio vel domum, vel ad alium locum quo velit. item dicit Bald. ibi, quod dicitur realis quando conſtituitur ſervitus aquæductus ad talem fundum, ſed ſi additur, vel alibi quocunque vis, dicitur perſonalis, & cum perſona finitur, Bart. & Flor. *in l. cum fundo de ſerv. ruſt. præd.* dicunt quod præſumitur realis. Ideo Flor. ibi dicit eam tranſire in ſingularem ſucceſſorem, quod tamen non eſt in prima, *ut ibi per Bald. & vide omnino ſuprà Bart. Cæpol. in tit. de ſerv. reali.*

d *Parte fun.* Pars dicitur fundus, & venit in legato fundi, *l. planè, §. fi. de leg. 1. in Specul. de proba. §. 1. verſic. quid ſi pars.*

e *Æqualiter.* Cum quid fieri debet, debet fieri arbitrio boni viri. *Bartol. in l. 3. in princ. ff. de annu. leg.* Et adde dicta per Bart. *in l. cum pater. §. dulciſſimis, de leg. & in l Lucius in pr ff ad Treb.*

f *An deſinat.* Deſinere velle quomodo quis prohibetur, *not. in l. quod ait, §. ait lex ff de divor.*

g *Acquiritur.* Acquiſitio per quas perſonas fieri poteſt *vide in tit. C. per quas perſonas no. acquiritur, & Inſtit. eod tit.*

h *Publi. util.* Utilitas publica præfertur privatæ, *l. 1. §. fin. & ibi Bartol Cod. de cad. toll. & l. 1. ibi Doct. ff. ſolut. matrimon. & ibi Bartol. in 5. colum in verſ. cum enim quæritur utrum publica utilitas, text. & Doct. in authen. res quæ, Cod. commun. de legat.* quod verum etiam includat in ſe privatum, *vide in Specul. de feud. §. quoniam verſ. 16.*

i *Conceſ. uni.* Aqua uni conceſſa poteſt alteri concedi: ſi utrique ſufficiat non aliter, *ſecundum gloſſ. Bart. Bald. & Dd. in l. aquam ver. ſed quæro* Cod.

Cod. de ſerv. & *Bart. in l. in concedendo, ff. de aqua pluv. arcen.* & *Bald. in leg. ſi plures*, 1. *colum. in verſ. item ſi duo Cod de condi. inſer.* & *in c.* 1. § *ſi quis de manſo* 6. *colum. in verſ. conſidera quædam, de controverſ. inveſt. in uſib. feud.* & *Bartol. in l. quominus* 5. *quæſt ff. de flum.* & *Flor.* & *in l. per quem locum, ff. de ſerv. præd.* & *in l.* 2. §. *aquæduct. ff. eod. tit.* & *per Alex. conſil.* 2. 14. *parte.*

k *Aqua divi.* Aqua pluribus debita, jure ſervitutis, debet dividi inter omnes quibus debetur, *Bald. in leg. pen.* 1. *col. in verſ. item ſi duo habent, C. de condit. inſer.* & *in l. ſi quis*, & *ibi Bart. Cod. de aquæduct. lib.* 11. & *Bald. in tit. de pace Conſtant.* §. *nos Romanos* 3. *col. in fin. verſ. item not. quod interdum.*

l *Flum. publ.* Aqua ex flumine publico poteſt deduci ad irrigandos agros per vicinos, dummodo faciant ſine alterius injuria, *l. Imperatores*, & *ibi Bartol.* & *Flor. ff. de ſervit. ruſtic. præd.* ſed contra no. *in l. uſum*, & *ibi Bart. C. de aquæduct. lib.* 11. *Vide Bart. in l. qui minus in princ. in* 2. *opp. ff. de flum.* ubi dicit verum ſi poteſt retinere flumen.

m *Alveum.* Flumina ſunt communia uſque ad dimidium alvei utrinque vicinantium. *Bart, in tract. de allu. in lib.* 1. *verſ. item videndum eſt* & *Bald. in c. ex litteris pen. col. de probat.* Et intellige de aqua non de alveo: quia non eſt communis ſecundum Bald. *in cap.* 1. *quæ ſint regalia vide Cyn. in l. quædam de re divi.*

n *Propr. auto.* Propria authoritate an & quando quis facere poteſt, *vide ſupra de ſervit. urban. cap.* 30. *c.* 79. & *in cap.* 81. & *in Specul. de action. verſic. item vi ult. quæſt.*

o *Damnum.* Damnum pati dicitur etiam is, cui aufertur commodum ſibi proveniens ex publico, non ſi ex privato, *l.* 2. § *merito. per Bart. ne quid in loc. publ. l. Proculus, de damn. infect.*

b *Molendino.* Aqua unius molendini poteſt diverti quocumque per dominum molendini, & denegari alteri molendino inferius poſito, licet deducatur de flumine publico, niſi ſervitus debeatur, *Bald in l. aquam quæ circa pr. C. de ſerv.* & *aq.*

q *Occupare.* Occupas propria authoritate in caſu quo de jure poteſt, officium judicis poteſt implorare, ut defendatur à vi futura. *Bald. in l. ſi ſervus tuus, C. quod cum eo.*

r *Occupaſſe.* Occupare dicitur qui incipit opus & proſequitur, non qui deſiſtit: niſi pro medio tempore deſiſtat. *Bart. in l. quominus* 5. *quæſt. final. de flum.*

ſ *Perenne.* Perenne flumen dicitur, quod continuè currit ſcilicet, in æſtate & hyeme. *Specu. de cauſ. poſſ.* & *prop. verſ.* 3. *quid ergo.*

t *Stagnum.* Adde Specu. *ubi ſupra de cauſa poſſeſſ.* & *proprie. in pr. in* 8. *col. in verſ. octavum eſt, ut liceat.*

v *Conſuetudo.* Conſuetudo in curſu aquæ inſpicitur, ut ibi tenet Bart. Cæpol. *ſupra in tract. de ſerv. urb. c.* 7. *ubi vide omnino*, & *in l. ſi manifeſtè, ubi eſt caſus, C. de ſerv.*

u *Alveum.* Alveus fluminis an ſit communis ſicut aqua, *vide Bartol. in tract. de alluvi.* 1. *lib. ver. item videndum eſt, utrum* & *Bald. in c. ex litteris. pen. col. de proba.* & *vide Bart. in tract. Tyb. lib.* 1. 6. *char. verſ. item videndum eſt, utrum juriſdictio.*

x *Quaſi poſſeſſio.* Quaſi poſſeſſio probatur per uſum 30. dierum ad minus no. *per Bart.* & *Alex. in l.* 1. §. 1. *de itin. actuque priva.* & *plenius in leg. ſicuti*, §. *ſed ſi quæratur per Bart. ſi ſerv. vend.*

Ang. in l. ſi quis, § differentia de acquir. poſſeſſ. & in l. 5. & ibi Alex. C. de acquir. poſſeſſ.

y *Jure facultatis.* Facultas libera intelligitur, dummodo juris ordo ſervetur. *Bald. in §. ad hæc, de pace juram. ſir.*

z *Fluens.* Aqua per ſe fluens per certum locum non inducit conſuetudinem vel præſcriptionem, *Bald. in c. 1. §. ſi quis menſo 7. colum. in verſic. ſed numquid aqua de controverſ. inveſti. Et vide ſupra per Bart. Cæpol. tit. de ſerv. urb. præd. c. 12.*

aa *Jus piſcandi.* Piſcationes ſunt permiſſæ, vel prohibitæ ſecundum conſuetudinem, *l. ſi quiſpiam, C. de diverſ. & temp. præ Inſtit. de rerum div. §. flumina. Jacob. Alva. Padua in cap. 1. quæ ſint rega. Bart. Cæpol. in l. inter publ. §. 1. ff. de verb. ſign.*

bb *Aqua.* Aqua veniens ad fundum meum ex fundo vicini jure ſervitutis per cloacam vel aquæductum non poteſt per me concedi alteri, ex illo aquæduct. *l. ex meo. & ibi Bart. ff. de ſerv. ruſt. præd.* quod eſt verum niſi poſtquam eſt ingreſſa in fundum meum.

cc *Nocet Gajo.* (*vid. pag.* 404. *lin.* 10. *ab ult.*) Nocere alteri qui non debet etiam ut ſibi proſit, *in Specul. de 1. & 2. decret §. 5. ver porro.* & contra faciens non debet audiri, *in Specul. de feu. §. 2. ver. 11.* niſi faciat animo conſulendi ſibi non animo nocendi, *eo §. verſ. 12.*

dd *Actio directa.* Actio directa quæ dicatur, *vide Bald. in l. ex legato. Cod. d. leg. in l. dubio & in leg. ex aſſe. per Bart. ad Treb.* Item actionis directæ effectus varios, *vide apud. Specu. de actio ſeu petit. §. 2. verſic. ſumma, & ſequent.*

ee *Utilis.* Actio utilis præfertur directæ. *Bald. in l. fin. 5. queſt. de edict. divi. Adr. toll. Specu. de empt. & vend. §. 7. verſ. ſed pene ſtatutum, ubi vide in titul. de proc. § fin. in princip. & verſ. ſed quæritur. & ſeq. & per. Bart. in l. procu & Bald in c. 2. § fin. de leg Corradi.*

ff *Modica læſio.* Modica læſio non facit dari reſt. in integ. *in Specu. de reſt. in integ. §. 2. ver. & ſcias.*

gg *Conventio.* Conventio eſt contractus nominatus ex communi uſu loquendi, *vide Paul de Caſtr. in conſ. 41.*

hh *Actio confeſſoria.* Actio Confeſſoria eſt in rem, & competit domino pro ſervitute, & ſic pro jure incorporali, *l. 1. in pr. & ibi Bart ſi ſerv. vend.* Item datur contra impedientem uſum ſervitutis, *l. ſi quis, § agi ſi ſervit. vend. & l. ſi fortè § etiam eod. tit.* Item ut deſtruatur ædificium factum contra ſervitutem, *l. fin. ff. eod. tit.*

ii *Reficere.* Adde Bart. & Alexand. *in §. ſi quis ædificium, per gl. in l. 1. § pen. de mor. infer facit, c. conſuluit. de Judæis, & l. fil. n. C. eod. tit.*

kk *Æſtas.* Æſtas an & quando incipiatur, *l. 1. §. æſtatem, & ibi gloſſ. de aqua quot. & æſti. Bart. in l. 2. §. æſtas ff. ne quid in loc pub.*

ll *Genus.* Genus non poſſidetur, nec eſt in dominio alicujus, *Bald. in l. 2. in fin. principi, C. communia de legat.*

mm *Species.* Species cum petitur, quid ſit exprimendum in libello, *vide in Specul. de lib. conc. ver. juxta in 5. colum. verſic. Item non valet.* Et ſpecies derogat generi ex tacita voluntate contrahentium, *Barthol. in l. ſed ſi. ff. pro ſocio.*

nn *Specus.* Specus quæ dicatur, *vide Spec. de cauſa poſſ. & proprie. §. 4. verſic. ſed & ſi.*

CAPUT

CAPUT V.

De aqua pluvia arcendâ.

1 *Aqua pluvia dicitur quæ de cælo cadit, aut imbre excreſcit, vel colorem mutat.*
2 *Actio de aqua pluv. arcend. ad hoc ut competat, quæ requirantur?*
3 *Prædio ruſtico, an actio de pluvia arcenda competere poſſit?*
4 *Libellus in actione de aqua pluv. arcend. quomodo formari debeat?*
5 *In actione de aqua pluv. arcen. quare veniat illud quod futurum eſt?*
6 *In actione de aqua pluv. arcend. dato quod damnum quod poſt litem conteſtatam contingit, veniat judicis officio, quare tamen in libello de judicis officio mentio haberi debeat?*
7 *Poſitiones actoris in actione de aqua plu. arcen. quomodo formari debeant.*
8 *Poſitiones rei in actione de aqua, &c. quomodo fiant?*

EST etiam utile hic ponere naturam aquæ pluviæ arcendæ, maximè quantùm ſpectat ad materiam judicialem, in qua materia prodita eſt actio de aqua plu. arcenda. Sæpè enim contingit, quod propter opus manu factum in agro alicujus, prædio alterius aqua pluvialis nocere poteſt. Unde conſulitur domino iſtius prædii, cui illa aqua pluvia noceret: per actionem ſpecialem, videlicet per actionem aquæ pluviæ arcendæ, per quam opus factum tenetur deſtruere expenſis ſuis, & damnum poſt litem contingens emendare, & ſi poſſidet opus ab alio factum tenetur præſtare patientiam, ut deſtruatur, *ut ff. de aqua. pluv. arcen. l. 1. §. 1. & 2. & l. ſi tertius, §. penult. & ultim.*

Et * in primis ſciendum eſt, quod dicitur aqua pluvia illa, quæ de cœlo cadit, aut imbre excreſcit, vel colorem mutat: quia aqua conjungitur aquæ pluviali, ſicut contingit in multis fluminibus, *& ff. eo l. 1. §. aquam pluviam, & §. in ſumma.* Item eſt etiam notandum, quod dicta rubrica ſic intitulatur, *ſecundum gloſſ. ſuper ea: de aqua, & aqua plu. arcen. & de actione aquæ pluviæ arcend.* Et ita multi libri habent: & ſic habebat Roge. ſecundùm Roſre. *in dict. titu. in rubr. tractat. de aqua quæ non eſt pluvia. Codice de ſervit. & aqua.* & ſecundùm hoc hæc rubrica tractat de aqua quæ non eſt pluvia, & de iſta aqua non pluv. *dicit in l. ſi prim in* 1. *&* 2. *reſponſo. eod. titu.* De alia aqua tractat totus fere tit. tractat etiam de actione aquæ pluv. arcend. & ad hoc ut iſta actio competat octo ſunt neceſſaria *ſecundum Rofred. in hoc tit. in ſuis libellis.* 1

Primùm, * quod quis opus manu facit, *ut ff. eod leg.* 1. *§. hæc autem actio.* Secundùm, quod in ſuo loco opus id faciat. Cæterum ſi opus natura loci ſit, ut ſi ex fundo tuo aqua naturaliter decurrat in meo ſine opere tuo,, non habet locum hæc actio. Item ſi in publico loco fiat, ſimiliter non habet locum, *ff. eod. l. 1. §. hæc autem actio, & l. apud. Trebatium, aqua pluv.* Tertiùm, quod propter illud opus aqua nocere poſſit, non tamen nocuerit, niſi poſt litem conteſt. *ut ff. eod. l. 1. §. 1. & 2. & l. tertius, §. officium, & ff. de ſtatu libe. l. Labeo,* ſecus ſi non noceret, ſed lucrum auferat, *ut l. 1. §. idem aiunt aquam pub & §. ſicus licet.* Quidam, *ut refert* 2

ibi

ibi gloſſ. 2. dicunt, quod aliquando datur, quando lucrum aufertur: *ut l. 2. §. Item Varus* Sed Dyn. dicit contrarium, quod ille text. non facit, cum ibi videatur damnum dari non patiendo aggerem naturalem refici, & *vide quod dicam in verſiculo* 8. Quartum, quod illa aqua ſit pluvialis mixta ad hoc, ut locum habeat hæc actio directa, *l. Apud. Trebatium*, §. 1. *ff eod.* Si autem alia aqua damnum dedit, tunc locum habet utilis ſecundùm quoſdam: ſed ſecundùm alios locum habet negatoria, *ut ff. eo. l. 2. & §. ſi prim, & §. placuit, aut actio in factum datur, ff. de præſcript. verbis, l. quoties.* Quintum, quod aqua poſſit nocere agro, & ſic prædio ruſtico, non autem ædificio, aut oppido, vel domui: & ſic prædio urbano; tunc enim habet locum negatoria, *ut digeſtis eodem, l. 1. Paragrapho item ſciendùm, & Paragrapho pen.*

3 Sed * quæritur, an pro prædio ruſtico tantum hæc actio competat? Reſponde non, ſecundùm Rofred. Ratio eſt: cum quis aliquid in ſuo facit, contra eum nullam habeo actionem: ſed pro futuro damno ſpecialiſſimam habeo hanc actionem. In prædiis autem urbanis locum habet negatoria, quæ competit quando quis facit in alieno, quod jure ſervitutis facere non poteſt, *Digeſtis ſi ſerv. vend. l. 2.* Sed hæc ratio non eſt clara: ideò dic, quod ratio poteſt eſſe, quia favore agriculturæ in primis hæc actio ſpecialis fuit introducta, *l. 1. Paragrapho de eo opere, cum duabus Paragr. ſeqq. Digeſtis de aqua pluv. arcend.* Sextum requiritur, quod cauſa nocendi factum ſit opus, Cæterùm ſi cauſa colendi agrum, & arandi, & fructus percipiendi factum ſit, non habet locum iſta actio *ut de §. de eo opere.* Septimum, quod opus illud factum ſit ignorante eo, cujus prædio aqua nocere poſſet, ſed eo ſciente ceſſat hæc actio, *Digeſtis eod leg. Labeo Paragrapho primo, & l. ſed hoc ita & l. in concedendo.* Octavum, quod damnum futurum timeatur, ſed ubi lucrum auferre poſſum, non teneor. Nam ſi opus facit in ſua re, & ſic venæ putei tui præciſæ ſunt, non teneor hac actione, *Digeſtis eodem, dict. l. 1. Paragrapho hæc autem actio, Paragrapho denique, & eſt ſimile, Digeſtis de damn. infect. l. Proculus, de quo plenè dixi ſuprà in præcedenti quæſtione principali, verſiculo quarta quæſtio principalis poteſt ex prædictis decidi, & adde quod dixi ſupra in verſiculo tertio.* Sed ultra prædicta etiam requiruntur ſex. Primùm requiritur, quod opus fiat in privato, ſecus in publico, *leg. Trebatium, Paragrapho aquæ pluviæ, ff. eodem.* Secundùm quod non ſit factum publica authoritate, puta principis authoritate, vel ſenatus, *a ut leg. quod principis, ff. eodem, & l. 2. §. Caſſius autem eodem titulo.* Tertium, quod extet memoria facti operis, aliàs non reputatur manu factum, ſed naturale, ſic eſt tolerandum, *ut dict. Paragrapho Caſſius autem.* Quartum: quod ſit factum ad excludendam aquam, quam naturaliter tenebatur recipere ille, qui fecit, vel ſaltem tenebatur recipere jure ſervitutis, *l. primo Paragrapho Neratius ſcribit, Digeſtis eodem.* Secus ſi ad excludendam aquam, quam naturaliter vel jure ſervitutis recipere non tenebatur, *ut l. 2. §. penultim. ubi eſt caſus ſingularis, ff. eodem.* Quintum, quod ille cui nocet, non teneatur jure ſervitutis recipere talem aquam, quæ derivetur opere manu facto: ſecus ſi jure ſervitutis tenetur recipere, *d. l. 2. §. fin.* Sextum, quod ille contra quem agitur, ſit dominus illius fundi, ubi opus

opus factum eſt, ſi ipſe facit, agit ut removeat ſuis expenſis, ſi alius ſine ſui voluntate agit, ut præſtet patientiam, *ut not. gloſſ. l.* 1. *in princ. ff. eod. & habetur in l. apud Trebatium*, §. *aquæ pluviæ*, *& per Cyn. in l. poſt venditionem*, *ff. eod.*

4 Libellus * autem in hac actione ita formari poteſt. Coram vobis ego Luc. Zuf. compareo contra M. qui tale opus fecit in prædio ſuo, propter quod aqua pluvia damnum agro meo dare poteſt, vel prædio meo nocere: unde opus illud amoveri, & damnum quod poſt litem conteſtatam contingit reſarciri peto: & pro opere deſtruendo propono actionem aquæ pluv. arcendæ, & pro damno poſteà contingente propono officium judicis. Et quod ita rectè concipiatur libellus, *probatur in l.* 1. *&* 2. *&* §. *de eo opere, & l. in ſumma, & l. ſi tertius*, §. *officium ff. de aqua pluv. arcen.* Sed videtur quod rectè libellus iſte non ſit conceptus propter duo, primum eſt, quia non poteſt videri in judicium veniſſe, quod poſt litem conteſtatam contingit, ideo alia interpellatione opus eſt, *ff. de judic. l. non poteſt videri, & l. non quemadmodum, eod. titul.* Item de iis rebus quæ futuræ ſunt, judicium inſtitui non poteſt: *ut d. l. non quemadmod.* qui tractus futuri temporis non ſpectat ad judicem, *l.* 1. *in princ. ff. de uſu.* Sed dic quod illa, l. non poteſt videri, non obſtat: quia non loquimur in re prorſus alia, ſed in alia ſpecie, *ff. de ædil. edi. l. ædiles*, §. *item ſciendum, & ibi plene ſcripſi illa l. non quemadmod. non obſtat*: quia res illa non venit in judicium, quæ nullo modo advenit: ſed ſi incipit deberi, venit in judicium, & ideo quod futurum eſt, *ff. de peculio, l. quæſitum*, §. 1. *ff. depo. l.* 1. §. *non tantum.*

5 Sed * quæritur, quare in actione præſenti, videlicet aquæ pluv. arcend. venit etiam illud quod futurum eſt. Reſpondeo propter naturam ipſius actionis, quæ tantum futura damna reſpicit, *ut ſupra dixi in verſic.* 3. ſicut actio quæ oritur ex novi operis nunt. etiam ſimiliter reſpicit tantum futura damna, *l.* 1. §, 1. *ff. de nov. ope. nunt.* licet regulariter omnes aliæ actiones reſpiciant præterita: *ut in l. Atteius*, §. *in hoc judicium, de aqua pluvia arcend.* Et in hoc ideo, quia opus jam factum erat, ideo ſi futurum damnum venit, quod poſt lit. conteſta. contingit, non eſt mirum, imo plus in hac actione admittitur actor: quia ſolum futurum damnum timetur, *ut ſupra dixi.*

Quæritur * poſito quod damnum, quod poſt litem conteſt. contingit, veniat officio judicis, ut dictum eſt, quare habetur expreſſa mentio de officio judicis in libello? Nam videtur quod non deberet fieri expreſſa mentio: quia etiamſi non peteretur in libello, nihilominus ſi damnum poſt litem conteſtatam contingeret, officium judicis veniret, ſicut regulariter eſt in omnibus & maximè in his, ubi officium judicis deſervit actioni: nam dicitur regulariter, quod ea quæ poſt litem conteſtatam contingunt, nominatim exprimenda non ſunt: ſicut in hoc, ex fructibus, & expenſis, & aliis, quaſi dicat, ita valde pertinent, quod ſi non petatur in libello, dummodo de his in judicio fiat mentio, nihilominus, veniunt, *ff. de ædil. edict. l. ædiles*, §. *item ſciendum.* Item alia ratione videtur, quod non ſit neceſſarium facere expreſſam mentionem in libello de officio judicis: ubicumque actio proponitur, cui officium judicis deſervit, ſufficit ſi ſola actio proponatur: *ut in actione quod metus cauſa, l. metum*, §. *ex hoc edicto. ff. quod metus cauſa, & l.* 4. 6

Cod. de poſit. & vide not. per Doctor. in l. 2. §. hoc autem judicium, ff. de damn. infecto. Et multi propter metum iſtarum objectionum dicunt libellum ita ſimpliciter eſſe concipiendum. Ego B. ago contra M. actione aquæ pluv. arc. ut opus factum debeat removere, propter quod aqua pluv. prædio nocere poteſt, & ad hoc propono actionem aquæ pluviæ arcen. Nec faciunt mentionem in libello de officio judicis; dicunt tamen, damnum datum eſt litem conteſtatam dicendo: Domine judex, tale damnum contingit poſt litem conteſtatam, reducite hoc ad memoriam, ut officio veſtro debeatis, eum in æſtimationem illius damni condemnare. Sed dicit Rofr. ſuper hac actione ſibi videri libellum, tunc de jure bene conceptum. In omnibus enim ubicunque aliquid officio judicis proponitur in libello judicis officium rectè proponitur, & ponit unum exemplum: in rei vendic. veniunt fructus officio judicis, & non jure actionis: quia ſi jure actionis venirent, eſſet mixta bonæ fidei, ſicut petitio hæreditatis. Sed illa rei vindicatio eſt ſtricti juris: & tamen judicis officio veniunt fructus etiam percipiendi a malæ fidei poſſeſſore, & ſine titul. *Cod. de rei vend. l. certum, & ff. eodem, l. qui reſtituere.* Unde in rei vindicatione putat ſic eſſe dicendum, peto per rei vend. rem cum fructibus percipiendis, & pro rei vend. & pro fructibus propono judicis officium, & hoc modo non errares ſecundum me.

7 Poſitiones * autem vel capitula poteſt actor ita formare: Ego B. dico, quod tu feciſti opus manu in prædio tuo. Item quod per illud opus aqua pluv. nocere poteſt prædio meo. Item prædium illud cui nocere poteſt, eſt ruſticum. Item illud opus feciſti animo nocendi. Item illud opus me ignorante feciſti. Item propter illud opus aqua plu. damnum mihi inferre poteſt.

Poſitiones * vero & capitula rei ita formabis: Ego dico quod opus illud naturaliter ita ſe habet. Item prædium illud eſt urbanum. Item feciſti mihi pactum ut liceat mihi ædificium ita habere. Item tanto tempore ſtetit ſic illud opus, quod ejus memoria non exiſtat. Item illud ædificium lucrum tantum tibi affert. Item domus tibi conjuncta eſt illi prædio in cujus loco ædificium illud factum eſt. Item illud opus feci te ſciente. Potes etiam colligere alias poſitiones ſeu capitula, tam ex parte actoris, quàm rei, ut colligi poteſt ex his quatuordecim, *quæ dixi eſſe neceſſaria in act. aquæ pluv. arcend. vide ſuprà in 8. q. principali verſ. quæro nunc de alia quæſtione principali quotidiana, uſque ad fin. illius quæſt. 8. principalis.* 8

ADDITIO.

a *Senatus.* Senator eſt illuſtris, & eſt de magnis judicibus, *in Specul. de jur. omni in verſ. magni & hoc tit.* hodie utitur populus Rom. qui ſemper ſenatorem appellat illuſtrem, quod not. ut ſcias reddere rationem ſtyli Capitolii.

CAPUT VII.

De Cloacis purgandis.

1 *Cloaca quid ſit, & quid tubus, & quid fiſtula, & quid eorum appellatione veniat?*

2 *Interdictum de cloacis, &c. quando locum habeat?*

3 *Ultramontanus ſi juraret ſe de menſe Auguſti Romæ moraturum, non tenere-*

teneretur Romæ morari, ne talis juramenti occaſione vita temporalis amitti poſſet, ſi Romæ moraretur.

4 *Interdictum de cloacis coram quo judice intentari poſſit?*

5 *Libellus in actione de cloacis quomodo formandus ſit?*

6 *Interdictum de cloacis locum habet, etiamſi aliquis eo utatur vi, clam, vel precario.*

7 *Poſitiones actoris in actione de cloacis, quomodo formari poſſint?*

8 *Poſitiones rei in actione de cloacis, quomodo formari debeant?*

UTile, & conveniens eſt etiam ſibi ſubjicere interdictum de cloacis purgandis: quia multoties cum quis reficere cloacam ſuam, vel purgare vult, ab alio impeditur, & introductum eſt interdictum de cloacis purgandis. Item etiam ſi aliquis vellet de novo facere cloacam, & ab alio prohiberetur. Item quia ſæpé aliquis mittit in cloacam meam, quod non debet mittere, vel quod miſſum eſt in cloacam impedit: ideò proditum eſt interdictum reſtitutorium, *ff. de cloacis, l.* 1. §. 1. & §. *deinde,* & *leg. ultim.* licet iſta ſint duo interdicta, *ut d. l.* & *ibi gloſſ.* & *Bart.* & de his duobus interdictis Joan. in arbore actionum fecit duos titul. tamen Rofred. *in libellis ſuis*, fecit unum tantum titulum, videlicet de cloac. purg. brevitatis cauſa, qui dicit quod ad hoc ut competat hoc interdictum iſta ſunt neceſſaria.

1 Primum, quod ſit cloaca. Eſt autem cloaca locus concavus, per quem colluvies quædam fluit, *ff. de cloac. l.* 1. §. *cloacæ.* & cloacæ appellatione etiam tubus, & fiſtula continentur, *d. l. prima*, §. *cloacæ appellatione*, & tubus ſecundum gloſſ. ibi eſt foramen cloacæ, unde purgatur colluvies aquæ. Fiſtula eſt aliud inſtrumentum ad idem, & ex hoc infert Bart. ibi ad quæſtionem ſtatuti dicentis, ſi quis offenderit aliquem in domo, punitur certa pœna: quia offendens in oſtio domus, dicitur in domo offendiſſe, de quo dic, *ut ibi per Bart.* & *per eumdem in l. cætera*, §. *hoc Senatus, el.* 2. *de legat.* 1. & *ibi per Dd.* & *Baldus, in d. leg. data opera. qui accuſ. non poſſ.* & *adde quæ dixi in* 1. *libro, in titulo de clauſtro, cloaca, porticu:* & *in titulo de oſtio, ſive porta.* Secundum quod quis prohibetur te volentem purgare, vel reficere cloacam, vel ſi quid eſt immiſſum quod uſus cloacæ impediatur, quod removeri debeat, *ff. eodem, l.* 1. *in princip.* Tertium, quod ille qui vult reficere, vel pulgare cloacam, caveat de damn. infect. *Digeſtis eodem, l.* 1. *Paragrapho primo.* Et ſi quis velit cloacam privatam in publicam mittere, vel cloacam facere quæ haberet exitum in publicam cloacam: quia non eſt impediendus, *ut d. lege prima, Paragrapho Labeo,* & *final.* licet novam cloacam in loco publico facere non poſſit, *ut l. fin. eod. tit.* & ibi hoc not. Bart.

Item*habet locum hoc interdictum, 2
quando cloaca ex ædibus tuis in ædes vicini *a* pertinent,*ut d. l.* 1. *in pr.* & appellatione ædium continetur ædificiū, *a*
hoc eſt ex ædificio in proximum agru, *ut d. l.* 1. §. *deinde ait prætor.* Item ſi quis habet uſum cloacæ privatæ, clam, vel precario ſibi non nocet. Item ſi denunciatur novum opus, comtemni poteſt, *ff. eodem, l.* 1. §. *hoc interdictum,* & §. *quod ſi quis mihi.* Et eſt ratio: quia talis nunciatio eſt à lege improbata propter publicam utilitatem, *ut not.*

Digitized by Google

not. Bart. in d. l. 1. *§. fin. & eſt caſus in leg. de pupillo, §. ſi quis rivis, ff. de nov. oper. nun.* qui aſſignat eandem rationem, quod publicæ ſalutis, & utilitatis interſit, cloacas, & rivos purgari, & ideò pulchrè etiam dixit text. *in d l.* 1. *§. curavit, ff. de cloacis*, quod hoc pertinet ad ſalubritatem civitatum, & ad tutelam. Nam cœlum peſtilens, & ruinas minantur immunditiæ cloacarum, ſi non reficiantur. Et ideò Romæ tempore quo veri Romani dominabantur, quia habebant de iſtis cloacis, & aquæductibus tàm publicis quàm privatis magnam curam, *ut apparet in d. tit. de cloacis, & Codic. de aquæductu, lib.* 11. habebant aërem ſalubrem, & erat ſanum ibi morari, *ut dicit gloſſ. 7. quæſt.* 1. *c. qualiter, per illum text. & vide ad hoc Alb. de Roſ. in l. ſi quis mihi mandaverit, in princ. ff. mandat.*

3 Licet * hodie non ſit ſanum de menſe Auguſti morari Romæ, in tantùm, ut ſi quis ultramontanus juraret ſe moraturum Romæ in menſe Auguſti, non teneretur morari: quia occaſione talis juramenti poſſet vita temporalis amitti, ſi Romæ moraretur, *ut dicit gloſſ. not. in cap. vero extra de jurejur.* Et hoc fortè eſt, quia erant cloacæ ibi: quidam dicunt propter quendam ventum qui ibi regnat. Prædicta procedunt in cloaca privata: quia hoc interdictum de illa tantùm loquitur, publicæ enim cloacæ publicam curam merentur, *ut l.* 1. *§. hoc autem interdictum propoſitum. ff. de cloacis*, & pro publicis cloacis impedit aliud interdictum, ne quid ad cloacam publicam immittatur, vel quid fiat, *ut dict. leg.* 1. *§. fin.* & adde quod poſſum facere cloacam de novo inter ædes meas, & vicini illo invito, & contradicente, ſeu novum opus nunciante, *ut §. ſi quis mihi purganti; & leg. fin. eod. tit.* dummodo ſi in via publica velim cloacam facere, ipſam faciam conſentiente illo, cui publicarum viarum cura commiſſa eſt, *in d. l. fin.* & ita tenet Roſ. *in hoc interdicto in fin. quæ l. fin.* vult, quòd habeat locum aliud interdictum ad exemplum prædictorum, videlicet ne facienti cloacam vis fiat quominus publicam cloacam facere liceat. Et ita etiam tenet Specu. *in tit. de cauſa poſſ. & proprie §.* 1. *in ultim. column. verſic. ſed numquid.* Imo plus dico, & hoc benè not. quia hoc interdictum competit, ut in vicini ædes dominus veniat, & reſcindat pavimenta cloacæ purgandæ gratia: ſi tamen paratus ſit reſtaurare id quod ex neceſſitate reficiendæ cloacæ cauſa reſcindit, quod cautio damni infecti non eſt interponenda: *ut eſt text. notabilis cum gloſſ. l. prætor ait quominus, §. unde Flavius, ff. de cloacis.*

Item dubitari * poteſt coram quo judice iſtud interdictum intentari poſſit 4
dic coram quolibet prætore de cloacis poteſt agi, *per l.* 1. *ff. de cloac.* ſed gloſſ. & Bart. ibi dicunt, quod debet peti licentia faciendi ab eo qui poteſt concedere, poſtea poterit agere coram quolibet judice. Et adverte: quia in iſtis interdictis Specul. *in titul. de cauſa poſſ. & proprie. §. privata, in ult. col. verſic. pen.* formavit duplicem libellum, ſecundum quod interdictum hoc habet duo capita, *ut l.* 1. *§.* 1. *ff. eod. ut dixi ſuprà in princ.* ſed Roſr. *in hoc tit.* formavit alios duos libellos ad idem: & primo ſic: Coram vobis &c. compareo ego B. & conqueror de M. qui me prohibet cloacam meam, quæ eſt in tali loco inter me, & ipſum, reficere, vel purgare, unde ne me prohibeat, vel impediat ago contra ipſum, & ad hoc

hoc propono interdictum de cloacis, vel actionem in factum ejus loco ſurrogatam: & ita concipias libellum, quando vis reficere, vel purgare: ſi autem aliquid immiſit per quod impediatur uſus cloacæ, ita dices.

5 Coram vobis * A. compareo ego B. & conqueror de M. qui in cloacam meam, quæ eſt inter me, & ipſum, immittit talia, per quæ uſus meus in illa cloaca impeditur: unde quod illa removeat ago contra ipſum: & ad hoc propono interdictum de cloacis, vel actionem in factum ſurrogatam loco interdicti: & quod ita rectè concipiatur in hoc interdicto libellus, *probatur in l. 1. in princ ff. de cloac.* Sed videtur quod non habeant locum iſta interdicta, ut poſſit ita concipi libellus: nam aut competit mihi jus habendi cloacam, aut non: in primo caſu, ſi jus mihi competit, poſſum prohibere illum qui me impedit reficere, vel purgare, vel aliquid immittere per negatoriam, vel poſſum habere confeſſoriam ad vindicandam illam ſervitutem liberè *ff. de vi, & vi arm. l. idemque, §. unde vi.* & ideò fruſtrà videtur quod competat hoc interdictum. In ſecundo caſu ſi non competit mihi jus, poteſt me per negatoriam prohibere: quaſi non ſit mihi jus in ſuas ædes, vel in commune ſolum aliquid eo invito immittere, vel mutare: cum in re communi melior ſit conditio poſſidentis, *ff. commun. divid. l. Sabinus.*

6 Item è contra videtur * quod etiam ſi jus non habeat, nihilominùs poſſit facere cloacam: nam in hoc interdicto etiamſi quis utatur vi, vel precario: tamen habet locum hoc interdictum, in aliis interdictis ſecus eſt, *ut leg. 1. § hoc interdictum, ff. de cloacis, ut ſuprà dixi.* Sed ad hoc reſpondet Roſr. in hoc interdicto, circa fin. quod in utroque caſu poteſt intelligi, ſive haberet jus, ſive non: ſi enim habet jus, & competit ſibi confeſſoria, non propter hoc tollitur interdictum: imo locum habet, quia illa confeſſoria petitorium continet, *ut leg. 2. §. 1. ff. ſi ſervit. vendic.* & hoc interdictum eſt poſſ. *ut patet per l. 1. ff. de cloac. & nota per Specul. in titul. de cauſa poſſ & proprie. §. privata*, & hoc videmus in uſufructuario: nam licet uſufructuarius habeat confeſſoriam, nihilominus habeat interdictum unde vi: *ut ff. de vi, & vi armata, l. idemque, §. unde vi.* Si autem non habet jus, eſt ſibi utile & neceſſarium hoc interdictum, ſufficit enim ſibi talis qualis poſſeſſio. Nec dubitet aliquis ex eo, quod prætor fecerit mentionem in interdicto de hoc verbo pertinet: unde videtur quod pertinere debeat ſaltem jure dominii, ſed hoc ad factum extenditur, ſcilicet pertinet, id eſt, dirigitur, pervenit, & extenditur, *ff. de cloacis, l. 1. §. quod ait prætor.*

Poſitiones autem * & capitula actoris ita formari poſſunt: Ego B. dico 7
quod illam cloacam volebam reficere vel purgare. Item quod inter me, & te in tali loco eſt cloaca, *ut l. 1. §. cloac. ff. eodem.* Item quod tu me prohibuiſti, *d. l. in princ.* Item quod volui, & volo tibi cavere nomine damn. infect. *ut d. l. 1. §. 1. & §. ſi quis purganti.* Item quod tu immittis tale quid propter quod uſus cloacæ meæ impeditur.

Reus * verò poteſt ita poſitiones, 8
& capitula è contra formare. Ego M. dico, quod inter te, & me, in tali loco, in quo dicis, conſtituiſti mihi ſervitutem, ut nihil ibi poſſis me prohibente, ſi hoc actor confitetur, abſol-

vitur reus: Item dico, quod quando volebas reficere vel purgare cloacam, ego petii à te, ut cavere mihi nomine damn. infect. Item quod tu cavere recuſaſti. Item quod te Titius tantum prohibuit, & de his poſitionibus, & capitulis habetur per Rofred. *in hoc interdicto*, & per Specul. *in titul. de cauſ. poſſeſſ. & proprie. paragr. privata in ultim. colum. in princ. verſic. ſed numquid licet mihi cloacam facere*, & in illo, §. *privata*, ponuntur formæ libellorum, poſitiones actoris & rei in omnibus interdictis ſpectantibus ad materiam aquæductus, *de quibus ſuprà dictum eſt*, & ideò ibi omninò videas. *Et adde circa iſtam materiam cloacæ, quæ dicam infra de ſervitute cloac.*

ADDITIO.

a *Ædes vicini*, *&c.* Ædificans non præſumitur facere animo nocendi vicino, *gloſſ. & Bart. in l. fluminum*, §. *fin. ff. de damn. infect. Bart. in l.* 1. §. *denique, de aqua pluv. arcen. Et vide ſuprà per Bart. Cap. de ſervit. urb. c.* 39.

CAPUT VII.

De Servitute aquæ hauſtus.

1 *Servitus aquæ hauſtus quid propriè ſit?*
2 *Servitus aquæ hauſtus, an ſervitus dicatur?*
3 *Servitus aquæ hauſtus, an realis, vel perſonalis ſit?*
4 *Servitus aquæ hauſtus, an ſit nominata, vel innominata?*
5 *Servitus aquæ hauſtus, an ſit ruſtica, vel urbana?*
6 *Servitus aquæ hauſtus, quomodo, & qualiter, & quando conſtitui poſſit?*
7 *Servitute aquæ hauſtus, quomodo quis uti debeat?*
8 *Servitus aquæ hauſtus quomodo amittatur?*
9 *Pro ſervitute aquæ hauſtus, quæ actione agatur?*
10 *Statuto ſi prohibeatur mulieres portare perlas, an fictas, & contrafactas portare valeant?*
11 *Interdicta de fonte, &c. & de fonte reſic. ad hoc ut competant quæ requirantur?*
12 *Libellus in interdict. de fon. & de fon. reſic. quomodo formari debeat?*
13 *Poſitiones interdict. de fon. & de fon. reſic. quomodo formentur?*

SErvitus * aquæ hauſtus, eſt jus hauriendi aquam de puteo *a* vel fonte, vel de alia aqua vicini. *Et ita vult Azo. in ſumm. C. de ſer.* §. *hauſtus aquæ*, ſed ego addidi, vel de alia aqua, ut omnem aquam comprehendat, ex quas jus hauriendi aquam haberem, *arg. l.* 1. *in fin. ff. de fonte.* 1

Secundo * loco in dubium revoco, an aquæ hauſtus ſervitus dicatur? Et breviter reſpondeo ſervitutem eſſe, *ut inſtitut. de ſervit.* §. *inter ruſticorum & l.* 1. §. 1. *ibi*, ſicut diſcretæ ſunt ſervitutes ductus aquæ, & hauſtus aquæ, *ff. de fonte, l. ſi prim*, §. *via publica, ff. de aqua pluv. arcend. & leg. Mela*, §. *fin. ff. de ali. & cib. leg. & probatur per text. cum gloſſ. in l.* 1. §. *in prædiis, ff. de ſervit. ruſtic. prædior.* quod intellige quando debetur jus hauriendi aquam neceſſariam agro, vel laboratoribus in eo agro, *ut not. gloſſ. in dict.* §. *inter ruſticorum*, & probatur *in dict.* §. *fin.* & ibi hoc vult Paul. de Caſtr. qui dicit, quod intelligit illum text. quando ſervitus 2

ſervitus aquæ hauſtus acquiritur per habentem prædium vicinum pro utilitate ipſius prædii, & tunc dicitur ſervitus realis, alias ſecus, *ut nota. per gloſſ. & Dd. in l. ut pomum. ff. de ſervit. & leg. pecoris, ff. de ſervit. ruſt. præd. & per gloſſ. Bart. & Dd. in dict. l. Mela. §. fin.* quod declara *ut pleniſſime dixi ſuprà in* 1. *lib. in princip. poſt. diſtinctionem ſervit. in verſic. ſed dubium pulchrum & ſubtile, quomodo cognoſcatur, &c. & in tit. præcedenti.* 2. *quæſt. principali*, ubi plene diſputatum eſt, an hujuſmodi ſervitutes ſint reales vel perſonales: & quæ ſit utilitas hoc intelligere.

3 Tertio * dubitari poteſt, qualis ſit iſta ſervitus, & primo an ſit realis, vel perſonalis, & hoc patet ex his quæ proximè dixi.

4 Quarto * an ſit nominata, vel innominata. Et gloſſ. *in l.* 1. §. *in præd. de ſerv. ruſt. præd.* tenet quod iſta ſervitus & aliæ ibi poſitæ ſint innominatæ: & hoc ibi ſequitur Paul. de Caſtr. Sed ego aliqua dixi ſuprà, *in* 1. *lib. in* 2. *diviſione ſervitutis, verſic.* 2. *diviſio ſervitutis eſt, dic ut ibi.*

5 Quinto, * an iſta ſervitus ſit ruſtica vel urbana: collige ex his quæ dicta ſunt, *in l.* 1. *lib. diviſ. ſerv. verſic.* 4. *diviſ. ſervit.*

6 Sexto quæritur, quomodo & qualiter & quando conſtitui poſſit hæc ſervitus? Et dic quod poteſt expreſſim concèdi jus hauriendi aquam, & ineſt iter ad fontem vel aquam, & ſi concedatur jus ad fontem, ineſt & hauſtus aquæ, *ut l.* 3. §. *qui hauſtrum, ff. de ſerv. ruſt. præd. & not. gloſſ. fin. in l. quamvis, C. de fidejuſſo. & Azo. in ſumm, C. de ſervit. §. hauſtus aquæ* Et prædicta intellige, quando tenet conceſſio hauſtus aquæ, puta quia eſt facta in fonte privato, ſi autem non teneat, quia facta in flumine public. tunc non tenet itineris tacita conceſſio, quæ expreſſim ad flumen publicum fieri potuit. *ut d. l.* 3. §. *ult.* Et eſt ratio quia quando expreſſum eſt invalidum, nec valet quod tacite ineſt. Simile habetur, *Cod. ſi pen. appell. mors, inter, leg. ſi is qui. ff. de don. inter vir. & uxor. l. ſi ſponſus, §. ſi maritus, & not. per gloſſ. & Dd. in d. §. fin.* & non ſolum ſi concedatur jus hauriendi aquam ſimpliciter, venit iter, *ut dixi per d. l.* 5. §. *fin.* ſed etiamſi concederetur hauſtus tantum: *ut probatur in dict. §. fin. ver. tantum, & l.* 1. §. 1. *ff. ſi uſufruct. pe. & ibi gloſſ. in verſic. aditus, & per leg. per ſervum, §.* 1. *& ibi gloſſ. de uſu & hab. & l. ſi ita ſcriptum, §. regula ff. de libe. & poſt.* Item iſta ſervitus aquæ hauſtus imponi poteſt ac conſuevit, quando aqua eſt perennis, ſed duci non poteſt ut putealis: & quæ ita eſt ſubmerſa, ut defluere extra meatus ſuos, & uſui eſſe non poſſit, *ut eſt text. in l.* 1. §. *loquitur, ff. de aqua quotid. & æſtiv.* Item aquæ hauſtus poteſt per eundem locum ut hauriatur, pluribus concedi, ſicut aquæductus, ut eiſdem vel diverſis diebus & horis ducatur vel hauriatur, ſi aqua ſufficiens eſt, *ut l.* 2. §. 1. *& fin. ff. de ſervit. ruſtic. præd. pro hoc leg. Lucio, ff. de aqua quot. & æſtiv. & adde quæ dixi in titul. præced. in* 6. *&* 7. *quæſt. principali* Item poteſt concèdi uni ut alteri cedat, *ut leg. cum eſſent, §.* 1. *in fin. & ibi per gloſſ. & Dd. de ſervit. ruſtic. præd.* Item non poteſt hæc ſervitus aquæ hauſtus imponi in alieno, niſi vicinum habeat fundum ille, cui ſervitus conſtituitur, *l. ergo, ff. de ſerv. ruſt. prædio.* nec poteſt ultra concedi quam quatenus ad eum fundum opus ſit, *ut dict. l. ergo in fin. & not. Bart. in l. eadem, §. Cato, ff. de verb. oblig. in* 6. *q.*

Item

Item via publica interveniente ſervitus hauſtus conſtitui poteſt: & non ſolum ſi via publica interveniat, ſed etiamſi flumen publicum, ſi non ſit impedimento tranſeunti magnitudo fluminis, putà quia vado tranſiri poteſt, *l. ſi prim,§.via publica.cum § ſequ. ff. de aqua pluv. arcen.* ſed loco religioſo, vel ſancto quo fas non ſit uti, tunc non poteſt ſervitus hauſtus conſtitui, vel ſi in medio ſi fundus alienus inter me & te, niſi medius dominus iter ad tranſeundum conceſſerit, *ut d. l. ſi prius,§.ſed ſi fundus.* Similiter ſi ex flumine publico hauſtu aquæ velim uti, & illi flumini ager tuus proximus ſit, iter ad flumen concedi poteſt, aliàs ad flumen pro aqua haurienda ire non poſſet, *ut eſt caſus not. in d. l. ſi prim, §. fin.cum gloſſ.de aqua pluv arcen.* Et eſt ratio, quia regulariter non poteſt quis ire per fundum alienum domino nolente, *l. divus,ff de ſerv.ruſt. præd.* Fallit in quibuſdam caſibus, *ut plenè dixi ſuprà in tit. de ſerv. itin. ver. quæro an quis currit.*

7 Septimo * quæritur quomodo quis uti debeat ſervitute aquæ hauſtus? & in hoc conſidera cui debeatur ſervitus aquæ hauſtus, & quis debeat ſervitutem. Si quæris de eo cui ſervitus debetur, dic quod ipſe debet uti eo modo, quo uti ſolitus eſt, vel eſt ſibi conceſſum, *arg.l.3.C.de aquæduct.lib.* 11. & debet ita uti? ut alii non cedat, niſi domino aquæ volente, *ut leg. cum eſſent. §.1.ff de ſerv.ruſt. præd.* Si vero quæris de ſervitute debente, dic quod non debet aliàs facere, propter quod tollatur hauſtus aquæ, puta ex aperto terrenum facere, & claudere, *ut eſt text. in l. 2. ff.de rivis,& dixi ſupr. tit. proximè, in 8. quæſt.princ.verſic.ſed circa prædicta dubitari poteſt.* & ea quæ dicuntur in d. q. princip. poſſunt adduci ad declarationem hujus q. Et adde quod ille qui habet jus hauriendi aquam non debet etiam de publico in eo jure turbari, quo uſus eſt tanto tempore, cujus non extat memoria, *ut d. l. 3. C. de aquæduct. & ibi per Bart.*

Octavo * quæritur quomodo & quando amittatur iſta? Dic ſi quis habet hauſtum per tempus quo ſervitus amittatur, & non ierit ad fontem, nec aquam hauſerit, hauſtus iter amiſit, *l. Labeo.* 17. aliàs incipit, *ſi is* ſecundum unam lecturam gloſſ. 1. videlicet quod ibi dicatur, *non ierit,ff.quemadmod ſerv. amitt. leg. Item ſi ierit ad fontem, & aquam non hauſit,* ut eſt ibi text. *ſecundum aliam lect. gloſſ.* videlicet quod ibi non ſit illa dictio, Non. & iſta ſecunda lectura eſt melior, quia prima non habet dubitationem, *ſecundum Flor. ibi & ſic not.* quod qui perdit principale, *b* perdit acceſſorium, vel qui amiſit antecedens, amittit conſequens. & vide quæ not. Innoc. *per d. l. Labeo. in c. cum officio, in gloſſ,* 1. *ut eſt not. extra de paſc.* quod ſequitur, An. *& not. in dict. leg. ſi* Nec obſt. *leg. ſi partem* 19. *in princ. eod. titul.* quia ibi loquitur in jure quærendo, *l. Labeo.* loquitur jure quæſito perdendo, & quanto tempore amittantur ſervitutes, *vide ea quæ dixi in* 1. *lib. in* 19. *quæſt. in princip. & in tit. præceden. in* 10 *q.princ.* Item amittitur iſta ſervitus, ſi quis alia aqua uſus fuerit, de qua ſervitute imponenda non eſt actum, *l. ſi quis alia in princ. & l.1.§.illud autem,de aqua quo. & æſtiv.* Sed quid ſi ivi per aliam viam ad hauriendum per 10. annos, non per conſtitutam, an utrumque ſit amiſſum, ſcilicet jus itineris, & jus aquæ hauſtus, *gloſſ.in l. 3.§.qui habet hauſtum in verſi. ad hauriendum, ff.de ſerv. ruſt.præd.* diſtinguit, ſi hauſtus eſt acceſſorius itineri, quod eſſe poteſt, ut ibi, & ſuprà dixi:

Digitized by Google

dixit: & tunc utrumque amittitur: ſi è contra non: quia inter eſt acceſſorium ad aquæ hauſtum. *argum. C. ſi penden. appar. mors inter. l. ſi ii.* Si autem utrumque principaliter tenetur, iter retinetur etiam per hauſtum, *ut d. §. qui habet hauſtum, ibi, ſive hauriendi aquam arg. C. de agri. & cenſi. l. cum ſancimus, §. fin. lib.* 11. Multis etiam aliis modis poteſt amitti iſta ſervitus aquæ hauſtus, quos collige ex his quæ dixi ſupra *in proxim. in d. pr.*

9 Nono * quæritur, qua actione agatur. Reſpondeo, ſi quis vult ſe fundare ex eo quòd conſtituta ſibi ſit ſervitus aquæ hauſtus, & agere petitorio: tunc competit actio confeſſoria, *leg.* 2. *§.* 1. *ff. ſi ſervit. vend.* & ibi plenè per Flor. & Dd. & per Bart. Dd. *in leg. & ſi prius, ff. de nov. oper. nunc.* Si quis vult agere poſſeſſorio, prodita ſunt duo interdicta. Unum eſt de fonte, quod competit quando quis habet jus hauriendi aquam de fonte, vel puteo vel piſcina, vel lacu, & ab aliquo impeditur. Aliud eſt interdictum de fonte reficiendo, & competit quando quis vult fontem, vel puteum, vel piſcinam, vel lacum, quorum aqua utitur, reficere vel purgare, & ab aliquo impeditur, *ff. de fonte, leg.* 1. *§.* 1. *& §. Deinde ait.* & ita Joann. in arbore ſua actionum poſuit duos circulos, in quibus deſcripſit hæc duo interdicta, ſecundùm Spec. *in tit. de cauſa poſſeſſ. & propriè. §. Privata, verſ. Porrò plerumque quis habet*, & Rofred. *in tit. de fonte reficiendo, in princ.* Et advertè: quia illa interdicta de fonte reficiendo, vel purgando competunt pro aqua viva, & ſunt directa; quia verba leg. & mens concurrunt, & ita loquitur totus tit. *ff. de fonte, maximè, l.* 1. *§. Hoc interdictum de ciſterna, eod. tit. l.* 1. *§. Loquitur, ff. de aqua quotid. & æſtiva.* Sed ſi eſt aqua non viva, ſicut ciſterna, quæ imbribus concipitur, *ut de §. Hoc interdum de ciſterna.* Sicut in multis locis communiter non reperitur aqua viva, ut in Apulia, vel Venetiis, & tunc videtur, quod non competat hoc interdictum, *per d. §.* Tamen ſecundùm Rofred. *in præd. tit.* ille tex. debes intelligi, quod etſi non competat aliquod interdictum de prædictis directè, quia verba edicti de fonte deficiunt: tamen utile interdictum competit: & ita etiam tenet Bartol. *in d. §. Hoc interdictum de ciſterna.* & illum tex. dixit eleganter Bart. facere ad quæſt.

Statuto * prohibetur ſub pœna 10
mulieres portare perlas, modo quædam mulier portat perlas, fictas, & contrafactas, an puniatur pœna ſtatuti? Et dic quod non, debent enim naturales, & non fictæ eſſe *argu. d. §. Hoc interdictum de ciſterna.* & ita aliàs judicavi in civitate Veronæ. Et adde quod portare perlas, vel veſtes prohibitas non eſt propriè delictum, ſed quædam abuſio *ſecundùm Cyn. in conſ. ſuo quod incipit, In ſtudio Azardi.* & talis abuſio eſt levis, ideò propter eam quis non eſſet corpore puniendus *ut not.* Bald. *in l. quicquid in* 2. *col. C. de ſerv. fugit.* & talia ſtatuta ſunt irrationabilia, ideò non debent extendi ſecundum Bald. *in l. quod non ratione. in fin. ff. de leg.* & circa iſtam materiam ſtatutorum prohibentium portare perlas vel certas veſtes, vel jocalia, *vide quæ not.* Joan. Andr. *in ea qua fiunt à judice de reg. jur. in 6. in mercurialibus &* per Albert. de Roſ. *in l. factum à judic. ff. de reg. jur. & in ſuo opere ſtatutorum in* 2. *part. quæſt.* 207. *& per* Ant. de Butr. *in ſuo tractatu de ornatu utili, & habetur per text. & gloſſ.* 22. *quæſt.* 1. *per totum, & ego dixi plenè in l. mulieris*

in princip. in II. *qu. ff. de verbor. ſignif.* Et adde quod pro iſto jure hauriendi aquam, ve ducendi quando quis non permittit me uti, vel amovet ipſum aquæ hauſtum, vel ipſam aquam, poſſum implorare officium judicis, ut faciat me retinere, coërcens adverſarium, & rei competentem formam dans: & hoc quando habebam illum uſum jure ſervitutis, aliàs competeret confeſſoria, *ut dixi in principio hujus quæſt. l. ſicuti* §. *Ariſtot. D. ſi ſerv. vend.* ita dicit Specul. *in tit. de offic. judic.* §. 2. *verſic.* Item imploratur loco principalis actio.

11 Undecimo * quæritur quot ſint neceſſaria ad hoc, ut illa duo interdicta competere poſſint, & ſic ſecundùm Rofred. *in titulo de interdicto, de fonte reficiendo*, quod ſex ſunt neceſſaria. Primum quod fons ſit, ſive puteus, vel lacus, vel piſcina. Secundum, quod in illis ſit aqua viva, aliàs non habet locum hoc interdictum directè ſed utile *ut l. prima* §. *hoc interdict.* Tertium ut prohibeatur, ſive haurire aquam, ſive puteum aperire, ut ibi. Quartum quod quis velit purgare fontem, vel lacum, vel puteum, vel piſcinam. *ff. eod. l.* 1. §. *deinde.* Quintum, quod ille qui fuit uſus, fuerit uſus hoc anno, non vi, non clam, non precario *ff. eod. l.* 1. *in principio* §. *& deinde.* Sextum quod ita quis utatur vel purget eo modo, ſicuti conſuetus eſt uti, ſive purgare. *ff. eod. l.* 1. §. *hoc interdictum.* ſi vero quis velit purgare fontem, vel coërcere aquam ne fluat, vel dilabatur, non competit hoc interdictum. *ff. eod. l.* §. 1.

12 Duodecimo * quæritur quomodo debeat formari libellus in his interdictis? Dic in interdicto de fonte poteſt ſic formari: Coram vobis, & cæt. compareo ego B. & conquero de M. qui me prohibet, vel impedit uti aqua de fonte, lacu, puteo, vel piſcina tali cujus tales ſunt fines: qua aqua uſus ſum hoc anno non vi, non clam, non precario, unde ne me impediat uti ſicut uſus ſum hoc anno, ago contra ipſum: & ad hoc propono interdictum de fonte, vel actionem in factum: iſta forma libelli probatur. *in l.* 1. *in princ. ff. eod.* In interdicto verò de fonte reficien. poteſt ita libellum concipere: coram vobis, &c. compareo ego B. contra Titium, qui me prohibet purgare talem fontem, vel reficere piſcinam, lacum, vel puteum, cujus tales ſunt fines; unde ne me prohibeat purgare prædicta, ſicut eſt mihi jus purgandi: vel non impediat uti, ſicut uſus ſum hoc anno, non vi, non clam, non precario, ago contra ipſum, & ad hoc propono interdictum de fonte reficiendo, vel actionem in factum: & probatur iſta libelli conceptio *in l.* 1: §. *deinde D. de fonte*, & de his vide Rofr. *in hoc interdicto de fonte reficiendo*, & per Specu. *de titul. de cauſa poſſeſſ. & propriè.* §. *privat. verſicul. porro plerumque quis.*

Decimo tertio * & ultimo quæritur 13 quomodo formentur poſitiones, vel capitula? Et primò actor poteſt ita formare. Ego A. dico quòd in tali loco cujus tales ſunt confines, eſt fons, vel puteus, vel lacus, vel piſcina. Item quod in illis eſt aqua viva, & hoc dicas quod eſt aqua viva, & competit interdictum directè: ſed ſi non eſt aqua viva, hoc non dicas, & competit utile interdictum, *ut dixi in* 7. *quæſtione.* Item quòd tu prohibes me uti aqua illa, non vi, non clam, non precario. Econtra autem poterit reus ita dicere: Ego M. dico quòd in tali loco fluit fons, ſed deſiit eſſe, & ſi hoc confitetur actor, ſuccumbit: Item quod in illo

illo eſt aqua collecta de ſudoribus, & ſi hoc actor confitetur, ſuccumbit: quia non competit interdictum, niſi pro aqua viva, quod intellige de directo: ſed utile benè competit, ut ſæpius dictum eſt. Item quod tu uſus fuiſti hoc anno aqua illa, vi, clam vel precario à me. Item quod Titius te prohibet uti aqua illa, vel purgare fontem aliter quam uſus fueris. Item vis quærere venas, ſive aperire, *ut D. de fonte, l. 1. §. fin. & de hoc vide per Roſr. in hoc interdict. de fonde reficiendo, & Specu. in titul. de cauſa poſſ. & propriè verſ. porrò, plerumque quis habet jus.*

ADDITIO.

a *Aquam de puteo vicini.* Servitute aquæ hauriendæ de puteo vicini debet quis uti de die non de nocte, *l. iter.* & ibi Bart. *commun prædio.* Lud. in ſuis ſing. qui dicit illum text. eſſe ad hoc ſing. ſi non utatur de die, perdit eam, licet utatur de nocte tantùm, *l. ſi communem, §. ſi is qui. quib. mod. ſerv. amitt. & vide ſupra per Bart. Capol. de ſerv. urb. c.* 38.

b *Principale.* Principale trahit ad ſe acceſſorium etiam precioſius ipſo principali, *l. hæres meus. §. final. de leg.* 3. Et principale habet idem jus quod eſt de acceſſorio, *in Specul. de litis conteſta. §. nunc dicamus, verſicul. item numquid.*

CAPUT VIII.

De ſervitute pecoris ad aquam appulſus.

1 *Pecoris ad aquam appulſus quid ſit?*

2 *Jus pecoris appulſus ad aquam an ſervitus ſit?*

3 *Servitus appulſus pecoris ad aquam an nominata, vel innominata ſit?*

4 *Servitute appulſus pecoris ad aquam qualiter quis uti debeat?*

5 *Servitute appulſus pecoris ad aquam qua actione aliquis uti debeat, & ut competat quot neceſſaria ſint: & quomodo libellus, & poſitiones formentur?*

PEcoris * ad aquam appulſus eſt habere jus appellendi pecoris agri mei per prædium vicini ad fontem, vel puteum, *ut l. 1. §. in prædiis D. de ſervit. ruſt. præd. & inſtitut. de ſerv. §. inter ruſticorum, D. notat. Azo in ſumma, C. de ſerv. §. pecoris.* 1

Sed * dubium eſt, an iſtud jus pecoris appulſus ad aquam ſit ſervitus? Et videtur quod non: nam pecora ſunt mobilia: & in pecoribus, & in rebus mobilibus non conſiſtit ſervitus prædialis, ſed eſt quædam facultas quæ ſapit in dubio realitatem: & ſi aliquis legat mihi jus pecoris appellendi, cedit hoc legatum à morte teſtatoris, *ita dicit Bald. in l. unica, §. libertatibus, in penult. quæſt. Cod. de cad. tollendis. & pro hoc videtur eſſe text. in l. 1. Mela. § fin. D. de ali. & cib. leg.* In contrarium videtur, quod imò ſit ſervitus prædio. ruſtic. *per dictam l. 1. §. in prædiis & ibi gloſſ.* hoc tenet, & *per d. §. ruſticorum cum gloſſ.* Sed tu dic: aut pecora ſunt conſtituta ad agrum ſtercorandum, & debent vivere in fundo tuo, & tunc eſt ſervitus realis ſeu prædialis, & ruſticalis, ut in juribus proximè allegat, & hoc modo debet intelligi rubrica noſtra, aliàs ſecus, *& ita tenet gloſſ. in d. §. inter ruſticorum, & Azo. in ſumma in d. § pecoris,*

qui

qui intelligit hanc eſſe ſervitutem, quando ex prædio meo non poſſem percipere aliam ſervitutem, niſi quod ibi contineantur pecora; vel etiam quando percipio ex fundo fructus, vel ſegetes cultura pecorum, id eſt boum, per quos colitur fundus, propter quod habeo neceſſe pecora appellere in fundum vicinum: & prædictis adde, *quæ dixi in tit. præcedenti, in 2. quæſtione.*

3 Tertiò * dubitatur, an iſta ſervitus ſit nominata, vel innominata. Ego alias dixi, remittendo me in titulo præcedenti in 3. q. & idem dicas in 7. ſervitutib. ſequentib.

4 Quartò * dubitatur qualiter uti debet quis hac ſervitute? Dic quod non debet appellere majorem numerum pecorum ad aquam, & ſi major numerus appelletur: non in omnibus pecoribus, tunc prohibendum eſſe, Marcellus ait: quia pecora ſeparari poſſunt, licet Trebatius dixerit univerſum pecus impunè prohiberi: quia junctum pecus ei pecori cui appulſus debetur, totum corrumpet pecoris appulſum: *ut l.* 1. §. *Trebatius, & §. ſequent. D. de aqua quotidiana, & æſtiva.* Et eſt ratio, quia in ſeparabilibus utile *a* per inutile non vitiatur, *ut ibi, & l. ſi ſponſus, §. generaliter, Digeſtis de donationibus inter virum, & uxorem, cum ſimilibus.*

5 Quintò * & ultimò dubitari poteſt, qua actione agi debeat pro iſta ſervitute, & quot ſint neceſſaria, ut competat, & quomodo formetur libellus, & poſitiones, ſive capitula? Et breviter dic, ut dictum eſt in titulo præcedenti, quia ea quæ ibi dicta ſunt, locum habere poſſunt etiam in iſta ſervitute, & probatur, *in lege* 1. §. *ſi quis uti: D. de fonte.* & hoc ſentit Roffre. *in tit. de interdicto de fonte reficiendo*, & ponit tanquam paria, ſervitutem pecoris ad aquam appulſus, & ſervitutem hauſtus aquæ, & ſimiliter facit Specul. *in tit. de poſſ. & propriet.* §. *priv. verſic. porro.*

ADDITIO.

a *Utile.* Utile per inutile non vitiatur, *l.* 1. § *penult. & ibi Bart. in* 1. *oper. & Dd. de verb. oblig. & l. hac conſultiſſima,* §. *ex imperfecto* 2. *reſponſ. Cod. de teſtam. l. fin. Cod. fam. erc. & in l. certi,* § *quoniam in* 3. *volum.* Et ibi vid Bald. qui ponit 10. caſus in quibus utile per inutile vitiatur. *D. ſi cert. pet. & vide in l. ſervum filii,* §. *antepenult. per Bart. de leg. & in l. qui teſtam. de legat.* 2. *& ibi gloſſ. in l. ſi ita ſtipulatus, ad finem tit.*

CAPUT IX.

De ſervitute juris paſcendi.

1 *Servitus juris paſcendi quid proprie ſit?*

2 *Pecoris appellatione comprehenduntur omnes quadrupedes quæ gregatim paſcuntur.*

3 *Paſcua quæ dicantur?*

4 *Paſcuum quotuplex ſit?*

5 *Juris paſcendi ſervitus, an ruſtica, vel urbana exiſtat?*

6 *Servitus juris paſcendi qualiter acquiratur?*

7 *Fundo vendito, vel legato, an videantur vendita paſcua quæ ſunt, vel in aliis prædiis venditoris debentur?*

8 *Univerſitas alicujus villæ ſi rem non communem emerit ut jus paſcendi haberet, & aliquis de dicta villa ſua prædia vendiderit an*

an veniat in dicta venditione jus paſcendi, quod dictus venditor habeat?

9 Venditione molendini per aliquem facta, quo caſu etiam alterius molendini poſtea veniat: etiamſi in venditione de ea mentio facta non ſit?

10 Teſtes ubi plures quam duo haberi poſſunt, duo de univerſitate non ſufficerent.

11 Monachi ſinguli in cauſa ſuæ univerſitatis teſtificari poſſunt.

12 Teſtis examinatus in cauſa univerſitatis, puta paſcui, ſi ſentiat commodum, & dicat quod non: an falſum dixiſſe intelligatur?

13 Statutum ſi ſit in civitate ut in talibus pratis homines beſtias ad paſcendum intra terminos deſignatos tenere nequeant? & ſic in certa prati parte paſci poterit, & in certa non: & quidam accuſatus fuerit, quòd in dictis pratis beſtias tenuerit, nec fuerit dictum in accuſatione intra terminos deſignatos, ſed ſimpliciter probatum fuerit, an ex hoc condemnatio ſequi valeat?

14 Statuti forma, ſi magnates non poſſint intrare palatium ante pulſationem campanæ ſub certa pœna, an condemnatio ſequi poſſit, niſi introitus explicitè probetur?

15 Creditor ſi hypotecaria agat contra ipſum poſſeſſorem: & poſſeſſor confiteatur rem de bonis debitoris fuiſſe, ſed negat fuiſſe obligationis contractæ tempore, quid juris?

16 Tempus aliquod punctualiter ubicunque de ſubſtantia fuerit ad victoriam reportandam: illud tempus liquido, & punctualiter probari debet.

17 Servitute juris paſcendi quomodo quiſpiam uti debeat?

18 Servitus, vel paſcendi jus ſi in fundo alieno conſtituta fuerit, an cum omni pecore cujuſcunque generis paſcere poſſit?

19 Servitus ſi de pecudibus ſimpliciter conſtituta ſit, & reperiantur pecudes nobiles, ſicut ſunt Veronenſes, & ignobiles, ſicuti aliæ Italæ: an de omnibus indifferenter ipſa ſervitus conſtituta intelligatur?

20 Paſcui cum pecoribus morboſis, ſeu peſtiferis nullus uti poteſt.

21 Infectionis timor ubicunque fuerit etiam de civitate expulſio fieri poterit.

22 Paſcendi juris ſervitutem habens in alieno fundo, an ipſam ſervitutem dividere debeat?

23 Paſcendi jus præter juſtitiam per tyrannum in prædiis alienis aquiſitum, an Eccleſiam tranſeat?

24 Paſcendi jus quanto tempore præſcribatur?

25 Juris paſcendi poſſeſſio, vel quaſi ſervitus quomodo probetur?

26 Univerſitatis 10. vel 20. ſi aliquo nemore tanto tempore uſi fuerint, quod non extet memoria in contrarium: an ipſi univerſitati jus quæſitum videatur?

27 Actus agentium ultra eorum intentionem operari non debent.

28 Paſcendi jus villæ, vel univerſitati competens, an per decem homines villæ, vel univerſitatis probari poſſit?

29 In obligationibus facti obligatio ad intereſſe venit.

30 Animal qui in fundo reperit, in quo ſibi juris paſcendi ſervitus debetur, an ipſum occidere poſſit, vel retinere, donec damnum reficiatur quod dedit, vel donec cujus ſit animal illud, cognoſcatur?

31 *Servitus juris paſcendi quomodo ammittatur?*

32 *Juris paſcendi ſervitus pro certo pecudum numero ſi uni debetur, & ipſe ampliori uſus fuerit, an propter hoc ipſa ſervitus amittatur?*

33 *Servitus juris paſcendi cum certo pecudum genere, ſi uni debeatur, & ipſe cum alio genere ſervitute uſus fuerit, an propter hoc ipſa ſervitus ammittatur?*

34 *Servitus juris paſcendi, an perdatur, ſi locus ſervitutem debens per tyrannum occupatus fuerit, qui illis paſcuis uſus ſit?*

35 *Paſcua ſi aliquod commune emerit, & de communi unus vendiderit fundum ſuum proprium cum omni jure ſibi ſpectante: an per hoc ſervitutem, vel ſaltem ipſum jus paſcendi amiſiſſe videatur?*

49 *Juris paſcendi pro ſervitute, qua actione agi debeat?*

37 *Actio quæ competat illi, in cujus fundo contra ſervitutem debitam quiſpiam paſcitur?*

38 *Fundi, vel pecorum, vel temporis paſcendi jus habens, an alium cogere poſſit ad diviſionem?*

39 *Communioni ſtare nemo cogitur.*

40 *Prædii ſervientis dominus an poſſit loca, in quibus alteri ſervitutem debet, & etiam jus paſcendi, puta paſcua, & ligna ad culturam reducere invito domino prædii dominantis, cui juris paſcendi ſervitus debetur?*

41 *Et è contra, an ille cui hæc ſervitus debetur invito fundi domino poſſit ad paſcua reducere, ita ut meliora efficiantur?*

42 *Prædii ſervientis dominus ſi reduxerit paſcua ad culturam, puta ad ſegetes, vites, propter quod paſcua impediuntur ei, cui ſervitus juris paſcendi debetur, an cogi poſſit ad reducendum prædia ad paſcua, ſicuti tempore ſervitutis impoſita erant, an verò ad intereſſe agi debeat?*

43 *Obligatio non faciendi, obligatio faciendi dicitur.*

44 *Actiones ſuas remittentibus regreſſus dandus non eſt.*

45 *Actione in noxali emendatio damni eſt in obligatione: & datio damni pro noxa eſt in ſolutione.*

46 *Paſcere in agro alieno, an & quando liceat?*

47 *Paſcere in paſcuis publicis, & privatis, in quibus ipſa ſervitus impoſita non eſt, an & quando liceát?*

48 *Animal in paſcuis dimiſſum, an per illum poſſideatur qui id ibi dimiſit?*

49 *Paſtor ſi animalia per inſidioſa loca ad paſcendum conduxerit, & ea amiſerit, an de culpa teneatur?*

50 *Paſcui in poſſeſſione ſi quiſpiam fuerit: & eo certo anni tempore utatur, an per hoc ſuam poſſeſſionem retineat?*

SErvitus * juris paſcendi, eſt ejus pecoris paſcendi in fundo alieno agri mei cauſa: *ut l.* 1. *paragrapho in prædiis, D. de ſerv. ruſtic. præd. & inſtitut. de ſervitut. paragrapho inter ruſticorum, & l. qui ſervandarum, paragrapho fin de præſcript. verb.* & dixi eſſe jus quia ſervitutes ſunt jura: *ut inſtit. de ſerv. in princ. & l.* 1. *in princip. ff. de ſerv. ruſt. præd. & l. hæc autem jura, in princ. eod. tit. & l.* 2. *§. in prædiis, ff. de ſerv. ruſt. præd.* 1

Pecoris * etiam dixi: quia hoc nomen eſt generale & comprehendit omnes quadrupedes quæ gregatim paſcuntur, *l. legat. §. pecudib. ff. de legat.* 3. 2

& *inſtit. ad legem Aquil. in prin.* & *Dd. eod. l.* 2. & quia leg. 12. Tabul. loquebatur de paſtu pecoris, *ut dict. leg. qui ſervandarum*, §. *fin. l. final. C. ad Aquil.* & *per hoc l. Julianus*, §. *glans. D. ad exhiben. l. ſi pecora paſcenda. C. de pact.* dixi paſcendi quia hæc ſervitus locum habet in pecoribus paſcendis, vel quæ paſcuntur: *ut probatur in l. pecoris paſcendi, D. de ſerv. ruſt. præd.* & *in juribus. ſupra proximè allegatis.* Dixi in fundo, quia ſi res nemini ſervit. *l. in re communi, D. de ſerv. ruſt. præd.* & *l. uti frui. D. ſi uſus fruct. pet.* & *probatur in d. l. qui ſervandarum* §. *fin.* Ultimo dixi: agri mei, quia ſi haberem fundum pro quo tenerem pecora paſcenda, non poſſet eſſe tale jus paſcendi, ſervitus præſertim realis ſeu prædialis, ſed eſſet ſervitus perſonalis ſeu jus perſonale: *ut eſt text. cum gl. ordin. in verb. except. in l. ſi quis binas ædes D. de uſufruct.* & *text. cum gloſſ.* & *ibi Dd. in leg. peccoris*, & *not. per gloſſ.* & *Dd. in l. pomum, D. de ſervit.* & *per text. gloſſ. Bart.* & *Dd. in l. Mela.* §. *ſi de alim.* & *lib. l.* Circa quod vide quæ plene dixi, *in* 2. *lib. in princ. poſt. diffin. ſerv.* & *titul. de aquaduct.* 2. *quæſt.*

3 Viſa * diffinitione hujus ſervitutis juris paſcendi, quæro primo quæ dicantur paſcua? Et dic, paſcua ſive ſaltus dicuntur loca ubi beſtiæ paſcuntur, *l. ſylva cædua*, §. *final. D. de verbor. ſignific.* & *l. divortio.* §. *plane, D. ſolu. matr.* & *l.* 1. *per tot. titu. C. de paſcuis publ. vel pr. lib.* 11. & *vide gloſſ. in d.* §. *plane.* ubi dicitur, quæ paſcuis pecudum eſt deſtinata, *ut d. ſylva cædua* §. *fin.*

4 Quæro * ſecundo quotuplex eſt paſcuum? Dic duplex. Nam quoddam eſt publicum, & quoddam privatum, *ut probatur in rubr. per totum titu. C. de paſc publ. vel pri. lib.* 11. de paſcuis public. dicemus in 12. & ultim. quæſt. princ.

Quæro tertio, * an ſervitus juris paſcendi ſit ruſtica vel urbana? dic inſpiciendum eſſe fundum, propter quem debetur jus paſcendi: quoniam ſervitus judicatur ruſtica vel urbana, prout eſt fundus, cui ſervitus debetur, *ut not. glo. in verſ. aream, in l.* 1. *de ſerv. ruſt. præd.* ideo fundus, propter quem debetur iſta ſervitus, juxta not. *per gloſſ. in l. pecoris, D. de ſervitut. ruſt. præd.* & *ea quæ dixi ſupra in* 1. *quæſt. in fin.* ſi eſt urbanus, erit urbana: & ſi ruſticus, erit ruſtica. poſſet enim eſſe quod in loco non eſſet abundantia terræ, puta quod in aliquo caſtello tunc eſſet neceſſarium tenere pecora cauſa ſtercorandi fundum urbanum, in quo eſſet hortus pro uſu familiæ: *ut l. urbana prædii, cum ibi not. per gloſſ.* & *Dd. ff. de verbor. ſignific.* circa quod vide *quæ plene dixi in* 1. *lib. in* 4. *diviſi. ſervitut.* & *per ea quæ dicuntur ibi declaratur iſta quæſtio.* 5

Quæro * quarto quomodo acquiratur iſta ſervitus? dic quod pluribus modis: primo inſtitutione vel alia ultima voluntate, ſi jus paſcendi relinquatur. *argumen. Inſtitut. de ſervitut.* §. *final.* & *de uſufruct.* §. *primo*, & *l. uſufructus pluribus modis, D. de uſufruct. l. corruptionem in princip. C. eodem titul. cum ſimilibus.* Secundo pactionibus & ſtipulationibus vel contractibus, puta emptione, venditione, vel donatione: *ut probatur Inſtitut. de ſervit.* §. *penultim. cum gloſſ. in verſic. pactionibus*, & *inſtitutionib. de uſufructu.* §. *ſine teſtamento.* 6

Sed * circa hoc dubitatur an vendito vel legato fundo videantur vendita paſcua quæ ſunt debentur in aliis prædiis venditoris? Et in hoc diſtingue 7

Aut

Aut paſcua erant deputata ad uſum fundi venditi, & cum eo uno nomine nuncupata, & tunc veniunt etiam paſcua *ut eſt caſus, & ibi hoc notat* Bart. *in l. Sejæ§. Tyrrannæ. ff. de fundo inſtruct. & probatur in l. teſtatrix, §. primò, ff. ſi ſervit. vend. facit l. fin. in princip. cum notat, ff. de ſerv. urb. præd. & in dict. l. teſtatrix, in princ. in l. prima, cum ibi not. per gloſſ.* & Bart. *ff. de reb. dubiis.* Aut dicta paſcua erant deputata ad uſum fundi venditi: ſed uno nomine non erant nuncupata: & tunc illa paſcua fuerunt empta, quæ erant deputata ad uſum dicti fundi tantùm, *& idem per textum d. l. teſtatrix, §. primò:* quia vendendo fundum ſimpliciter præſumitur vendidiſſe totum, & cum omni jure ſibi ſpectante, niſi aliquid ſit exceptuatum*: ut l. qui tabernam, cum ibi notat. ff. de contrahend. empt. & vendic. in l. 1. Cod. quæ res pignor. oblig. poſſeſſ.* & Bald. *in l. 1. Cod. qui teſtament. facere. poſſ. & in l. ſi domus, §. fin. ff. de legat. 1. & in l. Titia teſtamento, §. Lucius Titius, de legat. 2.* & hoc intellige quando paſcua, id eſt, jus paſcendi debetur venditori in fundo alieno pro fundo vendito: quia nunc eſt propriè ſervitus: *ut d. l. teſtatrix, §. fin cum gloſſ. in verſ. Legatario, in fin. & idem* quando paſcua deberentur in fundo univerſitatis: quia nunc etiam poſſet dici ſervitus debita uni ad univerſitatem vendendi fundum proprium, ſeu debita illi fundo: quia licet fundus in quo debetur jus paſcendi, ſit univerſitatis, non tamen dicitur ſingulorum, *l. in tantùm, §. Univerſitatis, ff. de rer. diviſ. & l. ſed ſi hac, §. Qui manumittitur, cum ibi not. ff. de in jus vocan.* ſed ſi vendens haberet jus compaſcendi in fundo communi, iſta non poſſet dici propriè ſervitus: quia res ſua nemini ſervit, etiam communis, ut ſingulis, *ut l. in re communi, ff. de ſerv. urb. præd. & l. uti frui, ff. ſi uſufr. pe.* & ita debet intelligi *gl. in d. teſtatrix, §. fin. ff. ſi ſerv. vend.*

Et ex * hoc ſequitur, ſi univerſitas alicujus villæ emit ſaltem rem communem, ut jus paſcendi haberet, & aliquis de dicta villa prædia ſua propria vendiderit, ſi aliud dictum non eſt, venit in dicta venditione jus compaſcendi, quod habebat dictus venditor: *ut eſt caſus in d. l. teſtatrix, §. 1.* Et propter hoc aliàs judicavi in quæſt. mihi ſic commiſſa. 8

Quidam * habebat in flumine Atheſi unum molendinum magni pretii: quia in illo flumine propè erat alius locus pro molendino faciendo, ut aliquis non haberet cauſam conſtruendi ibi aliud molendium: & damnificandi ſuum, emit illum locum ſeu poſtam molendini ſolum, ut remaneret vacua ne damnificaretur ſuum molendinum, vendidit molendinum: ſimiliter judicavi, quod in illa venditione veniret etiam illa poſta molendini, *per dict. l. teſtatrix. §. 1. ff. ſi ſerv. vend.* & faciunt ea quæ dicta ſunt quod & not. Prædicta tamen intellige, niſi quantitas prædii ſuaderet contrarium, puta quia pretium conveniret ſolùm molendino non poſtæ molendini: quia utrum que multò plus valeret, *argum. l. 1. cum ibi not. ff. ad Treb. & argum. gloſſ. notabilis in l. 1. verſ. Agendo in fin. ff. de ſuperfi. & gloſſ. in l. ſemper in ſtipulationibus ibi.* Item actum intellige etiam tacitè ratione rei, *de reg. jur. & gl. in l. ſemper in obſcuris, eod. tit. facit. cap. 1. §. donare in tit. qualiter olim feud. po. alien. & quod not. Lud. in l. divor. §. Ob. donationes, in 2. col ff. ſoluto matrim.* & idem dico de jure paſcendi, ut non veniat in venditione facta de fundo, quando pretium conveniret ſolùm 9

ſolùm rei venditæ, & non juri etiam paſcendi, per prædicta. Aut dicta paſcua non erant deputata ad uſum fundi venditi, nec eo nomine nuncupabantur cum fundo vendito: tunc aut paſcua, ſive jus paſcendi, non debetur niſi illi qui habet certum numerum camporum 25. ſicut eſt quibuſdam locis ſtatutum: & tunc ſi quis vendiderit ſimpliciter fundum ſuum pro majori num. camporum 25. etiam non videtur vendere paſcua, ſeu jus paſculandi: quia illud jus non debetur extraneo ex forma ſtatuti, niſi habeat vigore emptionis: quia in ea non eſt nominatus, *l. in vendendo in princip. Digeſt. de contrahend. empt.* nec vigore ſtatuti: quia illud non loquitur, niſi in habentibus commodum burſale ſingulis menſibus, puta quando beſtiæ hominum illius villæ paſcuntur gratis, & ſine aliquo pretio quod detur communitati: nam tunc licet nomen ſit univerſorum, tamen effectus eſt ſingularis, *ut l. ſicut* §. 1. *ff. quod cujuſque univerſ. nom.* & *d. l in tantum.* §. *univerſitatis.* Et idem dico, quando omnis utilitas perveniret ad univerſitatem, & ea poſteà divideretur jure ſingulari, eadem ratione. Sed Archid. & Rofred. 14. *quæſtion.* 2. *c.* 1. dicit, quod licet in cauſa univerſitatis conſtitutiones de univerſitate admittantur: tamen non omninò eis plena fides adhibetur: & ſic non faciunt plenam probationem, & inducunt Antonius de Butr. *in cap. cum nuntius extra, de teſtibus*, qui dicit hoc dictum Archid. procedere quoad univerſitatem, non quoad Eccleſiam: quia res univerſitatis plus ſpectant ad ſingulos, quàm res Eccleſiæ ad ſingulos. Et ſic vult Anton. de Butr. facere differentiam inter univerſitatem, & Eccleſiam: quæ differentia non placet Joann. de Imo. *in dict. cap. cum nuntius*, ex quo commodum ita applicatur univerſitati in uno caſu ſicut in alio: nec magis ſpectat ad ſingulos in uno caſu, quam in alio.

Unde * ipſe dicit, quod ubi plures, 10
quàm duo teſtes poſſunt haberi, duo de univerſitate non ſufficerent: & hoc modo intelligatur dictum Archidia. Sed ubi non poſſunt haberi niſi duo, forte propter facti antiquitatem, tunc in ſubſidium ſtaretur dicto duorum teſtium, ex quo commodum venit applicandum univerſitati: *facit in ſimili quod not Bart. l. de minore, §. tormenta, D. de quæſt.* Ego autem in hoc articulo quantum ad materiam juris paſcendi, puto aliter eſſe dicendum iſta diſtinguendo: Si quæritur, an homines de univerſitate poſſint eſſe teſtes. Aut eſt quæſtio inter homines de univerſitate: illi diſtinctè poſſunt in teſtimonium adhiberi, & deponere pro uno de univerſitate, & pro alio: quia tunc ceſſaret cauſæ ſuſpicio: cum præſumatur teſtis in dubio diligere unum ſicut alium, ex quo cenſetur inter eos eſſe par affectus, *arg. l. l. non ſolùm, §. de uno*, & quod not. Bartol. *D. de ritu nupt.* & ita tenet Card. Zab. *in c. cum nuncius in fin. extra de teſtibus*, & per hoc facit quod not: Bart. *in l. extraneo. §. de quæſtione, D. de quæſt.* & *l. qui teſtamento, ad fin. D. de teſtament.* pro hoc eſt text. cum gloſſ. magna *in fin.* 3. *quæſt.* 5. *cap. conſanguinei*, & gloſſ. & Dd. *in cap. poſtremo de appellat.* & quod not. Bald. *in l. cum alienam, Cod. de lega.* Aut eſt quæſtio inter homines aliquos de univerſitate & extraneum, & tunc alii de univerſitate poſſunt eſſe teſtes niſi ſentirent aliquod commodum, vel ſentire poſſent: quia ſimilem cauſam haberent, *ut c. perſona, cum ibi not. extra de teſtibus.*

Aut non eſt quæſtio inter homines de univerſitate, ſed inter univerſitatem & extraneum: & tunc aut tractatur de jure paſcendi competenti tantum univerſitati, ita quod utilitatis effectus in totum vel in partem venit etiam in ſingulos de univerſitate, principaliter: quia ſinguli deſpacunt animalia ſua & tunc non poſſent teſtificari illi, qui ſunt de ipſa univerſitate: quia dicerentur eſſe teſtes in facto proprio: *l. omnibus. D. de teſtib. & l. nullus, Digeſt. eod. titul.* idem quando utilitatis effectus principaliter competeret univerſitati, & in conſequentiam ſingulis de univerſitate, puta quia univerſitas locat paſcua, & recipit pretium, quod dividit poſtea, inter ſingulos, & idem eadem ratione, *ut dixit*, facit gloſſ. ſingularis, *l. jure, Dig. ad muni & nota l. ex quacunque, Dig. ſi quis in jus voc. non je*, quod eſt intelligendum, quando ſunt ſinguli capaces illius utilitatis: aliàs ſecùs: ſicut contingit in cauſa monaſterii: quia licet quandoque de bonis monaſterii fiant portiones inter ſingulos monachos, *ut c. inſinuante, extra qui clerici, &c. dilecto, de præb.* tamen non ſinguli monachi habent jus petendi illas portiones *ut ibi not facit quod habentur in ca. 2. de ſtat. mon. &c. edoceri de reſcript.*

11 Et propterea * ſinguli monachi in cauſa ſuæ univerſitatis poterunt teſtificari, & hoc videtur tenere Card. Zab. *in d. c. cum nuntius*, qui facit differentiam inter cauſam univerſitatis ſecularis, & Eccleſiaſticæ. Aut tractatur de jure paſcendi, quod competit univerſitati tantum quia nullo modo communicatur cum ſingulis de univerſitate, nec inter eos dividitur: & tunc quæritur, numquid homines de illa univerſitate poſſint in teſtes admitti & examinari: dic quod ſic, *per l. in tantùm §. univerſitatis, Dig. de rerum div. & l. ſed ſi hac, §. qui manumittitur. D. de in jus voc.* Aut quæritur, numquid dictum eorum faciat plenam fidem, & ſic an ſint dicti teſtes omni exceptione majores? & in hoc ego tenerim: opin. Archid. videlicet quod non facerent plenam fidem, ſed præſumptionem inducant: quia negari non poteſt eos habere aliquam affectionem ad ſuam univerſitatem; quia communiter habere conſueverunt, ideò hoc præſumere debemus, *arg. l. certi conditio, § ſi nummos, Dd ſi cert. pet. & per id quod habetur per gloſſ. & Dd. in l. 1. C. de arbitr.* & ideò non ſunt omni exceptione majores, exceptio iſta præſumpta poteſt eis opponi, *ut eſt gloſſ. not. in cap. 1. verſic. majores extra de conſang. & affi. & inſtitut. de inutil. ſtipul §. idem verborum.* Nec facio differentiam abſolutè inter univerſitatem Eccleſiaſticam, & ſecularem, ſicut facere videtur Anton. de Butr. *in d. cap. nuntius de teſtibus.* Puto tamen, quod majorem præſumptionem faciant, qui ſunt de univerſitate Eccleſiaſtica, quàm illi qui ſunt de ſeculari, tum quia minus juris habent perſonæ Eccleſiaſticæ: quia jus quod habent in univerſitate Eccleſiaſtica, non tranſmittunt ad hæredes, ſicut faciunt laici, *juxta not. in capite præſenti, de ord. in 6. cum ſi.* tum quia perſonæ religioſæ, ſeu Eccleſiaſticæ magis in dubio ſunt dignæ, quam ſeculares *arg. gloſſ. not. 70. diſt. monach. in ver. examinari.* Credo tamen ſi eſſent plures, fidem plenam facerent: quia hoc quod deficit in fide, ſupplet numerus: *ut eſt gloſſ. notabilis in l. 3. §. ejuſdem quoque principis, in verſic. numerus, D. de teſtibus, & pro hoc gloſſ. 1. in c. cum à nobis, & ibi Dd. extr. de teſtib. & text. cum gloſſ. in cap. cum cauſa*

qua

quæ extra, de probat. facit quod not. Bartol. *in l.* 1. §. *idem Cornelio, D. de quæſtion.* & *Bald. in l. ſi quis ex argentariis*, §. 2. *D. de eden.* In hoc tamen concludo relinquendum eſſe arbitrio judicantis, an illis teſtibus ſit plena fides adhibenda, qui habet conſiderare qualitatem, & conditionem teſtium ſive perſonarum, & quantitatem cauſæ, & ſi tota univerſitas magnam habet in illa cauſa affectionem, ita ut ſit ſuſcipiendum de illis de univerſitate teſtantibus, *arg. l* 3. §. 1. & §. *ejuſdem quoque principis, cum ibi not. D. de teſtib.*

12 Sed * pone juxta prædicta, quod teſtis examinatus in cauſa univerſitatis, puta paſcui, ſi ſentit commodum, dixit, quod non: an intelligatur falſum dixiſſe, ut repellatur à teſtificando: & quantum colligitur ex præcedentibus, ſi dixit quando repellebatur, dixit falſum, aliàs ſecus. Item dixit Bartol. *in l. ex quacumque, in* 4. *colum. D. ſi quis in jus vocat. non je.* de quo dic. *ut ibi per eum*, & *Doctores*, quod perpetuo tene menti. Quarto princip. acquiritur hæc ſervitus, vel jus paſcendi ſententia *argum. l.* 6. *quæ incipit, uſus fructus*, §. *primò, D. de uſufruct.* Quinto acquiritur etiam hæc ſervitus lege, vel ſtatuto. Nam lege acquiritur, id eſt, acquiſita eſt: quia de jure cautum eſt, ut quicunque per terram tranſiens, equum ſuum pabulare voluerit, juxta viam in propinquo loco amplecti poſſit ad refectionem & reparationem equi ſui impune, etiam herba viridi, & ſylva ſine vaſtatione utatur pro ſua commoditate, & uſu neceſſario. Item dicit text. *in cap. primo*, §. *fin. in tit. de pace te. in uſibus feud.* quem text. declarat ut ib per Doct. Jacob. & Alveric. & hoc tenet ibi. Bald. qui dicit per illum text. quod quicunque tranſit per terram cum equo, poteſt equum ſuum ſaturare juxta viam, & poteſt etiam uti herba viridi, & ſylva ſine devaſtatione alicujus, idem tenet. Alber. de Roſa *in l. fin. Cod. ad l. Aquil.* Pro hoc facit, quia de jure divino licitum eſt comedere uvas in agro alterius, ſed non exportare, & colligere ſpicas, & non mittere falcem in meſſem alienam, *de conſe. diſt.* 5. *diſcipulos*, & *plus dixit Bart. in l.* 2. *in fin. per illum text. Cod. de paſcu. publ. vel priva. libro* 10. quod milites Imperatoris deſcendentes ad partes Tuſciæ poſſunt petere à Tuſcis, ut aſſignent eis prata, in quibus poſſint eorum equos paſcere: non tamen debent devaſtare prata. *ut ibi.* Sed contra prædicta opponitur, & videtur quod imo non licet in alieno paſcere equum, etiam juxta viam, *l. Quintus Mutius, D. ad leg. Aquil. Sed ille* §. *fina. in cap.* 1. *de pace tenend.* debet intelligi ſecundum Andr. de Iſern. ibi quod ille qui paſcebat, non erat in agro, ſed in via: unde ſe appropinquabat ad ſepem ſeparantem agrum à via: & recipiebat de herba, vel frondibus pendentibus ſupra viam: vel accipiebat de herba ex ſylva ibi propinqua juxta viam pro refectione equi ſui feſſi: quod licet, dummodo ſine damno faciat, & eſt ratio, quia ſibi prodeſt, & alteri non nocet. *D. de evict. l. in debitore in fin.* Sed do. Jacob. de Alvar. *in d. c.* §. *fin.* dicit, quod licet iſta lectura in ſe ſit vera: tamen non videtur illi literæ convenire, quia ille text. *Paragrapho fina.* præſupponit, quod tranſitus fiebat per terram & non per viam. Item quia ſatis modicam dubitationem habebat, idcirco alii legunt ſecundum eum, quod iſte equitans paſcebat equum ſuum in agro juxta viam, quod licet tu

debet probari liquido & punctualiter, *allegat. d. l. matrem d. dict. leg. cum actum*, & idem dicit in loco, *ut d. l non ſolum* §. *ſed ut probari*, & idem dicit in procuratore denunciante ut procurator, *ut l. denunciaſſe*, §. *quid tamen D. de adul.* & idem etiam dicit eſſe in alia qualitate, *l prætor*, §. *dolo autem.* & *l. ſi dolo. D. ſi quis teſta lib. eſ. juſ. ſit.* & idem vult ipſe Angel. *in l.* 1. §. *final. ff. de incend. ruin.* & *naufra.* qui dicit quod ubi lex exigit certum locum vel tempus illud deduci & principaliter probari oportet: *ut ibi.* & *l. quis ex naufragio eod. tit.* & *leg. libellorum, ff. de accuſ. cum ſimil.* & *idem dicit Angel. in leg. eum qui* §. *publiciana. per illum textum, ff. de publ.* qui ſubdit quod cautus ſit ille, qui debet probare in deducendo & probando dictum tempus punctualiter: alias ſuccumberet, *facit l. ſed ſi alienum*, §. *in extraneis, eodem tit.* Et iſtam ſententiam tenet etiam Bartol. *in l. matrem circa princip. Cod. de probat.* qui dicit, quod quandoque probatio conſiſtit in differentia temporis vel loci, oportet quod fundatus ex differentia probet differentiam, *per d. l. matrem.* & *per d. l. cum actum facit in illa ſtipulatione Cal.* & *l. hoc jure*, & quod ibi not. Bart. & doct. *ff. de verb. oblig.* & idem in effectu tenet Bald. *in leg. fin. in* 3. *colum. verſ. ex quibus concludo*, ibi ubicumque juris ratio, *C. de edicto divi Adria. tollen.* & pro hoc etiam facit, quod not. Innoc. *in c. cum inhibitio in ultim. gloſſ. extra, de cland. deſpon.* & quod not. Flor. *in l. ſi dominus ſervum in final. D. ad leg. Aquil.* qui dicit per gloſſ. ibi: quod ubi actus poteſt ſe habere ad habitum, & permiſſum, ſemper in dubio intelligitur, eſſe factus ex poteſtate permittente, & dicit hanc eſſe notabilem præſumptionem, quæ probatur, *in l. merito ff. pro ſocio.* & de iſta quæſtione vide plene per Abbatem *in cap. aditis, in ultima charta, de præſcript.* & *adde l. cum res* & *quod ibi not. Salic. C de dona. l. Stichus, ff. de ſtatu liber.*

17 Quæro * ſexto principaliter, quomodo quis debet uti ſervitute ſui juris paſcendi? Et primo dic. quod debet uti prout in conſtitutione ſervitutis conventum eſt, *argu. l.* 1. §. *ſi convenerit. depoſi.* vel prout eſt conſuetudo vel ſtatutum in loco, *argum. l. qui luminibus, de ſervit. urb. præd.* & *leg. an in totum, C. de ædif. privat.* facit quod dixi ſupra in ſervitute aquæductus *in* 8. *quæſt. princip.* & ideo quis debet uti illo genere pecorum, de quibus conventum eſt in conſtitutione ſervitutis & non alio, *argum. l. certo generi in pr.* & *per totam illam l. D. de ſerv. ruſt. præd.*

18 Sed * quid ſi ſimpliciter eſt conſtituta ſervitus, vel jus paſcendi in fundo alieno, an poſſit cum omni pecore cujuſcunque generis paſculari? & videtur, quod ſic, non expreſſa ſpecies pecorum, *argu. l in tradendis in princ. D. com. præd.* & *d. l. certo generi*, §. *fin.* & *l. ſi ſervitus, in princ. cum ibi not. D. de ſervit. urb. præd.* quod credo eſſe verum, niſi ex alii circumſtantiis apparet contrarium ſenſiſſe, *per l. ſi ſervus plurimum* §. *fin. cum ibi notatis. D. de leg.* 1. *cum ſi.*

19 Item * quid ſi eſt expreſſum de pecudibus reperiuntur pecudes gentiles & nobiles, quæ habent optimam lanam, & magnam curam & cuſtodiam requirunt, ut ſunt pecudes Veronenſes: & reperiuntur etiam aliæ quæ habent lanam groſſam, & non requirunt cuſtodiam, ut ſunt pecudes Italiæ: & ſervitus ſimpliciter eſt conſtituta de pecudibus, an poſſint ad paſcua duci tam

pecudes groſſæ quam nobiles, vel è contra? puto quod ſit inſpiciendus, locus in quo ſit ſervitus conſtituta: quia ſi in illo ſunt tantum groſſæ non intelligitur de nobilibus & è contra, ſi aliquod damnum, vel intereſſet conſtituenti ſervitutem: quia in dubio videtur eſſe actum de illis in loco ubi eſſe conſueverunt, *argumento legis ſemper in ſtipulationibus, cum ibi notatis, ff. de regul. jur.* nec debet ampliori numero pecorum uti in paſcendo, quam ſit ſervitus conſtituta, *arg. d. l.* 1. *§. Trebatius cum §. ſeq. de aqua quot. & æſti.* de qua etiam dicam in ſeq. q. princ. nec in alio loco vel tempore, quam ſit ſervitus conſtituta, *l. certo generi, ff. de ſerv. ruſt. præd. l. ſi in eo loco §. fin. D. ſi ſerv. vind. & l. ſi cui. eſt via, in princ. & l. ſi quis eſt alia in princ. D. quemadmodum ſervitutes amit. & l. ſi communem, §.* 1. *eod titul.* ſed ubi non eſſet conventio vel conſuetudo, aut ſtatutum, debet uti ſecundum naturam ſervitutis juris paſcendi, de qua habetur *in l. pecoris, cum l. ſeq. D. de ſervit. ruſt. præd.*

20 Item * non debet quis uti paſcuis cum pecoribus morboſis ſeu peſtiferis: quia alia pecora contagione morboſi pecoris perirent ſeu perire poſſent *l. Julianus in princ. cum ibi notatis. D. de actio empt.* Unde dicitur:

Morbida facta pecus totum corrumpit ovile.
Ne macilet ſocias eſt ſeparanda grege.

Et ideo ſcribit beatus Hiero. Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ovis repellenda, ne tota domus ardeat, maſſa corrumpatur: corpus putreſcat, & pecora intereant, *ut habetur* 24. *q.* 3. *reſecandæ, & pro hoc eſt text. in c. pen. verſ. ſicut ex una ove morbida*, & ibi gloſſa dicit: quod una ovis morbida totum gregem inficit, 45. *diſt.* ſed illud refert & facit text. cum gloſſ. *in l. ſi inta, ver, juncta, §. ex hoc dicto. D. damn. infect.* & text. *in l.* 2. *C. de ſum. Trin.* per quem dixit Guil. de Cun. & Bald. & Paul. de Caſtr. & Dd.

Quod * ubicumque eſt hujuſmodi 21
timor infectionis, poteſt fieri expulſio etiam de civitate, *allegat. in authe. jusjurand quod præſt. ab his. in fin.* & etiam dicit quod ſi aliqua inhoneſta mulier venit in vicinam, *b* poſſunt vicini facere ipſam expelli, & idem de leproſis & ſimilibus, & de hoc eſt gloſſa *in cap.* 1. *in verſ. expellam de uſuris, in* 6. de hoc etiam ſcripſi *in l. ædiles etiam §. Pedibus in* 4. *not. D. de edi. edic.* quod bene nota: quia quotidie poteſt contingere.

Numquid * autem habeas ſervitu- 22
tem juris paſcendi in fundo alieno, debeat ipſam ſervitutem poſtea dividere? Diſtingue duos caſus aut ambo ſunt contenti dividere; aut unus tantum vult dividere, alter non primo caſu ſubdiſtingue: aut quæris de diviſione ſervitutis, & iſta non poteſt dividi, quia eſt indiviſibilis, *l. ſi unus. D. de ſerv. ruſt. præd, & l. ſi ſub una. §. fin. ff. de verbo oblig.* & hoc vult gloſſ. fin. *in fin. in leg. ſi ex meo. D. de ſerv. ruſt. præd.* & hoc tenet Bart. *in l. ſtipulationes non dividuntur, in princ. in* 2. *op. D. de verb. oblig.* Et eſt ratio; quia ſervitutes ruſticæ reales ſunt ſecundum indigentiam rei, vel prædii dominantis. & uſui in hoc æquiparantur, *ut l, argu. in fin. ff. de ſervit. ruſt. præd. & not. Barto. in l. ea §. Cato in* 6. *q. & d. l. ſtipulationes non dividuntur, in* 4. *q. poſt. mediam colum. de ver. oblig.* &. ideo ſicut uſus eſt individuus, *l. uſus pars. D. uſu & habi.* ita etiam ſervitus juris paſcendi: aut quæris

ris de fundo in quo debetur ſervitus juris paſcendi, vel de ipſis pecoribus, & in his poteſt fieri diviſio: videlicet ut circa partem fundi paſcantur & in illa ſit ſervitus & in aliis partibus fundi remittatur ſervitus, *ut l. ad certam. D. de ſerv. l. ſi quis duas §. ſi quis partem, ff. com præd. facit. l. certo generi in princ. de ſerv. ruſt. præd. & l. ſi cui via. in princ. D. quemad. ſerv. amitt.* non autem poteſt dividi pro parte incerta pro diviſo, *leg. partis. D. de ſer. & l. qui per certum D. com. præd. leg. plurib. § final. de verb. ſignif.* & hoc vult Bart. *in princ. 2. de opin. in l. ſtipulationes non dividuntur, de verb. oblig.* & ſimiliter non poteſt dividi numerus pecorum, niſi pro diviſo pecorum numero, & non aliter *arg. l. uſufructuarius, § in variis, & quod ibi not. Flor. D. uſufr.* & tenet Bart. *in 2. op.* dicens, non caperet etiam diviſionem pro diviſo; quia ſi fieret talis diviſio, nullus erit uſus: tamen ſi fieret hujuſmodi diviſio inter habentem ſervitutem juris paſcendi, & debentem ſervi. puta 25. campos, omnino non comprehenditur vigore emptionis: quia in ea non eſt nominatum *leg. in vendendo, in princ. D. de contrah. empt.* nec vigore ſtatuti: quia illud non loquitur, niſi in habentibus 25. campos imo plus dico etiam ſi vendens diceret, quod comprehenderetur jus paſcendi, non valeret *arg. leg. ſi ita ſcripſit; §. regu. ibi not. D. de liber. & poſt.* Aut vendidit 25. campos, vel ultra: & tunc teneo, quando venditio eſſet ſimpliciter facta nulla mentione de jure paſcendi, quod venit jus paſculandi tanquam connexum, *arg. d. §. regula. cum ibi notatis ter gloſſ. & Dd. facit l. alienatio, D de contrah. empt. & l. traditio. in princ. Dd. de acqu. rer. dom.* aut paſcua ſive jus paſculandi competit uni ſuo jure proprio: puta quia emit vel aliter acquiſivit jus paſculandi in fundo alterius vel communi, vendidit poſtea alium fundum ſuum nulla habita mentione de jure paſcendi, & tunc non comprehenditur illud jus paſculandi, *per d. l. in vendendo in pr.*

Sed * circa prædicta dubitari poteſt: an jus paſculandi quæſitum per tyrannum contra jus in prædiis alienis tranſeat in eccleſiam? Et dic quod non, quia Eccleſia eſt cultrix & auctrix juſtitiæ, nec patitur aliquos contra juſtitiam in ſe ferre, vel in alterum, licet privatus ſæpe deviet à juſtitia, *ut eſt text. in c. 1. §. ſi & clientulus. in tit. de alien. feud.* Et quia Eccleſia non ſuccedit in aliquo turpi quæſtu, *cap. ex tranſmiſſa extra, de decim.* & ideo debet illis reſtitui, quibus eſt injuſtè ablatum, & uſurpatum, vel pauperibus erogari, *argum. c. cum tu extra, de uſu. & c. cum ſit minus de Judæis. facit l. 2. & quod ibi ibi not. Cod. de Epiſcop. audi.* Tertio acquiritur ſervitus, ſive jus paſculandi præſcriptione vel conſuetudine præſcripta, ſicut alia quælibet ſervitus, & jus acquiri poteſt, *ut l. 1. & cum ibi not. C. de ſerv. & l. ſervit. prædiorum cum ibi not. per gl. & Dd. ff. de ſerv. & l. hoc jure, §. ductus aquæ D. aqua quot. & æſti & c. final. cum ibi not. ext. de conſuet. cum ſi.* & iſtud eſt clarum. 23

Sed * dubium poteſt eſſe quanto tempore præſcribatur? Et dicendum eſt requiri tantum tempus, cujus initii memoria non exiſtat in contrarium: quoniam hæc ſervitus habet cauſam diſcontinuam, *ut dict. §. ductus aquæ & l. foramen. in princ. & §. 1. ff. de ſervit. urb. præd.* niſi allegetur titul. & ad ipſum probandum deducatur, & probetur ipſum fuiſſe in poſſeſſione, vel quaſi, 24

quaſi, hujus ſervitutis, vel juris paſcendi, *ut not. gloſſ. not. in d. l. ſervitutes prædiorum, & gl. 1. l. 1. §. denique, el. 2. ff. de aqua pluv. arcend. & gl. & Dd. in c. pervenit, extra de cenſib. & dixi plenè in 1. lib. 8. q. princip. & ſupra in tit. de ſerv. aquæduct. verſ. circa tertium*, quando nulla eſt conventio.

Sed * dubium eſt qualiter probetur poſſeſſio, vel quaſi ſervitutis: vel juris paſcendi, & ſic quæ perſonæ deceant paſculaſſe, ad hoc ut inducatur dicta præſcriptio, ſeu conſuetudo præſcripta. Et in hoc diſtingue: aut ſingulares perſonæ prætendunt ad ſuam privatam tantùm utilitatem ſe præſcripſiſſe, aut univerſitatis. Primo caſu quando ſunt ſingulares perſonæ, non eſt dubium, quod ſi ipſæ fuerunt in quaſi poſſeſſione juris, vel ſervitutis paſcendi per ſe, vel alius eorum nomine, ſufficit, *argum. l. fin. cum l. ſeq. & l. quod meo, in pr. & l. interdum cum ibi not. ff. de acquir. poſſ.* Secundo caſu, quando eſt univerſitas, quæ dicit ſe præſcripſiſſe: & tunc ſi probetur per ſyndicum, vel alios, qui regunt univerſitatem, poſſediſſe ſuffic͡erent, *ut l. 1. §. fin. & ibi hoc not. Bartol. & Dd.* & probatur *in l. municip. Dd. de condit. & demon.* vel ſi probetur, quod major pars univerſitatis poſſederit, vel conſenſerit, ut aliquis per ſe poſſideret, *l. meum, §. animadvert. D. quod met. cauſ. & not. gl. fin. in l. 1. ff. de acq. poſſ.* vel etiam ſi probetur ſervum univerſitatis poſſediſſe, *ut d. l. 1. §. fin. cum l. ſeq.* Sed ſi aliquæ ſingulares perſonæ de univerſitate poſſederunt, numquid hoc ſufficiat per univerſitatem, ut univerſitas videatur poſſediſſe, *vide text. in l. ſicut §. 1. D. quod cujuſque uni. nom.* & ibi gloſſ. *in fin.* quod facit ad uſum nemoris per beſtias hominum villæ, & ibi Bald. exponit gloſſ. ut ſi ſingulares homines villæ paſculaverint in nemore univerſitas intelligatur, licet non appareat de mandato eorum: quia patientia univerſitatis loco mandati habetur, *ut ff. mand. l. qui patitur*, quod ergo pauci poſſederunt, extenditur ad univerſos, & ſic extenditur præſcriptio, ſeu conſuetudo, ſecundum gloſſ. de quo per Innoc. *in c. dilecto. extr. de offic. Archidia.* & hoc quidem videtur velle Guill. de Cun. *in dict. l. ſicut, §. 1.* qui dicit.

Quòd * ſi alicui, puta 10. vel 20. 10
univerſitatis ſinguli uſi ſunt quodam nemore; in tanto tempore cujus initii memoria non extat in contrarium: licet videatur acquiſitum jus illis ſolis, quia præſcriptio eſt odioſa, *l. quod meo, §. fin. de acquir. poſſ.* tamen ſi ipſi uſi ſunt nomine univerſitatis, & tanquam de univerſitate, univerſitati jus quæritur, quia cum interrogabuntur, reſpondebunt, ideo uſi ſumus, quia univerſitas habet jus, & ita per tales acquiritur univerſitati, *facit l. ſed ea. de leg. & l. an in totum C. de ædific. privat. & l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* & hoc inducit conſuetudo, ut ibi. Nec obſt. quod dicitur, præſcriptio eſt odioſa, ergo non amplianda, quia illud verum in ipſa acquirenda, ſed poſtquam eſt quæſita, faciliùs ampliatur, *l. apparet, ff. de itin. act. priva. facit, C. de argum. & cenſ. l. cum ſumus, lib. 10.* Et prædicta intellige vera, ſi prædictæ tales perſonæ hoc fecerint nomine univerſitatis, & de mandato, vel ſcientia univerſitatis, vel regentium ipſam, quo caſu nedum poſſeſſio acquiſita conſervatur, ſed etiam de novo acquiritur, *per d. l. primam cum l. ſeq ff. de acq. poſſ. & per l. municip. de cond. & demon. conjuncta l. qui patitur, ff. man.* & dicuntur uſæ de voluntate, ſcientia eorum quibus cura univerſitatis commiſſis

miſſa eſt, *ut l. municipes intelliguntur, ff. ad muni. & not. per. glo. in c. dilectus, & l. ſecundo in ver. officialibus, extr. de teſti.* intellige quando illi regentes ſciebant dictas perſonas ſingulares uti nomine eorum, ſeu univerſitatis: alias non poſſet univerſitas poſſidere: ex qua ſunt adminiſtratores: nec ſciebant per univerſitatem poſſidere, quia ad acquirendam poſſeſſionem requiritur animus, *l. 3. in princ. & l. quemadmod. ff. de acq. poſſeſſ.* qui animus debet eſſe apud regentes civitatem: *ut d. l. 1. §. fin. cum. l. ſequ. eod. tit.* Et propterea in practica ſis cautus, ut articules, & probes quod adminiſtratores ſciverint tales nomine univerſitatis ſuæ poſſidere; ſed ſi ſimpliciter dictæ ſingulares perſonæ uſæ fuiſſent dicto nemore, vel jure paſtulandi abſque mandato, & ſcentia univerſitatis, vel regentium eam, in hoc diſtingue: Aut ſunt uſæ nominibus propriis, & clarum eſt; quod nihil acquiſiverunt univerſitati, nec in acquirenda poſſeſſione, nec in acquiſita conſervanda, *l. ſicut. §. 1. ff. quod cujuſque univerſ. no.*

27 Quia * actus agentium non debet operari ultra intentionem eorum, *l. non omnis ff. ſi cert. pet.* Aut ſunt uſæ nominibus propriis, & univerſitatis, vel univerſitatis tantum: & hoc non conſtat & idem: quia paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere. *l. in legati fundo, & l. Rutilia. ff. de contrahend. empt.* Aut conſtat, quod fuerunt uſæ abſque mandato, vel ſcientia univerſitatis, vel gubernantium eam: & tunc aut tractatur de poſſeſſione, vel quaſi acquiſita univerſitati conſervanda, & prodeſt univerſitati, *per text. in l. generali, ff. de acq.* & per ea quæ dixi ſecundum Guliel. de Cun. aut tractatur de quaſi poſſeſſione, vel quaſi de nova univerſitati acquirenda, & tunc videtur quod jus poſſeſſionis, vel quaſi quærere univerſitati, non potuerunt, *per text. in d. l. 1. §. fin. cum. l. ſeq. ff. de aqu. poſſ.* & hoc videtur probari hac ratione: quia ſicut per civem non poteſt quæri civitati ratione ſubjectionis, *ut not. Bart. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verb. oblig. & l. 1. ff. de jure fiſ.* ita multo minus videtur per ruſticos poſſe quæri villæ ſuæ, vel per alias perſonas ſingulares univerſitati ſuæ. Sed iſta ratio non videtur bona, quia Roſ. & Paul. de Caſtr. *in d. §. Chryſogonus.* tenent contrarium, ſcilicet quod per civem, & ejus ſtipulationem acquiratur civitati, ſicut per filium Patri: quia non eſt minor ſubjectio, quam filialis, *ut leg. veluti, ff. de juſt. & jur.* & non minus quis naſcitur ſuæ rep. *l. 1, §. generaliter. ff. de vent. in poſſ. mit.* Unde Tullius *lib. 1. Offic.* Non ſolum nobis dati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vendicat, partem amici noſtri. facit *l. poſt. lim. §. filius ff. de capti.* Ego vero teneo, quod non acquiratur civitati per *d. l. 1. §. fin. cum l. ſeq. cum gloſſ. ubi eſt caſus. ff. de acquir. poſſ.* Nec obſt. dum dixi per civem acquiri poſſe civitati, ſicut per filium patri; quia hoc non puto verum, quia non reperitur jure cautum. Et contrarium not. communiter Dd. *in d. l. ita ſtipulatus, §. Chryſogonus D. de verb. oblig.* præterea in alia univerſitate, quam civitate, vel patria, non procederet ſine dubio per prædicta.

Sed aliud dubium quotidianum poteſt occurrere: * numquid jus paſcendi competens villæ, vel univerſitati, poſſit probari per homines 10. villæ, univerſitatis? Itaque proponitur per Cyn. *in l. parent. inſ. C. de teſt.* qui dicit quod quando diſputatur de paſcuis, & nemoribus, in quibus beſtiæ ſingulo- 28

gulorum depaſcunt, & ſinguli ligna incidunt, ſi inducantur homines de dicta villa ad teſtificandum, eorum teſtimonium non eſt idoneum: quia dicitur teſtimonium in re propria, ex quo ad eum ſpectat commodum: *leg.* 1. *§, impropria. ff. quam. appel. ſic conjuncta l. omnibus, C. de teſtib.* ſed ſi ſinguli non ſentirent aliquod commodum in particulari, ſed tantum in communi: quia ſolum afferretur commodum in communi, puta; quia animalia ſolum in communi paſcebantur, vel pro communi tantum ligna incidebantur, tunc poſſent eſſe teſtes, *argum. l. in tantum. §. univerſitatis. de rer. div. & l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur, ff. de in jus voc.* & etiam ita tenet Jac. de Ra. & Spec. & quam plures antiqui, & moderni Dd. & idem vult Jac. Bar. & Guliel. de Cun. *in dict. §. qui manumittitur.* & idem tenet in effectu Bald. *in d. leg. parentes in final.* qui dicit, quod ſi utilitatis effectus non diſtribuitur in ſingulos, ſed pertinet ad burſam univerſalem: tunc recipitur teſtimonium ſingulorum: quia bona ſunt diviſa, ſic univerſitatis, à bonis ſingulorum: ſecus ubi utilitatis effectus, diſtribuitur in ſingulos. Iſta fuit opin. originalis Cyn. *in d. l.* 1. *Cod. de leg. Aqu. in addit. ſua parva*, quam quidam non habent: licet Paulus ipſum non alleget: imo contra eum concludunt, quæ opin. Paul. licet eſſet vera tamen videretur eſſe limitanda, quando ille qui reduxit opus non fuit in dolo: ſecus ſi fuiſſet, puta; quia ſciebat ſe teneri ad ſervitutem, non poſſe opus contra ſervitutem facere: quia tunc videtur, quod propter dolum ſuum perdat facultatem reducendi rem in priſtinum ſtatum, *argum. leg. pen. §. fin. ff. commod. & l. ſi ſervitutem, de pign. act. l. inter cauſas. & cum ſervus, ff. mand. l. quod in princ. D. de noxa cum ſimil.* ſed certe illa jura loquuntur in actione noxali, in qua intereſſe præſtari poteſt domino damnum paſſo, non ſervo qui dedit damnum: cum forte valeret multo minus quam ſit damnum; ſecus videtur eſſe in caſu noſtro, in quo non intereſt ejus cui ſervitus debetur, ut damnũ majus reſarciatur, quam ut res in priſtinum ſtatum reducatur: & ſi aliquid intereſſet plus etiam illud poſſet peti, *per. l. ſi cum dies, §. final. cum l. ſeq. D. de arb.* Communis tamen opi. Dd. videtur eſſe quod fiat diſtinctio. Aut corpus factum eſt reducibile, vel non *ut ſupra dixi.* In hoc tamen breviter concludas: Aut ille cui debetur ſervitus reducto fundo ſervientis ad culturam, vult agere actione *leg. Aquil.* ad emendationem damni, & poteſt, ſi fundus non eſſet reducibilis ad priorem ſtatum, & iſtud non habet dubium: *& ita loquitur l.* 1. *& 2. in princ. Cod. ad leg. Aquil. cum ſimil.* Aut eſt reducibilis ad priorem formam, & tunc tene quod ſimiliter poſſit agi ad emendationem damni per dicta jura, ſed erit in facultate debentis ſervitutem, reducere opus ad priſtinum ſtatum, & ita poteſt loqui. *d. l. 2. in fin.* per ea quæ dixi ſecundum Paul. aut agere vult actione l. Aquiliæ, ut res in priſtinum ſtatum reducatur, & tunc aut non eſt reducibilis, & non poteſt, *ſecundum Cyn. Bald. Angel. & Salyc. in d. l.* 1. & iſtud eſt clarum. Aut res eſt reducibilis in priſtinum ſtatum: & in hoc teneo quod agere poſſit, ut reducatur, & præſtando intereſſe liberaretur, per ea quæ ſtatim dicam in caſu ſequ. & ita videtur communis opin. Aut ille cui debetur ſervitus, vult agere actione confeſſoria, & in hoc ſtat dubium, an poſſit agere ad reducendam

dam rem in priſtinum ſtatum ubi poteſt reduci: an vero debeat agere ad intereſſe tantum quia in actione confeſſoria venit intereſſe, *l. loci corpus*, §. *in confeſſoria*, *D. ſi ſerv. vend.*

29 Et quia * in obligationibus facti venit oblig. ad intereſſe, *l. ſtipulat. non dividuntur Celſus de verb. oblig.* Contrarium tamen teneo, videlicet ut poſſit agi confeſſoria ad opus in priſtinum ſtatum reducendum, quod ſic probatur quandocumque factum eſt in obligatione ex diſpoſitione legali, ſemper quis tenetur ad factum *l. ſtipulatio*, § *fin. autem*, *ff. de nov. oper. nun.* & ibi hoc not. Bart. *in fin.* idem not. Bart. *in l.* 1. §. 1. *in* 2. & *l. ſi prius in* 10. *quæſt. eodem tit.* & Bartol. & Dd. *in l. ſtipulationes non dividuntur. ff. de verb. oblig.* Sed iſta patientia, quod quis poſſit cum ſuis pecoribus paſculari in fundo debente ſervitutem venit ex diſpoſitione legali, *d. l. quoties de ſerv.* & *l.* 3. §. *dare*, *ff. de uſufr.* ergo ad illam præciſe cogi poterit, nec liberabitur debens ſervitutem, ſi vult præſtare inter ſe. Si vero opus eſt factum, eo qui ſervitus debetur ignorante, & ſic nec expreſſe, nec tacite conſentiente: quia tunc aut erat ignorantia facti, quia neſciebat opus fieri in fundo ſervientis, ſed ignorabat ſervientem ſibi deberi, & ſibi in aliquo non præjudicat, & erit idem quod eſt in caſu præcedentis quando ſcivit, & contradixit, *l. Labeo* & *l. ſed hoc ita. ff. de aqua pluviæ arcend.* & ibi hoc tenet Barthol. & probatur *in leg. Sabinus*, *Digeſtis de communi divid.* Aut erat ignorantia juris puta quia ſciebat fundum debere ſibi ſervitutem juris paſcendi, & ſciebat opus fieri contra ſervitutem debitam: ſed ignorantia juris ductus credebat dominum fundi poſſe illud opus facere in ſui præjudicium: ideo tacuit, & non contradixit: & tunc idem quia etiam error juris in hoc caſu ubi tractatur de damno ſuo evitando ſibi non nocet: *ut dicit gloſſ. not.* quam ſequitur ibi Bart. & Dd. *in d. l. Labeo*, *ff. de acq. plu. arc facit l. juris igni. l.* 2. & *l. error. ff. de jur.* & *fact. ignor.*

Supereſt alia q. * an ille qui reperit animal in fundo in quo ſibi debetur ſervitus juris paſcendi, poſſit ipſum occidere, vel retinere donec reficiatur damnum quod dedit, vel donec cognoſcatur, cujus ſit illud animal. Iſta quæſtio formatur in perſona domini fundi, *per Spec. in tit. de acto*, § 1. *ver. ſed pone inveni pecudem*, & *per Dd. in l. hoc amplius*, § *de his*, *ff de damn. infect. per Bart. in l. ratis. ff. de incend. rui.* & *naufr in l. Quintus. ff. ad l. aquil. per text. gloſſ. Ant. de Butr. in c. ſi laſerit*, *extra de injur.* & *damn. dat.* Ex omnibus breviter ita concludas, Aut volo occidere animal quia inveni in fundo meo, vel mihi ſervitutem debente, & non poſſum, d. l. Quintus; in pr. aut non volo ipſum occidere, ſed verberare, vel vehementius ipſum dejicere, vel cogere ita, ut aliquod damnum patiatur & non poſſum, ſed debeo ipſum expellere, ac eſſet animal meum, alias teneor pro damno *d. l. Quintus in princ.* §. 1. & iſtud non eſſet dubium, & niſi eſſet ſtatutum in loco quod daret poteſtatem prædictam faciendi. Aut nolo ipſum animal percutere, vel occidere, ſed retinere: & tunc aut volo retinere quia non cognoſco cujus ſit animal, donec intelligere poſſum ejus dominum contra quem agere valeam, & poſſum ob hanc cauſam retinere, *ut ſingul Spec. in dict. verſic. ſed pone inveni pecud.* & *idem. tenet. Bald. ſecund. Ricar. Mal. l.* 2. *Cod. de ſerv. fug.* 30

fug. per l. cap. quinto. ff. de adul. & idem Lud. de Ro. in leg. hoc amplius, ff. de his, ff. de damn. infect. aut volo animal concludere & retinere, donec mihi ſatisfiat de damno & intereſſe, & videtur quod poſſim: *per l. ratis, ff. de incend. ruin. & naufr. & dict. §. de his.* In contrarium videtur d. l. Quintus quam ſequitur Oldra. Bartol. & Dd. *in d. §. de his*, tenent, quod non poſſit includi vel retineri per *d. l.* Quintus, & idem Bald. *in d. l.* Nec obſtat *d. l. ratis d. §. de his* quia ſecundum Bart. magis eſt periculum in retentione animalium: quia facilius pereunt, quam in aliis: *in d. l. Quintus. & gloſſ. & Joan. Andr. & Butr. & Dd. in c. ſi læſerit, extr. de injur. & dam. dat.*

31 Quæro * ſeptimo principaliter, quomodo ſervitus juris paſcendi amittatur? Iſta quæſtio decidi poteſt ex his quæ dixi in 1. lib. in 4. quæſt. princ.

32 Sed poteſt * ulterius dubitari: an ſi uni debetur ſervitus juris paſcendi pro certo numero pecudum, & ipſe uſus eſt pro ampliori numero, an propter hoc amittatur ſervitus? Et dicas quod non, ex quo plus fecit, quam ſibi deberetur, *ut probatur in l. ſi cui via. in princ. D. quemad. ſerv. amit.* pro hoc optime facit, *l.* 1. §. Item quæritur, & §. *Trebatius. cum §. ſeq. ff. aqua quot. & æſti.*

33 Item quid * ſi debeatur ſervitus juris paſcendi cum certo genere pecudum, & uſus eſt ſervitute cum alio genere puta equarum vel vaccarum, an per hoc amittatur ſervitus: dicas, quod ſic: & idem quando debeat uti certo tempore vel loco, & uſus eſt alio loco vel tempore, *ut l. ſi communem. §. 1. & l. ſi quis alia, in pr. ff. quemad. ſervitut. amitt.*

34 Item * quid ſi locus debens ſervitutem eſt occupatus per tyrannum, qui uſus eſt illis paſcuis, an perdatur ſervitus; dicas quod non, *ut probatur in leg. qui fundum, D. quemad. ſervit. amitt. cum his quæ ibi not. per Bart. & Dd.* & pro hoc facit quod not. Bald. *in l. male agitur. in fin. Cod. de præſcr. 30. annor.* ubi dicit regulariter per text. *in dict. l. qui fundum.* quod Papa Romanus non perdit poſſeſſionem alicujus rei ſubſtractæ per rebellionem Papatus: quia Papa Ultramontanus ſive juſtus ſive injuſtus nomine Eccleſiæ poſſidet: & ſic Romana Eccleſia nihil perdit, quia per ſimplex factum retinetur ſervitus, *dict. l. qui fund.* quod not.

Item * quid ſi commune emit paſ- 35
cua, & unus de communi vendidit unum fundum ſuum proprium cum omni jure ſibi ſpectante, an pro hoc videatur amiſiſſe ſervitutem, vel ſaltem ipſum jus paſcendi? Et videtur quod ſic ipſe videatur tacite alienaſſe etiam illud jus paſcendi: *per l. teſtatrix §. 1. ff. ſi ſer. vend.* dicas contrarium, quia in venditione ſimplici, vel alienatione qualibet, vel inſtrumento, ſemper intelligitur exceptum jus communis: ut eleganter vult. Bart. *in l. reſcr. §. ſciendum. circa fin. ff. de mu. & ho.* quod not. ad q. de qua alias fui interrogatus? an ſi commune emit decimam omnium fundorum ſuorum, & unus de communi vendidit prædia ſua, numquid videatur vendidiſſe jus decimæ cum fundis venditis, & dixi quod non: ex quo decima per commune fuerat empta, & communi acquiſita, *& adde quæ dixi ſupra in 5. q. pr.*

Octavo quæritur, * qua actione agi- 36
tur pro iſta ſervitute juris paſcendi? & dic quod illi, cui hæc ſervitus juris paſcendi debetur, competit actio confeſſoria, *leg. 2. §. 1. ff. ſi ſerv. vend.* de qua

qua habetur ibi plene per Flor. Bart. & Doct. *in l. ſi prius, ff. de nov. oper. nunc.* & *gloſſ.* & *Dd. in §. aquæ inſtit. de act.* & iſta actio eſt directa quando competit pro ſervitute conſtituta, ſed ſi competit pro ſervitute præſcripta, tunc eſſet utilis confeſſoria, *in l. 2. §. fin. de aqua pluv. arcend.* conjuncta authen. niſi tricennale *cum ibi not. per gloſſ.* & *Dd. Cod. de bon. mat.* & hoc quando debetur à prædio alteri prædio, ſecus ſi ille qui habet jus paſcendi, non haberet prædium quia tunc non eſſet ſervitus realis, ſed ſervitus vel jus perſonale, *l. ut pomum, ff. de ſervitut. ruſt. præd.* & *dixi in 1. quæſt. princ. in fin.* & hoc caſu ſi illud jus deberetur ex conventione, deberetur ex eo contractu, & ſi deberetur ex præſcriptione cum titulo ſimiliter competeret actio ſaltem utilis: *per not. in d. l. 1. in fin.* & *d. authen. niſi tricennale,* & *Bal. in l. Cod. de uſufruct.* & ſi ex forma ſtatuti præſcripti poſſet agi condictione ex illo ſtatuto, *per l. 1. cum ibi not. D. de cond.* & *leg.*

37 Sed ſi * quæritur quæ actio competat illi, in cujus fundo paſculatur contra debitam ſervitutem? dic quod datur actio in factum, puta quia unus poſſit paſculare in parte fundi certa, cum centum tantum pecoribus, & alius in alia certa parte fundi, cum aliis centum vel ducentis pecoribus, & valeret diviſio, & removeret ſervitutem in partibus, & pro pecoribus conſtitutam, *d. l. ad certam, l. cum aliis ibi allegat.* Aut quæris de tempore, quo debeat paſculari: & hoc etiam dividi poteſt, quia tale tempus diviſionem recipit, *ut probatur in l. Lucio cum l. ſeq. D. de aqua quot.* & *æſt.* & *l. via. §. 1. D. de ſerv. fact, l. ſi ſic conſtituta. D. quemadmodum ſerv. amitt.* & hoc vult in effectu Bart. *in d. l. ſtipulationes non dividetur in fin.* qui ſubdit quod licet fieri poſſit talis diviſio reſpectu commoditatis temporis, & ſic modificari, & modus ei adjici *l. 4. D. de ſervitut.* tamen ipſa ſervitus judicatur individua: quia ejus uſus eſt individuus *l. via, D. de ſervit.* & dic uſum non inferri: *ut dicit ibi Bart.* ſed uſus ſervitutis reſultat ex patientia domini promittentis ſervitutem, & facto utentis, *l. quoties, l. ſecunda, D. de ſerv.* & *l. 3. §. dare de uſufruct.* & quia ſecundum indigentiam fundi dominantis conceditur, *l. ergo. in fin. de ſerv. ruſticor. præd.* & *dixi in princ. hujus q.* Secundo caſu principali quando unus vult dividere, alter non: in primis dicas, quod reſpectu ſervitutis dividendæ non cadit iſta dubitatio quia nullo modo poteſt dividi, *ut dixi.*

Sed quæritur, * an unus poſſit alium 38 cogere ad diviſionem vel fundi, vel pecorum vel temporis paſculandi. Et in hoc ſubdiſtingue, aut iſta quæſtio eſt inter dominos prædii ſervientis aut inter dominos prædii dominantis ſimul. Si eſt quæſtio inter dominos prædii ſervientis, quia unus vult dividere fundum pro parte ſibi ſpectante, alter non vult: & tunc aut ille qui provocat ad diviſionem, eſt major, aut minor. Si eſt major poteſt alium provocare etiam minorem ad diviſionem, *l. 2. Codice de fundo dot.* & *l. inter omnes, Codice de præd. minor.* & *gloſſ. in l. jubemus nulli in princip. Codice de ſacroſanct. Eccleſ.* Et eſt ratio, quia nemo cogitur ſtare in communione: quoniam communio ſolet parere diſcordias, *l. cum. pater Paragrapho dulciſſimis, Digeſtis de legat. 2.* imo ſi eſſet factum pactum, ut nunquam poſſit fieri diviſio, non valet, *l.* & *in hoc judicio, paragrapho ſi conveniat, D. fa-*

famil. ercis. Si eſt minor qui provocat ad diviſionem : & tunc regulariter non poteſt petere fieri diviſionem rei immobilis, *l. ſi pupillorum, in princip. D. de rebus eor.* & *d. l. in omnes*, niſi velit dividere gratia fructuum : *ut not. gloſſ.* & *Doctores in d. l. jubemus, in princip. in verb. dividere*, vel quando ſibi expediret, *ut dicit ibi gloſſ.* puta quia haberet ſocium rixoſum, ut ſtatim dicam. Si eſt quæſtio inter dominos prædii dominantis, idem quoad diviſionem ipſius prædii dominantis communis inter eos, *l. via conſtitui D. d. ſerv. ruſtic. præd.* & etiam quoad diviſionem prædii ſervientis reſpectu juris paſculandi, videlicet ut unus in certa parte fundi, alius in alia vel unus cum tot pecoribus, vel certo tempore : alius cum aliis pecoribus cum certo tempore : *l. nam ſatis, §. ſed ſi is totus, cum §. ſeq. D. quemadmodum ſerv. amitt.* & per ea quæ dicta ſunt : dum tamen hoc fiat ſine damno & intereſſe alterius, *argument. l. ſi ſervitutes, §. publico loco, D. de ſervit.* & *l. 2. §. merito. §. ſi quis a princ. D. ne quid in loco publ.* & *l. 2. §. fin.* & *l. per quem locum Lucio, D. de aqua, quot.* & *æſtiv.* & *l. ſi quid,* & *l. præſes,* & *l. ſi manifeſte, Cod. de ſerv. aqua,* & *per notat. in l. Callus, §.* & *quid ſi tantum, D. de lib.* & *poſthum.* Et adverte, quando ſolum quæſtio eſt inter dominos prædii dominantis : quia unus vult dividere fundum ſervientis, vel numerum pecorum, vel tempus paſculandi, & alter non vult : & tunc dicendum eſt, *ut dixi in princ.* Aut eſt major qui provocat ad diviſionem, & alter patitur damnum, ſi fieret diviſio : quia melius paſcularentur in toto fundo ſimul, quam de per ſe in aliqua parte : & tunc non poſſet cogi ad diviſionem ex quo dicta ſervitus eſt ſimpliciter conſtituta, *l. ſi ſervitus in princ. D. ſerv. urb. præd.* & *l. certo generi, §. ſi totus ager. D. ſerv. ruſt. præd.* & *l. via conſtitui, §. quæcunque eodem tit.* niſi aliqua juſta cauſa diviſionis ſubeſſet ut ſtatim dicam de minore provocante ad diviſionem. Aut alter damnum non pateretur : & tunc regulariter poſſet fierit diviſio. *d.* d

Quia * nemo cogitur ſtare in com- 39
munione, ut dictum eſt, *arg. l. Imperatoris, D. de ſerv. urbanor. prædio.* & *vide Albert. in teſtatrix, §. 1. D. ſi ſervitut. vend.* Aut eſt minor qui provocat, & regulariter non poteſt, *l. inter omnes, Cod. de præ. minor. l. ſi pupillorum, in princ. D. de reb. eor.* Et idem ſi eſſet Eccleſia, vel alius, qui prohibitus eſſet alienare, *d. l. jubemus, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Sed hoc fallit, quando ſubeſſet aliqua juſta cauſa quando pecora alterius eſſent morboſa : quia tunc deberet fieri diviſio, vel morboſa repelli, *per l. Julianus in princ. D. de act. empt.* & *dixi ſupra in hac 6 quæſt princ. circa princ.* Secundo cauſa eſt, quando alter ſocius eſſet nimis rixoſus, vel odioſus, aut moleſtus, *l. ſi convenerit, in fine*, & ibi hoc notat Barthol. Bald. & Dd. *D. pro ſocio*, & idem notat. gloſſa & Dd. *in l. 2. §. nec cogitur, D. ſolut. Matrimon.* & Bart. *in l. inter pupillos, D. de author.* Bart. & Flor. *in l. cum ſatis, Codice de agric.* & *cenſibus lib. 10.* & Angel. *in l. C. fund. dotal.* & Flor. *in l. prima, §. ſi plures, D. de his qui deject. vel effud.* Si vero eſt quæſtio inter dominos prædii ſervientis ſimul : & tunc ſi iſta quæſtio eſt, quia domini prædii dominantis volunt inter ſe dividere fundum ſervientem vel numerum pecudum, vel tempus paſculandi : domini prædii ſervientis nolunt, ut fiat aliqua diviſio, ſed

ſed quod omnes ſimul paſculentur: ſicut ſoliti ſunt paſculari: vel e contra domini prædi ſervientis volunt. Et videtur quod dividere poſſint; quia nemo ut dixi cogitur ſtare in communione. In contrarium videtur, quod nihil debet innovari contra morem veterem, & antiquum, *l. ſi manifeſte, Codice de ſerv.. & aqua & l. contra conſuetam formam*, *& l. ſi Præſes, eodem titulo*, *& l. an in totum*, *Cod. de ædif. privat.* Tu dic, ſi ſunt majores, regulariter poſſunt dividere, *argument. l. Imperatores*, *D. de ſervitutibus ruſticorum prædiorum*, & hoc videtur tenere Albert. de Roſ. *in d. l. teſtatrix*, *Paragrapho* 1. *Digeſtis de ſervit. vend.* quod tamen intellige, niſi domini prædii ſervientis paterentur aliquod damnum ex tali diviſione, vel domini prædii dominantis: quia tunc poſſunt impedire diviſionem, ſed ſi ſunt minores non poſſunt provocare ad diviſionem regulariter. Fallit, quando ſubeſſet aliqua juſta cauſa per ea quæ dicta ſunt.

Alia eſt quæſtio, * quæ convenienter ſubjicitur, an dominus prædii ſervientis poſſit loca, in quibus debet alteri ſervitutem, & in quibus debet jus paſcendi, puta paſcua, & ligna reducere ad culturam, invito domino prædii dominantis, cui debetur ſervitus juris paſcendi: & e contra an ille cui debetur hæc ſervitus, poſſit invito domino fundi reducere paſcua, ita ut efficiantur meliora? Et videtur circa primum, dominum prædii ſervientis non poſſe reducere paſcua ad culturam, invito illo cui ſervitus juris paſcendi debetur: quia eſt contra formam, & conſuetudinem ſervitutis juris paſcendi impoſitæ, *argum l. præſes, & l. ſi manifeſte, C. de ſerv. & aqu.. l. 2. in fin. ff. ad l. Aq.* Item pro hoc *l. ſed ſi quid. §. ſed me ſervitus, cum l. ſeq. D. de uſufruct.* habetur proprietarium, non uſufructuario fundo ſervitutem imponere, ex quo deterior fiat conditio uſufructuarii: & idem probatur, *in l. locum, §. eod. tit. & l. uſufruct. verſ. quod ſi. D. de aqua pluv. arcend. l. ſi ea loca in princip. D ſi ſerv. vend.* In contrarium videtur, ex quo fundum meliorem facit, *per tex. l. & ſi forte §. fin. ſi ſerv. vend. & l. ſi arborem. §. per contrarium, D. de ſervit. urb. præd.* Ego in hac quæſt. ita diſtinguerem: Aut dominus prædii ſervientis vult reducere uſum paſculandi, puta faciendo foſſata, ne aquis inundaretur, maxime tempore pluviali, vel lapides excipiendo, & poteſt etiam invito illo cui ſervitus debetur, *per jura ultimo loco allegat.* Aut vult reducere paſcua ad culturam, & mutare formam fundi: puta dum eſſet ager ſterilis, & incultus vult reducere ad prata quæ ſecari poſſint: & tunc ſi vult, quod in illis pratis poſſit is cui debetur jus paſcendi, paſculari facere pecora eod. modo, & per ea tempora quibus ſolitus erat paſculari, & in hoc non patiatur aliquod damnum: imo utilitatem recipiat, ex quo meliora paſcua efficiuntur: & idem eadem ratione, ſecus ſi damnum pateretur, puta quia erant pecudes ſuæ nobiles, ſicut ſunt Veronenſes, & marceſſerent in pratis pinguibus, tunc non poſſet ad prata reducere, quia diceretur mutari forma ſervitutis in damnum illius cui ſervitus debetur: quod non eſt concedendum per jura primo loco allegata. Aut vult reducere ad culturam, & ibi ſeminare blada, & vites plantare: ex quibus non poſſet ille cui ſervitus debetur commoda percipere: imo per ea impediretur ſuum jus paſcendi: quia dans prædii ſervientis nollet ut tempore culturæ in illis pecora paſcerentur: & tunc

clarum, quod non poteſt fieri talis reductio ad culturam in præjudicium ſervitutis debitæ, *per. l. ſi via, & l. præſes, C. de ſerv. & aqua, & l. 2. in fin. D. ad l. Aquil. cum. ſimil ſupra alleg.* niſi ſervitus juris paſcendi deberetur tantum eo tempore, quo fruges collectæ ſunt, & paſcua remanerent meliora, vel ſaltem non deteriora: quia hoc caſu videtur, quod licitum fuerit domino prædii ſervientis in ſuo facere, quidquid vult, dummodo non noceat alteri, cui ſervitus debetur, *argument. l. 1. §. de eo opere, & §. item ait aquam, D. de aqua pluv. arcend. conjuncta l. in re mandata, C. mand.* & concluſio brevis eſt in hac quæſtione. Aut dominus prædii ſervientis reducendo fundum ſuum ad culturam, vel ipſum meliorando nocet ſervituti juris paſcendi impoſitæ, & non poteſt: aut non nocet, vel prodeſt, & poteſt, per prædicta.

Sed * quid e contra, an ille cui debetur ſervitus iſta, poſſit invito domino fundi ſervientis iſta paſcua reducere, ut efficiantur meliora? Et videtur quod ſic, ad ſimilitudinem uſufructuarii, qui poteſt cauſam proprietatis meliorem facere non deteriorem, *l. æquiſſimum. §. fructuarius, in princ. D. de uſufruct.* In contrarium videtur, quod etiam nullo modo poſſit, etiam meliorando, *per l. hactenus, fin. in fin. de uſufruct.* Sed tu circa hoc breviter conclude: aut ille, cui debetur ſervitus vult mutare formam, vel ſtatum rei, vel fundi, in quo ſibi debetur ſervitus, puta aliquid novi addendo, vel detrahendo, & non poteſt: *per d. l. fin. cum l. ſeq. & ibi gloſſ. tenet, & §. fructuarius, & ibi gl. & Flor. & §. item ſi domus, & l. fin. ff. de uſu & habit.* aut non vult mutare ſtatum rei, vel formam, & tunc ſi non nocet domino fundi, teneo quod poſſit per prædicta jura, & maxime *per §. fructuarius, cum gloſſ.*

Sed circa * prædicta utitur dubitatio, quid ſi dominus prædii ſervientis reduxit paſcua ad culturam: puta ad ſegetes, vites propter quod impediuntur paſcua ei cui ſervitus juris paſcendi debetur, an poſſit cogi ad reducendum prædia ad paſcua, ſicut erant tempore ſervitutis impoſitæ, an vero debeat agi ad intereſſe tantum? Et videtur prima facie eum cogi poſſe ad reducendum in priſtinum ſtatum loca, in quibus jus paſcendi debetur: *argument, l. 2. in fin. ff. ad leg. Aquiliam.* ubi dicitur quod ſi aquatio derivata eſt in damnum ejus, cui ſervitus aquæ debetur, poteſt peti, ut in priorem ſtatum reducatur, *facit l. præſes, & l. ſi manifeſte, C. de ſerv. pro hoc facit l. 1. in princip. D. quod vi, aut clam. & l. ſi colonus, & l. ſi tertius. §. officium, & per totam legem, D. de aqua pluv. arcend.* In contrarium videtur, ut ſolum agi poſſit ad intereſſe, *argument. l. loci corpus. §. in confeſſoria D. ſi ſerv. vend.* & quia ſicut in obligatione faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe, & non poteſt regulariter qui præciſe cogi ad factum, *l. ſtipulationes non dividuntur, & ibi per Bartol. D. de verbor. oblig.* ita in obligationibus non faciendi, 41

Quia * obligatio non faciendi dicitur obligatio faciendi: *probatur in l. 2. §. item ſi in facto eod. tit.* & ideo videtur quod dominus fundi ſervientis non tenebitur reducere paſcua ad culturam, ut dictum eſt ſupra, nec mutare formam ſervitutis conſtitutæ: tamen quia contrarium facit, ſuccedere debet obligatio ad intereſſe, ergo in illa quæſtione de qua conſultus extiti altius repetendo iſta diſtinguerem tres caſus, aliquando dominus prædii ſervitutis, vel alius vult reducere 42

fun-

fundum ſervientem ad culturam, fecit aliquas præparationes tantum, aliquando incipit etiam reducere, & reduxit, aliquando etiam reduxit in totum ad culturam magnam partem, ita ut impediatur jus paſcendi. Primò caſu, quando vult reducere fundum, nondum tamen verè reduxit: ſed fecit tantum præparamenta, propter quæ fortè turbat illum, cui ſervitus juris paſcendi debeatur: puta purgando loca, deſignando foſſam, vel loca vinearum, vel alia ſimilia faciendo. quo caſu poteſt dici, quod vult incipere, vel quod incepit, *per text. l.* 1. *§. cæpiſſe, D. de pollic. & per gloſſ. dot. in l. de pupillo. §. nunciationem, in verſic. inchoant. & l. prætor. §. ſi quis paratus in verſ. ſatiſdare, D. de novi oper. nunc. & ibi per Doct.* & tunc poteſt ſuccurri ei, cui ſervitus juris paſcendi in illo fundo debetur, nov. oper. nunc. *ut d. l. de pupillo, §. ſextus verſicul. impoſitiam*, & hoc, quando ab alio, quam à domino a quo eſſet ſervitus iſta debita prædio urbano, *juxta ea quæ dixi ſupra in* 3. *quæſt. principal.* Secus ſi deberetur pro prædio ruſtico: *ut eodem tit. cum gloſſ. & ibi per Dd. in l. qui viam eod. titul.* poteſt tamen contra dominum ſibi ſubvenire per actionem confeſſoriam, per quam dominus prædii ſervientis tenetur ad patientiam, *argum. l. uti frui, §. final. ſi uſfruct. pet. facit, l. quoties la* 2. *D. de ſervit. & l. Barum, & liegi. D. ſi ſerv. vend.* & hoc etiam vult Bartol. *in leg.* 1. *§.* 2. *D. de nov. oper. nunc.* Et per hanc confeſſoriam poteſt etiam agere ad intereſſe, & ad fructus, *leg. loci corpus, §. in confeſſoria, D. ſi ſervit. vend.* Secundo caſu quando incipit reducere, quod tamen non eſt perfectè, quod quando ſit, dicit Bart. *in leg.* 1. *§.* 1. *in fine, D. de nov. oper. nunc.* aut opus, de quo quæritur, eſt formiter, ut domus, theatrum, & ſimilia: & tunc non dicitur perfectum, ſed futurum, niſi habeat conſummationem in formam, aut eſt opus ſimpliciter, & informiter, & tunc quicquid eſt factum, poteſt dici opus imperfectum, *ut d. §. eod. tit.* & idem & clarius vult Bart. *in l. is qui reip. in fin. D. ex quibuscau. mat.* Et ego dixi plenius *in l.* 5. *§. opere. & l. ædificia, §. perfeciſſe, D. de verb. ſign.* & tunc ſimiliter habent locum omnia remedia, de quibus ſuprà dixi, & plus dico, quod poterit ille, cui ſervitus debetur agere contra reducentem ad culturam, ad deſtruendum opus, ſeu partem operis factam, ſi factum eſt, nunciatione novi oper. prius facta: *per l.* 1. *in princ. & §.* 1. *cum ibi not. ff. de nov. oper. nunc.* in caſu quo locum habeat nunciatio nov. oper. *ſecundum ea quæ dixi ſuprà in primo caſu.* Si autem non eſt factum, ſpreta nunciatione, quia nulla facta fuit: *dic ut dicam ſtatim in caſu ſequent.* Tertio caſu, quando jam dominus prædii ſervientis reduxit in totum ad culturam magnam partem, ita ut impediatur jus paſcendi: an tunc poterit agi per illum cui debetur ſervitus, ut cultura reducatur ad paſcua, an vero tantum ad intereſſe? iſta quæſtio formatur per gloſſ. & Dd. *in leg.* 2. *C. ad leg. Aquil.* quæ eſt valdè dubitabilis, in qua iſta diſtinguerem, comprehendendo omnes caſus qui veriſimiliter poſſent contingere: videlicet, quo aut eſt facta nunciatio novi oper. legitimè antequam opus illud fieret; & tunc ſi eſt factum, ſpreta nunciatione, & eſt ſervitus urbana, torum poteſt peti ut deſtruatur. Secus ſi eſt ruſtica, *ut l.* 1. *in princ. cum l.* 2. *& l. qui viam, cum ibi not. ff. de novi operis nunciatione.* Aut non eſt facta aliqua denunciatio novi operis,

 vel

vel de jure fieri potuit: tunc aut ille cui ſervitus juris paſcendi debetur ſcivit opus fieri, & conſenſit expreſſe, aut non conſenſit expreſſe: ſed eo ſciente, & patiente factum opus eſt: aut eo ſciente, & contradicente, aut ignorante.

44 Si illi + cui debetur ſervitus, ſcivit, & conſenſit expreſſe opus fieri: & tunc non poteſt agere ad demolitionem operis, quia remittentibus actiones ſuas, non eſt dandus regreſſus, *l. quæritur*, §. *ſi venditor*, *ff. de ædil. edict.* & regula quod ſemel placuit, de regulis juris in ſexta, nec poterit etiam agere ad emendationem damni vel intereſſe, *argument. l. Sabinus*, *verſic. ſin autem*, *ff. communi divid.* Si vero eo ſciente & patiente, & non expreſſe conſentiente opus factum eſt: & tunc aut non fuit deceptus per aliquem errorem, vel imperitiam: & nullo modo poterit agere ad demolitionem, ut patiatur adverſarius opus demoliri, ut ad paſcua fundus reducatur: *ut eſt caſus in l. Labeo ait, cum. l. ſequem. & ibi gloſſ. Bartol. & Dd. ff. de aqua plu. arcend. & probatur in dict. leg. Sabinus, verſic. ſed & ſi communi. divid. & in l qui bona paragrapho, ſi quis juxta. ff. de dam. infect.* & hoc tenet Bartol. *in l. quæ dotis*, *circa finem*, *ff. ſolut. matrimon.* poterit tamen agere ad intereſſe, & emendationem damni, *ut probatur in d. l. Sabinus*, *& d. §. quia juxta*, *& per gloſſ. & Dd. in d. l. Labeo.* Si vero opus eſt factum eo ſciente & contradicente, in hoc eſt major difficultas, an poſſit cogi dominus prædii ſervientis ad reducendum fundum in priſtinum ſtatum, & ſic ad demolitionem: ſed dic conſiderandam eſſe actionem, quam vult intentare, aut enim ille cui ſervitus debetur, ſi non conſenſit, vult uti interdicto quod vi, aut clam, & poteſt, *ut l. 1. & 2. in ver. impetrabis, Cod. ad leg. aquil.* & quando competat, collige ex his, quæ not. Bart. *in l. 1. in ultim. col. D. de no. oper. nunc.* & Roſ. *in interdicto quod vi, aut clam.* Aut vult agere in actione leg. Aquil. videtur quod poſſit, *per l. 2. in fin. C. ad. l. Aquil.* In contrarium videtur, quod actio l. Aquil. datur ſolum ad emendationem damni. Et ita tenet ibi gloſſ. 2. & probatur. *in leg. eod. titul. & Inſtit. ad. leg. Aquil. in princip. eum ſimil.* Cyn autem *in dict. leg.* 2. diſtinguit. Aut eſt opus quod non eſt reducibile ad priſtinum ſtatum: & tunc agi poteſt leg. Aquil. ſolum ad damnum ſeu intereſſe, *ut dict. l. 1. & 2. primo reſponſ. C. ad. leg. Aquil.* Aut eſt opus reducibile ad priſtinum ſtatum, ut aquæductus à curſo ſuo ſemotus: & tunc poteſt agi actione *leg. Aquil.* ut in priſtinum ſtatum reducatur, & ita loquitur, *dict. l. 2. in fin.* quæ ita debet intelligi ut conveniat titulo, ſub quo ponitur l. Imperatores, *ff. de in diem addict. & § quibus in prima conſtitutione*, C & ita actio erit utilis, & non directa, *pro hoc. l. ſi ſervum ſervum*, §. *aquaductus*, *ff. de ad leg. Aquil.* ita tenet, & ſequitur Bald. Ang. & Salic. *in d. l.* 2. Sed Paul. de Caſtr. ibi aliter intellexit dictum text. Dicit enim quod non poteſt agi principaliter actione leg. Aquil. ad deſtruendum opus factum, & ad reducendum in priſtinum ſtatum: ſed debet agi, & in libello principaliter peti, ut condemnetur ad emendationem damni, & hoc venit jure actionis *l. Aquil.* & ad hoc eſt adverſarius obligatus, *v. l. 1. & 2. in pr. C. ad. leg. Aquil.* Sed ſi diceret ſe velle in priſtinum ſtatum reducere, & non condemnari ad refectionem totius damni, debet audiri, & ſic debet intelligi ſecundum eum *in dict. leg. fin.*

&

& ſic cùm reus habeat facultatem hoc faciendi, vel reducendi rem in priſtinum ſtatum, iſtud eſt potiùs in ſolutione, quàm in obligatione, ſicuti eſt in actione noxali.

45 Ubi emendatio damni eſt in obligatione, & datio damni pro noxa eſt in ſolutione, *ut leg. miles. §. decem, ff. de re iudic.* & iſto modo dicit ceſſare ambages, de quibus per gloſſ. & Cyn. *in d. l. 2. C. ad l. Aquil.* qui mirantur quomodo actio *leg. Aquil.* detur, ut res in priſtinum ſtatum reducatur, & dicit, quòd cùm iſta facultas reducendi in priſtinum ſtatum detur reo ex diſpoſitione legis, videtur durare iſta facultas quouſque conveniatur judicati, ſi fuerit condemnatus ad emendationem damni, *l. item veniunt. §. idem ait, ff. de petit. hære.* ſed quando venit ex forma contractus, non durat dicta facultas, niſi uſque ad litem conteſtatam, *l. ſi quis ſtipulatus, ff. de ſolut.* Sed contra prædictum intellectum Paul. *facit d. l. 2. in princ.* quæ dicit, principaliter poteſt peti, ibi, ut in priſtinum ſtatum reducatur, ejus judicis cura impetrabis: ſed Paul. ibi reſpondet per idem quod in ſimili dicitur, *l. ſi pacto quo pœnam, verſic. ex ſtipulat. agens, C. de pact.* Nam verum eſt, quod impetrabis per indirectum: nam ſi vellet evitare condemnationem damni dati poteſt reſtituere in priſtinum ſtatum rem, & adire judicis officium, ibi, non tamen quod ſi facta reſtitutione adhuc agens remaneret in damno, in illo poſſit etiam reus condemnari, *ut in ſimili habetur in l. ſi cum dies in fine ff. de arbit.* & hoc ultimum tenet etiam Salic. *in dict. leg. 2.* & iſta eſt opinio Paul. quod non poſſit agi *l. Aquil.* principaliter ad reducendam rem in priſtinum ſtatum, etiam quando opus eſſet reducibile. Aliquando competit actio de paſtu pecoris, aliquando *l. Aquiliæ*: & aliquando actio in factum, & eſt caſus *in l. qui ſervandarum, §. final. ff. de præſcript. ver.* & aliquando competit actio ad exhibendum, *l. Julianus, §. glans ex arbore, D. ad exhiben* de quibus vide per Rofred. *in titul. de act.* quæ vocatur nomine ſpeciali de paſtu pecoris, ubi ponit libellum petitionis, & quæſt, circa prædicta, & Specul. *in tit. de offic. ordi. jud, §. 1. verſ. 4. circa imminentem, & in tit. de cauſa poſſeſſ & propriè verſ. 4. ſum. in fundo, & in tit. de injur.*

Nono * principaliter, an, & quando liceat paſculari in agro alieno? Et dic, aut eſt ſervitus impoſita juris paſcendi conventione, & poteſt ſecundùm ſervitutem conſtitutam, *l. 1. §. in prædiis, D. de ſervit. ruſt. præd. in Inſtit. de ſervit. §. tutor. ruſticorum.* aut non eſt impoſita ſervitus: & tunc aut eſt ſtatutum, quod certo tempore quis poſſit in alieno paſculari, & *idem arg. l. venditor, §. ſi conſtat. D. communia prædiorum, & l. de quibus, de legibus, conjuncta l. omnes populi de juſtit. & jur.* Aut non eſt ſervitus impoſita, nec eſt lex, vel conſuetudo: & tunc aut loquimur in militibus Imperatoris, qui veniunt ad aliquas partes: & tunc dicendum eſt, quod tempore illo non debet animalia ſua dimittere, ut paſcantur in pratis publicis: & ſi magiſter militis non curavit id obſervari in decem libras auri punitur: quæ pœna imponeretur etiam deſtruentibus prata privatorum, *in l. 1. C. de paſc. publ. lib. 11.* & ibi hoc not. Bart. & idem eſt dicendum in aliis militibus eadem ratione, licet malè obſervetur, dicit tamen Bartol. *in d. l. 1. per illum text.* quod provinciales debent providere, in quo loco animalia 46

militis ſine damno provincialium paſcuntur: & ideo hoc dicit eſſe utile pro militibus Imperatoris deſcendentibus ad partes Tuſciæ: ut poſſint petere Tuſcis ſibi aſſignari prata, quibus poſſint eorum equos paſcere: & intellige ſine injuria ſubditorum ſecundum And. de Barulo. *in l. 2. eod. tit.* & ideo non debent prata provincialium moleſtari à militibus principis, *ut l. fi. eod. tit.* & dicit Bart. illam l. facere contra ſtipendiarios Peruſii, ut non poſſint ſtare cum ſuis equis in pratis publ. vel privatis: bene tamen poſſent ipſi, & alii paſculari juxta viam, *ut c. 1. §. fin. in tit. de pace in uſib. feud.* quod declara, *ut dixi ſupra eod. in 5. q. princ. ver. quinto acquiritur.* Aut loquimur in aliis privatis, & regulariter quis non poteſt paſculari eum animalibus ſuis in agro alieno, *l. Quintus. D. ad l. aquil. facit l. divus, cum ibi not. D. de ſervit. ruſtic. præd.* niſi juxta viam ſine damno, ut dictum eſt, & de hoc, an & quando ſit licitum paſculari in fundo alieno, habetur *in dict. l. Quintus*, & per Alber. *in l. fin. ff. ad. l. Aquil.*

47 Decimo & ultimo + poſſet dubitari de paſcuis e publicis & privatis, in quibus non ſit ſervitus impoſita, *de quib. vide toto tit. C. de paſ. publ. lib. 10. & quæ not. in c. 1. §. fi. in tit de pace, & quæ dixi in præced. q. ſuprà in 2. & 3. princ.* & de illo qui dimiſit, equum in paſcuis ſine cuſtode, quem lupus comedit, an teneatur domino, *vide gloſſ. Cart. & Dd. in l. ſi. negot. ff. de negot. geſt. & Spec. in tit. de loc. §. poſt quàm, verſic. quid ſi loc. & per Ang. & Doct. in d. l. negot. & Cyn. Bal. & Dd. in l. cum prec. C. de lib. cauſ. & per Albert. In l. pign. C. de pign. Act. & ego dixi in l. quis ſit fugitivus, §. apud Labeonem, D. de ædil. edict.*

Item + an animal dimiſſum in paſcuis poſſideatur per illum qui eum ibi dimiſit, *vide text. cum glo. in verb. oberraverit. in l. 3. §. Nerva filius, D. de acquir. poſſ. & ibi Doct.* item ſi aliquis accepit equum in paſcuis, quia dicit ſe dominum illius equi, an incidat in pœnam, *l. ſi quis in tantum C. unde vi? vide ibi gloſſ. magnam. verſ quinto quid ſi equum, & Angel. & Dd. ibi, & Bart. & D. in d. §. Nerva filius.* 48

Item + ſi paſtor conduxit animalia ad paſcendum per inſidioſa loca, & ea amiſerit, tenetur, quia præceſſit culpa caſum, l. qui petitorio §. *qui rem, D. de rei vendic.* & ibi hoc not. Angel. qui dicit hoc eſſe intelligendum, quando duxerit ſcienter, vel ſaltem ſcire debuerit, *l. quod te ff. ſi cert. peta.* & de hoc an & quando f paſtor teneatur de mala cuſtodia, & qualiter, *vide text. gloſſ. & Dd. in l. ſi quis domum: aliàs l. Julianus, § Imperator, cum §. ſequent. D. loca, & quod not. Bartol. in l. ſi quis ex argentariis, & prætor. D. de eden. & l. ſi creditor. & l. quæ fortuitis, C. de pignor. actio.* Item ſi eſt conventum inter dominum, & paſtorem de dividendis fructibus, quæ actione ſit agendum, *vide l. paciſcenda, C. de pact. cum ibi not.* 49

Item, + ſi quis eſt in poſſeſſione alicujus paſcui, & eo tantùm utatur certo tempore anni, an per hoc retineat ſuam poſſeſſionem? dicas quod ſic, *l. 3. § ſaltus, D. de acquir. poſſeſſ.* Plura poſſent de paſcuis, & paſtoribus dici, ſed brevitatis cauſa iſta ſufficiant: quia non eſt propriè materia ſervitutum, &c. 50

ADDITIO.

a *Numerus*, Numerus major facit præſumi majorem veritatem, *in Specul.*

cul. de teſte. §. verſi. quid ſi omnes, & gloſſ. 4. quæſt. 3. ſi teſtes §. in teſtib. ubi etiam ponit quando præferatur numerus dignitati teſtium. Et numerus major facit præſumi majorem zelum, *in Specul. de elect. §. ver. publicatione.*

b *Viciniam.* Vicinus non poteſt retinere meretricem in domo, invitis vicinis. *Vide Guil. de cum. in l. 2. C. de ſum. Trinit.*

c *Animal.* Animal in damno repertum, & retentum, vel pro pignore captum pereat, debet per officialem emendari. *l quemadmodum §. magiſtratus. D. ad legem Aquiliam.*

d *Diviſio.* Diviſionem judex facit, ſi partes diſcordant. *Vide Paul. de Caſt. Conſil. 92.* Diviſionis libellus quomodo formetur, *vide Bar. & Bald. in l. ad officium C. communi divid. & in l. 1. eod. titu.*

e *Paſcuis.* Paſcuorum conſuetudo inſpici debet. *Bald. in titul. de pac. conſtan §. mos Romanorum in 3. colum. ver. & not. hoc. expreſſum & not. in l. 1. §. denique. & l. 2. de aqua pluv arcend.*

f *Paſtor.* Paſtor tenetur de cuſtodia *in Specul. de act. feud. pe. §. 3. verſ. idem not. quod ſi in fin.*

CAPUT X.

De Servitutibus calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ.

1 *Servitutes calcis coquendæ & arenæ fodiendæ, an ruſticæ eſſe dicantur?*

2 *Jus calcis coquendæ vel arenæ fodiendæ ultra quam opus fuerit pro fundo dominante, ſi promittatur, an talis ſervitus conſtitui poſſit?*

3 *Servitutes calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ an ſint nominatæ vel innominatæ?*

4 *Jus cretæ vel lapidis eximiendi ſi quis habeat, an iſtud ſervitus dicatur?*

5 *Loca in quibus debetur ſervitus, vel jus calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, vel cretæ, aut lapidis eximendi, quomodo nominentur?*

1 Iſtæ duæ ſervitutes ſunt ruſticæ, *ut probatur in l. 1. §. in ruſticis. & l. ergo. D. de ſerv. ruſt. præd. & inſtitut. de ſerv. §. inter ruſticorum.* quoniam calx & arena ſunt de neceſſariis ad domunculam in agro illius, cui ſervitus debetur, faciendam propter fructus recipiendos, *ita dicit gloſſ. d. §. inter ruſticorum, in verſi. calcis coquendæ.* vel etiam quando deberentur pro alio fundo ruſtico, puta ſi concederetur mihi jus in prædio tuo, ut in eo mihi liceat calcem coquere, vel arenam fodere, ut ex his fiant vaſa vel inſtrumenta, vel granaria, vel ædificia in meo prædio, quibus fructus prædii mei reponantur & exportentur vel quid ſimile fiat, quod ad culturam vel fructum agri percipiendum neceſſarium ſit, *l. velati, ff. de ſerv. ruſt. præd. & not. per Azo. in ſumma C. de ſer. §. pecoris. ver. & ſic concedi poteſt.* Secus ſi deberetur ſervitus pro domo & non pro fundo: quia diceretur ſervitus urbana, quoniam ſervitus denominatur à prædio denominante, *ut eſt text. cum gloſſ. in verſi. aream l. 1. ff. de ſerv. urb. præd.* Et quando dicatur fundus ruſticus & urbanus: vel ſervitus urbana aut ruſtica, *vide quæ dixi 1. lib. in 3. & 4. diviſione ſervitutis.* Sed ſi jus calcis coquendæ debetur vel arenæ fodiendæ, non ad utilitatem

 fundi

fundi urbani, vel ruſtici. non eſſet ſervitus realis, ſed jus perſonale, *ut not. gloſſ. in d. l. veluti, in verſ. quod ergo, & probatur in l. Mela §. fin. & ibi per gloſſ. Bart. & Dd. de alim. & cib. leg. & not. in l. domum. ff. de ſerv. ruſt. præd.*

2 Sed ✝ hic ſecundo loco dubitari poteſt, quod ſi promittatur jus calcis coquendæ, vel arenæ foliendæ, ultra quam ſit opus pro fundo dominante, an talis ſervitus poſſit conſtitui? Et dico quod non, *l. ergo in fin. cum l. ſeq. eod. tit.* Et eſt ratio: quia ſervitutes reales ſunt ſecundùm indigentiam prædii dominantis, *ut d. l. ergo, §. fin. & ita not. Bartol. in l. eadem, in §. Cato. in 6. ff. de verb. oblig. & l. ſtipulationes non dividuntur, in 4. quæſt. eod. tit. & ſuprà in d. 4. diviſione ſervitutis, verſ. circa iſtas ſervitutes*, ibi, item quarta eſt natura ſervitutis.

3 Tertio, ✝ dubitatur numquid iſtæ duæ ſervitutes ſint nominatæ, vel innominatæ. Et gloſſ. *in l. 1. §. in ruſticis, in verſ. hæc ſunt, in princ. ff. de ſerv. ruſt. præd.* dicit quòd ſunt innominatæ, Ego tenui ſuprà *in lib. 1. in 2. diviſione ſervitutis*, quod ſunt nominatæ, dic ut ibi dixi, & ſupra de ſervitute aquæ ducendæ: *in 3. q. princ.*

4 Quarto quæro, ✝ quid ſi aliquis habet jus cretæ, vel lapidis eximendi, an iſta ſit ſervitus? dic ſi debetur ad utilitatem prædii ruſtici erit ruſtica ſervitus: ſi urbani, erit urbana. Sed ſi non debetur ad utilitatem fundi, ſed ob aliam cauſam, puta, ut vaſa figuli venalia facere poſſit, tunc non erit ſervitus realis ruſtica, vel urbana, ſed quædam commoditas *a* ad ſimilitudinem uſusfructus, *ut eſt text. cum gloſſ. & Dd. in d. l. ergo, §. fin. & l. veluti ff. de ſerv. ruſtic. præd.* & probatur per ea quæ dixi ſuprà in princip. & ideò dixi, ad ſimilitudinem uſufruct. quia non uſusfructus eſt, cum uſufructuarius habeat omnes fructus ſimul, *ut Inſtit. de uſu & hab. in princ.* quod non eſt hoc caſu, in quo non habet niſi jus eximendi cretam, vel lapidem, ſed ſi haberet jus percipiendi omnes fructus tunc eſſet ſervitus uſufruct. *l. arboribus in fin. princ. ff. de uſufructu, & ita not. in d. l. veluti, verſic. ſed ſi ut vaſa per gloſſ. & doct.*

Quinto, ✝ & ultimo quæro quomodo vocentur hujuſmodi loca, in quibus debetur ſervitus, vel jus calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, vel cretæ, aut lapidis eximendi? dic nominantur cretifodinæ, lapidicinæ, *l. divortio §. ſi vir. in fundo, ff. ſolut. matr.* & arenariæ in quibus arena foditur, *l. ſed hi, in princip.* & *ibi gloſſ. Digeſtis de publicanis.* 5

ADDITIO.

a *Commoditas*, dicitur reſpectu uſus non reſpectu fructus, *l. cum in rem, & ibi Bart. de rei vendi.*

CAPUT XI.

De ſervitute altius tollendi.

1 *Servitus altiùs tollendi triplex eſſe dignoſcitur.*

2 *Servitus altius tollendi quare alia eſt ruſtica, & alia urbana?*

3 *Servitute altius tollendi exemplum quomodo ponatur?*

4 *Servitute altius tollendi exemplum quomodo procedat, cum quis regulariter poſſit tollere domum ſuam uſque ad cælum, etiam ſi ſervitus impoſita non eſſet?*

5 *Culturæ favore non poteſt unus ventum*

tum impedire, ne ad ulterius prædium tranſeat.

1 TRiplex eſt ſervitus altiùs tollendi, & officiendi luminibus vicini. Alia eſt ſervitus altiùs non tollendi, & iſtæ duæ ſunt urbanæ, *de quibus in l. 1. D. de ſerv. ruſt. præd. & dixi in 1. lib. in duobus tit.* Tertia eſt ſervitus altiùs tollendi, quæ eſt ruſtica, *l. 2. in princip. D. ſerv. ruſt. præd. & ibi per gloſſ. & Dd.* & de iſta loquitur rubr. noſtra.

2 Pro cujus declaratione primo quæro, quare iſta eſt ruſtica, aliæ ſunt urbanæ? dic, quia ſervitus denominatur à prædio dominante, *ut gloſſa in l. 1. verſiculo aream de ſervit. urbanorum prædiorum & dixi titulo præcedenti*, & ideo quando ſervitus altiùs tollendi vel non tollendi debetur præd. urban. appellatur urbana, & ita procedunt dictæ duæ rubricæ primi libri. Quando vero debetur ruſtico, nominatur ruſtica, quia prædio ruſtic. fit, puta quia eſt prædum vel villa, *l. plenum in princip. de uſu & habi.* & ita debet intelligi iſta rubric. *ut vult. dict. l. 2. in princip. gloſſ. in fin.*

Secundò quæro quomodo ponatur

3 exemplum in hac ſervitute altius tollendi? dic, poteſt poni domuncula gratia fructuum parata, quam ille cui debebatur hæc ſervitus, volebat altiùs tollere, & officere prædio vicini, l. eo jure, paragr. ſtabula, ff. in quibus cauſ. pig. tac. contrà, & ita vult. gl. *in d. l. in princ.*

4 Tertiò quæro quomodo hoc exemplum poſſit procedere, cum quis regulariter poſſit ædes ſuas, vel domum altiùs tollere uſque ad cælum, etiam ſi non eſt impoſita ſervitus, l. Imperatores, & *l. cum eo. D. de ſervitutibus urbanorum prædiorum, & l. qui lumini, & ibi per gloſſ. & Dd. eodem tit. & altiùs & l. ſi ædibus, C. de ſervit. & aqua.* ergo ſervitus non videtur poſſe locum habere: quia res ſua, & jus ſuum non poteſt ſibi ſervire, *l. in re communi, & l. ſi quis ædes, & l. nemo enim ff. de ſerv. urban. præd. & l. uti frui in princip. D. ſi uſusfruct. pet. cum ſimil.* dicendum eſt ſecundum gl. *in d. l. 2. in princip.* quod in urbanis eſt libertas: quia poteſt quis regulariter altiùs tollere, & ita procedunt jura præallegata. Sed in prædiis ruſticis eſt ſervitus poſſe elevari altiùs: quia ubi non eſſet impoſita ſervitus altiùs tollendi, & officiendi prædio vicini, non poſſet altiùs tolli propter utilitatem ſegetum, *l. fin. in fin. C. de ſervit. & aqua.*

Et ratio dubitandi potuit eſſe: quia favore culturæ non poteſt unius impedire ventum tranſire ad prædium alterius, *d. l. ſi in fin.* Et ideò videbatur hoc eſſe introductum pro publ. utilitate, & non poſſe alio pacto expreſſè contrahentium aliter diſponi, & nec pacto valet per illam *l. 2. in pr.* ſecundùm primam lect. quam etiam ibi Paul. de Caſtr. tenet, *in d. l. fin.* Vel ſecundò poteſt dici, quòd iſta ſervitus locum hrbeat, quando actum fuerat, ut deberet altius tollere, quia altiùs ædificare de neceſſitate eſt ſervitus: ſed de voluntate eſt quædam libertas, & ita declarat gloſſ. *in d. l. 2. de quo vide quæ ſupra dixi in lib. 1. in tit. de ſerv. altiùs tollendi*, ubi declaravi quomodo poteſt eſſe utilis hæc ſervitus. Vel tertiò poteſt dici ſecundùm eandem gl. quòd hæc ſervitus intelligatur, quando quis habet poteſtatem altiùs tollendi in fundo vicini ruſtico: quia tunc in alieno jus ſervitutis conſtitui poteſt, & hanc tanquam veram ſequitur

Flor.

Flor. *in d. l. 2.* tamen prædicti tres intellectus rectè poſſunt procedere ſecundum quod ſuprà declaravi. Cætera circa hanc materiam vide in duobus tit. de ſerv. altius tollendi, & altius non tollendi, *& quod not. in l. fin. §. fin. C. de ſerv. & aqu.*

CAPUT XI.

De ſervitute cloacæ.

1 *Jus cloacæ immittendæ quod ſit?*
2 *Servitus cloacæ fundo ruſtico quando deberi dicatur?*

1 JUs + cloacæ immittendæ ſervitus eſt ſcilicet ruſtici prædii, *in l. jus a cloacæ, D. ſervit ſecundum gloſſ. ibi per l. 2, in princ. D. de ſerv. ruſt. prædior.* quæ ſi intelliguntur de prædio ruſtico dominante, gloſſ. optimè dicit. Sed ſi intelligeretur de prædio ſerviente, deberet addi, de fundo urbano ſervitutem debente ruſtico fundo: *ut eadem gloſſ in d. l. 2. in verſic. domum. in 2. lect.* & utroque modo dicitur ſervitus ruſtica, ex quo debetur fundo ruſtico: quia ſervitus debetur prædio dominanti, *l. 1. cum gloſſ. in verſ. aream, D. de ſervit. urbanorum prædior. & dixi in titulo præced, in 1. quæſt.* & ideo ſi ſervitus cloacæ deberetur fundo urbano, diceretur urbana, *de qua dixi ſupra in primo lidro in tit. de cloacis.*

2 Sed ſi quæratur + quando dicatur ſervitus cloacæ deberi fundo ruſtico; dic quod quandoque licet per vicini domum habere cloacam, *d. l. 2. in princ.* ad quam cloacam coloni agri mei propter neceſſitatem ſui corporis accedunt, quod agro meo expetit: ideoque dicitur ruſtica ſervitus: *ut dicit gloſſ. in d. l. 2. in verſ. cloacam.* Et ita poteſt intelligi, *d. l. 2. & d. l. jus cloacæ.* Sed quando deberetur ſervitus pro purgando fundo urbano: tunc diceretur ſervitus urbana inſpecto fundo dominanti, cui ſervitus debetur: & quia iſta materia cloacæ fuit examinata ſuprà, *in primo libro in titulo de cloacis,* & pleniùs ſuprà *in titul. de aquæductu in ultim. quæſt. princ. ver. utile, & convenienter etiam ſubjicere, uſque ad finem, & aliquid ſupr. de ſervitute viæ, in 36. & ult. quæſt.* ideò non expedit hic aliter declarare, &c.

ADDITIO.

a *Jus cloacæ.* Cloacæ meæ uſus, an poteſt impediri per te, *vide Specul. de cauſa poſſeſſ. Paragrapho 3. in fin, & §. 4. verſicul. ſed numquid,* & cloacæ materiam, *vide in titulo, D. de cloa. per totum.*

CAPUT XIII.

De Servitute prætorii, vel protecti.

1 *Prætorium, vel protectum habere licere in fundo, quæ ſervitus eſſe dicatur?*
2 *Prætorium quid propriè dicatur?*
3 *Prætorium, quod aliàs protectum dicitur, quid ſit?*

EST + etiam ſervitus ruſtica prætorium, vel protectum habere licere in fundo, ut ibi recipi poſſint coloni agri mei, *l. 2. cum gloſſ. verſiculo protectum, D. de ſervitut. ruſtic. præd.*

Prætorium + autem dicitur locus in quo paterfamilias reſidere ſolet, & merces

merces & ſpecies tanquam in horreis retinere, *C. de offic. rector. provin. l. nulli.* & ſumitur hoc ex eo, qui prætorium ſolet dici locus, in quo prætor reddit jura, *ut dicit glo. in l. plenius, in princ. D. de uſu & hab.* Si igitur alicui licet in fundo vicini prætorium habere, in quo ſui coloni, ſive ipſe, aut ſua familia poſſint reſidere cauſa ſui fundi ruſtici, dicetur ſervitus ruſtica.

Protectum + vero quod alias projectum dicitur eſt illud quod ita provehitur, ut nunquam removeatur, qualia ſunt mœniana, *l. malum. §. ſi protect. D. de verbor. ſignif. & l. quemadm. §. ſi protectum, D. ad l. Aquil. & l. ſi duo. §. item videamus, & §. Labeo, l. ſi duo, D. uti poſſidet* cum ita non ſit licitum protectum ſuper ſolo alterius facere, vel habere in fundo vicini pro utilitate fundi ruſtici, dicitur ſervitus ruſt. de qua loquitur. *l. 1. de ſervit. ruſt. præd.* Et iſta rubrica declaratur per ea quæ dicta ſunt in titulis proxime alleg.

CAPUT XIV.

De Servitute innominata.

1 *Servitutes innominatæ quæ dicantur?*

2 *Servitutes quæ per quatuor elementa verſantur?*

POſt urbanas + ſervitutes quæ nominatæ dicuntur, domum primo libro figuravimus, ut ex ea cæteræ ſervitutes urbanæ, quæ nominatæ non reperiuntur intelligi poſſint. Nunc vero conſequens, ut in hoc libro ſecundo declaratis ruſticis ſervientibus nominatis alium ordinem adhibeamus quo alio modo reperiantur facile, & haberi & intelligi poſſint.

Has + autem, cum circa prædia tantum ruſtica verſentur, per quatuor in primis elementa, terram ſcilicet *a* aquam, aërem, & ignem, quantum ad rem pertinet, breviter ordinandas eſſe 2
conſtituimus, ita ut facilius unuſquiſque inquirere, ac percipere poterit, quando fundo ruſtico ſervitus debeatur, quando illis etiam quatuor elementis nullo jure ſervitutis prohibente, libere uti valeat.

ADDITIO.

a *Terram.* Terra quantum differt à luna, & quantus ſit circuitus ejus, ponit Plinius *nat. hiſt. lib.* 1. non declaro quia non eſt materia juris.

CAPUT XV.

De ſervitute Terræ.

1 *Servitutes terræ quæ ſint, & quibus imponantur?*

2 *Religioſi ſi concedant, ut in aliquo loco ſepulturam facere poſſim & ibi ſepelire cœperim, ſi poſtea cum eis conveniam, ne ſepeliam, niſi uſque ad certum numerum, & quod non poſſim inibi monumentum cum lapidibus, niſi uſque ad certam menſuram extruere; an talis conventio valeat?*

3 *Fundum ſi quis habuerit: per quem ſolebat ire ad caſas fundo junctas, & ipſum alteri legaverit: an ſi legatarius ſibi fundum legatum petat hæredes excipere poſſint ſervitutem dictis caſis deberi?*

4 *Caſa quid proprie dicatur, & quid cabanna?*

QUia primum apud nos elementum eſt terra, ideo prius de ipſa in genere videamus, poſtea ſpecialiter de quibuſdam ſervitutibus terram concernentibus declarabimus.

1 Primo eſt in primis ſciendum, ſervitutem hujuſmodi imponi poſſe, ut boves per quos colitur fundus, in vicino agro paſcantur. & ita Nerat. *lib. 2. membranarum* ſcribit, ut Ulpian refert in *l. 3. in princ. ff. de ſerv. ruſt. præd.* de qua dixi ſupr. *in tit. de ſerv. juris paſcendi.* Item ut fructus vicini in villa cogantur, coactique habeantur: ut pedamenta ad vineam ex vicini prædio ſumantur, & vicino, cujus lapidicinæ fundo tuo immineant, id eſt ſint juxta agrum tuum ex parte ſuperiori poſſe te concedere jus eſſe, terram in fundum jacere, ſaxa poſita habere, & ut in tuum lapides pervolvantur, ibique poſiti habeantur, indeque exportentur, hæc omnia habentur *in dict. l. 3. in princ.* Item poteſt conſtitui ſervitus geſtandi, vel in tuo uvas premendi, vel area tua ad frumenta cæteraque legumina exprimenda utendi, habenti prædium ruſticum pro eo conſtitui. *l. Mela, §. fin. cum gloſſ. & Bar. ff. de alim. & cibar. leg.* Item ſervitus ruſtica conſtitui poteſt, ut ſilvæ cæduæ, & pedamenta vineis non deſint in cauſa fundi ruſtici dominantis fiat. Item & Mædianus probat ſervitutem talem conſtitui poſſe, ut tugurium mihi liceret habere in tuo ſcilicet ſi habeam paſcui ſervitutem, aut pecoris appellendi: ut ſi hiems ingruerit, habeam quo me recipiam: vel ſi fuerit conſtituta ſervitus propter colentes agrum meum, quatenus in tugurio agri tui recipiantur, *ut eſt text. cum gloſſ. in verſ. habeat. l. veluti verſ. item ſylvæ, D. de ſerv. ruſt. præd.* Item ſervitutes prædiorum tam in ſolo, quam in ſuperficie imponi poſſunt, *l. 3. ff. de ſerv.* quod declara ut ibi per gloſſ. & Dd. Item ſervitutes ruſticorum prædiorum, & ſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt, & ideo non uſu capiuntur. *l. ſervitutes prædiorum, in princip. eod. titul.* caveri autem, ut ad certam altitudinem monumentum ædificetur, non poteſt: quia ut quod humani juris eſſe deſiit, ſervitutem non recipit. Item nec illa quidem ſervitus conſiſtere poteſt, ut certus numerus hominum in uno loco humetur, *l. 4. quæ incipit caveri, ff. communia prædior.* & ideo dicit ibi Paul. de Caſtr. *per illum text.*

Quod † ſi religioſi concedant in aliquo loco, ut poſſim facere ſepulturam & ibi incepit ſepelire ? ſi poſtea conveni cum eis, ut non poſſim ſepelire, n ſi uſque ad certum numerum, & quod non poſſum ibi extruere monumentum cum lapidibus, niſi uſque ad certam menſuram illa conventio non valet, & potero ſepelire quot volam, & etiam ornare ſepulchrum lapidibus prout decet, *l. 1. §. interdictum. ff. de mort. infer.* & Paul. hoc vult. *l. ſtatuas, C. de relig. & ſumpt. fun.* non obſtante contradictione illorum religioſorum; ſed ſi vellem prohiberi. *arg. l. ſi cui ff. de ſervit.* 2

Sed in ſpecie nunc quæritur de caſis, ſi quis habet fundum per quem ſolebat ire ad caſas junctas fundo, & ipſum alteri legat, an ſi legatarius petat fundum ſibi legatum, poſſint hæredes excipere ſervitutem debiti dictis caſis, ut ſic poſſit iri per illum fundum ad dictas caſas. Et videtur quod non: quia nulla ſervitus fuit ante mortem teſtatoris, quia res ſua nemini ſervit. *l. in re communi. ff. de ſerv. urb. præd. cum ſim.* Nec poſt mortem videtur ſervitus 3

aliqua

aliqua deberi, ex quo non fuit per teſtatorem impoſita, quia res præſumitur libera; ubi ſervitus impoſita non reperitur, *l. altius*, *& l. ſi ædibus*, *C. de ſerv.* Tamen dicendum eſt contrarium; ex quo teſtator legavit proprietatem fundi per quem ad caſas ſolebat venire, *ut l. teſtatrix in princ. ff. ſi ſerv. vend.* & probatur in *l. ſi fundum ſub conditione §. & qui fundum, ff. de leg. 1. & l. ſi. in princ. ff. de ſerv. urb. præd & per Bart. in l. 1. ff. de ſerv. leg.* ubi omnino eſt videndum de hac materia.

4 Quæ autem + dicatur caſa, Bald. *in cap. 2. ſi duo fratres in eadem caſa, in titul. de fra. de no. benef. inveſt.* dicit quod eſt vulgare Italicum, & ſolet dici cadendo, quando eſt quædam domuncula; ſed numquid cabanna dicatur caſa ſive domus? dicit Bald. ibi, recurrendum eſſe ad vulgare: nam illud quod communiter homines dicunt, in vulgari eſt inſpiciendum: propriè tamen non dicitur domus, quia non conſiſtit ex pariete, & ex texto, *ff. de uſuc. l. eum qui ædes*, qui dicit eſſe ad ſtatutum; ſed vide gloſſ. *Iuſtit. de re. div. §. 1. in ver. villis*, quæ declarat quæ dicatur cabanna.

CAPUT XVI.

De Tugurio.

1 *Tugurium in fundo alieno facere, an licitum ſit?*

2 *Tugurium quid dicatur remiſſive?*

1 TUgurium + an ſit licitum in fundo alieno facere? Dic quod non regulariter, *l. quemadmod § ſi proteẞ. ff. ad legem. Aquil. & l. qui vitem, §. ſi ad. januam. ff. quod vi, aut clam.* niſi ſit impoſita ſervitus, *l. veluti, de ſerv. ruſt. præd.* & ſi fiat non impoſita ſervitute, poteſt propria autoritate domini fundi deſtrui: *ut de §. ſi proteẞum*, *& §. ſi ad januam*, quod. not. Sæpè quando in locis ubi ſunt paſcua, contenditur de poſſeſſione, vel quaſi, partes faciunt tuguria, aut caſas, ut ſub eis ſtent pecorarii ſui, vel coloni, ut ibi ponant fœnum: quia ſi fiat in fundo alterius poteſt dominus propria authoritate, & impunè deſtruere per dicta jura. Et quid ſit tugurium, *vide l. tugurarii ff de verbor. ſignif.*

CAPUT XVII.

De cultura terrarum.

1. *Vicinus loci privati ſuperioris, ſi ita per ſulcos araverit, atque per porcas, ut ad inferiorem fundum aqua venerit, an poſſit? an vero aquæ arcendæ judicio cogi poſſit, ut in alteram partem aret?*

2. *Opus ſi quiſpiam arando faciat, ex quo aqua pluvia vicino nocere poſſit, ſi alter fundus coli non poterat actione aquæ pluviæ arcendæ non tenetur.*

3. *Sulcos, vel foſſas ſi quiſpiam in vicini inferioris damnum, ſeu ex latere facere vult, dato quod non poſſit, quomodo ei ſuccuratur?*

DE cultura terrarum breviter quædam dicamus. + Vicinus loci 1 ſuperioris privati ita arabat per ſulcos atque per porcas, ut ad inferiorem fundum aqua veniret, quæſitum eſt an poſſit: An vero aquæ arcendæ judicio cogi poteſt ſic, ut in alteram partem araret, & ne ſulci vicini a inferioris

rioris agrum ſpectarent? Reſpondendum eſt, dominum fundi inferioris non poſſe facere, quominus agrum ſuum ſuperiorem vicinus quemadmodum vellet, araret, *ut eſt text. in l. vicinus in pr. D. de aqua pluv. arc.*

2 Ex quo not. ✝ ſecundum Bart. ibi, quod ſi arando aliquis opus faciat ex quo aqua pluvia nocere poſſit vicino, ſi aliter fundus coli non poterat, non tenetur actione aquæ pluv. arc. Sed ſi alio opere fundus poterat coli, tenetur ea actione, & ita intelligatur verſ. ſequens, ſed ſi quos, ſecundum Bart. & Joan. de Imol. ibi gl. autem habuit alium intellectum, videlicet ut lex, vicinus in princip. intelligatur, etiam quando ſulci erant nocituri fundo vicini inferiori, ſi non animo nocendi facti ſunt, ſed cauſa agri colendi, & eſt ratio: quia naturaliter fundus inferior debet ſervitutem ſuperiori, ut aquam recipiat, *l. 1. & fin cum l. ſeqq. D. de aqua pluv. arc.* & ideo ſi dominus ſuperior non poſſet bene colere fundum ſuum ſine ſulcis aquariis, ſibi licitum eſt eos facere, *ut ibi, & l. 1. §. de eo opere, eod. tit.* Sed adverte quod loquitur quando vicinus habebat fundum ex latere, & faciebat ſulcos ex tranſverſo animo nocendi fundo vicini, & non propter neceſſitatem, vel utilitatem culturæ, vel aliter. Et tertio poteſt intelligi illa l. vicinus, ſecundum Paul. de Caſtr. quia aut quis facit ſulcos apertos aratro ad ſeminandum, & poteſt facere ſicut vult, ſive per longum, ſive per tranſverſum, *ita loquitur, l. vicinus in princ.* Aut quis vult facere hos non cauſa ſeminandi, ſed cauſa aquam retinendi, qui dicuntur ſulci aquarii: & tunc diſtinguit. Aut ſine illis non poterat ager coli, & idem. Aut poterat, & tunc ſecus: & ita loquitur *verſ. ſed ſi quos*, probatur *in l. 1. §. de eo opere, tit.* quod ſit cauſa agri colendi, & fructus colligendi, quicunque illi ſint, ſive frumentum, ſive alii fructus, ſive opus fiat aratro, ſive alio modo: *ut eſt text. cum gloſſ. in d. §. de eo opere, §. ſeqq. & §. Labeo.*

Sed quid ✝ ſi vult quis facere ſulcos, vel foſſas, in damnum fundi vicini inferioris, ſeu ex latere: & caſu quod non poſſit, quomodo ei ſuccurretur? Dic aut jam fecit, & aqua incepit decurrere, & poteſt ipſum cogere, ut repleat ſulcos, vel foſſas, & ſi non replet, condemnari debet ad intereſſe, *d. l. vicinus verſ. ſed ſi quos.* Vel poteſt judex jubere ut caveat de damn. infect. *l. hactenus §. fin. eod tit.* Et etiam manu militari poterit compelli ad demoliendum, & ad planandum opus, *l. qui reſtituere, ff. de rei vend. & l. ſtipulatio. §. fin. D. de nov. oper. nunc. & not. gloſſ. in d. l. vicinus, in ver. condemnare.* Aut vicinus fecit opus, & aqua per foſſas nondum fluxit: & tunc ſimiliter poteſt per judicem cogi, ut repleat. Eſt ratio, quia in illa actione aquæ plu. arcen. venit damnum futurum, *l. ſupra iter §. officiam, & l. hactenus. §. pen. eod. tit.* nec inſpicitur ſi nocuit aqua, ſed ſi nocere potuerit: ut dicit gloſſ. *in d. l. vicinus, in fin. in verb. numquam fluxiſſet, & l. 1. §. 2. eod. tit.* 3

ADDITIO.

a *Vicini.* Vicinus poteſt aquam venientem ex fundo, vel tecto vicini, in curtem, vel fundum ſuum retinere, & depellere, ne ſibi noceat. *Paul. de Caſt. in l. quoties, l. 1. de ſer. & ſupra per Bar. Cap. de ſerv. urb. c. 12. c. 46. c. 47. & ſequent.*

CAP.

CAPUT XVIII.

De ſeminatione Plantarum.

1 *In fundo ſuo unicuique ſeminare herbas & arbores plantare, vites putare, &c. licitum eſt.*

2 *Aquæductus ſervitutem per fundum tuum ad fundum meum ſi mihi debeas: non poteris in fundo tuo fodere, vel aliud facere per quod aqua corrumpatur.*

3 *Fundi ſui in finibus, an alicui plantare licitum ſit: & ſi radices in vicini fundum intraverint, vel frondes, aut rami protendantur, an vicinus eas propria autoritate incidere valeat?*

4 *Glans ex arbore tua ſi in fundum meum accederit, an tibi ipſam auferre liceat, & ſi prohibeam, quo interdicto tenear?*

5 *Glandis appellatione, an omnes fructus contineantur?*

6 *Glandem tuam, quæ in fundo meo cadet, ſi pecus meum comederit, qua actione tenear?*

7 *Hortum vicinus qui certo tempore irrigare ſolebat, ſi pratum fecerit, aſſiduaque poſtea irrigatione vicino nocere cœperit, quid juris?*

1 POſtquam de cultura terrarum dicere incepimus: conſequens eſt, ut de ſeminatione plantarum, putatione, & inſertione aliqua dicamus.

Et primo + ſciendum eſt regulariter quem poſſe in fundo ſuo ſeminare ar-
1 bores, herbas plantare a, vites, & arbores putare, & alia hujuſmodi facere; quia in re ſua quilibet moderator eſt & arbiter, *l. in re. mandata. Cod. mand.* & nemo poteſt prohiberi uti ſua re quocunque modo voluerit, imo ſi voluerit, poteſt agere actione injuriarum *l. injuriarum actio §. pen. ff. de inju. & l. qui penden. de act. empt.* niſi probetur ſervitus impoſita. *l. altius, & l. ſi ædibus C. de ſerv. not. Bald. in cap. 2. in tit. ſi de feud. fu. con. in uſib. feu. &c. cæterum. de judic. & Ant. de Butr. in c. nimis extra de jurejur.*

Et ideo + ſequitur ex hoc, quod ſi 2
mihi debes ſervitutem aquæ ductus per fundum tuum ad fundum meum: vel hoc anno duxi aquam per fundum ſine vitio, non potes in illo fundo tuo fodere, ſuccidere, putare, ædificare, vel aliud facere per quod aqua inquinetur, vitietur, corrumpatur, deterior fiat, & ſi hoc fiat tenebris interdicto de aqua quot. & æſt. *ut eſt text. in l. 1. §. Labeo putat. ff. de aqua quoti. & æſti.*

Sed circa + plantationem arborum 3
quæri poteſt, an ſit licitum alicui in ſuo arbores plantare, & in finibus fundi ſui: & ſi radices intrent fundum vicini, vel frondes, aut rami protenduntur ſupra fundum vicini, an vicinus poſſit eas propria authoritate incidere: & ſi fructus arboris meæ ceciderunt in fundum vicini, *vid. de his omnibus quæ plenè dixi ſupra in 1. lib. in tit. de arboribus, & in tit. de ſerv. ne luminibus officiatur. in 4. q.*

Quibus + adde, ſi glans ex arbore 4
tua in fundum meum cecidit, & extat, licitum eſt tibi tertio quoque die auferre illam, & ſi prohibeam, teneor interdicto de glande legenda.

Et + appellatione glandis omnes 5
fructus continentur, *ut l. unica, & ibi gloſſ. Bart. & Dd. ff. de glande. & l. Julianus, §. glans ff. ad exhib.* Item ſi non patior tollere glandem, teneor ad exhibendum, quemadmodum ſi tuam materiam in agrum meum dela-

tam

tem tibi auferre non patiar. *d. l. Julianus*, §. *glans.*

6 Item + ſi immiſſo pecore depaſco glandem tuam, quæ in fundo meo cadit, ſi dolo malo pecus immiſi, ut glandem comederet, teneor ad exhibendum *ut d.* §. *glans*, & etiam actione in factum agere poteris, *l. qui ſervanda*, §. *glans*, *D. de præſcript. ver.* 2.

7 De * irrigatione aliquid dicamus, & ſi vicinus qui hortum ſolebat certo tempore irrigare, pratum illic fecerit, cæpitque aſſidua irrigatione vicino nocere, ait Juriſconſultus, neque damni infecti, neque pluviæ arc. eum teneri actione, niſi locum complanaverit, eoque facto citius aqua ad vicinum pervenire cæpit, *ut eſt text. not. in l. apud Trebatium*, §. *ſi vicinus*, *D. de aqua pluv. arceu.* & hoc intellige ſecundum gloſſ. ibi, quando in ſuo, ſed ſi in alieno aliquid faceret, teneretur, *l. ſi quando in fin. D ſi ſerv. vend.* & ibi hoc etiam vult. gloſſ. Sed Paul. de Caſtr. intelligit illum §. ſi vicinus non aliter fundum poterat colere: alioqui teneretur. *leg.* 1. §. *de opere. de aqua pluv. arceu.* Vel ſecundum Joan. de Imol. ille, §. *ſi vicinus* intelligitur quod ille qui habet ſervitutem activam, poſſit aquam ex fundo vicini ad ſuum ducecere cauſa irrigandi, & ex quo fuit ſimpliciter conſtituta: trahitur etiam ad pratum quod ſit in eodem fundo, *argum. l. ſi ſervitus, D. de ſerv. urb. præd.* niſi locus complanetur, ex quo aqua citiùs decurrat, *ut in fin. illius*, §. *& ad de quæ plene dixi ſupra de ſervitut. aquæduct.*

ADDITIO.

a *Plantare.* Servitus altius non tollendi non rumpitur per plantationem arboris ſecus vero ſi in ſervitude luminibus officiatur, *l. ædificia*, *& l. ſi arbore in princ. eod. tit.*

CAPUT XIX.

De ſterquilinatione.

1 *Sterquilinatio quid ſit, & breviter tota ejus materia remiſſive?*

DE ſterquilinatione + vide textum cum gloſſ. *in l. ſi quando*, §. *fin. & quod. ibi not. ſi ſervit. vent.* & quæ dixi in primo libro, *in tit. de ſterquilinatione.* 1

CAPUT XX.

De meſſe, & vindemia.

1 *Meſſem, vel vindemiam cuilibet domino, vel colono in fundo ſuo facere licet: prohibens autem iniuriarum actione tenetur.*

2 *Statuta ſi dictaverint, ut quis poſſit vindemiare, vel meſſem facere etiam in ſuo, niſi certo tempore, vel ut colonus partiarius non poſſit incidere meſſem, niſi præſente locatore, vel niſi notificatione ſibi facta quibus caſibus ſervanda eſſent.*

3 *Fundum alienum, an cuilibet ingredi liceat, & uvas, vel ſpicas colligere.*

DE meſſe + & vindemia colligenda, dic licitum eſt cuilibet domino, vel colono meſſem, & vindemiam in fundo ſuo, vel ſibi locato facere, & pro libito voluntatis: ſi & ab aliquo prohibeatur poteſt agere actione inju- 1

injuriarum, *l. qui pendentem vindemiam ff. de act. emp. l. injuriarum actio §. ſi quis me prohibeat, ff. de injur.* niſi ex forma ſtatuti, vel conſuetudinis ſervaretur contrarium.

2 Quæro, + in quibuſdam locis ſunt ſtatuta ne quis poſſit vindemiare, vel meſſem facere etiam in ſuo, niſi certo tempore: & ratio ſtatuentium forte fuit, ne ante tempus domini colligerent propria, & poſtea accuſarent ſaltuarios de damno dato: vel ſi forte in inſtrumento locationis contineatur, ut vel colonus, vel partiarius non poſſit meſſem incideri niſi præſente loc. vel ſaltem niſi prius ſibi facta notificatione: quibus caſibus conventiones, vel ſtatuta ſervanda eſſent, *l. omnes populi de juſti. & jure, & l. 1. D. de coſ.*

3 Sed + numquid ſit licitum cuilibet ingredi fundum alienum, & uvas colligere, vel ſpicas? dic quod de jure licitum eſt comedere, & non exportare, & conterere ſpicas, ſed non mittere falcem, *de conſe. d. v. ſtipulas, & not. gloſſ. 1. omnes leges. in verſiculo fas eſt,* & communiter ſunt ſtatuta providentia circa hoc, & de conſuetudine ſervatur etiam illud jus divinum; verumtamen ſi antequam quis ingrediatur fundum alienum, prohibeatur à domino, ingredi non poterit. *l. injuriarum actio. §. fin. D. de injur. & l. divus. D. de ſerv. ruſt. præd.* & propterea dicitur d. c. omnes leges, ire per agrum alienum fas eſt, jus non eſt, id eſt fas eſt domino non prohibente: jus non eſt prohibente domino: *ut ibi not. & adde quæ dixi ſupra de ſervit. itin. in penult. quæſt. princ. & vide text. cum gloſſ. l. per agrum. C. de ſervit.*

CAPUT XXI.

De Aucupatione.

1 *Aucupari, vel venari in fundo alieno licitum eſt, & de conſuetudine uſurpatur: ſi tamen dominus volentem ingredi fundum ſuum cauſa venandi, vel aucupandi prohibeat, non erit ei licitum.*

2 *Venando, vel aucupando in fundo alieno ſi quiſpiam aliquid ceperit, an domino fundi reſtituere teneatur?*

3 *Venator, an in fundo reſtituere poſſit: ut reddat quod percepit?*

4 *Beſtia fera ſi in laqueo alieno reperiatur, an aucupantis erit?*

5 *Beſtiam feram ſi unus vulneret, & alius capiat, cujus erit?*

6 *Lupus, vel milvus, vel accipiter, vel canis ſi acceperit avem, vel pecudem, vel aliud animal unius, & quidam tertius ſurripuerit de ore lupi, milvi, accipitris, vel canis: an priori domino id quod acceperit reſtituere teneatur?*

7 *Accipitrem, vel falconem cum ſonaleis argenteis in pedibus junctis ſi quiſpiam acceperit: an priori domino reſtituere teneatur?*

8 *Retia ſeu laqueos tendere: aut quælibet alia inſtrumenta ad capiendas venationes, an licitum ſit?*

9 *Nobiles & milites privilegiati ſunt, ut cum canibus, & avibus venentur?*

10 *Venari cum armis, an licitum ſit?*

11 *Venatio clericis, & monachis, an, & quando licita ſit?*

12 F.ſ.

12 *Foſſas aprorum, urſorumve capiendorum cauſa facere, an licitum ſit?*

12 *Foſſata ſive foſſæ, quæ ſunt inter viam publicam, & fundum privatum, cujus eſſe debeant?*

14 *Sepes in finibus fundi ſui, an facere licitum?*

Aucupari * autem, vel venari in fundo alieno licitum eſt, & de conſuetudine uſurpatur: ſi tamen dominus, volentem ingredi fundum ſuum cauſa venandi, vel aucupandi prohibeat, non erit ei licitum: *ut eſt caſus in d. l. injuriarum, §. fin. & d. l. divus cum gl. & l. 3. §. 1. verſ. plane. ff. de acquir. rer. dom. & Inſtit. de re, divi. §. feræ, ver. plane.*

Sed + quid ſi unus in alieno venando, vel aucupando aliquid cœpit, an teneatur reſtituere domino fundi? gloſſ. format iſtam quæſt. *in de l. divus.* & ibi firmat quod non, *per text. in d. §. feræ, & l. fin. §. ſed cum Cod. de fur.* & idem tenet gloſſ. *in d. §. plane.* Sed gloſſ. *in d. §. feræ Inſtit. de re diviſ. verſ. plane,* tenet contrarium, ſed communiter primæ gloſſ. tenentur, & dicit Ang. *in d. l. divus*, quod gaudent nobiles, & principes, quod poſſint venari in fundo alieno. Et eſt ratio, quia ſolus ingreſſus eſt prohibitus non captura, *d. § feræ, cum aliis ſupra alleg.* Aliqui concordant dictas gloſſ. *ut gloſſ. de § feræ,* procedat in caſibus poſt prohibitionem. Sed dicit Flor. *in d. l. divus,* quod iſta concordia non eſt tuta, quia privati prohibitio non impedit translationem dominii. *l. ea lege Cod. de condi. ob cauſam, & l. ſi ita quis, §. ſi ea lege ff. de ver. oblig. not. Bart. in l. qui abſenti, D. de don.* Unde Flor. *in de l. divus,* aliter concordat, videlicet, aut fundus conſiſtebat in venatione, vel aucupatione: tunc ſi quis ibi venetur, vel aucupetur domino prohibente, non facit captum ſuum: ita intelligatur *gloſſ. d. §. feræ.* Aut non conſiſtebat in venatione, vel aucupatione: & tunc captum efficitur capientis, & ita procedant aliæ gloſſ. contrariæ: pro hoc allegat *l. venationes, ff. de uſucap. & l. uſufructuarium, ff. de uſufructu.* & per illa duo jura apparet, quando venatio ſit in fructu, & debeatur uſufructuario.

Sed inſurgit + aliud dubium circa prædicta, an poſſit venator adhuc in fundo retineri, ut reddat quod percepit? Et gloſſ. *§. feræ. inſtitut. de re. divi.* videtur ſentire quod ſic gloſſ. *d. l. divus,* dicit quod non, *per d. § feræ. in l. 3. §. 1. de acqu. rer. dom. & in authen. ut nulli judi. §. fin. autem,* ſed aget actione injuriarum, ſi intravit eo prohibente, *l. injuriarum actio. Paragrapho penult. D. de injur.* & idem vult. gloſſ. *in l. 3. §. D. de acqu. rer. dom.* & iſta opinio eſt vera, quam tenent Cyn. Barthol. *in l. 1. §. omnis, eodem tit.* & Ang. *in d. l divus,* qui dicit hoc eſt not. quia jam vidit de facto in perſona unius nobilis de Odonibus de Peruſio, qui pro apris, & capreolis nemus alienum intravit domino prohibente & multas venationes cœpit: omnis enim venatio pertinet ad eum, & nulla violentia per dominum fieri poteſt: tantummodo actione injuriarum contra eum agi poterit. Adde tamen quod dominus poterit volenti ingredi fundum manu reſiſtere, *l. quemadmodum circa princ. ff. ad l. Aquil. & not. gl. in l. 3. §. 1. ver. jure prohiberi. D. de acquir. rer. dom.* 3

Sed * ſi fera beſtia reperiatur in laqueo alieno? dic quod erit occupantis *l. in laqueum, 55. ff. de acq. rer. dom.* Et ideo quod laqueo meo detinetur, non efficitur meum, niſi illud manu capiam: 4

ut

ut ibi. & ita tenet Bart. *in princip.* in his tamen ſervanda eſt conſuetudo loci, vel ſtatuti, ſi reperitur: aliter tenendum eſt quod ſuprà dixi. Quia diximus quem poſſe ingredi fundum alienum maximè cauſa venandi, & aucupandi: quæro an hoc poſſit jure ſervitutis, vel jure cujuſdam facultatis à jure communi conceſſæ? dic, quod jure facult. poteſt ingredi: & propter hoc licet quis pluries iverit per fundum alienum: non tamen cenſetur iviſſe jure ſervitutis, niſi iverit per 30. dies infra annum, & ſemper poteſt prohiberi ne vadat: ſed poſtquam ivit per 30. dies cenſetur eſſe in quaſi poſſeſſione ſervitutis in qua eſt defendendus, *per tit. D. de itin. actuque priv.* quouſque actum fuerit confeſſoria, vel negatoria: *ut l. in princip.* §. 1. *ſupra eod. titul. & dixi plenè ſuprà de ſervit. itin. in ultim. quæſt. princ.* Sed in his quæ non ſolent competere jure facultatis ſufficit ſemel aliquid fuiſſe geſtum ſciente, & patiente domino ut dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione ſervitutis, *ut l.* 1. §. *hoc interdictum, D. de aqua quot. & æſti. & not. in c. cum Eccleſia Sutrina, extra de cauſ. poſſeſſ. & proprie.* & ita vult Paul. de Caſtr. *in dict. leg. divus, ſupra de ſerv. ruſt. præd.*

5 Quid * ſi quis vulnerat feram beſtiam, & alius capit, cujus debet eſſe? dic capientis: *ut Inſtit. de rer. div.* §. *illud, & l. naturalem* §. *illud, D. de acq. rer. dom.*

6 Eſt quæſtio * quotidiana, ſi lupus, vel milvus, vel accipiter, vel canis accipit avem, vel pecudem, vel aliud animal unius: quidam tertius accepit ſeu arripuit de canibus vel de ore lupi, aut milvi, an teneatur reſtituere id, quod recuperavit priori domino? dic quod ſic, *ut eſt text. nota. D. de aquir. rer. dom. l. Pomp. in fin.*

Sed * pone aliam q. pulchram: quidam accipit accipitrem, vel falconem cum ſonaleis argenteis in pedibus junctis, an teneatur reſtituere priori domino? vide conſilium *Bar.* quod incipit omni modo cum fuiſſet venatum, alias dicitur tractatus de falcone editus per Bart. quem habeo in conſiliis, *conſ.* 121. *ubi plene vide.* 7

Numquid * autem ſit licitum tendere retia, ſeu laqueos, aut alia quælibet inſtrumenta ad capiendas venationes? dic quod non: niſi ad urſos, apros & lupos capiendos: *ut eſt text. in cap. nemo etiam retia. init. de pace tenend. in uſib. feu.* qui text. variis modis intelligitur. Nam quidam intelligunt ſolum in poſſeſſionibus Imperatoris, *arg. l.* 2. *cum ibi nota. C. de noxa.* Sed iſta lectura notabiliter refutatur, *per l. qui foveas, ff. ad. l. Aquil.* 8

Tertio * modo alii intelligunt, quod Imperator hoc ſtatuit, & ſit privilegium militis, & nobilium, qui cum canibus & avibus venantur, ut tales habeant ſalarium: & inferiores ruſtici nō poſſint venari, niſi ad apros, urſos &c. ſicuti ſunt ſtatuta Ferrariæ. Sed non congruit. contra *l. Imp. ff. de in diem adit.* ideq & Jaco. de Alva. dat quartum intellectum: quia multoties ex talibus venationibus factis in alieno, domino prohibente, oriuntur rixæ, & injuriæ: quia armata manu dominus volentes ingredi poteſt prohibere: *ut not. gloſſ. in l.* 3. §. *plane, ff. acquir. rerum dom.* ex quibus de facili potuiſſet perveniri ad violationem pacis de qua loquitur ille, *tit. de pa. tenen.* ideo Imperator prohibet expreſſe, ut nemo in alienis agris poſſit venari invito domino: niſi ad apros, urſos, &c. quaſi velit quod ſi quis contra faciat debeat puniri tanquam turbator pacis: *ut eod. titud. Paragrapho, ſi quis autem.* 9

10 Poteſt * etiam quinto modo intelligi *d.* §. quia in cap. præced. induxerat Imperator prohibitionem armorum: & quia in venationibus portantur arma, dubitatur, an ſit licitum venari cum armis, & dicit quod non: niſi ad iſta animalia periculoſa, & quicquid dicat de laqueo, & reti tamen intelligas quod in prædictis venationibus ſunt neceſſaria arma, & hoc videtur ſentire Jacob. de Ardezoni de Verona, *in ſua eleganti ſumma feudorum in titulo de pac. te. & Jacob. de Alva, ſequitur eum in d. c. nemo retia.* tu autem conjungas quartum & quintum intellectum, & habebis veritatem.

11 Quotuplex * autem ſit venatio, *a* & an, & quando ſit licita maxime clericis, & monachis, *vide gloſſ. ordi* 85. *deſtin.* b *cap. qui venatoribus donare, & ibi text & c.* 1. *extra ne cleric. vel mona. & c.* 1. *&* 2. *extra. de venatore, ubi bene nota.* Et adde quod in divinis ſcripturis penitus non invenimus ſanctum aliquem venatorem, piſcatores invenimus ſanctos, ut dicit Beatus Hieron. *in Pſal.* 82. *& habetur diſt.* 86. *c. Eſau. & diſt.* 34. *c. quorundam,* & not. Ang. *in l. divus, ff de ſerv. ruſt. prad.* tamen non allegat dicta jura, & ratio ponitur per gloſſ. *in dicto capite Eſau.* quia venatio fit cum clamore & majori delectatione, quam fiat piſcatio, ideo eſt prohibita: & propter hanc delectationem, nunquam venatoribus fuit conceſſa immunitas patrimoniorum, *text. eſt in l. venatoribus Cod. de execu.mu.lib.* 10 *& not. Ang. in d. l. divus ultim.* De materia venationis, & aucupationis, *vide in d. c. qui venatoribus, & ibi gloſſ. magiſtra in d. c. Eſau ne cleri. vel mona. d. c.* 1. *& Cle. ne in agro, §. porro, & ibi gloſſ. & Dd. de ſta. mona & l.* 1. *C. de vena. ferarum, lib.* 11. *& per Jean. in ſumma, in rubric. de vena. & per Hoſtien. in ſumma. de cauſa poſſ. & proprie.* §. 1. *& aliis locis ſupra allegatis.*

Convenit * etiam ex prædictis quærere, an ſit licitum foſſas aprorum, urſorumve capiendorum cauſa facere, vel laqueos ponere; & dic ſi in itineribus fiunt, in eiſque bos, vel aliud animal ceciderit, factumque deterius eſt: vel laquei ponuntur in loco publico, & pecus tuum in eos inciderit, potes agere contra facientes, vel laqueos ponentes, *leg. Aquil.* niſi denunciaſſent prius domino, vel niſi prædicta fuerint in locis, ubi fieri ſolent: *ut eſt tex. in l. qui foveas, cum l. ſequent. quæ incipit, quemadmodum in princip. & ibi Dd. ff. ad leg. Aquil. de foveis vide quæ dixi ſupra in* 1. *lib. de fovea.* ubi etiam poſui cujus ſint foveæ, quæ ſunt inter duos vicinos, *vide l. præterea: & ibi nota ff. de aqua plu. arcend.* 12

Cujus * autem ſint foſſata, ſive foſſæ quæ ſunt inter viam public. & fundum privatum, *vide per Bartol. in ſuo tracta. Tyberiadis in prima parte, de alluvione, in tertia. & ſeptima colu. & Bald. in l. riparum in colum. in fin. & in l. item lapilli in ſecunda concluſione. ff. de rerum divi.* & ibi etiam poſuit quis ſit uſus foſſarum, & an & quando foſſæ debeant menſurari cum agro vendito, & an ſit licitum facere foſſas, ex quibus aqua pluv. noceant, *l. vicinus,* §. 1. *verſic. ſed foſſas, ff. de aqua plu. arcend.* 13

Et adde * quæ dixi ſupra de irrigatione, de ſepibus, an ſit licitum eas facere in finibus fundi ſui, dic quod ſic. *l. fin. quæ incipit, ſi quis ſepem & ibi not. ff. fin. regun.*

ADDITIO.

a *Venatio.* Venatio dicitur ars nequiſſima, *diſt.* 86. *c. qui Venatoribus.*

b *Licita.* Venatio prohibita eſt tempore quadrageſimæ, & diebus jejuniorum, *gl.* 86. *diſt. qui venatoribus.*

CAPUT XXII.

De Montibus.

1 *Mons quid ſit & unde dicatur?*

2 *Lapidicinæ & argentifodinæ, cum in montibus reperiantur, an in alieno fundo lapides cædere licitum ſit?*

3 *Lapides in fundo ſuo, an quis cædere poſſit, ita ut lapidum fragmenta in fundum alienum perveniant?*

4 *Venas aureas, aut argenteas in meo, an mihi fodere licitum ſit, & fodiendo ſub vicini fundo tranſire?*

5 *Lapides ex fundo dotali cæſos, an maritus habere debeat, & quid ſi in cædendo expendit, an expenſa ſibi reſtitui debeat?*

6 *Sylva cædua, & ſylva paſcua, quæ dicatur?*

7 *Sylva ſi creditori pignorata ſit, & debitor ex ea navem vel aliam materiam fecerit, an illa navis, vel materia pignori erit?*

8 *Creditor, an debitorem prohibere poſſit ne ex ea ſylva navem faciat?*

9 *Sylvæ uſufructuarius, an arbores, & pedamenta pro uſu ſuo incidere poſſit, ac etiam vendere?*

10 *Emph. qui ſylvam, vel nemus in emph. recipit, an invito domino ſylvam, & nemus extirpare poſſit & ad prata vel culturam reducere, ac plantare vites. vel arbores fructiferas?*

11 *Nemus vel ſylvam, ſi quiſpiam vendidit cum pacto de retrovendendo, an emptor ſylvam extirpare poſſit?*

12 *Maritus, an poſſit extirpare nemus ubi in dotem datum, & ad culturam reducere?*

13 *Emph. maritus, vel feudatarius, vel ſimiles, qui jus in re habent, an arbores fructiferas incidere valeant?*

14 *Emph. vel fructuar. vel ſimiles ſi incidant arbores fructiferas eo caſu quo non poſſunt, numquid a jure ſuo cadant?*

15 *Conceſſerim ſi alicui, ut de nemore meo ligna incidere poſſit, & ad ſui libitum accipere, an poſtea alteri concedere poſſim?*

16 *Promiſerim ſi alicui, ut de nemore meo quædam ligna incidere poſſit, an pro libitu ſuo incidere poterit?*

17 *Miles unus ſi in alterius nemore ligna colligere voluerit, an poſſit?*

18 *Nemore in alieno, ſi capreoli, vel cervi, vel alia animalia capiantur, domino ignorante, vel contradicente, an capientis vel domini nemoris efficiantur, & an propria auctoritate ea dominus retinere poſſit?*

19 *Nemore ſe uſos ruſtici ſi dixerint tanto tempore, cujus in contrarium memoria non extat, an juvat eos, ſi dixerint ſe acquiſiviſſe jus utendi, & fruendi in illo nemore?*

20 *Nemoris alieni ruſtici, vel alii ſi uſu habuerint, puta, quia in eo longiſſimo tempore ligna accipere conſueti fuerint quando iſte uſus expiret?*

QUærendum * eſt primo quid ſit mons? Et dic quod eſt locus altus, *l. ſi ædes. ff. de ſervit. urban. præd.* quod intellige de magna altitudine, ſecundum Bart. *in tracta. ſuo Tyberiadis in* 4. *colum. verſi. mons eſt locus.* Et dicitur mons ſecundum Barthol. ibi, & Hugo. & Papi. a movendo per contrarium: quia non movetur: & non 1

intelligas de mobilitate quæ univerſæ terræ congruit, ſed quia non movetur per culturam, id eſt, non colitur: terra enim quæ colitur, benè movetur: & durat uſque ad locum, qui colitur vel coli incipit. Pendiciæ ergo montium non cultæ, montis appellatione continentur, niſi certi loci uſus aliter ſe haberet: ſi tamen inter montem eſſent aliqua loca culta, montis appellatione totius continetur illa pars: *ut D. de rei vend. l. in rem §. item quæcunque.* 5.

2 Quia in + montibus lapidicinæ & argentifodinæ, & hujuſmodi materiæ eſſe conſueverunt: quæro an ſit licitum in fundo alieno lapides cædere: Et dicas quod non, niſi conſuetudo, vel ſtatutum aliter diſponeret: *ut eſt text. gloſſ. & Dd. in l. venditor, §. ſi conſtat. D. communia prædiorum,* nec poteſt quis lapides ex fundo alterius exportare, etiam ſi ſit civitas, vel commune, niſi hoc dictet conſuetudo, & prius domino pretium competens ſolvatur, licet ante pretii ſolutionem cædi poſſint: *ut eſt caſus notabilis in d. §. ſi conſtat.*

3 An + autem quis poſſit in fundo ſuo lapides cædere, ita ut fragmenta lapidum perveniant in fundum alienum, *vide l. ſicuti. §. Ariſt. D. ſi ſervit. vend. & quæ dixi in 2. lib. in tit. de ſervitut. proji.*

4 Sed + quid ſi ſint venæ aureæ aut argenteæ, *a* an ſit mihi licitum fodere in meo, & fodiendo tranſire ſub fundo vicini; Et videtur quod non: *per d. §. ſi conſtat.* Item quia ſicuti quis non poteſt tranſire in agrum alienum invito domino, *l. per agrum. C. de ſervit.* ita nec ſub agro alieno: quia ſicuti prædia ſupra terram ſunt libera domino uſque ad cœlum. *l. altius, C. de ſerv. & l. qui luminibus, ff. de ſervit. urbano. præd.* ita dicuntur eſſe libera uſque ad profundum. Item pro hoc facit. *l. prima, C. de theſau. libro decimo, & l. divortio, §. ſi vir in fundo, ff. ſolut. matrim.* Sed Paul. de Caſt. qui habuit iſtam quæſt. de facto in venis cotareis Burgonienſibus; conſuluit contrarium, videlic. quod fodientes non poſſint à dominis impediri, *per l. cuncti, C. de metal. lib. 10. conjuncta. l. 3. & l. quoſdam, eodem tit.* Sed Pileus dicit, quod propter publicam utilitatem licet marmora & ſimilia fodere ſub fundo alieno, dummodo dominus non habeat damnum. Nec obſtat, *d. §. ſi vir. in fundo, & d. §. ſi conſtat,* quia illa jura loquuntur in lapidicinis, quæ reperiũtur ſine læſione ſuperficiei, & ubi fodiuntur lapides multùm utiles, qui in paucis locis reperiuntur: in argento, vel auro: & ideò propter publicam utilitatem videtur concedi, ut poſſit invenire, fodere etiam ſub alieno: quia hoc fit cum magna impenſa, & labore: nec à dominis ſuperioribus poteſt prohiberi, ſi non recipiunt læſionem: *ut per gloſſ. in d. l. quoſdam, & l. 3. eodem tit. in verſic. fiſco,* quæ dicit hoc eſſe ſpeciale in metallo, quod magno paratur labore, & propterea procedunt etiam in venis cotareis. & marmoreis, ut ibi, & ita tenet eleganter Paulus de Caſtro, *in l. divortio, §. ſi ver. in fundo D. ſolut matrimon.* ubi dicit ita ſe conſuluiſſe in civitate Burgoniæ, *& habetur in conſil. 166. cum duobus ſequent. & ita tenet Ludovic. de Rome, in l. 476. ſingul. quod incipit, regula, quod rem alienam per gloſſ. in d. leg. quoſdam, & d. l. 3.* & ita ego tenui *in l. inter publica, in princip D. de verbor. ſignificat.* ubi limitavi prædicta procedere, dum unus tertius non dominus feciſſet jam impenſam in fodiendo, vel reperiendo venas: ſecus

ous ſi vellet etiam incipere fodere, & venas reperire: & ille qui haberet fundum ſuprà, vellet etiam incipere fodere: quia dominus fundi deberet præferri, *per d. l. altius, & l. qui luminib.* ex quo ceſſant rationes ſupra allegatæ, ſcilicet impenſarum ejus, qui vult invenire venas: & ceſſat ratio publicæ utilitatis, quia idem faceret dominus fundi quæ faceret extraneus, quod eſt ſingulare & magnæ utilitatis, *& adde quæ dixi in d. l. inter publica in princip. ff. de verbor. ſignific. & ſupra in prace. lib. tit. de ſervit. aquaduct. in princip. 4. quaſt. princ.*

5 Poteſt ex prædictis decidi: & de materia lapidicinarum, an maritus debeat habere lapides cæſos ex fundo dotali, & quid ſi expendit in cædendo. an expenſa debet ſibi reſtitui, *vide d. l. divortio §. ſi vir. in fundo, & §. ſi fundus & ibi Doct. ff. ſolut. matrim. & l, ſi ex lapidicinis ff. de iu. dot. & l. fin. in princ. ff. de don. inter vir. & uxor. & quæ dixi in d. l. inter publ. in princ.*

6 In montibus etiam ſylvæ quandoque reperiuntur: & ideo quæro primo, quæ dicatur ſylva cædua, & ſylva paſcua? Dic ſylva cædua eſt, ut quidam putant, quæ in hoc eſt, ut cædatur: Servius autem ait, quæ ſucciſa, rurſus ex radicibus, aut ſtirpibus renaſcitur, *l. ſylva cædua, in princ. ff. de verbor. ſignifi. & l. hoc ſylva cædua in princ. ff. de uſufruct.* ſylva vero paſcua eſt quæ paſcuis pecudum deſtinata eſt: *ut d. l. ſylva cædua, Paragrapho fin. & adde* ſecundùm Hoſtien. & Joan. Andr. *in c. cum dilectis, in gloſſ. 1. in novella extra, de donat.* quod foreſta dicitur latum nemus ſine clauſura, & ſine aqua, & ità intelligitur text. ibi. Quando verò eſt propè fluvium dicitur ſylva. Sed quando concluditur muro, vel palis, vocatur barcus.

Deinde quæritur ſecundò, quid ſi creditori ſylva pignorata ſit, & debitor ex ea navem, vel aliam materiam fecerit: an illa navis, vel materia pignori erit? dicas quod non; niſi nominatim cautum fuiſſet, ut pignori ſint quæcunque ex ſylva facta natave ſint: *ut l. ſi convenerit, §. ſi quis caverit. ff. de pignor. activ. & ibi per gloſſ. & Doctores,* hoc tamen limitat ſingulariter Guliel. de Cun. quando debitor non eſſet ſolvendo, vel eſſet extincta actio perſonalis *b*, tunc in ſubſidium navis intelligitur eſſe pignori obligata, *per l. qui occidit, §. 1. D. ad leg. Aquil.* qui text. parùm facit ſecundùm Raphael. Fulgo *in d. §. ſi quis caverit.* Dic tamen magnam eſſe autoritatem Gulielm. cùm nemo contradicat, & magis ipſum movet Imperialis authoritas quam ille text. & hoc dictum eſt benè not.

Quæritur tertiò an poſſit creditor prohibere debitorem, ne ex ſylva navem faciat Bartol. & Doctor. *in d. §. ſi quis caverit in fine,* tenent quod creditor debet uti re pignorata, tanquam bonus paterfamilias, *l. ea igitur, ff. de pignor. action.* Undè diſtinguitur, aut ſylva erat cædua: & debitor vult cædere ſecundùm modum conſuetum, & non poteſt per creditorem prohiberi: *per l. etiam ſi fundus in fine, ff. de uſufruct. & l. cum tabernam in princip. D. de pignor.* aut non erat cædua, & volebat ultra modum conſuetum cædere: & tunc per creditorem poteſt prohiberi per dicta jura, dicit tamen Rofred. *in dicto Paragrapho ſi quis caverit. in fin.* quod arbitratur ipſum creditorem per hypothecariam poſſe avocare poſſeſſionem ſylvæ, & conſequenter ne cædat: quia tunc creditor debet fructum percipere, non debitor; *ut l. ſi pignore, §. ſi prædo, ff. de pignor.*

Pignor. action. & *l. ſi cum venditor.*, *in princ. D. de evict.*

9 Quæritur, quarto, numquid uſufructuarius ſylvæ poſſit incidere arbores; & pedamenta pro uſu ſuo, & etiam vendere? Dic, quædam ſunt arbores non altiores ſylva, & iſtæ continentur ſub nomine ſylvæ: & ideò pedamenta ſuccidi poſſunt, ſicut ipſa ſylva: *ut l. ex ſylva cædua ff. de uſufru.* Quædam ſunt arbores quæ in altitudine ſylvam excedunt, & de his fructuarius non ſumit ramos, ſed pedamenta ſuccidit, *l. ſed ſi grandes*, quæ ſequitur *dictam l. ex ſylva cædua*, & dic quod ſylva non erat cædua id eſt, matura, licet aliquæ eſſent grandes arbores ibi: nam illæ debent cædi cum aliis, cùm aliæ eſſent maturæ: Quædam ſunt arbores vetuſtæ: & tunc non pedamenta, nec rami ſuccidi poſſunt arboribus etiam evulſis, vel vi ventorum dejectis ad uſum ſuum, & velle: *ut eſt text. cum gloſſ. in d. l. arboribus, in princip.* quæ intelligit dict. text. quando ſylva non erat cædua: quia tunc poteſt ſumere etiam ex ſylva pro vinea ſua, dummodo fundum ſuum deteriorem non faciat: *ut d. l. ex ſylva cædua in fin.* & in hoc caſu tantùm habebit uſuarius, quantùm uſufructuarius ſecundùm gloſſ. ibi, ſed quando eſt ſylva cædua, tunc plus habet uſufruct. quàm uſuarius: quia uſufr. poteſt cædere, & vendere & locare ſine ultima neceſſitate ſua: uſuarius autem non poteſt uti, niſi pro ſe & neceſſitate ſua: *ut Inſtitut. de uſu & hab. priv.* & §. 1. & *l. divus, in princip. ff. eod. tit.* ubi habetur etiam quod uſufr. ſylvam poteſt cædere, & vendere: puta quando eſſet in remoto: quia ſi non poſſet vendere, nulla eſſet utilitas ſylvæ, & perinde eſſet, ac ſi non haberet uſumfructum ſylvæ, *ut dict. l.*

Quæritur, quinto, an emphyteuta, qui recipit in emphyteuſim ſylvam, vel nemus, invito domino poſſit extirpare ſylvam, & nemus, & reducere ad prata vel culturam, & plantare vites, vel arbores fructiferas: iſtam q. format. Nicol. de Ma. & Bald. *in l. in fin. Cod. de ju. emphyteut.* Et videtur primò, quod ſic: quia accipit in emphyteuſim, accipit ad meliorandum: ſed hoc modo melioratur. Sed Nicol. de Ma. dicit contrarium: quia melioratio permittitur dummodo non mutet formam, *l. ſi cujus*, §. *uſus. fructuarino, ff. de uſufructu*, & *l. hactenus* §. *Neratius, eodem titulo*, & ſecundùm hoc emphyteuta areæ non poterit ibi domum ſuperædificare: quia forma areæ mutaretur, *l. repeti.* §. *fin. ff. quibus modis uſusfruct. amitt.* Sed Bald. *in d. l. prima*, *in fin.* dicit hoc credere verum eſſe: quia tacitè ineſt ut poſſit meliorari: *ut Authent. ſiquas ruinas*, *Codice de ſacroſanct. Eccleſ.* & *l. 2. Codice de alluvio.* & *palu.* & *l. intra utile*, §. *fin. ff. de mino.* Et ſi tu dicis, non poteſt mutari forma. Reſpondetur ſecundùm Bald. forma ſuperficialis mutari poteſt in melius: quia iſte contractus ad hoc eſt inventus, ut melioraretur, & abſurdum eſſet dicere, ut qui debet rem æternaliter poſſidere, non poſſit rem meliorare meliori forma introducta ſub majori. Tamen Bald. concludit, *in d. l. 1. in fin.* quod mutatio ſylvæ extirpando fieri non poteſt: ſed in ædificando domum fieri poteſt. Et eſt ratio, quia domus poteſt reduci ad aream demolita domo, ſed vinea extirpata non erit ſylva, ut priùs erat *l. quæſitum*, §. *illud fortaſſe*, *de leg. 3.* & ita tenet Bald. *in dict. l. 1.* Sed Flor. *in d. l. hactenus*, §. *Neratius*, *ff. de uſufruct.* refert omnia prædicta, & tandem concludit, quod adhuc eſt perple-

perplexus quid teneat ego vero in hac quæſtio. ita dicerem: Aut loquimur de area, & ſto cum Bald. ut emphyteuta poſſit domum ædificare, niſi aliud de mente contrahentium appareat: aut loquimur de ſylva: & tunc ſi de hoc ſpecialiter eſt conventum illi conventioni ſtandum eſt, *l. 2. Cod. de jure emphyteut. conjuncta l. 1. §. ſi convenerit, Digeſtis depoſi.* Aut nulla eſt conventio & tunc aut eſt ſtatutum vel conſuetudo in loco; & illi ſtandum eſt, *l. ſemper in ſtipulationibus, de regul. jur.* ut Paduæ obſervatur de facto, quia emphyteutæ extirpant nemora, aut ſylvas: aut nulla eſt conventio, ſtatutum, ſeu conſuetudo: & tunc aut non eſt utile, ſi fiat pratum, vel terra aratoria: quia forte major eſt utilitas, vel erit, vel tanta percipi poterit ex nemore, quanta ex pratis & terris aratoriis: & tunc non poſſet emphyteuta ſylvam extirpare: ex quo non eſt melioratio, imo potius deterioratio, & maxime quia inſtrumento inveſtituræ ſolet apponi clauſula, ad meliorandum, & non pejorandum, & ita poteſt producere opinio Baldi, aut extirpando ſylvam fundus efficitur valde melior, & tunc aut eſt in contractu emphyteutico dictum, ut pro reditu ſolvere teneatur tot plauſtra lignorum de illo nemore: & tunc non poſſet reducere ipſum ad prata vel culturam: quia non poſſet ſolvere dictum, & ſic tacite videtur actum inter eos, ut nemus non deſtruatur, *ut l. ſi debitor. §. veriſimile, ff. de contrahend. empt. & l. legatum ff. de uſufr. leg.* aut non fuit dictum de illo nemore & idem credo, maxime quando emphyteuta non habet alia nemora, ex quibus poſſet ſolvere. per d. jura, eadem ratione, an penſio debet ſolvi pecunia, vel in aliis rebus, quæ in ſylva non reperiuntur, & etiam ſi eſſet major utilitas extirpando ſylvam tenerem, quod poſſet, ex quo habet ad meliorandum. Nec obſt. quod mutetur forma, quæ non ſit reducibilis facilitate ad ſuam materiam, *l. repeti §. rei muta. Digeſtis quibus modis uſufruct. amitti. & l. hactenus, §. Neratius, ff. de uſufruct.* quia illa jura debilia, quæ faciliter corrumpuntur, & finiuntur, *l. corruptionem, C. de uſufr & §. fruitur, Inſtit. eod. tit.* & ſic minus juris habet, quam emphyteuta: & ideo in uſufructuario dicendum eſt, ipſum non poſſe extirpare, & formam mutare: quia mutata forma mutatur uſusfruct. qui propter hoc perit dictis juribus. Non ſic in emphyteuta, qui habet plus juris, videlicet utile dominium & perpetuum: *libro tertio digeſtis de ſervit conjuncta l. 1. Paragrapho qui in perpetuum, l. 3. digeſtis ſi ager. vect.*

Quæritur + ſexto: aliquis vendidit nemus vel ſylvam cum pacto de retrovendendo, *juxta l. 2. Cod. de pact. inter empt. & l. qui fundum ff. de contrahend. empt.* an iſte emptor poſſit ſylvam extirpare? Et in hac quæſtione puto eſſe conſideranda verba pacti de retrovendendo; ſi enim dicerent quod teneretur dictam ſylvam vel nemus retrovendere: tunc judicarem ipſum non poſſe extirpare, quia non poſſet ſervare pactum de retrovendendo & ſi illa jura non loquuntur de ſylva, ſed de fundo ſimpliciter, & tunc aut eſt pactum ad certum tempus breve, puta 5. vel 7. vel 8. annorum; ita quod eſſet major utilitas emptoris habere ligna quam fructus fundi ad culturam reducendi, & majus eſſet damnum venditoris, & idem per ea quæ dicta ſunt in præc. q. Aut eſt pactum in perpetuum, & tunc 11

aut

aut emptor ſciebat vel veriſimiliter ſcire debebat ſe venditori debere retrovendere, & ut conſequeretur emptor majorem utilitatem antequam retrovenderet, fecit extirpare totam ſylvam: & non poſſet, & tenetur ad damnum & intereſſe ipſi venditori retroementi *arg. l.* 1. §. 1. & quod ibi not. Bart. *ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe juſſ. fuerit*, & *l. nomen debitoris*, §. 1. *de leg.* 3. *cum ibi not.* & *l. ſi filia mea*, & *quod ibi not. ff. ſolut. matrim.* & quod not. Paul. de Caſt. *in l. ſi filio*, §. *fin. eod. titul.* Aut emptor neſciebat, nec veriſimiliter ſcire potuerat venditorem habere animum de proximo retroemendi: & dubium eſſet, an poſſet ſylvam extirpare: & tunc diceretur, aut venditor contradicit: quia aſſerit ſe cito retroemere: quia tunc non poſſet extirpare eadem ratione, *argum. l. ſi fundum. cum. ibi not. C. de reivend.* Aut dominus non contradicit, vel etiam ignorat, & tunc diſtingue, *ut dixi de emphyteuta in præcedente. quæſt.*

12 Quæritur, ſeptimo an maritus poſſit extirpare nemus ſibi datum in dotem, & reducere ad culturam? Dicas quod ſic: quia propter hoc reddit fundum fructuoſiorem: quia ex cultura plus percepit, quam ex nemore, ut probatur, *in dict. leg. divortio.* §. *ſi vir. in fundo, conjuncta gloſſ. in verſ. fructuoſiorem, ff. ſolut. matr.* & *l. fin. ff. de jure dot.* Sed ſi non efficeretur fundus fructuoſior, tunc ut dixi in duabus quæſt. præced.

13 Quæritur, octavo, an maritus emphyteuta, vel fundatarius, vel ſimiles qui habent jus in re, poſſint arbores fructiferas incidere? & videtur quod ſic: quia habent utile dominium *l.* 1. *ff. ſi ager. vectigal.* & *cap.* 1. § *rei autem, in tit. de inveſt. de rer alien. fa.* ſed in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter *l. in re manda, C. mand.* In contrarium facit, *l. divor.* & §. *ſi vir. in fundo ff. ſolut. matrim.* & *l. ſi vir in fraudem*, §. *conductor. D. jure fiſ. l. forma*, §. *ſi vites. D. de cenſ. l. ſi ita*, § *fin. D. de uſufr.* & *leg. creditor.* 15. *D. de pig. ac.* & hanc ultimam partem tenet Dy. Bar. & D.i. *in d.* §. *ſi fundum* & Bart. *in d.* §. *conductor*, & Bald. *in auth. qui rem. in ſi pen. col. C. de ſacroſ. Eccl.* Ang. *in l. ſi colonus, D. arbor. fur. caſ.* & idem dicas in parte quoad bona filii, in uſufructuario, ut per Ang. *in l. fin.* §. *fin. autem legata in fin. C. de bon. quæ lib.* & probatur *in d. l. æquiſſimum*, §. *uſufructuarius*, & idem etiam dicas & multo magis in uſufructuario, *l. fin. D. de uſu* & *hab.* Sed prædicta omnia limita, niſi prædicti velint in loco demortuarum vel inciſarum alias plantare, ut dicit Ang. *in d. l. ſi colonus, per d.* §. *conductor.* & idem Paul. de Caſtr. *in d. l. divortio*, §. *ſi fundum*, & *pro opt. facit*, *l. agri* & *l. vetus fuit quæſt. cum duabus, ſeq. D. de uſufr.* & *l. ex ſylva cædua eod. tit.*

Sed poteſt dubitari, circa prædicta an ſi emphyteuta vel fructuarius vel ſimiles incidunt fructiferae arbores eo caſu quo non poſſunt, an propter hoc cadant à jure ſuo. Et videtur quod ſic: quia deteriorant rem ſibi conceſſam à domino, *per auth. qui rem. Cod. de ſacroſ. Eccl.* & ita tenet Bart. *in d. l. divortio* §. *ſi fundum.* Innoc. dicit ibi quod hoc eſt ſpeciale in fundo Eccl. Lu. autem de Roſibi tenet opin. Bald. quando emphyteuta vel feudatarius fuit monitus ut deſiſtat ab inciſione, & non deſiſtit, *per text. in c.* 1. §. *quicunque advocatus, in tit. de pace tenen. in uſibus feud.* Et licet ille text. loquatur in alia materia: tamen ejus ratio multum facit pro opin. Bald. quam puto veram *per l. adem. cum ibi not.* 14

not. G. loca. per ea. quia propter, extr. de loc. & per not. in d. auth. qui rem. & per l. hoc ampl. §. fina. D. de dant. infect. & per l. 2. D. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. & inſtit. eod titul. §. fin. cum ſim.

15 Quæritur + nono, ſi conceſſi c alicui, ut poſſit de nemore meo ligna incidere, & ad ſui libitum accipere, an poſſim poſtea alteri concedere ligna? Dic quod ſic, ſi ligna nemoris utrique ſufficiunt, alias non *arg. l. 2. §. fin. D. de ſerv. ruſt. præd. & l. lucio D. de aqua quot, & æſti.* pro hoc vide quæ dixi *in 1. lib. in. 3. qu. princ. verſic. & quod dixi quod dominus poſſit imponere ſervitutem.*

16 Quæritur + decimo, eſt permiſſum alicui ut poſſit incidere de nemore meo quædam ligna, an poterit pro libito ſuo incidere in eodem? Guilielm. de Cun. *in auth. qua in provincia C. ubi de crimin. agi oportet,* dicit in fi. pone, tu habebas bona juxta nemus meum, recipiebas ligna de nemore meo injuſtè, abſentaſtite, & dixiſti famulis tuis ut inciderent ſicut tu, qui habebas jus, ipſi fecerunt ut fuit eis dictum, & injuſtè quod remedium mihi dabitur? Dico quod agetur contra iſtos tantum, & ſi iſti peterent dilationem ad certificandum dominum, dabitur, & ſi poſteà non venerit condemnabuntur: & ſi non ſunt ſolvendo, fiet in reſiduo executio contra dominum: *per d. auth. qua in provincia,* in qua ita poteſt poni caſus, quod dicit eſſe notand. quia quotidie de facto poteſt evenire.

17 Quæritur + 11. ſi unus miles vult in nemore alterius colligere ligna, *vide Hoſt. in ſum. de conſuet. §. qualiter.*

18 Quæritur + 12. ſi in nemore alieno capreoli, cervi, vel alia animalia capiuntur domino ignorante, vel contradicente, an efficiantur capientis, vel domini nemoris, & an propria authoritate dominus poſſit ea retinere, *vide Angel. & Dd. in l. divus D. de ſer. ruſt. præd. & quod dixi ſuprà de venat. & aucupatione.*

Quæritur 13. + ſi ruſtici dicunt ſe 19 fuiſſe uſos nemore, tempore cujus non extat memoria, an juvat eos, ut dicantur acquiſiviſſe jus utendi, fruendi in illo nemore? Cyn. format hanc qu. *in l. fin. in 4. qu. C. de præſc. long-temp. 10. vel. 20. ann.* Et videtur dicere quod non: quia uſusfr. perditur longiſſimo tempore. l. *corruptionem, C. de uſufr.* ergo eo tempore quo perderetur non acquiritur, *facit l. Titio cum moriet. D. de uſufruct.* & tamen cautela eſt ut ruſtici non dicant ſe habere, vel acquiſiviſſe jus utendi, fruendi, ſed dicant ſibi conſtitutam fuiſſe ſervitutem per jus: vel habere jus quod poſſint incidere ligna in dicto nemore quandocunque *juxta l. 3. in princ. D. de ſerv ruſt. præſt.* Et ad probandum iſtam conſtitutionem ſervitutis, vel juris allegent, & probent ſe uſos fuiſſe dicto jure accipiendi ligna per tantum tempus, cujus initii memoria non exiſtat: quia tale tempus habet vim conſtitutionis, & tit. ſeu privilegii, *l. hoc jure. §. ductus aquæ. D. de aqua quotid. & æſtiv. & cap. ſuper quibuſdam, §. præterea de verb. ſignif. & c. 1. de præſcrip. lib. 6.* imo plus allegando titulum, & probando poſſeſſionem, vel quaſi per 10. ann. inter præſentes, & 20. inter abſentes, probaretur titul. & ſervitus conſtituta: *ut probatur per glo. in l. ſervitutes prædiorum. & ibi Doct. ff. de ſerv. & per glo. Bart. & Doct. in l. 1. §. denique 23 de aqua pluvia arcend. & per ea quæ habentur per gloſ. & Doct. in l. qui in alien. §. ſed ſi non audierit, D. de acqu. hær. & per gloſſ. & Canoniſt.*

in c, pervenit. extra; de cenſib. & adde quæ dixi ſupra in titut. de ſervit. aquæ duct. verſ. circa tertium, quando nulla eſt conventio.

14 Quæritur 14. + & ultimo, ſi ruſtici, vel alii habent uſum nemoris alieni: puta quia in eo conſueti ſunt accipere ligna longiſſimo tempore quando expiret iſte uſus, *vide Cyn. & doct. in d. l. fin. in 4. q. C. de præſcript. long. temp.*

ADDITIO.

a *Vena.* Vena unica dicitur etiamſi ſub pluribus fundis continuata, & communis eſt omnibus dominis fundorum, *Paulus Caſtrenſ. conſil.* 130. *incip in cauſa mota.*

b *Actio perſo.* Adde Specul. *de act. & pen.* §. 2. *verſ. & nota quod judicium, & verſ. ſeq.*

c *Conceſſi.* Concedo, id eſt dono, ſi non appareat alia cauſa, ex qua conceditur. *l. uxor, § fin. ubi gloſſ. in verb. quod & Bart. in leg. final. D. de leg.* 3. *& plenius per Alex. in l. cum quidam, in fin* 3. *colum, D. ſi cert. pet. & in l. ſi pecuniam* 9. *colum. de cond. ob cauſ. & in l. ſi me putem.* §. 1. *de cond. indeb & in l. à Titio de verb. oblig.* ubi etiam dicit ſin. poſt. Abb. *in c. cum venerabilis. de except.* quòd ſi peto à te equum tit. commodati, & tu dicis: Concedo, intelligitur ſcilicet in commodatum, *per c. paſtoralis, de donat. adde glo, in c.* 1. *de uſuris, in* 6. quod verbum Concedo, eſt generale.

CAPUT XXIII.

De Collibus.

1 *Collis quid ſit, & unde dicatur?*
2 *Mons à colle in quibus diſtinguatur?*

Vidimus de montibus in genere: verum quia colles etiam montes dicuntur, (ſcribitur enim, eſt montis collis) ideò de ipſis etiam collibus dicendum eſt, & dicit Bart. *in tr. Tyberiadis in* 5. *col. ver. ab. altitudine montis dici poteſt.*

Propriè + autem collis dicitur à colendo, quaſi mediocres montes qui coluntur, ut ponit gl. ſcripturæ divinæ ſub pſalmo David, *c.* 13. *ver. illo: Montes exultaverunt ut arietes, & colles ſicut agni ovium.* Sunt enim montes magnæ altitudinis, & communiter inculti. Colles verò mediocris altitudinis & communiter ſunt culti, & intelligo colles habentes altitudinem propriam, non continuatam cum montibus habentibus majorem altitudinem. Si enim continuarentur, tunc ſi eſſent culti, dicerentur pendiciæ montium. Horum cauſa in nonnullis partibus locus magnæ altitudinis licet cultus dicitur mons: & locus parvæ altitudinis licet incultus dicitur collis.

Diſtinguitur + autem mons à colle altitudine, vel cultura ex æſtimatione colentium, *l.* 1. *ff. de flumin.* & propterea per cœlum figurantur hi qui ſuæ vitæ ſublimitate ſupra cæteros gradiuntur: per montes hi figurantur, qui non ſunt altæ vitæ, per colles homines intelliguntur inferioris vitæ: *ut eſt text. cum gl. verſ. cælum, montes, & colles. C. de ſumm. Trin.* 2

CAPUT XXIV.

De Valle.

1 *Vallis quid dicatur?*
2 *Æqualitas plani qualis, eſſe debeat?*
3 *Plani appellatione quid contineatur?*
4 *Vallis impropriè quid dicatur?*

Vallis

1 VAllis ✝ dicitur locus collibus vel montibus circumdatus à vallo, vallas, quod eſt circumdo: & eſt locus planus parvæ vel mediocris magnitudinis, planus vero dicitur à Græco quod eſt latum, et latitudo, ſecundùm Hugo, dicitùr enim planities. id eſt, coæqualitas, ſecundum Papian. Duo ergo requiruntur, primum quod ſit latum, ſecundum quod ſint ejus partes æquales, id eſt, æqualiter planæ, ita quod una aliam non ſuper excedat, diſtinguitur itaque vallis à plano ex circumdatione: poteſt enim planus eſſe non circumdatus montibus, nec altitudine alia. Item differt à latitudine, quia ſi ſit locus parvæ latitudinis, montibus, vel collibus circumdatus, dicitur vallis. Si autem eſt magnæ latitudinis, dicitur planicies, hoc autem opinione circum colentium æſtimatur, *arg. l.* 1. *ff. de flu.* Differt etiam ab æqualitate: quia vallis dicitur etiam ſi habet concavitatem, planus autem æqualitati æqui paratur.

2 Æqualitas ✝ autem plani qualis eſſe debeat dubitari poteſt, puto non omnimodam æqualitatem requiri, ſed ſufficit ſi notabiliter in unam partem non vergat. *facit l. cui dens. D. de adi. edic.* Notabiliter autem in unam partem vergere probabiliter dici poteſt, quando inde aqua multum de terra auferts, ita quod uſum & culturam deteriorem faciat, *arg. D. de aqua pluv. arc. l.* 1. *§. fin. & D. de ædil. edict. leg.* 1. *§. ſciendum.* Foſſæ autem agrorum, & viarum & ripæ ipſius plani ſunt, & loquor de plano totali: ut ſi de plano Tyberis loquamur, ſicut enim foſſæ quæ ſunt in fundo, fundi ſunt: ita quæ ſunt in totali plano, ſunt plani, *l. præd. §. ita legatum, D. de fun. inſt.* & ſic ſtatuta quæ loquuntur in his quæ in plano Tyberis committuntur, locum haberent etiam in his quæ in dictis foveis & ripis committerentur.

3 Quid ✝ ergo ſi committerentur in eo loco, qui per abſtractionem aquæ verſus flumen vergit an in plano Tyberis dicetur commiſſum? Videtur quod non; dicit enim *lex. pen. ff. de flum.* ex quo à plano vergere incipit, ſed dictio *à* ſeparationem denotat, *D. de act. empt. l. non autem §. fin.* ergo ille locus ſic vergens, eſt ſeparatus & diſtinctus à plano. Dic ſi quæratur, an talis locus appellatione agri contineatur? Et dicendum eſt quod non, per rationem prædictam. Si verò quæritur an totalis plani Tyberis appellatione contineatur: advertendum eſt, ſi quoddam flumen planum vadit, ita ut ab utraque parte fluminis planum Tyberis appelletur: quod in dicto loco fieret, in plano factum eſſe diceretur, quin imo etiam quod in ipſo flumine fieret, in tali plano ſub totali appellatione nominato factum eſſe diceretur; cum enim in ipſum flumen aditus & exitus, aliter quam per ipſum flumen non habeatur, merito ipſius plani appellatione continetur, ut in ſimili in multis caſibus jura dicunt. Sic etiam ager, cum totus qui ſunt in utraque parte, unius plani appellatione contineat: ergo & ipſum flumen, alias flumen medium divideret, nec eſſet unus planus, ſed plures, *arg. D. de verb. ſignif. l. recte dicimus.* Facit ad hoc, quia quod fiat in aqua putei, in ipſa re factum videtur, *leg. is qui in puteum. in princ. ff. quod vi aut clam.* & habetur per Bart. *in tract. ſuo Tyber. in* 5. *col. verſ. val. dicitur.* Sed ibi etiam Bart. dicit, quid ſi alia parte fluminis eſſent montes vel colles, dicit quod ille locus propter aquæ attractionem vergens, plani appellatione non continetur: Sed ibi planus deſinit, &

& locus ille ripæ fluminis cedit. *ut d. l. penult. ff. de flumin.* etiam ſi ipſum flumen aliunde habeat aditum, *arg. D. uti poſſ. l. ſi duo, §. ſi ſupr. ædes, cum ſim.*

Et adde * prædictis quod, valles etiam dicuntur illæ quæ non ſunt montibus vel collibus circumdatæ, ſed ſunt in locis inferioribus vel concavis aquoſis, & ut plurimum concavatis, *de quibus dicam infra in elemento aquæ in tit. de vallibus aquoſis.*

CAPUT XXV.

De Aqua.

1 *Aquæ ſervitutis materia.*
2 *Quicquid ſolo ſuperponitur, ipſi cedit, ſecus tamen in aqua.*

1 AQua * ſecundum nos eſt elementum, ideo poſt terram, de aqua conſequenter pro majori noſtra perfectione videndum eſſe putavi. Sed ut in omnibus ordinem ſervemus, prius à mari tanquam digniori exordium capimus, poſt reliqua quæ in primis ad ſervitutem aquæ pertinent ut etiam ordo requirit, breviter perquiramus: ſi tamen prius unum duxerimus quod in aqua mirabile videtur.

2 Nam * licet regulariter quicquid ſolo ſuperponitur, cedat ſolo, *l. adeo §. cum in ſuo, D. de acquir. rer. dom.* tamen ſecus eſt in aqua, quæ eſt ſupra ſolum: quia tunc ſolum cedit aquæ, quæ ſupra imponitur, *d. l. adeo, §. inſula.* ubicujus eſt ipſum flumen, & eſt ſpeciale in flumine & in mari, & in certis aquis, in quibus locum habet jus alluvionis: ſecundum Bart. *in tr. de allu. in 6. colu.* & Bart. *in l. ſi plures in 8. col. in fin. C. de ſerv.* vide etiam Bald. *in l. item lavil. in pr. D. de rer. div.*

CAPUT XXVI.

De Mari.

1 *Mari quod natura omnibus patet, ſervitus privata imponi non poteſt.*
2 *Domum quis vendere poteſt, hoc pacto, quod emptor ibi talem artem exercere non poſſit.*
3 *In mari, vel maris in littore, an quis ædificare valeat: & an ædificium ſuum efficiatur, & quando?*
4 *Civitates in mari fundatæ ipſorum ædificantium ſunt.*
5 *Mare vel aliquem maris uſum, aut juriſdictionem, an aliquis præſcribere valeat?*
6 *Mare, an aliquis tanto tempore præſcribere poſſit, cujus initii memoria in contrarium non extet?*
7 *Veneti qui gulphum maris Adriatici, cujus memoria in contrarium non extat poſſederunt: ipſum mare quo ad ejus juriſdictionem præſcripſerunt, & ſimiliter Januenſes, in mari ſuo.*
8 *Maris proprietas, aliquid præſcriptione vel conſuetudine præſcribi poteſt.*
9 *Mare poſſediſſe, vel quaſi, vel aliquam in eo juriſdictionem habuiſſe, quomodo quis dicatur?*
10 *Veneti mari Adriatico, an poſſint imponere gabellas, & merces conductas contra Venetorum ſtatuta confiſcare?*
11 *Mare, in quo aliquis non exercuit juriſdictionem, ut poſſit dicere ipſam præſcripſiſſe: an ſit alicujus dominii ratione: vel ſaltem quoad juriſdictionis jus, ut maleficia quæ ibi committuntur puni-*

punire poſſit : & an gentes, quæ ibi ad habitandum accedunt, poſſint judicare?

12 *Juriſdictio quanta ſit in territorio mari cohærente & uſque ad quod ſpatium?*

13 *Inſula propinqua, vel modico ſpatio ſtare quæ dicatur?*

14 *Miliaria centum per mare, eſt minus duabus dietis.*

15 *Inſula maris, ſi eſſet in mari alto à qualibet regione diſtans ultra centum miliaria quid juris?*

16 *Inſula Sardiniæ Italia dicitur, licet ab Italia modico freto diſtet.*

17 *Juriſdictionem in terra habentes, habent etiam in mari uſque ad centum miliaria tantum: ultra vero ſolum Imperatoris juriſdictio eſt.*

18 *Papa ſi in mari moriatur, in illa civitate ſucceſſoris electio fieri debet.*

19 *Imperator ſi mihi civitatem aliquam donaverit, omnes ejus pertinentias donare videtur.*

20 *Delictum ſi eſſet commiſſum in mari inter duas civitates punctualiter æquè diſtantes, in cujus confinio ipſum delictum, eſſe dicatur?*

21 *Maris in eadem particula ſi plures habitent, vel ad ipſos pertineat, & ibi delictum commiſſum fuerit, quis primò cognoſcere debeat?*

22 *Contentio ſi oriatur de his quæ in mari geſta ſint, vel ad mare ſpectent qualiter judicandum vel faciendum erit?*

23 *Mare quid ſit?*

24 *Maris fines, an reperiantur?*

25 *Mare qualiter deſignabitur?*

26 *Territorii alicujus appellatione, an etiam mare comprehendatur; & diſtrictus per illam civitatem?*

27 *Civitates maritimæ, an etiam in mari diſtrictus habeant?*

28 *In mari exiſtens, quod per civitatem maritimum regitur, puta per Venetos, vel Januenſes, an extra diſtrictum eſſe dicatur?*

29 *Mare rubrum, an reperiatur?*

MAri, quod natura omnibus patet, ſervitus privata imponi non poteſt, *l. vend. in princ. ff. comm. præd.* quia maris communis eſt uſus omnibus hominibus, ut aëris, *l. littora, §. 1. ff. ne quid in loc pub. & Inſt. de rer. div. §. 1. & l. injuriarum ac §. ſi quis me prohibeat, ff. de injur.* Sed à Principe imponi ſervitus mari poteſt, ut dicit gl. *in d. l. venditor. in princ. per l. ſerv. §. pen. ff. de ſerv.* Sed licet privatus in mari ſervitutem conſtituere non potuerit, tamen ſe, & ſuos hæredes per ſtipulationes, vel contractus obligare poteſt, ut non niſi aliqua parte maris liceat ſibi, vel hæredibus ſuis piſcari, vel aliquid aliud facere, *ut eſt etext. cum gloſſ. in d. l. vend in princ.* & idem intelligit ibi Paul. de Caſtr. in qualibet alia aqua publica eadem ratione. Et eodẽ modo poteſt quis ſe obligare ad non impediendum alium privatum in aqua publica, vel loc. publ. aliquid facere non erit tamen ſervitus realis, vel prædialis, *per not in l. ut pomum ff. de ſerv. & l. pecoris, ff. de ſerv. urb. præd. & l. Mela, §. fin. de ali. & cib. leg.* 1

Et ſimiliter poteſt quis vendere domum hoc pacto, quod emptor non poſſit ibi exercere talem artem, & valet iſta conventio ſecundùm Bartol, Ang Flor. & Dd *in d. l. venditor. in princip.* & per Paul. de Caſtr. in *l. quoties 15. ff. de ſerv.* Et his caſibus non poterit promittens, vel ejus hæredes contravenire ſuæ promiſſioni: & ſic contra 2

factum ſuum proprium, quatenus intereſt ejus, cui facta eſt promiſſio, licet Reſpublica pro ſuo intereſſe poſſit contravenire, *l. juriſgentium* §. *ſi paciſcar* & *l. jus publicum, D. de pact.* ſecundum Dd. *in d. l. venditor, in princ.* Sed ubi non eſt à principe maris ſervitus impoſita, nec à privato aliqua obligatio conſtituta: tunc mare paſſim omnibus patet, *ut d. l. venditor. in princ.* ejus uſus communis eſt omnibus hominibus, ut aëris, *dict. l. littora cum ſimil.* Et ideo ſi quis in mari piſcari prohibeatur nulla lege privata vel publica contradicente, vel in mari retia immittere, vel educere, poteſt agere actione injuriarum, *l. injur* §. *ſi quis me prohibeat, ff. de injur.* & *l.* §. *ſi quis in mari, D. ne quid in loco publico.* imo poteſt quis in mari piſcari etiam ante ædes meas, vel prætorium meum, nec ipſum prohibere poſſum, & prohibendo ſimiliter teneor actione injuriarum, *ut eſt text. in d.* §. *ſi quis me prohibeat verſic. uſurpatum tamen.*

3 Sed quæritur numquid in mari, vel littore maris poſſit quis ædificare & an ædificium efficiatur ſuum, & quando? & dic quod poteſt, & ædificium ſtatim fit ſuum, cum pilas jactavit nec requiritur rei perfectio, *l. ergo*, §. *fin. ff. de acq. rer. dom.* Nam ille eſt tuendus qui in littore ædificat: vel in mari, *D. ne quid in loc. publ. l. 2.* §. *adverſus.* ubi utitur verbo præſentis temporis ſcilicet, ædificat ergo ſufficit ſi in præſenti ædificet, & opus proſequatur: non autem eſt opus quod perfecerit: & ita vult Barthol. *in l. quominus in 5. colum. in fine, D. de flumin,* ubi etiam declarat quando quis dicatur opus proſequi. Et propterea dicit Bald. *in rub. D. rer. divi. in 3. col.*

4 Quòd ſic faciunt Veneti, qui ſunt fundati in mari, & de jure gentium civitates fundatæ in mari, ſunt ipſorum ædificantium, *l. in tantum in pr. eod. tit.* & hac ratione dicit eleganter Bald. quod Veneti præten ſunt libertatem a: quia non ædificaverunt in ſolo alicujus, ſed ſi quis in ſolo juriſdictionali alicujus ædificat, illius dicitur ſubditus, *ut not. Spec. in tit. de ædif. dom. ver. quid ſi petitur civitas.* Et prædicta vera intellige niſi in mari aliquid fiat quo portus ſtatio, iterve navigantium deterius fiat, *l. 1.* §. *ſi in mari, D. ne quid in flum. public.*

5 Sed numquid poſſit aliquis præſcribere mare, vel aliquem uſum maris aut juriſdictionem? & videtur quod non poteſt præſcribere tempore: quia loca juris gentium longæ poſſeſſionis præſcriptione acquiri non poſſunt, *ut eſt caſus in l. fin. in princ.* & *ibi hoc not. angel* & *doct. ff. de uſuc.*

6 Sed an poſſit præſcribere tanto tempore cujus rei memoria non exiſtat? Et videtur ſimiliter, quod non, quia ex quo mare eſt commune omnibus, ut dixi: ergo videtur quod contra infantes, & nondum genitos impoſſibile ſit præſcribi poſſe: quia non valenti agere non currit præſcriptio, *l. 1. in fine. C. de anna. præſcript.* Item quia iſtud videtur contra jus naturale: ergo præſcribi non poteſt *arg. d. l. fina. in l. jura ſanguinis, D. de regul. jur.* In contrarium videtur, quod imo tanto tempore poſſit acquiri: quia in mari eſt juriſdictio ſicut in terra, *ut not. in c. ubi periculum de elect. in 6. in verſic. territorium.* ergo præſcribi poteſt, *l. viros, C. de diverſ. offic. lib. 2.* & ita not. Bald. *in rub. de rer. div. in 2. col.* Item quia poſſeſſio vel quaſi cujus non exiſtat memoria habet vim tituli, ſeu privilegii, aut juris conſtituti, *l. in hoc jure.* §.

ductus aquæ, D. de aqua quot & æſti. & c. ſuper quibuſdam, §. præterea, extra. de verb. ſignif. & c. 1. de præſcript. in 6. Et hoc vult text. cum gloſſ. *in l. uſum aquæ. C. de aquæduct. lib. 11. & gloſſ. fin. ſecundum primum intellectum, l. diligenter, eod. tit.* Sed per titul. & privilegium poſſet per principalem concedi, ut quis etiam privatus habeat juriſdictionem in mari. *l. venditor. in princip. cum gloſſ. ff. communia prædio. & dixi ſuprà in princip.* Ergo poſſeſſione vel quaſi dicti temporis per dict. jur. Item quia mare, & alia flumina per conſuetudinem poſſunt præſcribi, & acquiri, *ut notat gloſſ. in d. l. uſum.* ergo potuerunt etiam per poſſeſſionem tanti temporis, cujus non exiſtat memoria, quæ habet vim conſuetudinis, præſcribi, *ut d. cap. 1. de præſcript. in 6. conjuncto. c. fin. & ibi not. extrà de conſuet.* & ita tenet Bart. & Ang, & Doct. *in l. ſanè ſi maris ff. de injuriis,* & Bald. *id rubr. ff. de rerum diviſ. in 2. colum.* & Angel. *in l. fin. ff. de uſucap. & in conſil. quod incipit, thema ſuper quo conſilium quæritur. & c.* ita etiam tenui ſuprà, *in 1. lib. in 5. quæſt, princip.* & ex prædictis ſequitur.

7 Quod Veneti, * qui gulphum maris Adriatici tanto tempore, cujus non extat memoria poſſederunt, ipſum mare quoad ejus juriſdictionem præſcripſerunt, & ſimiliter Januenſes in mari ſuo, *ut not. Doct. in dictis locis* Sed prædicta intelligo vera, quando allegatur titulus, ſeu privilegium Imperatoris, vel quod credat ſe, vel majores ſuos habuiſſe jus in mari, *argum. eorum quæ not. Bart. in l. Celſus. D. de uſucap. Bald. in l. judicis, C. de rei vend.* Secus ſi confiteretur ſe, & majores ſuos nunquam habuiſſe aliquem titulum, vel aliquod jus, ſed tantùm præſcripſiſſe per dictum tempus; nam tunc non ſufficeret: quia potiùs corruptela eſſet quàm præſcriptio, *ut in auth. ut nul. jud. § 1. & ibi gloſſ. colum.* 9. & quanto longiori tempore poſſediſſent tanto majori culpa tenerentur, *ut c fin. extrà de conſuet.* quia licet præſumptio eſſet juris, & de jure, tamen admitteretur probatio in contrarium per confeſſionem partis, *ut not, in authen. ſed jam neceſſe, quæ eſt in corpore, unde ſumitur, C. de do ante nu. & gloſſ. in l. contractibus in princip. C. de non num. pec.* ſicut dicit in ſimili Innoc. & Doct. *in c. quia pleriſque, extra de immun. eccleſ. & c. cum Bertold. d. extra de re judic.* & quia eſſent in mala fide *c. fin. de præſcript. & c. malæ fidei poſſeſſor, de regul. jur. in c. 6.* & licet præſumatur bona fides de 30. ann. *l. fin. C. unde vi. & ibi Bart. in fin.* tamen contra iſtam præſumptionem poteſt probari mala fides, maximè ex confeſſione partis poſſidentis.

Item, prædicta intellige quoad 8 uſum, & juriſdictionem, non autem quoad proprietatem: quia illa non poteſt præſcribi aliqua præſcriptione, vel conſuetudine, *l. diligenter in fin. C. de aquæduct. lib. 11,* quia ſunt de jure gentium, & publico, & in uſu publico, ut mare, flumina navigabilia nullo tempore acquiruntur, niſi conceſſio Cæſaris, aut Senatus intervenerit, & hoc tenet gloſſ. *in l. fin. ff. de uſucap.* quem ſequitur Angel. *in leg. ſanè ſi maris, ff. de injuriis.* Sed hoc intelligo quando quis vellet ſe fundare in præſcript. ſimpliciter: ſed ſi vellet ſe fundare in tit. ſeu privilegio Cæſaris & ad ipſum probandum allegaret poſſeſſionem, vel quaſi, tanti temporis cujus non extat memoria, ſufficeret etiam ad acquirendum dominium, *c. ſuper-quibuſ*

Digitized by Google

quibuſdam,§. præterea, de verb. ſignific. & per c. 3. de præſcript. in 6. per l. hoc jure, §. ductus aquæ, de aqua quot. & æſti. juncta gl. notabili in l. ſervitute prædiorum cum ibi not. per Dd. ff. de ſerv. & adde omninò quæ dixi ſuprá *in titulo de ſerv. aquædu. in 8. q. princ. ver. & ex prædictis, ſequitur deciſio multarum qq. uſque ad ver. & q. ex prædict. deciditur, ubi poſui quanto tempore præſcribantur loca publica, & jus paſcendi in fluminibus.*

9 Sed † dubitari poteſt, quomodo quis dicatur poſſediſſe, vel quaſi, mare: vel aliquam in eo juriſdictionem? dic ille qui habet imperium in mari, dicitur mare poſſidere, quod patet per leges quæ permittunt ſoli principi diſponere de his, *ff. de verbor. oblig. l. continuus, §. cum quis, ff. de contrah. empt. l. ſed & Celſus in princip. & l. quominus, ff. de flumin.* & ita eleganter notat Bartol. *in tract. Tyberia, in tit. de alveo verſiculo publicè juriſgentium*, & idem in effectu tenet Bald. *in l. ſi plures, in 4. colum. in princ. Cod. de condit. inſert.* quod tene menti: quia hoc allegavi contra Brixienſes, quod lacus Gardæ eſſet totus de territorio Veronenſi: quia ſemper Veronenſes, & Principes qui dominati ſunt Veronæ exercuerunt imperium, & juriſdictionem ſuper toto lacu: & ita fuit judicatum per excelſum conſilium togatorum Venetiarum; & idem dico de gulpho maris, quod cuſtoditur per Venetos, & ſuper illo exercuerunt, atque exercent juriſdictionem in dicto gulpho & ita etiam obſervatur.

10 Sed † numquid, hoc prætextu poſſint Veneti navigantibus per mare Adriaticum in gulpho cum mercibus imponere gabellas, & confiſcare merces conductas contra Venetorum ſtatuta? Bald. format *in rubric. de rerum diviſ. 2. columu. ad fin. verſiculo ſed numquid*, & videtur quod non, *per l. 1. Codice non vecti. impo. non poſſ.* Item quia jus confiſcandi nulli competit, niſi principi, *Codice de bon. vac. l. 1. libro 10. & c. 1. in titulo quæ ſunt regalia in uſibus feud.* In contrarium videtur, quod ſecundum Bald. totus mundus hodie hoc jure utitur, & derogatum eſt legibus contrariis, *facit l. colonus Paragrapho navem Digeſtis loca.* Item quia iſta ſpecialis confiſcandi conſuetudo ſpeciali principis permiſſioni comparatur, *ut not. in ſimili in authen. de mand. princip. Paragrapho, & judicare, colum.* 4. Item quia Veneti in eorum imperio habent regalia, & jura fiſci, nec ſuperiorem ſaltem de facto, recognoſcunt, ideò in mari prædicto poſſunt imponere gabellas. & confiſcare merces, & bona ſicut in civitate Venetiarum: quia tantam juriſdictionem habent in mari, quantam in civitate Venetiarum per ea quæ not. Bart, *in tract. de inſula, in prima, & ſecunda columm. dicam in quæſtion. ſequent.* Sed ubi non eſſet iſta conſuetudo, vel ubi non haberent imperium, vel ſi haberent, cognoſcerent ipſum à ſuperiore, tunc non poſſent imponere gabellas *ut in tot. C. vect. nov imp. nō poſſ.*

Quid † autem de mari, in quo aliquis non exercuit juriſdictionem tanto tempore ut poſſit dicere præſcripſiſſe aliquam juriſdictionem, an licet ſit nullius ratione domini, an ſaltem quoad juriſdictionis jus, ſit alicujus, ut maleficia quæ ibi committuntur poſſit punire, & an gentes, quæ ibi ad habitandum accedunt, ut poſſit judicare? iſta quæſtio formatur per Bartol. *in eo tractatu de inſula, in 2. colum.* qui dicit, quod pro deciſione hujus quæſtionis eſt videndum. 11

An † ille qui habet juriſdictionem in 11

Digitized by Google

An * ille qui habet juriſdictionem in territorio cohærenti mari, habeat juriſdictionem in mari, & uſque ad quod ſpatium? & videtur dicere ipſe quod non, quia mare commune eſt omnibus, *ut ſæpe dictum eſt*. In contrarium dicit eſſe veritatem: quia ſicut præſes provinciæ debet purgare provinciam malis hominibus per terram, *leg. congruit. ff. de offic. præ. ita per aquam, l. prima*, *C. de claſſicis*, *lib.* 10. & ibi Bartol. dicit per illum textum: quod ſicut quis poteſt punire delinquentem in ſuo territorio, ita delinquentem in mari, quod ſubjicitur illi civitati vel provinciæ, *allegat. l. Cæſar*, *D. de public.* & ita notat Bartol. & Joan. And. & Doct, *in c. ubi periculum in verſic. territorio.*, *de elect. in 6.* & vide per Angel, omnino, *in leg. ſane ſi maris, D. de injur.* & Bald. *in l. arbor. §. de veſtibulo, ff. communi dividun.* & Angel. *in leg. inſul. Italiæ*, *D. de judiciis*, qui dicit, quod per illam legem fuit deciſum Piſis de conſilio Bartol. quod delictum commiſſum in mari propinquo portui civitatis Piſarum, deberet ibi puniri: quia eſt particula maris, quod intelligebatur ſubjacere civitati Piſarum, imo plus dicit ibi Angel. ſi illa particula maris eſſet in remoto mari, ſi tamen nulli loco terreſtri erat propinquior, ubi exerceretur imperium, debet Piſis puniri. Et idem dicit de aliis civitatibus, cum ſimilis caſus accideret, *l. prima*, *C. de claſſic. l.* 11. dicit non eſſe alibi. Circa quod adde quæ dicam in ſeq. quæſtio. & hoc apparet ſecundùm Bart. *in d. tractatu, ſi in mari quis habet juriſdictionem*, multo magis habet in inſulis quæ ſunt in dicto
b mari. Inſulæ *b* enim illius provinciæ propinquæ quæ modico ſpatio diſtant illius provinciæ eſſe dicuntur, *d. l. Inſulæ* & *l. notitionem*, §. 1. *ff. de verb ſing.* & not. Angel. & Dd. *in d. leg. inſulæ*. 13

Quæ autem * dicatur inſula propinqua, *c.* vel modico ſpatio diſtare * dic c ſecundum Bart. *in dict. tract. per centum miliaria*, vicinus enim tunc dicitur, *l.* 4. *§. tam vicinum, ff. de dam. infect.* & *extr de reſcript c. nonnulli*, ubi dicitur, quod in duas dietas non dicitur locus remotus.

Conſtat autem, * quod centum mi- 14
liaria per mare: eſt minus duabus dietis, & quod uſque ad centum miliaria dicatur locus propinquus, probatur *in l. quicunque, C. de Epiſc.* & *cler.* & hoc ſingulariter tene menti, quod habentes juriſdictionem in territorio cohærente mari, dicuntur habere juriſdictionem etiam in mari & inſulis quæ ſunt in mari vicino uſque ad centum miliaria, & poſſunt ita capere & punire delinquentes in mari uſque ad centum miliaria, ſicut in terra in ſuo territorio. Quod not. quia habui de facto pro Januenſibus contra Venetos: quia Dominus Lauredanti cepit Mauritium Catonium Januenſem, qui capi non poterat. quia non erat in mari Venetorum & petebat 33. milia ducatorum pro damno ſibi dato. Ego inter alias feci unam poſitionem, quod mare in quo captus fuerat, nõ erat propinquius alicui loco terreſtri ſeu territorio: quam ipſi modo no. & confeſſus eſt creditor non potuiſſe capi, ex quo non erat in gulpho Venetorum, & allegavi Bart. & Angel. de quibus ſupra, propter quod de modico venerunt ad concordiam.

Sed * quid ſi inſula maris eſſet in 15
mari alto à qualibet regione diſtans ultra centum miliaria? Bartol. *in d. tr. de inſula in 2. col.* dicit quod hoc caſu non poteſt nobis dici vicina vel propinqua. *per l. pen. §. Paulus reſpondit, ff. de acqu. rer. dom.* & *l. inſulam, eod. tit.* & *per not. in ſimili. Inſtit. de rer diviſ. §. inſula.*

16 Et ideo concludit, quod, inſula Sardiniæ, Italiæ dicitur, licet ab Italia modico freto diſtet. Si autem nec alteri inſulæ eſt vicina, tunc non poſſumus dicere, quod aliquis in ea habeat juriſdictionem, d niſi Imperator *d* qui eſt dominus totius mundi, *l. deprecatio ff. ad l. Rhod. de jact.* Unde dicit Bart. quod talis inſula occupanti concederetur quoad dominium, ſed ſi quoad juriſdictionem pro magiſtratu vel Rectore ſe geſſerit abſque principis juſſu, intellige in illa inſula remota, incideret in leg. Jul. majeſtat. *l. 3. ff. ad Jul. majeſt.* & hoc ſecundum jura civilia, ſed ſecundum jus gentium gentes quæ dictam inſulam occuparent, facerent ſibi regem, *l. ex hoc jure gent. ff. de juſt. & jur.* & illos manu regia regere, *l. 2. circa princ. ff. de orig. jur.* & hoc ſervandum eſſet inter gentes, quando nec jure Romano nec alio jure utuntur.

17 Et ex prædictis not. Bart. valentes habere juriſdictionem in terra, habere etiam in mari uſque ad centum milliaria, tantum: ultra vero quod ſit ſolum juriſdictio Imperatoris. Sed Ang. *in d. l. inſulæ Italiæ. de jud.* ut dixi *in quæſt. præced.* vult quod habent etiam juriſdictionem in mari & ejus inſulis valde remotis, dummodo alii loco terreſtri non ſint magis propinquæ. Facit ad prædicta gloſſ. 1. *in c. quoniam, & quod ibi not. extr. de deci.* Et adde quæ not. Bart. *in l. 2. C. de naufr. lib.* 11.

18 Unde ex hoc ſequitur, ſi Papa moritur in mari, in illa civitate, debet fieri electio ſucceſſoris Papæ ſecundum Joan. And. *in c. ubi periculum, de elect. in 6.* & Ang. *in l. ſane ſi maris. D. de injur.*

19 Item ſi Imperator donat mihi civitatem videtur donare & omnes pertinentias, de quibus loquitur Innoc. *in c. cum ad ſedem. ext. de reſt. ſpo.* & tam in mari, quam in terra: quia mare ſicut terra diſtinguitur: *ut not. in d. c. ubi periculum, & l. 1. C. de claſſi. lib.* 11. *& leg. deprecatio ff. de l. Rho. de junct.* & ita not. Bald. *in l. beneficium, in 2. colum. in princ. ff. de conſti. princ.*

Sed quid ſi inter duas civitates 20
punctualiter æque diſtantes eſſet delictum commiſſum in mari? dic, tunc dicetur eſſe commiſſum in confinio, quod eſt commune utriuſque civitatis, *l. arbor. in princ. & §. de veſtibulo, ff. communi divid.* Et ideo pariter ad utramque ſpectat cognitio criminis, & contractus, ſicuti quando punctualiter in confinio plurium civitatum in terra delinquitur vel contrahitur, ſecundum Ang. *in d. l. ſane ſi maris.*

Sed quid ſi in eadem particula 21
maris plures habitent, vel ad ipſos pertineat? tunc quilibet poterit cognoſcare, & erit locus præventioni, *l. ſi quis poſtea ff. de judic.* & præveniſſe intelligitur quantum ad imperium, qui delinquentem capit in mari. Nam per perſonalem capturam intelligitur juriſdictio eſſe præventa, ſecundum Jo. And. *in c. de dec. & obli. in novella,* quem ſequitur Angel. *in dict. l. ſane ſi maris in fin.*

Sed ſi oritur contentio de his, quæ geſta ſunt in mari, vel ad mare ſpectat, 12
qualiter erit judicandum vel faciendum? dic quod maris conſuetudo ſervanda eſt, *ut ex text. not. in auth. de uſu nauti. §. fin. col.* 11. *& hoc not. gloſſ.* quod intelligit quando non repugnat juris legibus, & ſic dicit debere intelligi *l. deprecatio, de l. Rho de jact.* & quod maris conſuetudo ſit ſervanda, tenet Bald. *in d. l. obſerv. §. antequam per illum text. ff. de offic. proconſ.* & hoc inducit argumentum ad curſum bravii Venetorum, cum fieri debeat per mare, ſicut uſitatum eſt, & alii ſimiliter per mare cum balliſtis ſolent ludere, ut alibi conſuetum

tum eſt. Et vide apud Muranum, quæ eſt propè civitatem Venetiarum, ubi fiunt pulchra vitrea. Ultimo pro complemento à parte maris ſubjicio aliquas quæſtiones: quæ licet non tangant propriè ſervitutis materiam, utiles tamen erunt pro ipſius declaratione.

23 Et primò,+quæro quid ſi mare, ſecundùm Bart.in tract.de inſula,in prin. eſt collectio multarum aquarum ſalſarum,propriè enim mare ab amaritudine dicitur, & oportet,ut cum mari contineatur,aliàs enim licet mare appelletur mare, tamen non eſt: ſed potiùs ſtagnum,vel lacus:& tunc eſt juris privati vel publici, ut de flumine dicitur.

24 Secundo quæro, + an reperientur fines? dic quod ſic,*ut not. in c. ubi periculum.de electio. in 6.* & notat. Bald..*l.ſi teſtamentum. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub conditione.*

25 Tertiò quæro + qualiter deſignabitur mare? dic per terram propinquam, cui mare magis adhæret, & ſub qua diſtingui conſuevit ſecundùm Bald. *in d. l. teſtamentum,alleg. in auth. omnes, ut obed. judic. §. 1.*

26 Quarto quæro, + an appellatione territorii alicujus civitatis comprehendatur etiam mare, & diſtrictus per illam civitatem? & videtur quod ſic, maximè in favorabilibus, *ut not.in d.c. ubi periculum, & ibi per Dominum Marcum, & Doct. in §. portò.*

27 Quintò quæro + an civitates maritimæ etiam in mari habeant diſtrictus? dic quod ſic: *ut not. Joan. Mo, in d. c. ubi periculum.*

28 Sexto quæro, + an exiſtens in mari, quod regitur per civitatem maritimam,putà per Venetos vel Januenſes, dicatur eſſe ultra diſtrictum? dic quod non,imò poteſt jus reddi, ſicut Venetiis, Januæ: *ut per Bald. in l. 1. C. de ſent. ex peric. recit.*

Septimo & ultimo quæro,+an mare 26 rubrum reperitur;dic quod ſic, *text. eſt in l. ſi non ſint.§.fin.ff.de auro, & argen, legat,* Cætera circa materiam maris. *vide quæ ſcribit Bart. in tractatu de inſula, & quæ dicam in tribus ſeq. titulis.*

ADDITIO.

a *Libertatem.* Veneti dicuntur de populo Ro.Bart. *in l. hoſtes de captivis* nec recognoſcunt ſuperiorem ex præſcriptione. *Bart. ibi, & Bald. in l. D. de re div.* & ſunt domini maris Adriatici & littorum ejus, ſcilicet, in genere, non in ſpecie: quia littora ſunt civitatum adjacentium littori. *Bald. in l. pen. C.de cond.inſer.& vide,Bart.l.quominus, 2.q. de flum. & in l.ſanè. D. de injur.* & Salic.*in l.3.C. de naut.fœn:& per Bart. Cæpol.in l. eum qui vectig. de verb. ſign.*

b *Inſula.* Inſulæ maris ſunt ſubditæ civitati magis vicinæ,*l.inſula & ibi Dd. & Bart. D.de judic.* ubi etiam Bart,dicit de piratis ſe reducentibus ad inſulas:quia conveniri poſſunt in civitate vicina inſulæ,*adde etiam Bart. in tract. Tyber. 2. part. de inſula, in princ.*

c *Inſula.* Diſtans à terra ultra centum milliaria, nullius eſt, niſi occupantis, *vide Bart. in d. tract. Tyber.*

d *Juriſdictio.* Imperator habet Juriſdictionem generalem, *Bald. in c. ad hoc in 4. colum. de pac jur. firm, & Bald.in l. 2. C. in quibus caſ. col. lib.* 11. ubi dicit, quod habet dominium generale & univerſale in omnibus rebus. ſed non particulare,*vide Bart. in extravag. ad reprim.verſic.totius urbis, & Alex. conſil. 76. 2. porte. & Abba. in c. venerabilem, de elect.*

CAPUT XXVII.

De littore maris.

1 *Littus maris eſt quatenus hybernus fluctus maximus excurrit.*
2 *Littora ſub cujus imperio eſſe dicantur?*
3 *In littore maris quæ fieri licitum ſit?*
4 *Terra quæ eſt in mari vel arena maris cujus eſſe dicatur?*
5 *Fundum in alicujus ſi fluminis impetu lignaminta, vel vegetes, vel aliæ res projectæ ſint, quid de illis fieri debeat?*

Littus maris eſt, + quatenus hyber-
1 nus fluctus maximus excurrit, *leg. littus. D. de verb. ſignif. & Inſtit. de rer. divіſ. §. flumina*, ſicut mare naturali jure commune eſt omnium: ita & littora maris communia ſunt, *l. 1. in fi. ff. de rer. diviſ. & Inſt eod. tit. §. 1.* & propter hoc nemo ad littus maris accedere prohibetur, dummodo à villis, & monumentis, & ædificiis ſe abſtineat, *l. nemo, D. de rer. diviſ. & § 1.*

Littora + in quibus populus Rom.
2 habet imperium, populi Rom. eſſe dicuntur, *l. littora in princ. D. ne quid in loco publ.* quod intellige quoad juriſdictionem, vel protectionem ſed quoad uſum ſunt communia, *ut ad. §. 1. & ibi glo in verſ. per hoc, & gl. in d. l. littora*, quod verò ad dominium, ſeu ad proprietatem, ſunt in bonis nullius, *ut §. littorum. Inſt. de rer. diviſ.* & ita etiam vult Bald. *in rub. D. eod. tit. in 4. col. verſ. ſed quid ſi ædificium*, ſicuti nullius juriſdictio eſt Cæſaris, & ſic iſta tria ſunt diverſa, proprietas, uſus, juriſdictio, ſeu protectio, ut dicit Bald. ſecundùm Jac. de Ra, *in leg. quædam. D. de rer. diviſ.*

3 In + littore maris licitum eſt caſam ponere, in qua piſcatores ſe recipiant, *l. riparum §. fi. ff. de rer. diviſ.* & licitum eſt ædificare in mari, ut fecerunt Veneti: *ut dixit Bald. in rubr. de rer. diviſ. in 4. col. & dixi in tit. præced. in prin.* & quod quis in litore maris ædificaverit, ipſius erit, ſed ſublato ædificio, vel collapſo jure quaſi poſtliminii, revertitur locus in priſtinam cauſam, & ſi alius in eodem loco ædificaverit, ejus fiet, *l. in tantum in princ. de rer. diviſ. & l. quæ in littore in princ. D. de acquir. rer. dom.* secùs ſi pro parte tantùm eſſet collapſum, vel ſi fundamenta in totum remanſiſſent, vel pro majori parte: ut ibi, *ſecundùm Bald.* & quia dixi licitum eſſe in littore ædificare, intellige niſi uſus publicus impediretur, *l. in littore, D. ne quid in loco publ.* Item intellige, quando ædificando nemo ſentit damnum, *l. 2. §. adverſus eod. tit.* & intelligitur quis ædificare, quando in littore pilas jactaverit, non autem requiritur rei perfectio, *l. ergo, § fin. D. de acquir. rer. dom. ut dixi in tit. præced. verſ. ſed quæritur utrum in mari.* Item licitum eſt in littore maris retia deſiccare, & ex mari ad littus deducere, *l. riparum, in princ. D. de rer. diviſ. & inſtitut. eod. tit. §. littorum.* Item lapilli, & gemmæ, cæteraque in littore inventa, jure naturali ſtatim noſtra ſunt.

Item + quid de terra, quæ eſt in ma- 4
ri vel arena maris? dic idem, quod dixi de mari vel littore, *ut d. §. littorum, in fin.* & ideò licitum eſt cuilibet accipere gemmam, vel arenam maris, & efficitur occupantis, & exportantis, ſecus eſt de lapidibus, & aliis, quæ in littore ex cauſa naufragii, vel vehiculo alicujus ceciderunt, quia non licet ea capere, imo qui accipit animo ſibi acquirendi, magis quàm fur eſt: *ut l. 1. & 2. D. de incend. ruin. & naufrag.* de qua materia vide *in l. eum, & authen. navigia,*

navigia. C. de Furt. & Feder. de Sen. in conſi. 102. quod incipit, Domine Franciſce. item eſſet quando ex vi fluminis ligna, vel rates, vel aliæ res ad littus maris, vel ad fundum alicujus pervenerint, & ib dicit eleganter.

5 Quod + ſi in fundum alicujus projecta ſunt lignamina, vel vegetes, vel aliæ res ex impetu fluminis, ſi agro noceant, ſi dominus agri vult fas, & licitè facere, conſilium eſt, ut per judicem fieri faciat proclamationes, in locis vicinis, ut dominus res illas tollat intra certum terminum: aliàs illæ res pro derelictis habeantur, & occupanti concedantur: maximè ſi illæ res ſunt viles, ex cauſa: namque quis compelli poteſt agere, *ut not. in l.* 5. *C. ut nemo invi.* Hic autem ſubeſt cauſa, quia illæ res nocent agris alienis, dicit tamen quod ſecurior via eſſet ut poſt aliquod tempus poſt dictam proclamationem venderentur dictæ res, & pretium pauperib. erogaretur, *arg. c. cum tu ext. de uſu cum ſimil.* quæ not, quia ſæpe contingit ubi ſunt flumina rapida & torrentia.

CAPUT XXVIII.

De Portu.

1 *Portus, ſtatio, & angiportus quid propriè ſint?*
2 *Portus, & flumina publica ſunt, licet civitates Italiæ de conſuetudine ea ſicut imperium præſcripſerint.*
3 *Portus omnis in ſolo inſulæ eſt.*
4 *Portus maris hominum ingenio fabricati, an omnium populorum publici ſint, an verò ædificantium?*
5 *Teſtamentum factum in portu civitatis Soldani, an dicatur factum in terris Soldani?*
6 *Moles in mari projectæ cauſa faciendi, vel muniendi portus, an jaci poſſint?*

Portus, + eſt *a* locus concluſus, quo importantur merces, atque inde exportantur: eaque nihilominus ſtatio eſt concluſa, atque munita: Inde angiportus, *l. portus. D. de verbor. ſignif.* Et dicitur locus concluſus; id eſt locus ubi rates morantur, & ſtant ſecundum gloſſ. ibi: ſtatio vero dicitur à ſtando, & ideo ſtationis verbo is locus demonſtratur, ubicunque naves tutè ſtare poſſunt: *ut l. §. ſtationem.* 13. *D. de fluminib. ne quid in flumin. publ.* Angiportus dicitur ſtrictus portus. 1 a

Portus + & flumina, publica ſunt, *l. nemo in fi. D. de rer. diviſ. & inſtit. eod.* §. 1. & ideo jus piſcandi commune eſt omnibus in portu fluminibuſque, *Inſt. de rer. diviſ. §. flum.* quoad juriſdictionem, portus ſunt Cæſaris, vel illius Domini, vel civitatis, vel territorii, in quibus ſunt *ut c.* 1. *in princ. in tit. quæ ſunt regal. in uſib. feud.* & ideò vectigalia ſeu redditus illius portus provenientes ex mercibus, ſunt de regalibus, & dicuntur publica vectigalia *ut d. c.* 1. & *l. inter. publ. §. ſi ff. de verbor. ſignif.* & propterea ſpectant ad Cæſarem, *ut d. c.* 1. quod intelligo niſi Dominus civitatis vel territorii illius loci, in quo eſt portus, habeat regalia: quia tunc ad eũ ſpectant illa regalia, Et quandò Papa, vel Imperator facit aliquem regem, quæruntur ſibi omnia regalia quaſi ſpecialiter conceſſa, *ſecundum Bald. in d. c.* 1. *circa fin.* & *vide quæ ſtatim dicam Infra verſ. ſed. quæ juxta prædicta.* Hodie vero civitates Italiæ ſibi de conſuetudine præſcripſerunt merum imperium, & ita portus, & flumina, licet de jure communi ſint Principis: *ut d. c.* 1. *pro quo facit gloſſ in magna in fi §. juſjurandum in auth. de defend civ. ſecundum* 2

Bart. in l. quominus. in 2. col. in fi. ff. de flum. & dicam in tit. ſeq.

3 Et adde, † quod omnes portus in ſolo ſunt inſulæ. *l. Caſar. D. public. & veſtig. & commu.* & ideò dicit ibi Bart. ſi quis in portu inſulæ civitatis Piſanæ deprehendatur poteſt puniri in civitate ſub qua eſt inſula. Circa quod vide quæ dixi *in tit. de mari.*

4 Sed quæro juxta prædicta, an † portus maris ingenio hominum fabricati ſint publici omnium populorum, an vero ædificantium, & videtur quod ſint publici per ea quæ ſupra dixi. In contrarium videtur, quod ſint ædificantium, *l. in tantum in princ. ff. de rer. diviſ.* Item videtur quod ſint communes, ſicut aqua eſt communis, dic ſecundùm Bald. *in rubr. D. de rer. diviſ. in 6. col. in princ.* quòd ædificia ſunt ædificantium, ſed portus ſunt publici

5 Et ex his inſurgit una pulchra dubitatio, † an teſtamentum factum in portù cujuſdam civitatis Soldani, dicatur factum in terris Soldani. Et Bal. ibi dicit, quod tempore ſuo hoc fuit revocatum in dubium. Et dicatur quod non: quia portus eſt publicus, & ita Chriſtianorum, ſicut Saracenorum, nam hoc eſt introductum de jure gentium. Conſequentia autem inferebatur ex prædictis, *l. hoc legatum, de leg.* 3. Sed Bald. *in l. juſtitia ante fin. princ. D. de juſt. & jur.* dicebat ſe conſuluiſſe ſuper teſtamento cujuſdam facto in Barbaria duobus teſtibus, ipſum valuiſſe, quia cum appareat; quæ forma teſtandi ibi ſervetur, præſumitur quod ſervetur jus gen. tanquàm æquiſſimum *arg. l. omnes populi in fin. D. de juſt. & jur.* Idem vult Bart. *in l. 1. C. quemadm. teſt. aper.* qui ſimiliter dicit, quod de facto conſultus fuit ſuper quodam teſtamento unius mercatoris de Ancona, facto in terra Soldani Babiloniæ, & dixit valere teſtamentum factum ſecundùm merum jus gentium, quod præſumitur ibi vigere niſi contrarium probetur, cùm ſit tale jus gent. apud omnes, ſicut conſuetudo in dubio præſumenda: nam iſtud jus gent. eſt bonum, & æquum, ideò ſervandum, & potiùs ſervare debemus jus cano. quàm civile: quia illud inhæret juri divino: ſed ſub lege divina ſunt omnes populi & nationes, ſed jus civile non viget ubique locorum, *facit c. quod ſuper extr. de voto.* & adde quod not. Bart, & Dd. *in l. qui latronibus, in princ. ff. de teſt.* & Ang. & Dd. *in d. l. 2. C. quem. ad. teſt. per.* & Dd. *in l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam.*

Reperiuntur etiam † moles in mari projectæ cauſa faciendi, vel muniendi portum: quas in mari quis jacere poteſt maximè ea de cauſa, *ut l. 2. §. ad. verſus. D. ne quid in loco publi.* & ſi maritus haberet in dotem civitatem, vel territorium juxta mare, & jaceret moles in mari pro portu faciendo, vel muniendo, vel pro muniendis muris civitatis, vel caſtelli dotalis, diceretur impenſa neceſſaria, *vel 1. §. inter neceſſarias, ff. de impen.* & de iſtis molibus loquitur Virgil. in 5. Æneid. dum de Carthagine loquens, dicit, *Miratur molem Æneas, magalia quondam,* & civitas Neapolitana habet iſtam molem in mari, quæ vulgariter *el mole* appellatur, quam Alphonſus Rex mirificè inſtauravit, intra quam eſt nobilis portus civitatis Neapolitanæ. 4

ADDITIO.

a *Portus.* Portus eſt de regalibus principis. *Bald. in c. 1. in princ. quæ ſint regal.*

CAP-

CAPUT XXIX.

De Navi.

1 *Servitus navi imponi non poteſt, ut cum in portu erit, ſemper merces deferre teneatur.*

2 *Servitus navigandi, ſi lacus perpetuus in tuo fundo ſit, ut ad fundum meum perveniatur, imponi poteſt.*

3 *Servitus aquaductus cur ex lacu fieri non poſſit?*

4 *Arbores ſi dominus cædere voluerit, & nauta arboribus navem ligare velit, quid juris?*

5 *Navigationis tempus eſſe dicitur à Calendis Aprilis uſque ad Calend. Octobr.*

1 SErvitus + navi imponi non poteſt: ut cum erit in portu, ſemper teneatur deferre merces: quia ſervitus non poteſt imponi, quæ de facili extinguitur, & ſic nec navi, ex quo de facili conſumitur & modicum durat, licet ex novis tabulis conficiatur: *ut not. Angel. in d.l. forum.* Nec obſtat, quod domo imponitur ſervitus, & tamen aliquando ruit, quia illud raro contingit, ideo non conſiderandum, *l. nam ad ea. ff. de legi.* & ita vult gloſſ. & Ang. *in d.l. foram. in ſi.* & ex prædictis ſequitur ſervitutem jumentis imponi non poſſe, nec hominibus, quia de facili moriuntur, & perpetuam cauſam non habent, & ideo lex appellat operam ſeu miniſterium ſervi, non ſervitutem, & intellige in prædictis ſervitutem imponi non poſſe jure propriæ ſervitutis, ſed bene poteſt valere jure obligationis perſonalis, *per not. in l. ut pomum. D. de ſerv. & l. pecoris. D. de ſerv. ruſt. præd. & l. Mela, §. fin. D. de alim. & cib. leg.*

2 Servitus + autem navigandi, ſi lacus perpetuus in tuo fundo eſt, ut perveniatur ad fundũ meum, imponi poteſt, *l. via conſt. §. ſi lac. D. de ſer. de ruſt. pr.*

3 Sed quæ eſt ratio, + quod ſervitus aquæductus ex lacu fieri non poteſt, *ut d. l. foram. §. omnes.* & tamen ſervitus navigii imponi poteſt, ut ibi. Reſpondeo ſecundum Henricum: quia quandoque currit navigium, quandoque vero non; æquæductus vero continuè. Vel hoc favore navigii. Vel dic & tertio, quod per navigum non minuitur aqua, ſed per aquæductum ſic, *ita not. gloſſ. in d. §. omnes, & d. l. via conſtit. §. ſi lacus, in ver. navig.* Licitum eſt autem navigantibus naves ad ripas applicare, funeſque arboribus ibi navis religare, *l. riparum, in princ. D. de rer. diviſ. & Inſt. eod. §. riparum.*

4 Sed ſi Dominus + vult incidere arbores & nauta vult ligare navem arboribus, *vide gloſſ. in dictis juribus, & Brld. in. l. item lapidii. in penult. colum. in fin. D. de rer. diviſ. & quod dicam in tit. de ripa.* Navis uſufruct. legato, navigatione uti poteſt, licet naufragii periculum immineat: navis enim paratur ut navigetur, *l. arboribus, §. navis. D. de uſufruct.* dummodo navigetur tempore navigationis, & non alio, *D. de rei vend. l. non utique, §. fin. & Cod. de offic. rect. provinc. l. civitas.*

5 Et + dicitur tempus navigationis eſſe a Calend. Aprilis, uſque ad Calendas Octobr. *ut l. quoties in fin. C. de naufr. lib.* 11. *& not. gloſſ. fin. in leg. qui petitorio, de rei vend.* dicit tamen Bart. *in d. leg. quoties. in fin.* & in hoc ſtandum eſſe conſuetudini, ſi facit illud, quod feciſſet diligens navicularius quando illa lex non ſervatur in tempore, quod eſt aptum, maximè apud Venetos, qui omni tempore navigant. Redditus navigiorum ſunt de regalibus ſicut plauſtrorum, cap. 1. quæ ſint regalia,

regalia, & ibi not. Bald. hodie ſecus eſt in Italia, quia civitates de conſuetudine ſibi hoc præſcripſerunt, *ut dixi in tit præced. verſ. hodie civitates*, & de privilegiis naviculariorum, & quando privilegio uti liceat, *vide l. ſemper. §. navigatores cum gloſſ. magna D. de jure immuni & Hoſtienſ. in ſumma. tit. de peregr.* & de materia navigationis, & naviculariarum, *vide in toto titu. C. de navicula, & tit. ſequen. de prædiis navi. & aliis ſequen. in tit. de navibus non execu. & de naufra. de claſſi. lib. 11. & toto tit. D. naut. caup. ſtab. & titu. D. & C. de nav. fæn. & in authen. de nau. uſu col. 9. & D. ad leg. Rhod. de jact. l. 1. & 2. & l. ſcapham. D. de evict. Bald. in l. 1. §. de exercitoribus, D. naut. caup. ſtab.*

CAPUT XXX.

De Lacu.

1 *Lacus eſt qui perpetuam aquam habet.*
2 *Stagnum eſt, quod temporalem continet aquam ibi ſtagnantem.*
3 *Ex lacu, vel ex ſtagno aquaductus ſervitus concedi non poteſt.*
4 *Servitus aquæ tollendæ, per rotam ex lacu, an imponi poſſit?*
5 *Interdictum de fonte in lacu etiam locum habet.*
6 *Lacuum, ſeu ſtagnorum alluvione ſi uni aliquid detrahatur, & alteri addatur, quid juris?*
7 *Lacus fructus ſi à Peruſii communi emerim, commune autem habebat ibi proprias naves ad piſcandum, quarum etiam uſum volo, quid juris?*

Lacus eſt, * qui perpetuam habet aquam, *leg. 1. Paragr. lacus, ut in flum. publ. navig. li. & gloſſ. in l. foramen, paragr. 1. verſ. lacus D. de ſerv. urb. præd. dicit.* Lacus eſt, qui vivam aquam habet non tamen inde exeuntem, allegat, *d. paragr.* lacus appellatur, ſicut eſt lacus Gardæ, qui habet aquam exeuntem, & facientem initium, & hoc atteſtatur Plinius dicens, Lacus eſt Italiæ, natus in agro Veronenſi initium omne tranſmittens.

Stagnum *a* eſt * quod temporalem 2
continet aquam ibi ſtagnantem, quæ a
quidem plerumque hyeme cogitur, *d. leg. 1. paragr. ſtagnum, & not. gl. in d. leg. foramen. paragr. 1. in ver. lacus*, & de utroque habetur per gloſſ. *in leg. vicinus, paragr. lacus. ff. de aqua plu. arcen.*

Ex lacu * vel ſtagno ſervitus aquæ-
ductus concedi non poteſt. *l. leg. foramen paragr. 1.* Et ibi ponitur ratio in 3
text. & gloſſ. ſed ſervitus navigii imponi poteſt, *leg. via conſtitui paragr. ſi lacus D. de ſerv. ruſt. præd.* & quæ ſit ratio differentiæ, ponitur in gloſſ. & *dixi in titu. præced. verſ. ſervitus autem navigandi.*

Sed * an ſervitus aquæ tollendæ 4
per rotam ex lacu imponi poſſit, *vide text. glo. & Dd. in leg. 2. D. communia præd.*

Interdictum * de fonte habet locum 5
etiam in lacu. *l. 1. in prin. D. de fonte, & dicam infra de fontibus,* Lacus nec creſcit, nec decreſcit, licet quandoque aqua creſcat, vel decreſcat, *l. vicinus. §. lacus. D. de aqua pluv. arcend.* Et ideò lacus & ſtagna licet interdum creſcant, interdum decreſcant, ſuos terminos tamen retinent; ideò in his jus alluvionis locum non habet, *l. lacus & ſtagna in prin. de acquir. rer. dom. & l. Rutilia Pollu. D. contrahen. empt.* Sed circa hoc conclude.

Quidam * lacus, & ſtagna privata 6
ſunt, tunc non eſt dubium, quod per alluvionem neque uni detrahit, neque addit:

addit: ſed locus ille qui aqua lacus, vel ſtagni inundatur, remanet ejus, cujus primò fuerat, *d. §. lacus & d. lacus.* Quidam ſunt lacus, & ſtagna publica, & hoc duobus modis eſſe poteſt, quandoque enim ſunt publica, id eſt, reipub. ut ibi nullus piſcari poſſit, niſi ille cui reſpublic. commiſerit, ut in lacu Peruſino, & tunc idem, ac ſi privatus, *leg. ſed & Celſus. D. de contrahen. empt* quandoque ſunt publica, & in uſu publico, quia per eum quilibet tranſit, & in eo piſcatur quilibet ad placitum: tunc addit, & detrahit per alluvionem ſicut flumina public. *D. de verb. ſign. leg. litus, D. ut in flumin. public. navic. lic. & ita not. Bar. in tracta. tyber. in 4. column. verſ. de lacu vero, & ſtagno, & vide Bart. & Dd. in d. l. lacus, & d. leg. Rutilia Polla.*

7 Sed pone, * emi à communi Peruſii fructus lacus, commune autem habeat ibi proprias naves ad piſcandum, quarum uſum voco: commune negat quid juris? dic quod debeo habere, quia redigor ad inſtar uſufructuarii, cond uctoris. *D. loc. leg. ſed addes Paragr. illud facit, D. de uſufr. leg. item ſi fundi paragr. ſeminaries,* ſecundùm Bald. *in leg. de fundo verbor. ſignificat.* in lacu Peruſino, *vide gloſſ. in l. eo de fun. inſtruct.*

ADDITIO. *

a *Stagnum.* Stagnum publicum, an eſt piſcari impunè? *vide Specul. in titul. de cauſa poſſeſſ & propr. in princ. in 8. colum. verſic. octavum eſt ut liceat*

CAPUT XXXI.

De Fluminibus.

1 *Flumen quid ſit? & de ejus multiplici differentia.*

2 *Torrens eſt quod hyeme currit.*

3 *Flumen à rivo in quo differat?*

4 *Fluminis publici cujus ſit proprietas, & uſus?*

5 *In loco publico, ſicut ſunt flumina, &c. ædificare non licet.*

6 *Fluminum publicorum uſus communis eſt, ſicut viarum publicarum, littorum.*

7 *Statutum ſi dixerit, quod gentes loci teneantur ſequi uſque ad alveum novum fluminis, an ultra alveum deſiccatum gentes ſequi teneantur?*

8 *Fluminis caput eſt, unde aqua naſcitur.*

9 *Flumen ſi in agrum meum lignamina duxerit, an mea efficiantur, remiſſivè?*

10 *Villa alicujus. vel caſtelli dominus ſi locaverit dictam villam, vel territorium, vel terrena loca, an rivos aquarum, vel pontes, vel alia ſylveſtria loca locaſſe videatur?*

11 *Concedam ſi tibi caſtrum cum toto territorio, an in ea conceſſione locus ſylveſtris, vel uſus aquar. veniat?*

12 *Caſtro conceſſo, munitiones quæ ad caſtri defenſionem exiſtunt conceſſæ intelliguntur.*

13 *Flumina numquid veniant in conceſſione feudorum regalium, ſi fortè uſque ad tale flumen concedantur, vel de tali flumine uſque ad tale?*

14 *Dictio, ad, cujus naturæ ſit?*

15 *Flumen ſi navigabile ſit prætor concedere nequit aquæductum.*

1 FLumina † quædam ſunt perennia, quædam torrentia. Perenne eſt illud, quod ſemper fluit.

2 Torrens eſt † quod in hyeme currit, ſi tamen aliqua æſtate aruit, quod alias per hyemen fluebat, non ideo minus perenne, *l. 1. §. item fluminum, ff. ne quid in flum. publ. facit, l. 1. §. duo ſunt gene. ff. de aqua quotid. & æſtiva.* Fluminum quædam ſunt publica, quædam non publica. Flumen eſt, ut Caſſius deffinit, quod perenne ſit, *d. l. 1. §. fluminum.* Sed omnia pene flumina perennia ſunt *l. nemo. §. fin. ff. de rer, diviſ.* Et dicitur perenne, propter ea flumina, quæ ad tempus fluunt, ut Rago, Meloncellon, quæ ſunt privata: *ut dicit gloſſ. & eſt in §. flum. Inſt. de rer diviſ.* qui dicit, flumina omnia publica ſunt, debet intelligi de fluminibus perpetuis, ut eſt Padus & Rhenus, ſecundum gloſſ. ibi, privata vero flumina ſunt, quæ manu extracta ſunt, *l. 1. §. ſi foſſa. ff. de flum. & not. gloſſ. in d. l. nemo. §. 1. & d. § flumina* quæ exemplificant de foſſatis in agris poſitis, quæ creſcunt, & decreſcunt. Fluminum quædam navigabilia, quædam non, *l. 1. §. in fluminum. cum. §. ſeq. & l. quominus ff. de fluminib. & l. 1. ff. ne quid in loco publ.*

3 Flumen † à rivo magnitudine diſcernendum eſt, aut exiſtimatione circumcolentium: *ut l. 1. §. 1. ff. de flum.* quem text. not. ad probandum quid ſit flumen, aut in cujus territorio ſit, quia recurrendum eſt ad exiſtimationem, ſeu opinionem circumcolentium, & propterea debent accipi teſtes fluminis: ut etiam eſt faciendum, quando dubitatur de aliquo opere, de quo non extat memoria: *ut per Mar. Sil. & Rapha. Ful. in l. ſi arbiter, in fin. in verſ. audiſſent, ff. de probat.*

4 Dicamus † primo de flumine pu-
a blico, & primo cujus ſit proprietas *a* & uſus, Et dic proprietatem eſſe Cæſaris: quia flumina ſunt de regalibus, *c. 1. quæ ſint regal. & l. flumin. in prin. ff. de damno infect.* & ibi Angel. tenet hoc. Sed hodie civitates Lombardiæ cum ſibi de conſuetudine, vel ex privilegio pacis Conſtantiæ acquiſiverint merum imperium, & regalia, *ut dicit gloſſ. not. in auth. de defenſ. civit. §. juſjurandum. in gl. magna in fin. & per Bald. in c. 1. in prin. in fin, 2. colum. in tit. de pace tenen. & latè per Angel. de Aret. in l. illud la 2. de appel. licet Bald. in c. Domino guerram, antè fin. in princ. in titul. hic finitur lex deinde in prin. conſuet. rer.* aliter dixerit, & quæ ſunt in Lombardia, ſunt illius, in cujus territorio fluunt & ita tenet Bart. *in l. quominus, in 2. col. in fin. de flum.* qui plus dicit, quod etiam civitates totius Italiæ præſcripſerunt ſibi merum imperium, & flumina ſecundùm civitates Lombardiæ, poteſt etiam juvari titulo de pace Conſtantiæ, *& adde quæ dixi ſupra de portu. verſi. hodie vero civitates Italiæ, & tit. de navigio. circa fin.* Aliæ verò civitates extra Italiam, ſi habent regalia, dicuntur habere proprietatem fluminum, quæ ſunt in earum territorio, & non aliæ, & hoc vult Angel. *in d. l. fluminum in prin.*

Et ex prædictis ſequitur, † quod ſi- 5
cut in loco publico regulariter non licet ædificare, *l. 1. & 2. ff. ne quid in loco publico,* ita nec licet in flum. publ. ædificare, niſi autoritate publica, putà Principis, vel Senatus, *l. paragr. h. quis à principe. ff. ne quid in loco publico.. & l. ſi. in publ. §. final. & leg. quod princi juſſu. ff. de aqua publ. arcend.* vel autoritate populi, per cujus territorium diſcurrit, ſi ille populus habet regalia, ut populus Bonon. unde in flumine Rheni licitè concedet poteſtatem ædificandi molendinum privato, dum tamen

men ſine incommodo cujuſcunque fiat, *d. l. fluminum in princ.* & hoc not. Angel. & Dd. item ſi concedatur per leg. municipalem, id eſt ſtatutum, *populi, l. 2. verſ.* 1. *ff. ne quid in loco publ. & l. prohiber §. plane ibi ſi non lex municip. ff. quod vi aut clam.* Item ſi concedatur per adminiſtratores civitatis, quæ habet regalia, *dict. § plane.* Et vide quæ ibi not. Barto. Sed ſi populus aut civitas non haberet regalia, ſeu merum imperium, non poſſet concedere jus ædificandi in flumine publ. ex quo publica flumina ſunt de patrimonio Cæſaris, *dicto c.* 1. *quæ ſint regalia, ſecundum Angel. in d. l. fluminum*, & *dixi ſupra circa princip.* Et præ dicta intellige in flumine publ. navigabili, ſecus ſi eſt flumen non navigabile, nam flumina publica ſunt juris communis, quia de jure communi in flum. publ. ſine cujuſpiam injuria abſque alia impetratione ædificari poteſt, ſi non eſt navigabile, nec ſpecialiter vetetur per Principem, vel Senatum & ſimiles, *l. quominus ff. de flum.* & vide quæ not. Bald. *in rubr ff. de rer. diviſ. in* 5. *col. cum ſeq.* ubi ponit, an, & quando quis poſſit in flumin. ædificare? & adde prædictis omnino quæ plenè dixi ſupra *in tit. de ſerv. urb. in q.* 10. *cum q. ſeq.* ubi plenè examinavi, an, & quando loca, putà viæ, & flumina poſſint vendi, ſeu alienari, & quando ædificatur in flum. publ. an debeat caveri de damn. infect *vide in d. l. fluminum in princ. & ibi Dd.*

6 Uſus autem fluminum publicorum communis eſt, ſicut viarum publicarum & littorum, *ut probatur in l. 2. §.* 1. *ibi loca enim publica utique privatorum uſib. deſerviunt, ff. ne quid in loc. publ.* Et iſta communio hoc inducit, ut jus piſcandi *b* omnibus commune ſit, in

b fluminibus, & portu. *§. flumin. Inſtit, de rer. diviſ. & ibi gloſſ. & Doct. & Bal in l. item lapilli.* 1. *q. ff. eod. tit. & vide quæ dixi ſuprà de ſervit. aquæduct. in* 8. *q. princ. verſ.* & ex prædictis ſequitur deciſio multarum q. circa fin. Item iſta communio inducit, ut locus ſit præoccupationi, *leg.* 2. *§.* 1. *ne quid in loco publ.* & per hoc patet deciſio de duobus plauſtris invicem ſibi obviantibus, quia deferendum eſt ei, quod primò viam intravit, quia præoccupavit ſibi uſum, & appropriavit. Sed ſi ſimul erit locus gratificationi: & ſi via eſt capax amboruum curruum, invicem ſibi cedere debent, ſecundùm Ang. & doct. *in d. l. fluminum*, & de dictis plauſtris ſibi obviantibus, *vide glo, & Dd. in l. per agrum, C. de ſerv. & gloſſ. in d. l.* 2. *§.* 1. *D. ne quid in loco publ.* & idem dicas de duabus navibus invicem obviantibus flumine, vel rivo eadem ratione. Fluvius eſt ipſa aqua fluens, quæ eſt eadem ſicut vinum, licet de dolio in dolium ſit mutatum, ita dicit Bald. *in rubr. de rer. diviſ. in* 13. *col in fi. verſ. fluvius autem*, allegat quod not. *in l. uſusfructu. civitat. D. quib. mod. uſusfruct. amit.* quæro quomodo agnoſcatur quando alveus ſit mutatus? Dic quando deſinit eſſe prima forma, id eſt quando ſic excrevit, quod aqua fluat, *l. adeo §. quod ſi toto ff. de acquir. rer. dom.* ſed non credo ſimpliciter eſſe verum, quod flumen ſit aqua fluens, imo conſtat ex aqua, & alveo, *leg. pen. & ibi gloſſ. D. flum.* & facit quod dixi ſuprà de lacu circa prin.

Sed pone, ſtatutum dicit, quod 7 gentes loci teneantur ſequi uſque ad alveum novum fluminis, & an ultra alveum deſiccatum teneantur ſequi gentes, *vide Guillel. de Cune. in leg. de quibus. D. de legibus.* ubi etiam declarat, ſi flumen mutavit alveum, an jus quod primò habebatur ſuper eo

 rema-

remanet, & de iſta mutatione alvei
fluminis, *vide quæ pleniſſimè ſcript. ſu-
prà in tit. de ſervit.* 12. *quæſt. princ.*
Caput fluminis dicitur unde naſci-
8 tur aqua * *text. eſt in l.* 1. *hac interdi-
cta, verſ. caput. ff. de aqua quot. & æſti.
ut eſt text. cum gloſſ. in l. ſervitus aquæ
de ſerv. ruſt. præd.* & ita vult Bart. *in
tract. de inſula in 6. colum.* qui dicit,
quod caput fluminis eſt unde flumen
originem cœpit, ut ſi ex fonte, ipſe
fons ſit caput, & ibi dicitur eſſe princ.
ſeu initium *in d. verſ. caput*, & eodem
modo pes, & finis dicitur locus, ubi
terminatur, ſcilicet mare. in quod
intrat: vel aliquod flumen, & habe-
tur plenius per Bald. *in l.* 1. *in* 11. *col.
verſ.* &. eſt notandum, quod agri, *ff.
de rerum diviſ.* Flumina publica dicun-
tur communia, eo quod omnibus ani-
mantibus permittitur his uti publicè,
ſicut communibus,& lavando, & bi-
bendo vel ſimilia faciendo, *ut not, gloſſ.
in l. item lapilli, ff. de rer, diviſ.* Item
aqua fluminum publicorum eſt com-
9 munis ſc qnia conceditur occupanti
& animalibus irrationalibus,*ut not.gl.
in d.l.item lapilli.ff.de rer.diviſ.*& prop-
tereà dicit ibi Bald. quod licitum eſt
exportare aquam de flumine,& expor-
tantis efficitur, niſi propter hoc effi-
ceretur omninò deterior navigatio, *l.
quominus de flumin.*& ſimiliter ex aqua
fit ſal, ſi extrahitur de flumine, vel
mari, vel arena, efficitur occupantis
quod not. Nam flumina cenſitorum
vice funguntur, ut ex privato in pu-
blicum addicant, & ex publico in pri-
vatum: & ſic uni dant, & alteri, *l.
ergo, §. ff. de acq. rer. dom.*
7 Sed * numquid ſi flumen ducit lig-
namina in agrum meum, efficiantur
mea, vel quid juris ſit: vide quæ ſcripſi
ſuprà de littore maris in fin.& Bald. *in
rub.ff. de rer.diviſ. in* 11.*col.in fin.verſ.
ſed numquid trabes,& ligna & vide Dd.
maximè Paul. de Caſtr. in l. hoc amplius,
§. de his, ff. de dam. infect.*
Si dominus alicujus villæ, vel ca- 10
ſtelli, locavit dictam villam, vel ca-
ſtellum, vel territorium, vel terrena,
non videtur locare flumina, vel rivos
aquarum, nec pontes, nec alia loca ſyl-
veſtria ad culturam penitus inhabilia:
niſi in quantum aqua eſt expediens ad
culturam,& de reſiduo dictæ aquæ po-
terit uti dominus pro collib. & prædic-
tis ſuis, ut eſt caſus menti tenendus, *l.*
1. *C. de manci.& col.lib.*11.& ibi hoc n ot
Bart. ſingulariter, & idem tenet Lud.
de Ro. *in ſuo ſing.* 63. *quod incipit. ſed
no. mirabilem caſum,* qui plus dicit. 11
Si * concedo tibi caſtrum cum to-
to territorio. in ea conceſſione non ve-
nit locus ſylveſtris vel uſus aquarum
per d. l. 1. Sed adverte ne decipiaris
quia ſi Lud. intellexit verbum conceſ-
ſione plenaria, putà donatione, vel ven-
ditione, ſicut capitur *in l. fin. ff. de do-
nat.* fortè non diceret verum. quia eo
ipſo, quod Princeps donat caſtrum cum
territorio, donare videtur etiam loca
ſylveſtria, flumina; *per c.* 1. *cum ibi
plenè not. per* Bald. *in tit. de capita. qui cu.
vendidit. & per ea quæ not. Bald. in c.* 1. *§.
ad hoc in tit. de pa. jura. fir. & c.* 1. *§. ſi
quis manſo. in col.* 3. *tit. de contrav. inveſt.*
Ubi dicitur,* quòd conceſſo caſtro, 12
intelliguntur conceſſæ, & munitiones,
quæ ſunt ad defenſionem caſtri ibi po-
ſitæ perpetua patris ſui deſtinatione,
quamvis non ſint infixæ, ut machinæ,
balliſtæ, & ſimil. quod no. Sed ſi in-
tellexit verbum concedo pro locatio-
ne, vel emphyteuſi, ſicut loquitur *d.
l.* diceret verum, & ita loquitur Bart.
ibi, & ita ſalvari poteſt dictum Lud.
quia verbum concedo generale eſt, &
accipitur ſecundùm naturam contra-
ctus, cui adjicitur, *ut not. Archid. in
c.* 1.

Digitized by Google

c. 1. *in verbo Concedat, de uſu lib. 6. facit c. 1, de injur. eod lib.* In diviſionibus regnorum, veniunt: & cedunt flumina, ſecundum Arc. 14. *queſt.* Eccleſ. quem ſequitur Bald. *in c. 1. §. ſi quis de manſo. in pen. col. ad fin. in tit. de contrav. inveſt.* & Albert. de Rot. *in rub. C. fin. reg.*

13 Item * numquid flumina veniant in conceſſione feudorum regalium ſi fortè concedantur uſque ad tale flumen, vel de tali flumine uſque ad tale? & Arc. format iſtam qu. *in d, c. Eccleſias*, qui dicit, quod per illam dictionem, & uſque, utrumque flumen venit, & unde incipit, & ubi fluit.

14 De dictione ad, * ſatis poteſt dici, quod ſit adjunctiva ſecundùm eum, ut refert, & tenet Bald. *in d. §. ſi. quis de manſo. pen. col. & Alber. in d. rub. C. fin. reg.* Si flumen eſt in confinio duarum civitatum, vel territorium, in dubio commune præſumitur eſſe, & juriſdictio cuilibet civitati competit, vel in ipſo flumine uſque ad medium fluminis, quia omnia ſunt in confinio eorum; qui ab utraque parte poſſident, *l. arborib. ff. commun. divi. l. 2. §. præterea, ff. de aqua. pulv. aren. & l. adeo §. fin. ff. de acquir. rer. dom.* Unde circa ea quæ committuntur in ipſo flumine, quilibet habet juriſdictionem uſque ad medium fluminis, & ita tenet Bald. *in tractatu Tyberiadis. in* 10. *col. verſic. item videndum eſt.* & item not. Bald. *in c, ex vit, in pen. col. ad fin. extrà de prob.* quod intellige, niſi appareret contrarium: putà quia alter dominorum, vel una tantùm civitas totum flumen poſſediſſet dominando ipſi, *ut dixi ſuprà de mari, verſ. ſed dubitari poteſt*, vel niſi eſſet flumen privatum unius: quia tunc idem judicari deberet, ſicut de fundo privato; ut ſtatim dicetur de flumine privato.

Si flumen eſt navigabile, * non poteſt Prætor concedere ductum aquæ ex eo fieri: quia flumen minùs navigabile efficiat. Idemque eſt & ſi propter hoc aliud flumen fiat navigabile, *leg. ſi plures §. fin. D. de aqua plu. arcen. & ibi Dd. & lex communis ibi per gloſſ. & Bart. plenè. D. de flum.* Nemo tamen poterit ædificare in flumine publico etiam non navigabili, putà faciendo cluſam molendini, immittendo trabes, vel cæmenta in ripa viciní eo invito: quoniam immittens habet ſolum uſum, vicinus autem proprietatem, & uſum: ergo eo invito uſufructuarius ædificare non poteſt, quantumcunque conditionem proprietarii meliorem faciat, *leg. uſufruct. novum rivum. D. de uſufruct. & leg. fin. D. de uſu, & hab.* & ita vult Angel. *in l. fluminum in princip. de damn. infect.* & habetur per Bartol. *in leg. quominus* & adde quæ dixi ſuprà *in tit. de ſervitute aquaduct. in* 5. *queſt. princ. & in* 1. *lib.* 3. *queſt. princ.* & quæ not. Bald. *in rub. D. de rer diviſ.*

ADDITIO.

a *Propriet.* Flumina dicuntur eſſe Imperatoris univerſaliter: ſed in dominio particulari ſunt locorum vicinorum, *Bald. in leg. penult. colum.* 4. *C. de condit. in ſerv.*

d *Jus piſcandi.* In flumine publico, ut liceat piſcari, & navigare, & ſimilia, *vide Specul. de cauſ. poſſ. & propriet. part.* 3. *verſ.* 6. *& ſeq. uſque ad fin. & ne quid in flum. publ.*

c *Eſt communis.* Fluminis publici aqua, an poteſt impunè duci ad fundum vicini, *vide Specul. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* §. 4. *verſ. aliud quoque; & infrà.*

DAPUT XXXII.

De flumine privato.

1 *Flumina privata quæ dicantur?*
2 *Foſſata, an cavari debeant, & mundari per colonum, vel dominum?*

1 DIximus * de flumine publico, nunc dicamus de privato. Privata flumina ſunt quæ ad tempus fluunt, ut Rapo, & Melancellon. *l.* 1. *§. fluminum. D de flum.* Item illa quæ ſunt manufact, *l.* 1. *§. ſi foſſa. D. eod. tit.* & ita not. gloſſ. *in l. nemo, §.* 1. *de rer. diviſ.* ideò etiam dicuntur flumina privata, foſſata in agris poſita, quæ creſcunt, & decreſcunt. *in leg.* 1. *§.* 2. *ff. flum. & d. leg. nemo in fin. & not. gl. in §. flumina. Inſt. de rer. diviſ. & dixi ſuprà circa princ. & idem not. Bald. in l. item lapilli in* 2. *concluſione. D. rer. diviſ.* qui dicit quod privatum flumen eſt, quatenùs in ſuo ingreditur, & non ſemper fluit, ut ſunt gurgites, & quædam foſſata, quæ continuationem non habent. Quæ enim creſcunt, publica ſunt, *d. l. nemo §.* 1. *& vide Bald in d l. item lapilli, in* 2. *colum. ad fin* Item flumen privatum dicitur, quando eſſet in dominio unius tantùm, putà quia incipit ex fonte qui in agro ſuo oritur, & diſcurrit per ſua prædia uſque ad flumen publicum, vel mare, *argum. l. ſi quis diuturno. D. ſi ſerv. vend.* Item poteſt dici flumen privatum, cum proprietas, vel juriſdictio competit uni tantùm domino, vel civitati, tanquam ejus: quia reſpectu aliorum eſt privati juris, illius domini, vel civitatis, in cujus territorio eſt, vel qui in eo habet juriſdictionem, & propterea per alluvionem, hoc eſt, per additionem, vel detractionem, quæ ſit à flumine, non additur, vel detrahitur juriſdictioni, ſicut dictum eſt de lacu. *D. de contrah. empt. l. Rutilia Polla, & D. de aqua pluv. arcend. l. vicinus, §. lacus, & D. de acq. rer. dom. l. lacus,* & ita vult Barthol. *in tract. Tyberiadis in* 10. *col. verſ. item videndum eſt.* Cujus ſint iſta flumina privata, & foſſata, vide ſuprà in tit. de foſſatis, ſive foſſa.

Et * numquid foſſata debeant cavari, & mundari per colonum, vel dominum, *vide plenè per Barto. in l. penult. D. de impen. in rer. dom. fac. & Bart. in conſi.* 255. *quod incipit, commune Luci. gnani locavit.* Cætera circa materiam fluviorum, *vide in titul. D. de flum. cum duobus tit. ſeq. & Bartol in l. qui minus. D. de flum. & tract. Tyberia. & Bald in rubr. D. de rerum diviſ. in l. item lapilli, l. riparum eod. tit. & quæ dixi ſuprà in tit. de ſervitut. aquæduct.* 2

CAPUT XXXIII.

De Inſulis.

1 *Inſula tribus modis accipi poteſt.*
2 *Inſula aquis circum data quotuplex ſit?*
3 *Inſula quot modis contingat?*
4 *Inſula quando eſſe dicatur?*
5 *Inſulæ maris: ſicuti, Corſica & Sardinia, vel etiam fluminis, cujus ſint?*
6 *Inſula caſualis, ſeu accidentalis qualis eſſe dicatur?*
7 *Inſula in medio fluminis nata, cujus eſſe dicatur?*
8 *Inſulæ portus cujus ſint?*
9 *Inſulæ ujus reſpectu cujus ſit?*
10 *Inſulæ dominium per occupationem, quomodo acquiritur?*
11 *Inſulam quoad juriſdictionem, an quis occupare poſſit?*
12 *Inſulæ poſſeſſio qualiter acquiratur?*

13 *Inſu-*

12 *Inſulæ menſuratio qualiter fieri debeat, ut cujus ſit cognoſcatur. & pro quanta eorum quantitate, qui propè ripam prædia poſſident?*
14 *Inſula quando deſinat eſſe inſula?*

QUia inſulæ in mari,& fluminibus ſunt, ideò poſtquam de mari, & fluminibus diximus primò, conſequenter etiam de inſulis dicamus.⁺Et ſciendum eſt inſulam tribus modis accipi poſſe: Uno modo pro domo in mari poſita, quia in ſalo, id eſt, in ſalſo poſita eſt ſecundùm Iſidor. *& not gloſſ.in §. inſula Inſtit. de rerum diviſione, & lo. in l. ſi inſulam,de verb.oblig. & Barto in tract. de inſu.* Secundo pro qualibet domo, *ut l.2.§.ſi quis inſulam. D. de acquir. rer. dom. & l.3.§.effracturæ, in ver.inſul.de offic. præf. urb. & ita accipitur, l. ita ſtipulatus in princ. ff. de verbor.oblig.*& de iſtis inſulis hic tractare non conſtitui quia iſtæ non ſunt proprie inſulæ, *ut dicit glo. in d. §. effracturæ.* Tertio modo dicitur inſula, locus undique circumdatus aqua, *ut in §.Inſula, & ibi gloſſ.hoc dicit, & l. adeo, §.inſula.ff. de acquir. rer.dom.not. Bart. in tract. de inſula in prin.* & iſta inſula dicitur incrementum diſtinctum *a* ad differentiam alluvionis, quæ eſt latens incrementum,*ut not. Ang. in l. fundi,§. 1. ff. de uſufruct.* & de iſta tractabimus hic, quia eſt inſula propriè, *ut not. glo. in d. §. effracturæ.*

1

a

2 Secundo ⁺ ſciendum eſt quotuplex ſit iſta inſula aquis circumdata, & in primis eſt duplex. Una quæ in mari naſcitur, quæ raro accidit. Altera quæ in flumine nata eſt, quæ frequenter contingit, *l. adeo §.inſula ff. de acq.rer. dom. & inſtit. de rer. diviſ. §.inſula quæ in princ.* quæ declara, *ut per Bald. in tract. de inſula,* quem poſuit ſuper *d. l. adeo, §.inſula.* Item inſula quædam eſt naturalis, quæ ſemper fuit, ut Corſica Sardinia, Creta, quæ dicitur Candia, & ſimiles: alia eſt caſualis, accidentalis, quæ in flumine ſæpè naſcitur, ſed in mari rariſſimè ſecundùm Bald. *in rub. de rer. diviſ.in 10.col. verſ.nunc videamus de alveo.*

Tertio eſt videndum quot modis inſula contingit, & dicas tribus modis. Primo cum circumdatur ager, qui non erat alveus. Secundò,cum alveum derelinquit ſiccum, & incipit circumfluere. Tertiò, cùm paulatim eminentem locum facit ſuprà alveum, *l. ergo, paragr. de acquir. rer.dom. & not. Barto in tract.de inſula. in 5. col. verſ. in flumin,* 3

Quarto oportet intelligere, quando dicatur eſſe inſula: & dic quando eſt nata,*ut d. l. adeo §.inſulæ.* & not. quod dixi,quando eſt nata,ut dicunt illa jura, non quando eſt naſcitura: quia per hoc apparet, quod non reſpicimus inſulam, quando incipit apparere: ſed tunc cum opi. circumcolentium incipit reputari, *arg. l. 1. §. de flum.* quæ declara, ut Bart.*in tract.de inſula 5.col.* 4

Quinto ⁺ inſpiciamus cujus ſit inſula maris, vel fluminis, & primo de inſula maris, dic naturalis, inſulæ, ut Corſica, Sardinia *b*, ſunt principis, non in dominio patrimoniali, ſed in Dominio juriſdictionali, *leg inſulæ Italiæ ff. de jud. & not. in leg. illicitas, paragr. qui univerſas, de offic præſid.* ſecundùm Bald. *in rubr. D. de rerum diviſ.* & Bald. *in c. 1. titul. quæ ſint regalia*, qui dicit, quod inſulæ ſunt principis quod intellige quoad juriſdictionem, *ut dictum eſt.* 5

b

6 Caſualis ⁺ vero, ſive accidentalis, quæ in mari naſcitur, quæ raro accidit, in nullius bonis eſt reſpectu proprietatis, ſed occupanti conceditur, *d. leg. adeo paragr. inſula*, ſed reſpectu juriſdictio-

dictionis eſt ſub juriſdictione illius, qui illud mare diſtringit, *ut d. l. inſula, & ibi not.* & vide ad hoc etiam Bald. *in d. rubr. in* 10. *colum. ad fin & pro hoc leg. Cæſar. & quæ ibi not. Bartol. & Dd. ff. de publ. & quæ dixi ſuprà de mari. verſic. & ex hoc not. ac ſingulariter tene menti. cum verſ. ſeq.* Inſula vero aquæ

7 In flumine nata, * ſiquidem medium fluminis partem tenet, communis eſt eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident, pro modo latitudinis cujuſque prædii: quod ſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia poſſident: ſed ſi ab uno latere proruperit flumen, & ab altera parte novo rivo fluere cœperit: deinde novus iſte rivus in veterem ſe converterit, ager qui à duobus rivis comprehenſus, in formam inſulæ redactus eſt, ejus eſt ſcilicet, cujus & fuit, *text. in d. l. adeo. §. inſula. & Inſt. de rerum diviſ. §. inſula. & not. Bartol. in tractat. de inſula, in princip. & vid. l. inſula cum ibi nota. C. de acquir. rer. dom. & quæ not. Angel. in fluminum, in princip. ff. de dam. infect.* & prædicta intellige de inſula nata in flumine, quæ ſolo cohæreat: ſed ſi ſupra aquam ſtaret: ut quandoque accidit, publica eſſet, *ff. de acq. rer. dom. leg. pen. §. 1. & ibi not. Bartol. in tract. de inſula, 5. col. verſic. in flumine, in fin, illius verſ. quæ not.* quia ita vidi in lacunis territorii Paduani in quibus ſunt certæ inſulæ, quæ non cohærent ſolo, ſed aquæ, & moventur de loco ad locum per dictas lacunas.

Cujus autem ſunt portus inſulæ? *
8 dic ejus, cujus inſulæ eſſe videntur, *l. Cæſar ff. de publ. & dixi ſupra de portu & mole maris.*

Sextò, * quia diximus, cujus ſit inſula reſpectu proprietatis & juriſdictionis, nunc dicamus cujus ſit reſpectu uſus: & dic quod uſus inſulæ eſt publ. *ff. de acq. rer. dom. l. pen. §. 1.* quod intellige ſi inſula eſt, ita quod tota poſſit dici ripa, vel ripæ accedere propter attractionem aquæ *ff. de flu. l. pen.* ſed ſi inſula eſſet magna, ita quod in ea eſſent prædia culta: tunc puto ſolum ripas eſſe in uſu publ. non prædia, eadem ratione, qua cætera prædia. Item prædicta vera ſunt, niſi eſſent agri limitati: *ut ff. de flum. l. 1. §. ſi inſul. & ita tenet Bart. in tr. de inſul. 9. col. verſ. ſit. eorum,*

Septimò videamus quomodo acqui- 10
ratur dominium inſulæ * per occupationem? dic quando eo animo quis ingreditur inſulam, ut totam occupet c, c
non tamen eſt neceſſe quod omnes glebas inſulæ circumdet, *l. 3. in pr. ff. de acq. poſſeſſ.* & not. Bald. quod ille dicitur occupare, qui ſic incipit occupare, quod poteſt obſervare, & poſſidere aliter dicitur occupaſſe. *arg. l. in laqueum, ff. de acq. rer. dom.* & ſi plures præoccupant, debellando, victor qui ſtetit per tres dies in poſſeſſione dicitur, *arg. l. 3. §. cum igit. D. de vi. & vi. ar.* ille qui non poteſt tenere, niſi capiat aliquem locũ principaliter, non dicitur occupaſſe. *arg. d. l. in laqueum.* Et eſt argumentum, quod ſi unus teneret eccleſiam, alter campanile, quod eſt fortilitium, ille qui eſt ingreſſus eccleſiam, unde de facili poſſit expelli, non dicitur adeptus corporalem poſſeſſionem beneficii: ſi tamen ille eſt ita incaſtellatus, quod evadere non poteſt, tunc cum ipſe non dicatur tenere ſed teneri, *ut patet ex not. in l. 1. §. pen. de vi & vi ar.* dicam ipſum poſſeſſione privatum, & ſic etiam in poſſeſſione eſſe, tamen non poſſidet, *facit l. ſi quis antea, D. de acquir, poſſeſſ.* ſecundum Bald. qui ita ſingulariter not. *in rubr. D. de rerum diviſ.* 10. *colum,*

10. *colum.* quæ perpetuò tene menti quia facit ad plura.

11 Quod autem ad juriſdictionem, + an poſſit quis inſulam occupare, *vide Barthol. in tract. de inſula, colum. & Bald. in d. libr. 25. colum. & quod dixi in tit. de mari, verſ. ſed quid ſi inſula maris eſſet in mari alto.*

12 Octavo etiam quæramus qualiter poſſeſſio + inſulæ acquiratur? dic ſi naſcatur inſula in medio fluminis, eſt communis jure dominii inter eos, qui propè ripam prædia poſſident, *ut dixi in 5. qu.* tamen non eſt communis jure poſſeſſionis: quia cum ſit ſeparata inſula à primo fundo per poſſeſſionem primi fundi, illa non videtur poſſideri niſi apprehendatur, & occupetur, *leg. adeo § inſula, ibi,* quod ſi alteri propinquior, *ff. de acquir. rer. dom. & leg. 3. in princip. cum gloſſ. in verbo qualibet. ff. de acquir. poſſ.* Poteſt ergo, & debet apprehendi poſſeſſio inſulæ, *l. cum hæredes, D. de acquir poſſ.* & ita tenet Bart. *tract. de inſula in 8. col. verſic. communis ſit eorum & l. quominus, ibi,* adverte tamen ad unum, *ff. de flum.* ubi omnino vide. Et adde quod in dubio prædia ex utraque parte pro indiviſo poſſident inſulam, & habent dominium certum *l. pro regione. ff. de acquir. rer. dom. & not. gloſſ. in §. inſula, in verbo, ab utraque parte, inſtit. de rer. diviſ.*

Nono eſt neceſſarium etiam intelligere, + qualiter fieri debeat menſuratio inſulæ: ut cognoſcatur cujus ſit, & pro quanta quantitate eorum, qui propè ripam prædia poſſident? Et dic hoc declarari per juriſconſultum, *in l. inter eos ff. de acquir rer. dom.* videlicet ut quatenùs eſt latitudo prædii juxta ripam, eatenùs per directam lineam extendatur ſupra inſulam. Si ergo finis agri juxta ripam eſt largus, licet poſteà prædium in ſe arctetur, vel è contra, ſolùm latitudo, quæ eſt juxta ripam, attenditur, & ſecundum illam debet duci linea recta, *l. inter eos.* Sicut enim dividitur alluvio inter eos, qui abutraque parte prædia poſſident: ita illa pars inſulæ cedit prædiis, quæ ſunt ab una parte, & debent dividi: & ita vult Bart. *in tract. de inſula, 10. col. verſic. pro modo latitudinis cujuſque cum verſ. ſeq.* Et ex hoc ultimo dicto not. quod idem juris eſt de inſula natura in flumine: quod in alluvione, quod prodeſt ad multa, & iſta menſuratio poteſt fieri accepta chordula, *ut not. gloſſ. in d. l. §, inſula, & l. non ſolum. §. ſed ut probari, ff. de nov. oper. nunt.* Poteſt etiam fieri per peritos in arte, & ruſticos: *per gloſſ. not. inſt. de rer. diviſ. §. præterea per alluvionem, l. 1. de vent. inſp. & l. ſemel. C. de re mil.*

Ubi habetur, quod peritis in arte 14 ſtandum eſt: decimo + & ultimo intelligamus quando inſula deſinit eſſe inſula. Dic quando aquis deſinit circumdari: *ut l. inſula. in fi. ff. de acquir. rer. dom. & tenet. Bart. in tract. de inſula. Cætera vide plenè per Bart. in tractatu de inſula, & l. quominus, ff. de flum.* & Bald. *in rubr. ff. de rer. div.* & quæ not, gloſſ. & Dd. *in l. adeo. §. inſula. & l. inter eos, & l. inſula, de acquir, rer. dom. & l, 1. ff. de flum. & inſtit. de rer. diviſ. §. inſula.*

ADDITIO.

a *Incrementum.* Adde Bartol. *ff. de act. empt. & inſtit. de contrab. empt. §. ſi poſt emptionem, & in l. Julia, §. ſi Titius.*

b *Sardinia.* Sardinia eſt in inſula ſubjecta Eccleſiæ Rom. *c. 1. ſi diligenti, & ibi Dd. de præſcr. ubi Abb Sicul. 63. diſt. c. tibi Domino, & c. ego. Lud. 96. diſt. Conſtanti,*

c *Occupet.* Occupans rem per vim, an teneatur de periculo rei quæ erat eodem modo peritura penes Dominum, *gloſſ. Bart. & Bald. in leg. ſi de poſſeſſione.*

C. unde vi. Eſt occupans per viam etiam ſi confirmatur à ſuperiore, poteſt conveniri. *Bart. in l.* 4. *C. unde vi.*

CAPUT XXXIV.

De Alveo.

1 *Alveus propriè eſt fluminis venter: alia multa de alveo.*

2 *Alveus quomodo publici juris eſſe intelligatur?*

3 *Flumen ſi alveum omninò dimittat, quid juris?*

4 *Fluminis impetus ſi abſtulerit mibi ſimul, & ſemel vel ſucceſſivè totum agrum meum non applicando vicino, ſed ſibi ipſi flumini alveum, ſeu lectum fecerit, & poſteà in breve tempus, vel longum alio impetu locum mutaverit, an ager meus mibi de æquitate reſtituatur, an verò ipſi vicini lucrari debeant?*

5 *Alveus ſi mutatus fuerit, an novum flumen dicatur?*

6 *Alveus mutatus, vel relictus quando dicatur?*

1 ALveus * propriè eſt venter fluminis: *ut dicit Barthol. ſecundum Hug. in tract. de alveo in princ.* & ſicut ſtomachus continet vinum, ita alveus ſupra ſe continet aquam: nunc alveum lectum fluminis vulgariter appellamus, quia ibi flumen cubat, *ut dicit Bald. in rubr. D. de rer. diviſ.* 12. *col. in princ. verſic. nunc veniamus ad videndum*, in quibuſdam etiam locis canale fluminis. Alveus pluribus modis dicitur. Primo naturalis: id eſt, conſuetus, *D. de flum, leg.* 1. *§. ripa. & ibi not.* quod naturalis curſus æſtate diſcurrit potiùs quam in hyeme, *leg.* 1. *§. is autem, ne quid in loc. publ. ſecundum Bart. in d. tract. de alveo, circa princ.* Item dicitur alveus naturalis, id eſt, antiquus, ad differentiam novi: & ita poteſt accipi, *l. adeo §. inſula, D. acquir. rer. dom. & §. inſula. Inſtit. de rer. diviſ.* Item dicitur alveus novus in dictis juribus ad differentiam veteris. Unde & ſi per multos annos ſteterit, novus appellatur, donèc alius novus ſupervenerit, *l. ex uſu cum leg. ſequent. D. de tri. & ole. & per not. in leg. cum quid. D. ſi cert. pet.* aliàs dicitur novus inſolitus, *leg. rem. non novam, Cod. de jud.* Item dicitur alveus prior in comparatione ſequentis, *d. l. adeò, §. inſula, probatur in l.* 1. *§. priorem. D. de aqua quot. & æſti.* & ideò ſi flumen ſe celaſſet, alveus derelictus non eſſet alveus prior: & tunc haberet locum *d. §.* inſula, *ut improbatur, in d. l.* 1. *§. qui hac æſtate, ut not. Bartol. in d. tract.* 2. *colum. verſic. prior quidem.* Item alveus dicitur qui non eſt naturalis, & appellatur inundatio, ſecundùm Bart. *in d. tract. de alveo, in princ.* 2. *col.* Item alveus dici poteſt qui non eſt modo, ſed etiam fuit, *per l. inſula, in fin. D. de acquir rer. dom. & leg. divortio in princ. D. de negot. geſt.* & idem Bart. dicit *in d. §. tract. in* 2. *col.* qui ſcribit hoc facere pro notario, & teſtibus dicentibus, talis filius, Titii: cum Titius eſſet mortuus, quia ſubintelligitur quondam, *de quo per Bald. & Dd. in leg. ejus qui in provincia in prin. D. ſi cert. pet. & per. Ant. de Butr. & Dd. in cap. ex parte, C. de for. comp.* Iſte alveus eſt juris publici, quamdiu flumini ſervit: quia ejusdem juris eſt, ſicut eſt flumen, *leg. adeo §. inſula, verſ. novus autem alveus. præallegato, & Inſtitut. eod. §. inſulæ, & hoc tenet Bald. in d. rubr.* 10. *col. princ. & Bart. in tract. de alveo.* 7. *col. verſic.*

verſic. cujus & ipſum flumen, qui dicit hoc eſſe mirabile: nam regulariter quidquid ſuper imponitur ſolo cedit: hoc ſolum autem cedit aquæ quæ ſuper imponitur & eſt ſpeciale in flumine, & mari, & cæteris aquis: & idem vult. Bald. *in l. ſi plures. in 3. col. in fin. Cod. de cond. inſer. & dixi ſuprà in tit. de aqua.*

2 Quomodo autem intelligitur * alveum eſſe publici juris? dic quod omnes gentes iſto jure utuntur; & talia loca ſunt publica, & in dominio ejus qui habet imperium, *ſecundum Bart. d. 7. col. verſic. publici juris. Bald. in d. l. ſi plures, 3. col. in princ. & dixi ſuprà de mari. verſi. ſed dubitari poteſt.* alveus fluminis, an dicatur eſſe communis non ſolum ubi omninò vide per Cyn. *in l. quædam ff. de rer. diviſ.* ubi hoc pleniſſimè, & eleganter examinat, & aliquid per Bald. *in c. circa principium,* quæ ſint regal. & adde opt. text. *in l. 1. §. non enim in flumine, ff. de flum.* qui dicit in fin. impoſſibile eſſe, ut alveus fluminis publici, non ſit publicus, & hoc eſt utile ſcire, ut intelligamus, an quilibet de alveo fluminis poſſit arenam extrahere, & exportare.

3 Sed * quid ſi flumen alveum omninò dimittit? Dic quod alveus deſinit eſſe publici juris etiam ſi dimittat cum impetu, & omnibus videntibus, & eorum efficitur qui juxta alveum habent prædia ſua, *l. adeo §. quod ſi toto ff. de acquir. rer. dom. Inſt. eo. tit. §. inſula, &* ita vult Bart. *in rubr. de rer. div. 12. col.*

4 Sed pone * quod impetus fluminis abſtulit mihi ſimul, & ſemel, vel ſucceſſivè totum agrum meum, non applicando vicino, ſed ſibi ipſi flumini fecit alveum, ſeu lectum: & poſteà in breve tempus, vel longum alio impetu

a locum mutavit *a*, numquid ager meus mihi de æquitate reſtituetur, an verò vicini lucrabuntur? Quidam dicunt quod mihi debet reſtitui, *per d. §. quod ſi toto.* Alii dicunt contrarium, ſi in totum perdidi. Pro prima opi. facit *l. Atticinus ff. de ſerv. ruſt. præd.* & eſt caſus ſecundum unam lect. *in l. ſi ager. cum l. ſeq. ff. quib. mod. uſufr. amit.* nec eſt ſimile de alluvione, quia ibi eſt jam jus quæſitum, ſed in alveo nihil eſt quæſitum privato, ſed ſolum, *ut ita dixerim flumini.* Cùm ergo flumen habeat quodammodo illud alveum pro derelicto, æquum eſt agrum reſtitutum ad ſuum dominum reverti, magis quam ex lucrativà cauſa circumcolentibus applicari: *arg. dict. leg. adeo. §. 1.* & hanc opin. tenet Dyn. ſecus ſi paulatim, & vicino adjiciendo, quia tunc eſt alluvio: ideo nihil recupero de rigore, vel æquitate, quod alterius factum eſt & ita tenet Bald. *in rubr. ff de rer. diviſ. 12. col. verſic. ſed pone quod impetus.* Vel poteſt aliter diſtingui ſecundùm Bart. *in tract. de alveo 1. colum.* Aut flumen receſſit cum impetu, & reſtituitur primo domino. *Et ita loquitur dict. leg. adeo, §. quod ſi toto, & ibi gloſſ. 3. & ibi ſol.* Et eſt ratio: quia magis videtur eſſe inundatio, quàm alveus: ut dixi circa princip. Aut non receſſit cum impetu, & tunc aut apparet forma primi agri, & domino reſtituitur: *ut in 2. ſol. gloſſ.* Ratio eſt: quia non deſinit ex quo remanet forma. Aut forma non apparet, & tunc, aut de rigore loquimur, & non reſtituitur primo domino, *ſecundum Azo. in d. §. quod ſi toto.* Quæ tamen Bartol. intelligit, niſi flumen fecerit ibi alveum 10. annos inter præſentes, & 20. inter abſentes. Sicut enim quilibet hoc tempore præſcripſiſſet, ita & flumen cùm habeat titulum de jure gent. *leg. in bello. §. ſi quis ſervum. ff. de capti.* Item ſicut recuperat fundum,

 ita

ita & partem fundi *facit l. quæ de tota. ff. de rei vendi.* Contra iſtud tamen facit, quod not. Bald. *c.* 1. §. *ſi quis demanſo, 6. colum. verſ. ſed numquid aqua, in tit. de controver, inveſti.* ubi dicit, quod aqua per ſe fluens, non poteſt inducere præſcriptionem vel conſuetudinem, *per l. per fundum. D. quemad. ſervit. amit. &* *dixi ſupr. in tit. de aqua in fi.* & per eandem rationem æquitatis videtur habere jus acquiſitionis alvei dimiſſi, vel ejus qui adderetur per alluvionem, & dicit Bart. quod iſta eſt mens *d.* §. *quod ſi toto*, ſi bene inſpiciatur.

5 Quid autem ſi alveus eſt mutatus, an dicatur novum flumen? Pone enim, quod princeps conceſſit mihi, ut poſſim in tali flumine colligere pedagium, an potero alveo mutato? Quidam dicunt quod non: *per gloſſ. in* §. *inſula verſ. nam etiam D. de acquir. rer. dom.* In contrarium videtur, quia idem videtur eſſe flumen *arg. l. filiæ*, §. *fin. de condi. & demon.* Si uno impetu receſſit, dicitur novum flumen: ſecus ſi paulatim, *ff. de aqua quot. & æſti. l.*

b *hoc jure* §. *ſi aquam.* In ponte *b* autem indiſtinctè loco mutato alius erit pons. *D. de eo quod cert. loco l.* 1. §. *item Julianus*, *& l. fin. ff. de ſerv. ruſt. præd.* Nam pons dicitur à pono ponis, & ſtabilitate. Et ideo amoto ponte à loco ſuo, non idem pons eſt, ita vult notabiliter Bald. *in rubr. D. de rer. diviſ. in* 2. *col. in fin. verſ. ſed an mutato.* Quib. adde quæ not. Bart. *l. quominus, 16. qu. D. de flum.* & vide etiam text. & ibi Bartol. *in l. hoc jure.* §. *ſi aquam, ff. de aqua quot. & æſti.*

6 Sed dubitari * poſſet circa prædicta quando dicatur alveus mutatus vel relictus. Bartol. *in tracta de alveo, circa princip. verſic. relicto*, dicit quod requiritur, quod ſit in totum & perfecte relictus & mutatus, quod conſtare poteſt in hyeme, ſicut per contrarium alveum eſſe conſtat in æſtate, quando aqua eſt minor, quaſi arguendo à minori: quia ſi ſic in æſtate, de qua minus videbatur, retinetur talis locus flumine occupatus, ergo multo magis detinetur in hyeme, ſed hoc argumen. non concluderet in agro Veronenſi circa flumen Atheſis, qui communiter in hyeme eſt parvus, ſed in æſtate maximus, non propter pluvias, ſed propter liquefactas nives in montibus, ideo in eo totum contrarium eſſet inſpiciendum, videlicet inundatio aquarum æſtivarum. Item intelligitur alveus derelictus & mutatus, & ſi aliquantulum aqua fluat per alveum antiquum, ſi tamen aqua eſt ita modica, quod fluminis nomen perdiderit, quod ex opinione circumcolentium diſcernitur, *l.* 1. §. *D. de flumin.* ſi enim aqua inde currens, non eſt flumen, ergo ille locus non eſt alveus fluminis, quod alveus ſit relictus ſine ſpe revertendi. Nam ſi ideo, quia aqua ducitur ad molendinum, ceſſat ire ad alveum, non per hoc efficitur privatus alveus, cum in poteſtate ſit ducentis eam aquam in alveum remittere: & ſic ſufficit, quod poſſit ire per alveum, licet non vadat. *l.* 1. §. *quotidiana, ff. de aqua quoti. & æſtiva.* Et ideo ſi reperitur aliquod flumen, quod aliquo tempore fluat & aliquo non, ſicut dicit Barto, ſe vidiſſe Curſiæ, ubi eſt flumen quoddam cujus nomen eſt Turpido, qui ſeptem annis fluit. & qui ſeptem occultatur, & ſic factum & quod poſſit eſſe, allegato tex. *in l. unus ex ſociis* §. *fin. cum l. ſeq. ff. de ſerv. ruſt. præd.* Certe illo tempore quo occultatur, non dicitur alveus derelictus propter conſuetudinem revertendi: *argum. l. naturalem*, §. *in his autem, ff. de acquir. rer. dom.* Tertium requiritur quod flumen veterem alveum reli-

liquerit, & per alium locum perfectè fluat. *l. adeo.§.quod ſi toto alveo naturali relicto flumen aliàs fluere cœperit, eo. tit.* quod verbum eſt præteriti ſubjunctivi, ſignificans rem perfectam, *l.* 1.*§.ff. quod quiſque jur.* & *l. ſi quis ſtipulatur ſit Stichum in pr.de verb.obl.* & hoc ideò contingit, quia non dimittitur alveus, niſi alius aſſumatur. Sed ſi contingat, quod flumen occultetur, & per alium locum non flueret, etiam alveus derelictus eorum eſſet qui propè prædia poſſiderent: & idem ſi probaretur in judicio ſolùm quod alveus eſt diviſus licet non probetur, quod alio loco fluere cœperit: nam tunc agens obtineret, quia ſufficit primum, ſi à primo incipias, ſcilicet ab alveo relicto: ſed ſi inciperes à ſecundo, ſcilicet quod alio loco cœperit fluere: tunc requiritur utrumque, quia poteſt eſſe, quod per duo loca fluat, & in quolibet retineat nomen fluminis: & ita contingit in multis locis Atheſis, qui diſcurrit per territorium Veronenſe, *facit ad prædicta, l. quemad.* & *ibi not. D. de acquir. poſſ.* & *l. potuit. C.de jur.delib.* & *Bart.in tract. de alveo.* 2.*col. ubi idem voluit, verſ. fluere cœperit*, cætera circa iſtam materiam, vide plenè per Bart.*in d. tract.de alveo.* & *Bald. in rubr. D. de rer.diviſ.* & *text.in d.l.adeo, §. inſula* & *l. ergo §.tribus.ff.de acquir.rer.dom.* & *§. inſula, ff. de rer. diviſ.* & *l.* 1. *§. ſimili modo, cum §. ſeq. ff. de fluminibus.*

ADDITIO.

a *Locum mutavit.* An alvei mutatio tollat jus, *vide Guil. de Cun.in l. de quibus, ff. de legi.*

b *In ponte.* Ponte deſtructo in quo pedagium exigi conſuevit, non poteſt exigi conſuetum Pedagium, nec etiam eo refecto alibi ſuperius, vel inferius: ſecus ſi in eodem loco. *Bald. in l. pen. in* 4. *colum.C.de cond.inſer.v. item ſerv.* & *Bald. in l. ſi cum. C. de priv. fiſc.*

c *De alluvione.* Adde Spec. *de loc. §. nunc aliqua.v.* 131. & *verſ. ſeq.*&Flor. *in l. item ſi fundi §. huic vicinus. D. de uſuf.* & Salice. *in l.* 1. *C.de jure emphyt.* & latè per do. Jaſo. May. *in* 14.*col.in fin. verſ. ſed in iſta magis clareant. D.de leg.*

CAPUT XXV.

De Alluvione.

1 *Alluvionis materia, remiſſivè.*

ALluvionis materia, quæ ampla eſt, & ſubtilis, poſt alvei materiam, de qua proximè diximus, ſatis conveniret, quia ex alveo paulatim relicto procedit, *l.adeò. §. præterea. ff. de acquirend.rer. dom.* & *Inſtit. de rer.diviſ. præterea per alluvionem.* Verum, quia ſubtiliter, & abundè declarata eſt, etiam per 22. quæſtiones per Bartol. in ſuo eleganti tractatu Tiberiadis, in prima parte, quæ etiam de alluvione inſcribitur: ideò ſupervacuum eſſe putavi hic de ea ſcribere: cum ſufficere videatur Bart. commemoraſſe, ad quem unuſquiſque recurrere poterit: & de ea præſcribit etiam Bald.*in rubr. D. de rer. diviſ.* 8.*col. in princ. verſ. nunc de rebus ſingulorum*, & *l. nemo, eod. tit.* & *c.* 1. *§. ſi quis de manſo.* & *maximè in* 4. *colum. verſic.ſeq. in §.ſeq qui incipit. rurſus in titul. de controv. inve in uſib. feud.* & in dictis duobus paragr. ponitur quando incrementum alluvionis incipit in fundo feudali. *Adde etiam l. hoc amplius paragr. de his.* & *quæ ibi not.per Dd. ff. de damn. infect. vide leg. adeo §. præterea,* & *l. ergo §.alluvio. D. de acquir. rer. dom.* & *§.præterea Inſtit. de rer. diviſ.* & *totum titulum. Cod. de alluvio.* & *Paul. de Caſt. in l. item ſi fundum, §.* 2. *de uſ fr.*

CAPUT XXVI.
De Ripa.

1 *Ripa eſt, quæ flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui retinens.*
2 *Flumen ſi inter duos montes diſcurrat an a culmine ipſorum montium ripæ eſſe dicantur?*
3 *Ripæ mutari quando dicantur?*
4 *Ripæ cujus eſſe dicantur, ſi via publica eſſet in medio inter flumen & agrum vel domum, ſicut eſt Veronæ apud pontem navium, in contrata caudæ longæ?*
5 *Statutum Paduanum loquens de cohærentium præſentatione, an locum habeat etiam ſi via in medio exiſtat?*
6 *In ripa fluminis, unus de populo aliquod novum ædificium facere non poteſt, invito eo, prædiis cujus adhæret: & ſi fecerit. ripæ dominus authoritate propria deſtruere poteſt.*
7 *Ripa, an cum fundo commenſurari debeant?*
8 *Foſſæ ſi in agris eſſent inter fundum, cum ipſe fundus venditur, an in menſura veniant?*
9 *Foſſæ, quæ inter fundum ſunt, qualiter cum fundo menſurari debeant, an ſcilicet menſurari debeat ſuperficies, quæ à latere foveæ exiſtit, an vero cum toto agro ſicuti ſi planæ foſſæ eſſent?*
10 *Ripæ prædii verſus flumen ſi naturaliter ſe extendat, quid juris?*
11 *Banna malorum in flumine commiſſorum ſi alicui conceſſa fuerint, non veniunt banna in fluminis ripa commiſſa.*
12 *Ripæ ſi propter aquarum inundationem elevatæ eſſent, numquid etiam deprimi poſſint?*
13 *Ripa qualiter munienda vel reficienda ſit?*
14 *Vadi materia, quo flumen tranſitur, remiſſive.*

Ripa, eſt, quæ flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens, *leg. 1. paragr. ripa. D. de flumin.* ea putatur eſſe, quæ pleniſſimum flumen continet, *leg. penu. eodem titu.* & dicitur ripa, à rapio rapis, eo quod vel ab una parte rapiatur, vel impediat, ne aqua prædia rapiat & devaſtet: *ut dicit Bald. in rub. D. de rer. diviſ. in 12. verſic. de ripa aliquid dicamus.* Confinia ripæ ſunt, à loco quo primum à plano vergere incipit uſque ad aquam, *d. l. penus in fin.*

Sed quid ſi flumen diſcurrat inter duos montes? videtur quod à culmine montis ſit ripæ, ex quo vergit uſque ad aquam. Gloſſ. *in d. l. penult.* tenet contrarium: qui non vergit per attractionem aquæ: & ſic non omnes pendiciæ montium dicuntur ripæ, quando naturaliter vergunt uſque ad aquam & ita tenet etiam Bartol, *in tracta. Tyberiadis, in 4. colu.* ſed ſi per attractionem aquæ vergeret, quatenus vergeret uſque ad aquam, eſſet ripa: ſed ſi nihil vergit per attractionem aquæ, quia ſaxum eſt uſque ad aquam, tunc ripæ erunt uſque ad locum, quo pleniſſimum flumen excurrit. Ita vult gloſſ. *in d. l. penul. per illum text & per l. litus, ff. de verb. ſignific.* 2

Quando autem dicantur ripæ mutari? dic, ſi flumen naturaliter crevit, ut perpetuum incrementum nactum ſit, vel alio flumine admixto, vel aliqua alia ratione, dicendum eſt proculdubio ripas mutaſſe, quemadmodum ſi alveo mutato alia cœperit currere: ſed quando vel pluviis, vel imbribus vel mari, vel quavis ratione ad tempus excrevit, ripas non mutat. Nemo denique dixerit, Nilum qui incremento Ægyptum cooperit, ripas ſuas mutare vel ampliare: nam cum ad perpetuam ſui menſuram redierit, ripæ alvei ejus mu- 3

muniendæ ſunt, *in l.* 1. §. *ripa D. de flumin. & adde quæ dicam infra.* Item dubitari convenienter poteſt cujus ſint ripæ fluminum? dic reſpectu proprietatis ſunt illorum, quorum prædiis adhærent, *l. riparum in princ. D. de rer. diviſ. & §. riparum Inſtitut. eod. tit.* & ideò arbores ibi natæ eorundem ſunt *ut ibi dicitur, & not. Bart. in l. quominus 7. q. de flum.*

4 Sed quid ſi + via publica eſſet in
a medio, a inter flumen, & agrum vel domum, ſicut eſt Veronæ apud pontem navium in contrata caudæ longæ? Reſponde idem, ut ripæ ſint eorundem, *arg. l. Martius, D. de acq. rer. dom. vult. gloſſ. in d. §. riparum in verſic. adhærent & Bart. in d. quominùs in 7. q.*

5 Quod facit ad ſtatutum + Paduanum, loquens de præſentatione cohærentium, ut locum habet etiam ſi via ſit in medio, de quo dic, *ut dixi ſuprà, de ſervit, via,* 14. *quæſt.* Et eadem ratione dicit Bart. in tractat. Tiberiadis, in 3. columun. Idem eſſet de foſſis, quæ ſunt inter viam, & fundum, illæ enim foſſæ ſunt quorum prædiis adhærent: *per d. l. Martius. & gloſſ. § riparum ad fin. verſ. adhærent.* ſed videtur quod iſta proprietas ſit inutilis, cum riparum uſus ſit publicus, ut ſtatim dicam, ſicut dicimus ſi quis perpetuum uſumfruct. in aliqua re habeat, proprietas eſt inutilis, *l.* 3. §. *ne tamen, D. uſufr.* Solve, hic loquitur de certo uſu, ſcilicet ponendi retia, & ſiccandi, & applicandi: tamen ſi ibi ſunt arbores fructiferæ, proprietas non eſt inutilis, quia ſunt ſuæ: & ſic fructus ſimpliciter erunt ſui, *ut dicit Cyn. & Bald. ſecundùm Jacob. de Aret, in d. l. riparum in fi.*

6 Et ex prædictis, + ſequitur, quod unus de populo non poteſt in ripa fluminis aliquid novum ædificium facere invito eo, cujus prædiis adhæret: ſi fecerit poteſt dominus ripæ propria authoritate deſtruere, *l. quemadmod.* §. 1. *D. ad l. Aquil.* & ita not. Bart. *in l. quominùs in 7. quæſt. D. de flumin,* Item ex prædictis etiam ſequitur quando venditur fundus, veniunt etiam ripæ, & foſſæ, ſeu foſſata etiamſi via ſit in medio, *not. Bar. in tract. Tyberiadis, in* 3. *colum. leg. riparum, de rer. diviſ.* & pleniùs per eundem Bald. *in rubr. ejuſdem tit.* 12. *col. ubi omnino vide.*

Sed dubium eſt, an ripæ commen- 7
ſurari debeant cum fundo: putà ſi vendidi fundum *b*, & affirmavi eſſe cen- b
tum jugerum? Et dicetur quod ſic: quia ripæ, & foſſæ ſunt venditoris, *ut dixi*, & foſſæ ſunt venditionem *ut l. id quod D. pericul. & commo. reivend. & l. fundi. in princ. D. de actio. empt.* & ita tenet Ubert. de Bo. Ricar. & Cyn. *in addi. in l. riparum.* ſed Bart. *in tract. Tyberiadis in* 3. *colum.* aliter dicit, & pro prima parte affirmativa alleg. *leg. prædia.* §. *ita legatum. cum ibi not. D. de fund. inſtruct.* In contra alleg *leg. littora. D. de contrahen. empt.* ubi dicitur, quod littora, & viæ publicæ non menſurantur cum re vendita: & poſteà concludit, quod ripæ non debeant commenſurari, niſi dictum ſit: ſicut dicimus in limitibus fundi, qui cohærent viis publicis, *l. id quod,* §. 1. *de pericu. & comm. rei vend.* & aſſignat rationem, quia ripæ non venduntur, ſed magis accedunt rei venditæ: quod apparet: quia per ſe vendi non poſſunt, cum riparum uſus ſit publicus de jure gen. *ut d. leg. riparum.* Nam proprietas ſola per ſe eſſet inutilis: *ut ſuprà dixi*: per ſe non cenſetur, & alteri cedit, & hoc vult dicere text. *in d. leg. id quod*, §. 1. & quod dictum eſt de ripis, idem dicendum eſt de foſſis, ut illæ non debeant menſurari, ſi ſunt extra

extra fundum: quia ſimiliter eſt earum uſus publicus, ſicut viarum: quia quilibet poteſt animalia ſua ducere ibi ad bibendum de illo foſſato.

8 Sed ſi eſſent foſſæ in agris inter fundum, tunc quia proprietas earum, & uſus eſt ipſius domini fundi, cum fundus venditur, veneunt in menſura, & ita tenet Bald. *in d. l. riparum*, & *rubrica ejuſdem tit. in* 12. *colum.*

9 Sed dubitari poteſt, + qualiter iſtæ foſſæ quæ ſunt inter fundum menſurentur *c* cum fundo, ſcilicet an menſuretur ſuperficies quæ eſt à latere foveæ, & quæ eſt in fundo foveæ: an vero menſuretur cum toto agro, ſicut ſi foſſæ planæ eſſent. Bart. format iſtam q. *ut dict. tract. Tyberiadis. in* 4. *col. verſ. ſed dubitatur?* Et dic quod ager dicitur ab agendo, ſecundùm Ugo, & ſic ab actu. quia per eum poſſunt boves, & alia animalia duci, quod etiam importat nomen actus, ſi igitur fovea eſſet ita plana, & ejus latera ita lata, ut laborentur, vel laborari poſſint cum bobus, tunc etiam eſſent menſuranda ſi vero ut accidit ſæpè ripæ fovearum ſunt ita erectæ, ut per eas iri, & agi non poſſit, tunc foveæ non menſurantur cum fundo, ſicuti ſi planæ eſſent: & ita obſervantur. Item dico de ripis quæ in fundo eſſent, ut ſi quidem cum bobus coli poſſint, earum ſuperficies venit menſuranda: ſecus ſi eſſent ita erectæ, ut ſic coli non poſſint: tunc enim menſuraretur ſolum, quod ripa continet, ſicut ſi in fundo murus eſſet eadem ratione, & prædicta vera ſunt, niſi aliter actum ſit expreſſè, vel tacitè, *l. id quod* §. 1. *de peric.* & *comma. rei. vend.* Et tacitè dicitur actum, ſi ad menſuram vendatur aliquod prædium montuoſum, ſaxoſum, vel riposum, licet enim hoc propriè ager non dicatur: quia per eum agi non poteſt, tamen menſuratur: ſic enim actum videtur. De concavitate vero ſulcorum qui fiunt cauſa culturæ, vel aquæ derivandæ cauſa, menſura non eſt habenda *l.* 1. §. *de eo opere, D. de aqua pluv. arced.* qui annalis culturæ cauſa factum dicitur, ut ibi. Foveæ agri ad perpetuam rei utilitatem fieri dicuntur, *l. impenſa*, *D. de impen.* & quia dixi prædium ripoſum, vel montuoſum eſſe menſurandum, intelligendum, ſi eſſent ripæ fluminum, quæ à plano incipiunt vergere uſque ad ripam per attractionem aquæ: ſed ſi inter duos montes fluit flumen, pendiciæ montium non ſunt ripæ, quoniam naturaliter vergunt ad aquam, *l. pen.* & *ibi gloſſ. D. de flum.* & *dixi ſuprà circa princ.* & *adde quæ not. Bald. in rubr. de rerum diviſ.*

Item + dubitari poteſt extra prædicta quid ſi ripa prædii verſus flumen naturaliter ſe extendit: quia fortè ibi erat lapidicina creſcens de aqua dicitur *in l. divortio.* §. *ſi vir in fundo*, *D. ſoluto matrim.* & *text. in l. fin. in princ. D. de fund. dota.* & evidenter videtur apud montem Piſanum in lapidicinis marmoreis, vel fortè terræ motu in flumine ubi ripa erecta corruit, & ipſa juncta prædio remanens: fluminis alveum per eum locum ceſſare fecit. *Bart. in tract. de alluvio.* 8. *colum. verſic. ſed quæro*, quid ſi ripa dicit totum locum domino prædii accedere, ſicut per alluvionem, omnes enim illæ acceſſiones, quæ divina natura operante obveniunt; nullo facto humano interveniente, ejuſdem naturæ ſunt, *l. item ſi fundi*, *primo*, *D. de uſufruct.* Et hoc videtur ſentire Azo. *in ſumma Inſtitut. de rer. diviſ.* Si enim flumen prædio meo addat: & propter hoc ab eo recedat latenter, nihil addendo nobis accreſcit, *l. Martius ff. de acquirend. rerum domi.* illud autem incrementum quando ripa naturaliter excreſ-

creſcente contingit, poteſt dici al'uvio, quia latens incrementum eſt: quando vero ruina, vel terræ motu accidit, poteſt dici incrementum alvei recedentis, quia cum repentinè fiat, non eſt alluvio, *adeo §. primo, de acquiren. rer. dom. & §. prætereà per alluvionem Inſtitut. de rer. diviſ.* Sed contra prædicta poſſet opponi: appendices ſequuntur naturam ſui proprii & naturalis ſubjecti: ergo ſi flumina ſunt publica ripæ fluminum quæ ſunt appendices, ſimiliter debent eſſe publicæ, & non ſingularem perſonarum quarum prædiis adhærent, *l. riparum, ff. de rerum diviſ.* Sed dic quod diverſa eſt ratio in ripa, quàm ſit in ipſo flumine: nam ripæ hominum cultura, & cura recipiunt incrementum: flumina in ſeipſis fluunt: & riparum incommoda pertinent ad vicinos, ſi modo ripæ latiores fiant: ergo ſecundùm naturam eſt, ut commoda, & incommoda ſequantur eoſdem, *l. ſecundùm naturam ff. de regul. jur.*

11 Item * non intereſt reipubl. quod ripæ ſint publicæ. Et ex his ſequitur quod ſi conceſſa ſunt mihi banna malorum in flumine commiſſorum, non venient banna commiſſa in ripa fluminis *l. 1. in §. flumin. ff. de flumin. ſecundùm Bald. in rub. ff. de rer. diviſ. colum. 6. verſic. ſed dubitatur*, riparum autem uſus publicus eſt jure gentium, ſicut ipſius fluminis. *l. riparum, ff. de rer. diviſ. Inſtit. eod. §. riparum*, & propterea naves ad eas legare, & funes ponere, retia ex flumine deducere, & in ripis ſiccare cuilibet licet: ſicut per ipſum flumen navigare, *ut ex dictis juribus dicitur, & dixi etiam ſuprà, de littore maris, not. Bald. in l. quominus in 6. q. ff. de flum.* Et hoc ſequuntur plures concluſiones. Prima eſt, quod licet proprietas riparum ſit ipſorum quorum prædiis adhærent, tamen non poſſunt facere de ripis quicquid volunt, ſicut alii domini in re ſua, *l. in re mandata C. mand.* quia uſus eſt publicus, & ideò deteriorare non poſſunt, *argum. l. penul. & fin. ff. de uſu & habita.* Secunda concluſio, quod ſi ripa fluminis quæ adhæret prædio tuo, ita eſt naturaliter ordinata, quod aquam ad me pellit, & poſſum ad meum molendinum aquam ducere ſine aliqua clauſura: tu formas dictæ ripæ vis mutare, ita ut per hoc aqua ad me non veniat: non potes ex quo uſus eſt communis: *ut not. in Bart. in l. quominus, in 9. quæſt.* Tertia concluſio, quod licet ripæ proprietas ſit ejus, cujus prædio adhæret, & propterea poſſit in ripa molendinum conſtruere, aut tigna vel trabes immittere: tamen ſi propter hoc uſus publicus navigantium impediretur, divertendo aquam vel alio modo, non poſſet: *ut not. Bald. in rubr. ff. de rerum diviſ. colum. 6. verſic ex his appa.* Quarta concluſio eſt quod dominus ripæ non poteſt in ea aliquid facere propter quod impediatur iter pedeſtre navigationis, quod eſt juxta aquam quod iter cum funibus trahendo navem, quod reſtoria dicitur vel piarda vulgariter, vel de eo per quod deſcenditur, vel itur ad aquam ſive naves, *ut eſt text. cum gloſſ. in l. 1. §. ſi pedeſtre iter. ff. flumin.* Quinta concluſio, quod habens proprietatem ripæ, non poteſt in ea aliquid conſtituere, propter quod uſus piſcationis impediatur: fortè ſi ibi erat ſolitum piſcari vel ſiccari retia: *argum. eorum quæ habentur in d. l. riparum, & d. paragrapho riparum, cum ſeq. cum gl.* & ita vult Bart. *in rub. ff. de rer. diviſ. 6. colum.* qui dixit quod intelligitur eſſe verum, ſi ibi publicè piſcatur, & utile & conſuetum eſt piſcari. Non enim ſi uni ſingulari prodeſt, cenſen-

cenſendum eſt publicum commodum, vel incommodum: & ideò aptitudo littoris eſt conſideranda. Aptitudo enim facit aptum, & ab aptitudine ſumit formam denominationis qualitas rerum, aptitudine deficiente forma rei videtur mutata, *lege quid tamen. §. agri. ff. quibus mod. uſusfructus amitt.* Sexta concluſio, quod vicini, quorum prædiis ripæ adhærent, etiam ſi via publica eſt in medio, non poſſunt ibi ripas claudere, & ibi hortulos facere, ſi incommodatur uſus publicus dictarum riparum. Septima concluſio, quod vicinus non poteſt concluſam, vel reſtim in ripa mea infigere, vel appogiare: *ut not Bartol. in l. quominus in 7. & 10. quæſt. ff. de flumi- & Bald. in l. item lapilli penult. colum. in fin ff. de rer. diviſ.* Octava concluſio, quod ille qui habet in utraque ripa fluminis publici domum, non poteſt pontem privati juris facere, *l. fin. ff. de flum. & adde quæ dixi ſuprà, de ſervit. aquæduct. q.* 8. Nona concluſio, quod quis non poteſt ligare navem ſuam cum catena in ripa alterius, ſi impedimento eſt: licet cum fune ligare poſſit: *ut per gloſſ. in §. littorum. Inſtit de rer. diviſ. ſecundum Bald. in d. l. item lapilli penult. col. in fin. quæ. nota.* quia ſi habes molendinum, non potes ipſum ligare cum catena quæ trahatur per viam publicam, ita ut impediatur aditus publicus, niſi conſuetudo loci ſervaret contrarium, *arg. l. an in totum. C. de ædif. priv. cum ſimil.* Decima concluſio, quod flumen quod eſt principale, non trahit ad ſe ripam, niſi quoad uſum neceſſarium fluminis: non autem quoad uſum extraneum, *l. riparum ff. de rer. diviſ. & not. Bart. in rubr. eod. tit. 6. col. in fine.*

12 Sed * ſi ripæ ſint elevatæ propter inundationem aquarum, an poſſint etiam deprimi? *vide quæ dixi ſuprà de ſerv. aquæduct. 4. quæſt. princ. in fin. & 8. quæſt. princip. verſic. quæro nunc de alia quæſtio. ordinaria. in verſic. circa ſecundum. in fine.* Quæ autem poſſint fieri, vel non fieri in ripis per dominos, vel alios: *vide plenè per Bart. in d. l. quominus, & Bald. in d. l. item lapilli. penult. col.*

Ultimo * de materia interdicti de ripa muniena, vel reficienda, *vide in l. unica. D. de ripa munienda, & plenè per Roſred. in libellis ſuis in tit. de interdict.* ut liceat ripas publici fluminis reficere, vel munire, ubi ponit quot requirantur ad hoc, ut competat illud interdictum, & libellus & poſitiones dic ut ibi per eum: & de materia ripæ, *vide Barthol. in d. l. quominus in tract. ſuo Tiberia. & Bald, in rubr. D. de rer. diviſ. in 10. & 11. colum. & in d. l. item lapilli. pen. colum. in dict. leg. riparum. & vide text. in l. ſi finita. §. 1. de damn. infect.* 13

De * vado autem, quo flumen tranſitur, *vide per text. gloſſ. & Dd. in leg. final. §. 1. de ſervitut. ruſticorum prædiorum, & l. ſi prius. §. licet D. de aqua pluv. arcenv.* 14

ADDITIO.

a *In medio.* Ripa cedit fundo. *l. riparum ff. rerum diviſ. Inſtit. eod. tit. §. riparum,* ubi gloſſ. dicit verum etiam ſi via eſt media. & Bartol *in l. quominus, 8. q. ff. de flum.*

b *Fundum.* Adde Bartol. *in l. Iulian §. ſi Titius de actio. empt.* Et Bal. *in l. ſicut periculum in fin. C. de actio. empt. per. gl. not. in l. qui libertatis. §. fin. de evict.*

c *Menſurentur.* Adde Bar. *in l. littora ff. de contr. empt. per l. præd. §. ita legat. & ibi Bar. D. de fun. inſtruct. & Bald. in l. penul. de impen. in reb. do. fact. per Bald.* in

in rub. C. eod. 4.*q.* Sed qualiter menſuretur, *vide* Bart. *in tr. Tyber.* 2.*charta, verſ. ſed dubitatur qualiter illa fovea.*

CAPUT XXXVII.

De Aggeribus.

1 *Aggeres valla flumin. eſſe dicuntur.*

2 *Agro meo in inferiori ſi magna aquarum abundantia fuerit, ex agro ſuperiori proveniens an aggeres & foveas mihi habere liceat ut aqua verſus aliam partem evadat, & ager meus evacuatur?*

3 *Aggeres in fundo ſuo ſi vicinus ex vetuſtate vel pacto habeat, an dominus ſuperior inferiorem cogere poſſit, ipſos aggeres munire?*

4 *Aggerem qui in fundo vicini ſuperioris erat; ſi aqua vis dejecerit, per quod effectum eſt, ut aqua pluvia alicui noceat, quid juris?*

5 *Flumen publicum ſi multum excreverit, & prædia mea inundaverit, an aggerem adhibere valeam, vel aliam munitionem facere, ut prædium meum tuear?*

6 *Aggeribus in meis ſi ego propter aquarum inundationem coronellas fecerim elevando ipſas, ne aqua excedens aggeres conſuetos fundum meum inundaret, an eas etiam pro arbitrio meo propria authoritate impune removere poſſim?*

7 *Aggeres rumpentes fluminis* Nili, *qui in Ægypto eſt, qua pœna puniantur ubi etiam quid de aggeribus Padi apud Ferrariam.*

8 *Aggeres ſi quiſpiam non rumpat, ſed arbores incidat, quæ in aggeribus exiſtunt cauſa aggerum conſervandorum, qua pœna puniatur?*

AGgeres * ſunt a valla fluminum 1
ut l. 1. *C. de* Nili *agge. non rumpen.* a
Chomata eſſe dicuntur aggeres & inſtrumenta quibus aqua dividitur. Choma enim dicitur diviſio: nam dividunt ſcilicet aggeres ſeu chomata loca ad invicem, *ut eſt text. cum gl. in l. ſaccularii.* §. *in Ægypto,* & §. *fin. D. de extraordin. crim.*

Si in agro * meo inferiori magna 2
ſit abundantia aquarum proveniens ex agro ſuperiori, an liceat aggeres & foveas habere, ut aqua verſus aliam partem vadat & ager meus ea evacuetur? Reſpondeo, licet, ſi aliqua alia conventio non intervenit, *ut eſt text. cum gl. in l.* 1. §. *denique ait ff. de aqua pluv. arcend.*

Sed * quid ſi vicinus inferior ha- 3
bet aggeres in fundo ſuo ex vetuſtate vel pacto, an dominus ſuperior poſſit cogere inferiorem aggeres munire? Dic quod non: ſed in agro ſuo poteſt munire, *l.* 1, §. *fin.* & *ibi gloſſ.* & *Dd. ff. de aqua pluv. arcend. vide quæ dixi ſupra tit. de ſerv. aquaduct.* 2. *quæſt. princ. in fin.*

Quid * autem ſi aggerem qui in 4
fundo vicini ſuperioris erat vis aquæ dejecit: per quod effectum eſt, ut aqua pluvia mihi noceat? Varus ait, ſi naturalis agger fuit, poſſe me vicinum cogere aquæ pluviæ arcen. actione, ut eum reponat vel reponi faciat. Idem ſi manu factus ſit, neque memoria ejus extaret b *l. in ſumma* §. *item Va-*
rus in princ. ff. de aqua pluv. arcend. b
Utilis tamen actio mihi competit adverſus vicinum, ſi velim aggerem reſtitui in agro eius, ſi mihi prodeſt, & ſibi non nocet: *dict.* §. *item Varus. in fin.* ſed ſi memoria extat, tenetur aquæ pluv. arcen. & ſi agger manu factus ſit, etiamſi memoria non extat, agi poteſt ut reponatur *ut dict.* §. *item*

Varus,ver. ſed ſi extet: Si aggeres juxta flumen in privato facti ſint in actione aquæ pluv. arcen. veniunt etiam ſi trans flumen nocent, ſi memoria eorum extat, & fieri non debuerunt, *l. quod principis, §. fin. ff. de aq. pluv. arcend.*

5 Sed * quid ſi flumen publicum multum excrevit propter quod ſolet mihi dare damnum, & prædia mea inundare, an poſſim aggerem adhibere, vel aliam munitionem facere, ut prædium meum tuear? Dic quod ſic, *text. eſt valdè no. in l. 1. §. ſed & ſi alia. ff. ne quid in flum. publ. & vide Bart. in l. quominus 9. q. ff. de flum. & quæ dicam in q. ſeq.*

6 Quæſtio * eſt quotidiana, a propter innundationem aquarum ego in aggeribus meis feci coronellas, elevando ipſas ne aqua excedens aggeres conſuetos inundaret fundum meum, quas facere potui, *ut dixi in quæſt. præced.* numquid eas pro arbitrio meo, & propria authoritate poſſim impunè removere? Ego teneo quod ſic: ſi autoritate mea propria facta ſint, nec teneor pati ut reponantur, niſi ſervitus eſſet impoſita, *per text. in l. ſumma, §. idem ait, ſi in agro tuo, & §. aqud Namuſam, cum ibi not. ff. de aqua pluv. arcend. & idem tenui ſuprà de ſervit. aquæ ductus, 8. qu. principali, in q. quæ incipit, quæro nunc de alia qu. quotid.*

7 Circa * ſecundum in ſine quæro, qua pœna puniuntur rumpentes aggeres fluminis Nili qui eſt in Ægipto? Reſpondeo, pœna ignis ut flammis concrementur, *text. eſt in l. unica, C. de Nili agger. non rumpen.* & ibi Bart. de Salicet enumerat alios 12. caſus, in quibus quis flammarum pœnam patitur. Aut ſunt aggeres, quos quilibet in ſuo prædio fecit, quando certis temporib. aqua Nili egreditur flumen per prædia, uta quam in ſuo prædio contineat, & tunc rumpens illos aggeres punitur pœna extraordinaria, *ut eſt text. cum gl. de utroque in l. ſaccularii. § in Ægypto. D. de extraordin. crim.* Aut ſunt aggeres alterius fluminis, & gl. *in d. l.* 1. dicit idem eſſe de æquitate ſecundùm Ugo. ſed Pe. quem ſequitur Cyn. & Salicet. ibi dicit hoc non eſſe verum quia non eſt alibi tanta cura aquæ, ſicut in Ægypto ubi eſt Nilus, quia in Ægypto nunquam pluit: *ut dicit gl. in d. §. Ægypto.* Item quia interpretatione legum pœnæ ſunt molliendæ, *l. interpretatione. D. de pœnis* Item pro hoc facit *dicta rubric. C. de Nili agger. non rumpen.* quæ aliquam ſpecialitatem notare voluit in aggeribus Nili. Dicit tamen Cyn. *in d. l.* 1. quod ſi aggeres Padi apud Ferrariam deſtruerentur, habebit locum pœna ignis prædicta ex quo ibi eſt magnum periculum: quia propter modicam aggerum motionem poſſet novus alveus fieri, & terra tam habitata, quàm fertilis occupari, quando flumen Padi creſcit, cum ſit eadem ratio. Et ita ſequitur ibi Salic. & ſic voluit Cyn. quod in pœnalibus fiat legis extenſio per identitatem rationis, *de quo dic, ut per Dd. in l. ſi vero, § de. viro. ff. ſolut. matrim.*

8 Sed quid * ſi quis non rumpit aggeres, ſed incidit arbores quæ ſunt in aggeribus cauſa aggerum conſervandorum? Dic quod pœna extraordinaria coerceri debet: *ut eſt text. cum gl. in d. l. ſaccularii, §. fin.* Reliqua circa iſtam materiam, *vide quæ dixi ſupr. in titul. de ſervit. aquaduct. 8. quæſt. princ. quæ nunc de alia quæſtion. princip. quotidiana.*

ADDDI.

ADDITIO.

a *Aggeres.* Adde Bartol. *in l. per Bithyniam. C. de immu. ne conce. libro* 10. *& not. in rubrica, C. de Nili agger. non rumpen.*

b *Memoria ejus extaret,* Memoriam extare probatur per inſtrumenta. Joan. Andr. *in cap.* 1. *in fin. de præſcript. in* 6. *in novellas.*

CAPUT XXXVIII.

De Torrente.

1 *Torrens eſt . qui in hyeme currit, & perenne non eſt.*
2 *Torrentia cujus exiſtant?*
3 *Inſtrumenta antiqua ſi reperiantur, in quibus prædiorum poſſeſſores à latere emerunt prædium, & pro fine foſſatum appoſitum fuerit, numquid ad illos pertineat?*
4 *Torrens flumen ſi vicinus averterit, ne aqua ad eum pervenit, & hoc modo effectum eſt, ut vicino noceat, an aquæ pluv. arc. actione, contra eum agi poſſit?*

1 TOrrens * eſt qui in hyeme currit:& perenne non eſt, *l.* 1. *§.* 2. *ff. de flumen.* Et dicitur torrens a torreo, quod ſignificat ſiccare, areſacere. Et hoc ideò quia in æſtate ſiccatur, flumen torrentis nomen accepit. Vulgariter autem apud nos progni, torrentia vocantur, quæ in foro Julii, & territorio Triviſino maxima ſunt, & non dicitur flumen publicum, ſed privatum:quia flumina quæ in hyeme currunt, & non in æſtate privata ſunt, ut dicit Rofred. *in lib. ſuis ſuper enter dicto ne quis in flumin. publ.* quem ſequitur Bartol. *in tract. Tyberiadis in* 8. *columm. verſ. flumen*: qui dicit quod ex quo ſunt privata per alluvionem nomini poſſint tribuere: ſi enim curſum mutant, ſemper ſolum remanet cujus primo erat, non per alluvionem adjicere apponendo, ita quod prædium extendatur, ſed ſupponendo poteſt adjicere, ſicut ſi pinguedo agri ſuperioris adjicitur agro inferiori, *l.* 1. *§. denique, ff. de aqua pluv. arcen.*

Cujus autem * ſunt iſta torrentia? 2
Bartol. dicit, *in d. verſ. flumen,* hanc q. eſſe facti, poteſt enim probari, quod per alicujus prædium aqua diſcurrit, & foſſam fecit, vel inter prædia plurium aqua fluxit, tunc ſecundùm terminos antiquos inter prædia diviſa erunt talia foſſata. Vel poteſt probari qualiter antiquè ſunt poſſeſſa: ſed ut ſæpè accidit, ſi nihil ſufficiens poteſt probari, tunc putat illorum qui propè ab utraque parte prædia poſſident cujuſq; uſque ad medium, *arg. ejus quod dicitur de inſula & de alveo dimiſſo, l. adeò §. inſula, & §. quod ſi toto, D. de acq. rer. dom. & probatur l.* 2. *§. престереà cum gloſſ. D. de aqua pluv. arcend.* quæ tamen intelligit, niſi ea foſſata eſſent in uſu public. quia tunc dicerentur publica, *l.* 2. *§. hoc interdictum ff. ne quid in loco public.* & expreſſè probatur, *in l.* 1. *§. foſſa, ff. ut flum. publ. navigare.*

Sed quid * ſi reperiuntur inſtru- 3
menta antiqua, in quibus poſſeſſores prædiorum à latere emerunt prædium & pro fine appoſitum fuit foſſatum, an ad illos pertineat? Videtur quod non. ipſam rem enim emerunt, non ejus fines & pro hoc facit, quia fundi nihil eſt, niſi quod intra ſe continet, *l. fundi in princip. ff. de actionibus empt.* Bartholus in loco præallegato tenet contrarium, ſcilicet quod fines appoſiti, id eſt, foſſata, intelliguntur eſſe

eorum, qui à latere prædia poſſident: ut ſupra dictum eſt. Nec obſtat, quod fines non emuntur, quia fateor: ſed tamen eſt poſſibile quod rei venditæ accedunt: ſicut etiamſi poneremus pro fine viam, quæ quoad quod fundo accedit, *ff. de acquirend. rer. dom. l. Maritus.* Nec obſtat, *d.l. fundi. in pr.* quia regula quod fundi nihil eſt, niſi quod intra ſe continet, patitur exceptionem per aliquas leges, ut in aquæductu qui eſt extra prædium. *ff. de contrahen. empt. l. aquæduct.* & in ſimilib. prædiorum, & in foſſis, *l. 2.* § *præterea. ff de aquæ pluv. arcend.*

4 Poteſt dubitari, * ſi vicinus flumen torrens avertit, ne aqua ad eum perveniat & hoc modo effectum eſt, ut vicino noceat, an agi contra eum aquæ pluv. arcend. actione poſſit? Et dicendum eſt quod non, quia non fecit, ut ibi noceat, ſed ne ſibi noceat, *text. eſt not. in l. in ſumma, §. idem Labeo ait, ſi vicinus. ff. de aqua pluv. arcend.* Nam licitum eſt in ſuo aggerem, vel aliam munitionem facere, ne flumen ſibi damnum det, & prædia ſua devaſtet: *l. 1. §. ſunt qui putant, verſ. ſi aliqua. ff. ne quid in flum. publ. & adde quæ dixi in tit. praeced. verſic, ſed ſi flumen, cum verſi. ſequ.*

CAPUT XXXIX.

De Vallibus Aquoſis.

1 *Valles ſi excreverint, & alienum, occupaverint prædium, illius ſunt valles, cujus prædium erat: & ſi decreverint, illius erit prædium, cujus erant valles.*

2 *Vallibus cuilibet piſcari licet, vel cannellas, aut herbas incidere, vel paſci ſi publicæ fuerint.*

3 *Vallibus ſi terra cum herba reperiatur, & caunellæ natæ, quæ de loco ad locum moveantur, tori appellatæ, an ipſi tori publici, aut privati erunt?*

4 *Opus ſi quiſpiam fecerit, ut aquam excluderet, ne ad fundum ſuum veniret, quæ ex paludis inundatione in agrum ejus fluere ſolebat, ſi ipſa palus aqua pluv. amplietur, eaque repulſa opere facto agro ſui vicini noceat, aqua plu. arc. actione tollere cogitur.*

SI * valles excreverunt, & alienum 1
occupaverunt prædium, illius ſunt valles, cuius erat prædium, & ſi decreverunt, illius erit prædium, cujus erant valles *ut probatur in l. ſi vicinus, §. locus, ſecundùm gloſſ. D. de aqua pluv. arcend.* & ita Bartol. exemplificat illum text. in vallibus Ravennen. Sed ſi valles eſſent publicæ judicandum eſſet, ſicut de flumine public. eadem ratione, *ut habetur in l. lacus D. de acq. rer. domin. & vide quæ dixi de lacu, in tit. de flum. verſic flumma publica.*

Et ex + prædictis ſequitur, quod in 2
eis licitum ſit cuilibet piſcari, vel cannellas, aut herbas incidere, vel paſculari, ſi ſunt publicæ, ſecus ſi ſunt privatæ, *arg. §. littorum. inſt. de rer. diviſ. cum ſimil.*

Sed quid * ſi in vallibus reperitur ter- 3
ra cum herba, & cannellis natis, quæ de loco ad locum moventur, & tori vulgariter appellantur: an erunt publici vel privati tanquam inſula? Dic quod erunt ejuſd. juris cujus eſt aqua, ſi aqua vallium erit privata, iſti tori ſimiliter erunt privati: ſi publica, publici, de quo dic. *ut dixi ſupr. de inſulis 5. q. in fin.* & de iſtis toris *vide etiam quæ dicam infr. de piſcaria, in fin.* de aliis autem

autem vallibus non aquoſis, *vide ſuprà tit. de vallibus, & planeriis.*

4 De paludibus * etiam aliquid dicamus, Si opus quis fecerit, ut aquam excluderet, ne ad fundum ſuum veniret, quæ ex inundatione paludis in agrum ejus fluere ſolet, ſi ea palus aqua pluv. ampliatur, eaque aqua repulſa, eo opere agro ſui vicini noceat, aquæ pluv. arcend. actione opus cogitur tollere, *ut eſt text. in l. 1. §. 2. qui incipit.* Neratius ſcribit, *ff. de aqua plu. arcen,* agri, vel loci uſufructu, legato, ſi fuerit inundatus, ut ſtagnum jam ſit, aut palus proculdubio extinguitur, *l. quid tamen, §. 1. ff. quib. mod. uſufr. cum concord.* Cætera circa iſtam materiam *vide in tot. tit. C. de alluvio. & palu.*

ADDITIO.

a Si valles. Adde Bart. *in tr. Tyberiadis, lib. 3 char. verſ. vallis vero dicitur.*

CAPUT XL.

De Fonte.

1 *Fonte aquæ ſi quiſpiam uſus fuerit, nec vi, nec clam, nec precario, quominus utatur, vim fieri prætor probibet.*

2 *Servitus aquæ hauriendæ ex fonte conſtitui poteſt.*

3 *Fontis caput ipſe fons dicitur.*

4 *Fons ſi exaruerit ex quo aquæductum habeo, iſque poſt conſtitutum tempus ad amittendam ſervitutem ad ſuam venam redierit, an aquæductum amiſerim?*

SI quis * fonte aquæ eo anno uſus
1 fuerit, nec vi, nec clam, nec precario, quominus utar, vim fieri prætor prohibet, *l. 1. in princ. ff. de fon.* & in tota illa leg. declarantur hæc verba. Item poteſt aquam purgare, reficere, & coercere, ut utatur eo modo quo eo anno uſus eſt, *d. l. 1. §. deinde ait prætor,* & coercere dicetur aquam continere ſic, ne fluat, vel dilabatur, *d. l. 1. §. coercere.*

Servitus aquæ * hauriendæ ex fonte conſtitui poteſt, *ut d. l. §. 1.* & olim conſtitui non poterat ſervitus aquæ ducendæ, vel hauriendæ niſi ex capite, vel fonte. Hodie vero ex quocunque loco conſtitui poteſt: *ut eſt text. cum gl. in l. ſervit. aquæ, D. de ſerv. ruſt. præd.* 2

Caput * autem fontis dicitur ipſe fons, *l. 1. §. caput, ff. de aqua quotidiana & æſtiv. & dixi ſuprà de flum. verſ. caput fluminis.* Licet fons oriatur in agro tuo: tamen ſi longo tempore duxi aquam etiam ex fundo tuo, non eſt neceſſe, ut doceam quo jure duco & ita titulum allegare non cogor & ſi impediar à te, vel ab alio aquam de dicto fonte ducere ad fundum meum, poſſum agere utili actione, exemplo aliarum ſervitutum, *ut eſt text. not. & ibi gl. & Doct. in l. ſi. quis. diuturno. ff. ſi ſerv. vend.* Si fundo Sejano confinis fuerit fons, ex quo fonte per fundum Sejanum aquam jure ducebam, meo facto fundo Sejano, manet ſervitus, *l. ſi. mihi, §. ſi fundo, ff. de ſerv. ruſtic. præd.* 3

Si fons * exaruerit, *a* ex quo aquæ- 4
ductum habeo, iſque poſt conſtitu- a
tum tempus ad amittendum ſervitutem, ad ſuam venam redierit, an aquæductum amiſerim? dic quod ſic: ſed reſtituitur: *ut eſt text. in l. unus ex ſociis, §. fin. cum. l. ſequent. quæ incipit, Attilicinus, Digeſtis de ſerv. ruſt. præd. & vide quæ dixi ſupra de alveo verſic. ſed pone quod impetus fluminis, & verſ. ſed. dubitari.* Habens fontem in ſuperiori fundo, neque ventrem, neque pannos lavabit

lavabit in rivulo deſcendenti, ſi propter hoc aqua deturbaretur omnino, *l. aqud Trebatium, in princ. & ibi Ang. & doct. ff. de aqua plu. arcend. & idem not. Bartol. in l. cum ſuprà, Codice de re mil.* 12. *& eſt tex. in l. ſollicitatores in fi. ff. de extraord. crimin.* de iſta materia fontis habetur per Specul. *in titul. de cauſa poſſeſſ. & propr. §. privata, & per Rofred. in libellis ſuis titul. de interdict. de fonte, & vide quæ plene dixi ſupra in titul de ſerv. aquæduct. in* 11. *qu. principali*, ubi etiam poſui de aqua quotid. & æſtiv. & aqua plu. arcend. & de cloacis, *& vide quæ plene dixi ſupr. in tit. de ſerv. aquæ hauſtus*, 7. *princ. uſque ad finem illius titul.*

ADDITIO.

a *Si fons.* Fons ſi ſiccatur, currit præſcriptio aquæ d. *Bald. in l.* 1. 22. *oppoſ. Cod. qui admit. per l. Attilicinus, de ſervit. ruſt. præd*. Sed ſi aqua revertitur in fontem de æquitate convaleſcit ſervitus, gloſſ. & Bartol. *in l. foramen, circa med. in verſ.* ex quo ſequitur ſequens illatio, *ff. de ſerv. urbanor. præd. l. unus, §. ſi fons, de ſervit. ruſt. præd.* ubi præſcribitur ſervituti etiam ſi juſtum fuit impedimentum non utendi: ſed datur reſtitutio ex clauſula generali.

CAPUT XLI.

De Rivis.

1 *Rivus eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrit.*

2 *Rivos manu tenere & etiam expurgare, an quis teneatur?*

DE Rivis * eſt etiam aliquid dicendum: Rivus eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrit *l.* 1. §. 1. *ff. de rivis*, flumen à rivo magnitudine diſcernendum eſt: aut æſtimatione circumcolentium *l.* 1. *de flum.* & hoc nomine rivi aqua fluens continetur, *ut dixi ibi gloſſ.* Servitus naturaliter non manufacto opere lædere poteſt fundum ſervientem, quemadmodum ſi imbribus creſcat aqua in rivo, aut ex agris in eum fluat, aut aquæ fons juxta rivum, aut in eo ipſo poſtea inventus fuerit: *ut eſt text. in l. ſi mihi §. ſervitus, ff. de ſervit. ruſt. præd.* Si per fundum jus eſt mihi aquam de rivo ducere, hæc jura tacitè ſequentur ut reficere mihi rivum liceat, & adire quàm proximè poſſim ad reficiendum eum cum fabris meis, Item ut ſpatium relinquat mihi dominus fundi, quo dextra & ſiniſtra ad rivum eam & quo terram, lignum, lapidem, arenam, calcem, jacere poſſim? *ut text. elegans in l. refectionis. §. fin. & ibi per gloſſ. & Dd. ff. commun. præ.* & facultas refectionis cauſa accedendi ad ea loca quæ non ſerviant, tributa eſt his, quibus ſervitus debetur, qua tamen accedere eis ſit neceſſe, niſi in conceſſione ſervitutis nominatim conceſſum ſit, per quam partem accedere deberet, *ut eſt text. valde notabili, in d. l. refectionis, in princip.* quod facit ad multa: ut ibi per Dd. nec juxta eum, nec ſupra eum (ſi forte ſub terra aqua ducatur) locum religioſum dominus ſoli facere poteſt, ne ſervitus intereat, ſed & depreſſurum, & elevaturum rivum, per quem aquam jure ducebam, poteſtatem haberes: niſi ne id faceres, cautum ſit, *in d. l. refectionis.* 2. *& 3. reſp.* Quis autem teneatur manutenere rivos, & etiam expurgare, *vide quæ plene dixi ſupra de ſerv. aquæ ductus, verſ. ſupereſt alia quæſtio*

ſio quis teneatur. Reliqua quæ ad materiam rivi ſpectant, *vide in toto tit. ff. de rivis, & quæ plenè dixi in tit. de ſerv. aquad. in* 11. *q. pr. verſic.* quartum eſt interdictum de rivis, ut poſui quot ſunt neceſſaria, ut iſtud interdictum competat, & libellum, & poſitiones actoris, & rei.

CAPUT XLII.

De Piſcatione.

1 *Piſcari cuilibet in mari licitum eſt, quod natura omnibus patet.*

2 *Piſcari quilibet in littore poteſt etiam ante ædes meas, & oſtium, & ſi ipſum piſcari prohibeam, actione injuriarum teneor.*

3 *In fluminibus, & portu jus piſcandi omnibus commune eſt.*

4 *Piſcatum aliquem fuiſſe per* 20. *vel* 30. *annos, an ſufficiat ad hoc, ut ſupervenientem prohibere poſſit piſcari?*

5 *Jus aquæ ducendæ ad piſcariam meam vel ciſternam, ſi mihi concedatur: an ſervitus realis ſit?*

6 *Piſcium uſumfructum qui in vivariis exiſtunt, ſi quiſpiam habeat, illos occidere poteſt, & alios ſubſtituere propter eorum difficilem diſcretionem.*

7 *Fundus ſi vendatur, in quo piſces in piſcinis exiſtunt, illi piſces non ſunt ædium, neque fundi, non magis quàm pulli, aut cætera animalia, quæ in fundo ſunt.*

8 *Valles, aut paludes ſi quiſpiam conduxerit, ut ibi piſcari poſſet, & in eis reperiatur certa pars terræ ab alveo elevata, quæ tori appellantur, piſceſque omnes in hyeme ſub eis ſe reducant, ut in vallibus Paduæ contingit, an licitum conductori ſit, dictos toros aperire, & omnes piſces accipere?*

PIſcari * cuilibet licitum eſt in mari, quod naturâ omnibus patet, *l. venditor in princ. ff. communia prædior.* ſimiliter licet in littore maris, *leg. nemo, §. final. & l. riparum ff. de rer. diviſ.* quia littora communia ſunt omnibus ſicut aër. *l. injuriarum actio. §. fin. ff. de injur.* 1

Et * poteſt piſcari in littore ante etiam ædes meas, & oſtium: & ſi ipſum piſcari prohibeam, teneor actione injuriarum, *ut ibi, & leg.* 2. *§. ſi quis in mari, ff. ne quid in loc. public.* niſi conventum eſſet, ut in loco illo maris piſcari non poſſes? quia valet talis conventio, *ut eſt caſus not. in d. l. venditor. in princ. & dixi plenè ſuprà de mari circa princip.* & ideò cum primùm piſces quis in mari, vel littore ceperit, ſine dubio ejus, in cujus poteſtatem perveniunt, fit acquiſitio, ſicut de feris captis etiam dicitur, *l. quod in littore, ff. de acq. rer. dom.* In mari piſcantibus, licitum eſt caſam in littore ponere, in qua ſe recipiant, *d. l. riparum.* 2

In fluminibus, * & portu jus piſcandi eſt commune omnibus, *ut §. flumina. Inſt. de rer. div.* quod fallit in pluribus. Primò, quando flumen eſt privatum, aliter non, *l. injuriar. actio. §. fin. in ff. de injur.* Secundò, quando jus piſcandi eſt privatum: putà, quia eſt venditum per principem ſicut in lacu Gardæ contingit, in quo ſunt aliquæ piſcariæ privatæ, quæ fuerunt venditæ per Dominos Veronæ *argum. d. §. fin. cum l. ſeq. quæ incipit ſanè ſi maris, & argum. cap.* 1. *circa fin.* ibi piſcationum reditus, *in titul. quæ ſint regalia, in uſibus feud.* Tertiò fallit 3

Mmm

fallit quando eſſet facta conventio cum vicino, ut in domo ſua piſcari non poſſit: *ut dicta lege venditor, in princ. D. commun. prædior.* quæ l. habet locum etiam in fluminibus publicis: *ut dixi in tit. de mari in princ.* Quartò fallit quando princeps, vel civitas prohiberet, ne quis in flumine piſcari poſſit: ut eſt in lacu Peruſino, *& dixi ſuprà de lacu.* Quintò fallit, quando eſſet conſuetudo, ut piſcaretur ſolùm pro uſu public. & non pro privato, vel pro privato, ſed certo tempore tantùm: quia conſuetudo vicem legis ſuſtinet, *d. l. venditor, §. ſi conſt.* Sextò fallit quando quis præſcripſiſſet jus piſcandi: quia tunc alius in eo loco piſcari non poſſet, & iſta præſcriptio procederet ſine dubio ſi fuiſſet in poſſeſſione piſcandi per tamen tempus cujus initii memoria non exiſtat: quia per tantum tempus præſcribuntur loca publica. *l. hoc jure. §. ductus aquæ, D. de aqua quotid. & æſti. & not. l. Bald. in leg. item lapilli. in 2. quæſt. D. de rer. div.*

4 Sed numquid * ſufficiat quem piſcatum fuiſſe per 20 vel 30. ann. ad hoc ut ſupervenientem prohibere poſſit piſcari? *vide glo. ordin. in §. flumina, in ver. omnibus. Inſtit. de rer. div. & quæ dixi ſuprà de ſerv. aquæduct. 9. qu. princ. ver. ex prædictis ſequitur.* Si ager cujus uſusfructus tuus ſit, flumine, vel mari inundatus ſit, uſusfructus amittetur, cùm etiam proprietas eo caſu amittatur: nec piſcandi retinere quidam proterimus uſumfructum: *ut eſt text. valdè nota. in l. ſi ager. D quemadmod. ſervit. amit. & per illum text. dicit. not. in Bald. in d. l. item lapilli in princ.* quod ſi ſtarem mille annis ſuper fluctibus maris, nihil perpetuæ proprietatis acquirerem.

5 Quid autem * ſi conceditur mihi jus aquæ ducendæ ad piſcariam meam vel ciſternam, an ſit ſervitus realis? Dicas quod ſic: quia debetur à fundo meo, *juxta nota. in l. pecoris, D. de ſerv. ruſt. præd. & l. ut pomum. D. de ſervit. ut dixi ſuprà in titul. de ſervit. aquæduct. 2 q. princip. verſic.* Item quid ſi conceditur mihi.

Si quis habet uſumfructum piſcium 6
qui ſunt in vivariis, poteſt piſces occidere, & alios ſubſtituere propter difficilem eorum diſcretionem, *l. uſufructuarium venari. §. ſi in vivariis, D. de uſufruct.*

Si * venditur fundus in quo ſunt 7
piſces in piſcinis, illi piſces non ſunt ædium, neque fundi, non magis quàm pulli, aut cætera animalia quæ in fundo ſunt, *l. Julianus, §. fin. cum ibi ll. ſequentib. D. de actionibus empt.*

Si quis * conduxit valles, aut palu- 8
des, ut ibi poſſit piſcari, & in eis reperiatur certa pars terræ elevata ab alveo, quæ tori vulgariter appellantur. & piſces omnes in hyeme ſe reducunt ſub eis, ut in vallibus Paduæ contingit, an ſit licitum conductori aperire dictos toros, & omnes piſces accipere? Et dicas quod non, quia iſto modo jus piſcandi deſtrueretur, niſi alios reponeret, *arg. d. l. uſufructuarium, §. ſi in vivariis, & argum. leg. ſi merces, §. conduct. D. loca.* & hoc videtur apertè probari. *in l. videamus, §. proſpicere debet, eodem titul.* Præterea hoc etiam probatur, quia conductor tenetur ante omnia ſecundum legem, id eſt, conventionem facere: & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono, & æquo præſtare debet: *ut dixi text. Inſt. loc. § cond.* ſed ex bono, & æquo eſt, ut conductor piſcinæ non deſtruat totam piſcinam, quia debet habere fructus piſcandi, & non omnes piſces, ita ut piſcaria conſumatur *facit l. 1. & 2. D. de*

de uſufruct. & idem dico, ſi locaretur jus piſcandi in flumine vel fonte aut piſcaria: quia non poſſet omnes piſces tollere, niſi aliter conventum eſſet, quod nota, quia eſt quotidianum.

CAPUT XLIII.

De Aere.

1 *Aer, ejuſque uſus communis eſt ſicut mare & maris littora.*

2 *Locus ex ſoli odore ſi peſtilentioſus fiat ſcilicet ex fœtore terræ etiam privatæ, ut puta, quia ibi ſulphuraria fiant, an faciens interdicto ne quid in loco publico teneatur?*

3 *Fabri, an in domo ſua ita malleare poſſint, ut ex mallei ſono doctoris vicini mentem diſturbent?*

4 *Aer quando malus eſt; numquid quis ibi ſtare vel venire teneatur?*

5 *Fumo corrupto ſi quiſpiam aliquem perennt pœna extraordinaria tenetur.*

6 *Uſusfructus odorum vel aromatum, an conſtitui poſſit?*

7 *Aream ſi quiſpiam habeat in qua frumentum ventare ſolet ut à palea excutiatur, an vicinus in ſuo ædificare poſſit, ita ut illi areæ ipſum ventum auferat?*

8 *Gonellæ magni Bufonis facetia, qui cum eſſet bannitus ſub pœna capitali ne Ferrariam accederet, emit unum plauſtrum Paduæ & terram Paduanam in dicto curru poſuit, quem aſcendit. & poſteà Ferrariam profectus, dicebat ſe eſſe in territorio Paduano.*

9 *Avis, vel aliud quodpiam animal, cum eſt in arbore, in aere eſſe dicitur: non autem in terra.*

AEr, ejuſque uſus communis eſt ſicut, mare, & littora maris, *l. injuriarum actio, §. fin. D. ne quid in loc. publ.* & tanquam commune perpetuò in totum occupari non poteſt: *ut dicit Bald in l. item lapilli, in princ. D. de rer. diviſ.* & ſi quis aliquem uti aëre prohibet actione injuriarum tenetur, *ut d. §. fin.* Non poteſt itaque quis nobis aërem, vel ſolem tollere, niſi ædificando, *juxta ea quæ dixi ſuprà in lib.* 1. *in tit. ne pro ſpec. offic.* 4. *q.* ubi poſui de Diogene Philoſopho, qui ſtabat ad ſolem: nam aer ſuprà domum noſtram debet eſſe liber uſque ad cœlum: *ut eſt text. cum gl. in l.* 1. *§ pen. & l. fin. D. quod vi, aut clam,* ideo non eſt licitum facere pontem ſupra viam. public. vel flumen public. vel fundum privatum: *l. pen. D. de flum. & nota Rofr. in tit. de interd. ne quid in loc. publ. fiat verſ.* 7. *in fi. & in tit. de cauſ. poſſ. & proprie. §. in confeſſoria. & item quæritur habeo domum. & Bal. in l. item lapilli. in ult. col. D. rer. diviſ.* 1

Sed quid, ſi ex odore ſoli locus 2 peſtilentioſus fiat, ſcilicet ex fœtore terræ etiam privatæ: ut quia fiant ibi ſulphuria, tenebitur interdicto, ne quid in loco publ. *ut eſt text. cum gloſſ. nota, in l. §. idem ait ſi odore, D. ne quid in loco publ.* idem ſi corrumpat aërem apponendo ſtercus, vel aperiendo cloacam, *leg.* 1. *§.* 1. *D. de cloac. & leg. penult. §. pen.* ubi hoc not. gloſſ. quod vi, aut clam, & ideò prætor introduxit duo interdicta de cloacis purgandis ad ſalubritatem civitatis: nam cœlum peſtilens, & ruinas minantur immunditiæ cloacarum, *dict. leg.* 1. *§* 1. *de cloacis, & leg. de pub. §. ſi quis rivos, D. de nov. ope. nunc.* Et proptereà aliàs judicavi in civitate Veronæ, quod unus pelliparius non poſſet facere mollitium in domo ſua, ob maximum

fœtorem. qui exhalabat ex eo, & nocebat vicinis, idem dic de ſimilib. artib. fœtentibus.

3 Numquid ✱ autem fabri poſſint malleare in domo ſua, ita ut ex eo ſono mallei diſturbent mentem doctoris vicini, *vide Bald. & Doct. in l. 1. Cod. de ſtud. liber. urb. Rom. lib. 10. & per Canoniſt. maximè per Joan. de Imol. in ca. veſtra, extra, de loca.* & quid ſi eſſet vicinus infirmus, *collige ex his quæ not. in dictis juribus.*

4 Quando ✱ autem eſt malus aër, numquid teneatur quis ibi ſtare vel venire, *vid gloſſ. & Doct in capit. ſi vero, extra de inju. & l. ætate Digeſt. ad Treb. & quæ plenè dixi ſuprà de ſervit. aquæduct. circa fin.* ubi poſui materiam de cloacis. Et adde quod propter bonum aërem, & ſic cœli opportunitatem fundus magis æſtimatur: & ſi minoris ipſum vendiderit, ex hoc ſolo forte poſſet in integrum reſtitui: quia eſt in loco, ubi eſt optimus aër, ſicut ex eo, quia fuit majorum ſuorum, *juxta l. ſi emptionem, ff. de mino. & probatur in l. 1. §. ſed ſi rem, verſ. & alias videamus ibi,* vel opportunitatis, vel cœli, vel quod illic educatus ſit, vel parentes ſepulti, *ff. ſi quid in fraud. patron.* quod bene nota.

5 Si quis ✱ fumo corrupto aliquem peremerit pœna extraordinaria tenetur *l. ſollicitatores, §. 1. ff. de extraordin. crim.*

6 Numquid ✱ uſusfructus odorum vel aromatum conſtitui poſſit; dic non propriè. Sed ad Senatum conſultum erit deſcendendum, quod de cautio. loquitur, *l. ſi lana, ff. de uſufr. ea re. quæ uſu conſu.*

7 Si quis ✱ habet aream, in qua ſolet a frumentum ventare, ut excutiatur à palea, an poſſit vicinus ædificare in ſuo, ita ut ventum auferat illi areæ; *caſus eſt in l. fin. §. fin. C. de ſerv. & ibi per Dd. & Ang. in l. Imperator ff. de ſer. urb. præd.*

Sed pone ✱ qu. quæ fuit facta in perſona Gonellæ, qui magnus Bufonus vulgariter appellatur, nam dum eſſet bannitus ſub pœna capitali, ne Ferrariam accederet, emit unum plauſtrum Paduæ, & terram Paduanam poſuit in dicto curru, quem ille aſcendit, & poſteá acceſſit in civitatem Ferrariæ dicens, ſe non eſſe in territorio Ferrariæ, ſed Paduæ, ex quo tangebat territorium Ferrarien. Sed dicit Ang. *in l. qui ſella, ff. de ſerv. ruſt. præd.* quod non fuit bonum conſilium: per illum text. qui vult, quod quis dicitur ire per fundum alterius, quando ſella vel lectica vehitur: & adde quæ not. Bart. & Dd. pro Gonella facit gl. *Inſt. de jure nat. gent. & civi. in princ. in verſ. cœlo*, ubi exponit, id eſt aëre, ut ſunt aves, quæ in arborib. in aëre naſcuntur, *ut §. apum, Inſt. de rer. div.* & ſic ille text. cum gl. probat. 8

Quod ✱ qui eſt in arbore, dicitur eſſe in aëre, & non in terra: tamen dicendum eſt ipſum eſſe ſub territorio, in quo eſt arbor. 9

ADDITIO.

a *Aream.* vicinus non poteſt ædificare in ſolo ſuo juxta aream vicini quæ ſit ad triturandum granum, ne per ædificium impediatur uſus areæ: quia ventus retinetur. *l. fi. §. fi. & ibi Bart. & Bal. C. de ſer. & Pet. de Ubal. in tr. de ſoc. 6. par. ult. qu.* quod eſt verum ſecundum Bald. ibi, ſi area in alio loco fieri non poſſit: Item verum, ſi ventus non poſſit venire niſi ab ea parte à qua ædificatur, *ut ibi per Bart. & Bald. & ſuprà per Bart. Cæpol. de ſerv. urb. c. 26. 27. & 29.* & ibi dic verum, niſi pactum ſit in contrarium.

CAP.

CAPUT XLIV.

De Igne.

1 *Ignem juxta parietem communem, an facere licitum ſit?*
2 *Domum ſi tibi locaverim: & in locatione convenerim, ne ignem in domo haberes: attamen tu habuiſti, ſi fortuito caſu incendium ortum fuerit, an tenearis?*
3 *Inter locatorem & conductorem ſi conventum fuerit, ne in domo fœnum aut palea poneretur, & conductor poſuerit; deinde ſervus igne allato ſuccenderit, quid juris?*
4 *Domum inferiorem habens, an poſſit facere tam grandem fumum, ut ſuperiori noceat?*
5 *Ignis fornacis & furni, an vicino nocere debeat?*
6 *Ignem in ſtipulam, ad paludem ſi quiſpiam immiſerit, & alicui damnum dederit, quid juris?*
7 *Ignis piſcatorum, ſi naves in periculum aliquod duxerit: quid juris?*
8 *Ignis ſi dolo immittatur in alienas ædes vel frumenti acervum, quid juris?*
9 *Ædium appellatione omnes ædificii ſpecies continentur.*
10 *Ignis pœna vel alia, an contra incendiarios locum habeat?*
11 *De incendio quod in domibus vel hoſpitiis ſine dolo ſit, an dominus teneatur ſi domus erat aliena, vel de rebus alienis in domo combuſtis?*

1 Ultimo * loco ſupereſt de igne quarto elemento aliqua dicere: & de igne loquamur, qui apud nos eſt verus: quia variis ex cauſis fit, ideo eum percurramus. Et primo de igne familiari. Numquid ſit licitum facere ignem juxta parietem communem? dic aut per talem ignem torretur, ut damnificatur paries communis & non poteſt, *ut eſt caſus in l. quidam Hyberus, in princ. ff. de ſerv. ruſt. præd.* Aut non torretur vel non damnificatur, & poteſt, ut ibi à contrario ſenſu, *& arg. leg. fiſtulam §. fin. ff. eod. tit. & l. ſi ſervum ſervum, §. ſi furnum, ff. ad legem Aq.* & ex hoc not. plures concluſiones. Prima, quod non licet facere ignem juxta murum communem in quo non ſit caminus, ſi ex illo igne poſſet inferri damnum muro: vel quia eſt ſubtilis vel quia ſit ignis immoderatus: quod not. pro pauperculis, quæ ſæpè ignem faciunt propè murum, quia non habent caminum. Secunda concluſio, non licet facere caminum *a* in muro ſubtili, ſi flamma ignis nocere poſſit muro. Tertia concluſio, ſi eſt factus caminus in muro communi, & de voluntate vicini, non poteſt in eo fieri ignis talis qui vicino noceat, quod no. contra nobiles, & potentes, qui ſolent facere magnum ignem, ſi noceret, vel timeretur ne noceat vicino, *l. ſi ſervus ſervum, §. ſi furnum. ff. ad legem aquil.* Quarta concluſio ſi murus eſſet groſſiſſimus, tamen non licet ita magnum facere ignem, ut timeatur ne flamma aſcendat caminum, & inferat periculum vicino, *per d. §. ſi furnum* quod no. contra facientes nuptias. Quinta concluſio, ſi quis habet in parte ſuperiori domum, & alter in inferiori, non poteſt ſuperior facere ignem ita magnum, ut ſit dubitandum, ne ſolarium, ſuper quo ignis ponitur, accendatur, vel offendatur, *l. ſicuti, §. Ariſt. quod ibi nota. ff. ſi ſerv. vend.* quod ſimiliter no. contra facientes nuptias, quib. hoc evenire contingit, quando coquinam faciunt in ſolario. Sexta, & ult. concluſio, ſi in prædictis

b dictis caſibus timetur damnum, poteſt peti cautio damni infecti *b*, & ſi damnum datum eſt: quia paries ſit exuſtus, poteſt agi actione in factum, *d. l. ſerv. ſervum, §. ſi furnum. D. ad leg. Aquil.* & *prædictis adde quæ dixi ſuprà in 1. lib. tit. de fornace*, & *ti.. de balneo*, & *ſtuſa*.

2 Quid autem * ſi locavi tibi domum, & conveni in locatione, ut ignem in domo non haberes, & tamen ignem habuiſti, & fortuito caſu ortum eſt incendium, an tenearis? Dicas quod ſic: quia non debuiſti contra conventionem habere, & culpa præceſſit caſum, ideò teneris etiam de caſu, *ut eſt caſus not. l. videamus, §. 1. D. loca.* Sed ſi eſſet actum, ut ignem innocentem haberes, tunc non teneris de caſu fortuito, *ut ſuprà caſus eſt in d. §. 1.*

3 Quid * ſi inter locatorem & conductorem convenit, ne in domo fœnum aut palea ponerem, & conductor poſuit: deinde ſervus igne allato ſuccendit; Dic quod tenetur conductor ex locato, nec liberabitur dando ſervum pro noxa: quia ipſe conductor cauſam præbuit, inferendo aliquid contra conventionem, & ipſum idem ſi quilibet extraneus ignem injecerit eadem ratione, *ut eſt text. not. in d. l. videamus. §. fin. cum l. ſequen.* quam perpetuo tene menti: quia idem eſſet in aliis ſimilibus caſibus.

4 Quia ex iſto igne generantur fumi poteſt dubitari, an habens domum inferiorem poſſit facere tam grandem fumum, ut ſuperiori noceat, & *de hoc eſt text. in l. ſicuti. §. Ariſto.* & *§. final. D. ſi ſerv. vend. de quo dic ut dixi ſuprà in tit. de fumo.* Et quid ſi eſſet fumus, qui malum odorem redderet, & vicino noceret prohiberi poſſet ne talem fumum mitteret, *argum. eorum quæ dixi ſuprà in titulo præcedenti.*

5 Secundo * principaliter quæritur quid de igne fornacis, & furni, *dic ut habetur in l. ſi ſervus ſerv. §. ſi fornacarius*, & *§. furnum*, & *ibi gl.* & *Dd. D. ad legem Aquil.*

Tertio * quæritur quid de igne in ſtipulam ad paludem immiſſo? dic ſi quis immiſerit hujuſmodi ignem comburendi cauſà, & uberius evagetur, & progreſſus ignis alienam ſegetem, vineam, aut nemus, vel domum combuſſerit, requirendum eſt, an imperitia ejus, aut negligentia id acciderit: nam ſi die ventoſo, culpæ reus eſt; nam qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. In eodem crimine eſt, & qui non obſervavit, ne ignis longius procederet: at ſi omnia quæ oportuit, ſervavit, ſed ſubita vis venti longius ignem produxit caret culpa. *text. eſt no. in l. qui occidit. §. 1. D. ad leg. Aquil.* de quo dic ut ibi per gloſſ. & Dd. 6

Quarto * quæritur, quid de igne piſcatorum: dic piſcatores prohibentur ne nocte lumine oſtenſo fallant navigantes quaſi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naves, & qui in eis ſunt deducant, ſibique execrandam prædam darent. Et ſi aliter faciant, puniri debent, ac ſi ipſi raperent ea quæ navigio perempta eſſent, *ut eſt text. in l. ne piſcatores, D. de incen. ruin.* & *naufr.* 7

Quinto * quæritur de igne, qui aliquando dolo immittitur in ædes alienas, vel in acervum frumenti? dic ſi quis ædes, vel acervum frumenti juxta domum poſitum combuſſerit, vinctus verberatus, igni necari jubetur, ſi dolosè hoc commiſerit. Si vero caſu, id eſt negligentia, aut damnum resarcire jubetur, aut ſi minus idoneus ſit, levius caſtigabitur. 8

Et appellatione * ædium omnes ſpecies ædificii continentur, *ut eſt text. in l. qui ædes D. de incend. ruin.* & *naufr.* quæ locum habet etiam in eo qui combuſ- 9

combuſſit torcularia ſecundum Bart. qui dicit ita facto vidiſſe obſervari. Et idem tenet Florus, *in l. quis fumo* §. 1. *in fin. ff ad l. Aquil.* qui dixit idem eſſe in eo, qui combuſſit tentoria pannorum.

10 Sed numquid, iſta pœna ignis, vel alia contra incendiarios locum habeat de jure Canonico, *vide text. gl. & Dd. in c. magnæ extra, de ſenten. excommu. & c. fin. de ſepul. & c. ſi quis domum de inju. & damn. dato.* pro declaratione, *d. l. qui ædes.* vide Bart. *in l. 4. de offic. præfect. vigil. & Cyn.* Bald. & Salic. *in d. l. data opera, C. qui accuſ. non poſſ.* & Ange. de Are *in ſuo tr. maleſic. in gl. in verſ. incendiario in princ.*

11 Sexto, & ultimò quæritur de incendio c quod fit in domibus, vel hoſpitiis ſine dolo, an dominus teneatur ſi domus erat aliena, vel de rebus alienis in domino combuſtis, & etiam aliis caſibus: & quia iſta non eſt materia noſtra ſervit, ampla tamen, & profunda eſt; contentus ero ſolùm me remittere ad ſcribentes de ea; & ideò vide in primis text. & gloſſ. & Dd. *in l. ſi venditæ D. de periculo. & commodo rei venditæ,* & ibi plenè per Salic. & text. & Dd. *in l. 4. §. 1. D. de offic. præfect. vigi.* & text. & Dd. *in l. cum duobus, §. dam. D. pro ſoc. & l. in judicio C loca.* & Cy. & Bald, & Salic plenè, & Dd. *in d. l. data opera.* & per eundem Salic latè *in l. quæ fortuitu C. de pig. actio.* & Flor. *in l. ſi quis fum. §. 1. ad leg. Aqui.* & pleniſſimè per Ang. de Are *in tract. maleſi. in d. gl. in verſ. incendiario* & plenè, ac eleganter per ſolemnem Doctorem do. Petr. de Alas de Padua, *in diſputatione ſua quæ incipit. exorto incendio in una contrata. & vide etiam tex. in l. ex conducto. §. fin. & l. videamus, §. ſi D. loca. & in toto. D. de incen. rui. & naufr. & in l. eum C. de ſer. & per Cyn. l. ad comparandas, C. manda. & per Alb. de Roſ. in fiſtulas. §. ſi quis fund. D. de contrahen. empt & per. tex. & Dd. in c. ſi. extra. de ſepul. & c. tua nos. de ſenten excomm. & c. ſi quis domum, de injuriis, & damno dato, & 11. q. 2. cum devotiſſimam, & 21. q. ultim c. ſi quis membrorum. & c. peſſimam. & 24. q 3. c. quiſquis per domum ubi plenè de hac materia.*

ADDITIO.

a *Caminum.* Caminus in muro communi fieri non poteſt per ſocium altero invito, niſi murus ſit valde groſſus, Angel. Flor. Paul. de Caſt. *in l. quidam Hyberus.* & ibi vide Bart. *D. de ſervit. urb. præd.* & Petr. de Peruſ. *in tract. de ſociet. 6. parte 4. col in fin.* ſed ibi, & Bart. quod ſi fieret ſolum tubus camini ad portandum fumum, non ad ignem retinendum, poteſt fieri: quia murus non decoqueretur, & ceſſaret ratio deteriorationis.

b *Cautio dam.* Cautio de damno infecto præſtari debet etiam per divitem, ſecundùm Alex. contra Paul. de Caſt. *in l. 1. D. qui ſatiſd. cogan.*

c *De incendio.* Incendium non imputatur habitanti, qui ſit ſolitus eſſe vigil. & diligens, quia non præſumitur eſſe in culpa Bald. *in conſ. quidam Hiſtrus.* Alex. *in l. ſi quis. § fin. de edendo.* Et Bald. *in d. l. C. de poſt.* dicit, quod ſi frequenter eſt contingens, quia non ſit habita diligens cuſtodia, & tunc eſt culpa: ſi vero de rarò contingentibus, ut tunc caſus inſolitus non annumeretur culpæ.

Finis Tractatus Capollæ de Servitutibus tam urbanorum, quam ruſticorum prædiorum.

REPE.

REPETITIO
MARTINI LAUDENSIS

In l. Servitutes, ff. de Servitut.

SUMMARIA.

1 *Prædium ruſticum qua ratione diſtinguatur ab urbano?*
2 *Servitutum quædam cauſam continuam habent, quædam quaſi continuam, quædam vero diſcontinuam.*
3 *Uſusfructus an præſcribatur longo tempore?*
4 *Præſcriptionem longi temporis locum habere in his, pro quibus competit publiciana.*
5 *Præſcripto prædio, an cenſeatur præſcripta ſervitus ei cohærens?*
6 *Præſcripto caſtro, an præſcripta ſit juriſdictio ei cohærens?*
7 *Juriſdictionem potius comparari ſervituti perſonali uſusfructus quam ſervituti reali.*
8 *Servitus uſus, & habitationis non præſcribitur ſine titulo, quemadmodum nec uſusfructus.*
9 *Servitutes negativæ ex quo tempore præſcribi incipiant: & quid in aliis ſervitutibus?*
10 *Titulus allegatus, an probetur, aut præſumatur ex patientia longi temporis*, & n. 13?
Diviſionis titulus non præſumitur in diutina poſſeſſione rerum ſupra modum inæqualium.
12 *Servitus diſcontinua non quæritur ex longa patientia, & poſſeſſione, ſed neceſſe eſt allegare titulum.*
13 *Servitutis uſus proceſſerit, nec ne ex bona fide quomodo probetur?*
14 *Præſcriptio non inducitur per ſcientiam, & patientiam ejus qui, vi, clam, vel precario poſſidet.*
15 *Præſcriptio ſervitutis cujus patientiam requirat, an poſſeſſoris, an proprietarii, an vero utriuſque?*
16 *Præſcriptio rerum corporalium, in quo differat à præſcriptione incorporalium?*
17 *Servitutem non præſcribi ex ſola quaſi poſſeſſione civili, nec ex ſola quaſi poſſeſſione naturali.*
18 *Servitus, vel libertas quanto tempore præſcribatur contra Eccleſiam?*
19 *Libertas quanto tempore præſcribatur adverſus ſervitutem conſtitutam?*
20 *Libertatis adverſus ſervitutem præſcriptio, an requirat titulum?*
21 *Libertatis præſcriptio an poſſit procedere citra factum præſcribentis?*

22 Liber

Digitized by Google

22 *Libertatis præſcriptio adverſus ſervitutem, an exigat bonam fidem præſcribentis?*

23 *Libertatis præſcriptio, an requirat ſcientiam, & patientiam adverſarii?*

1 SErvitutes. Hæc * lex eſt clavis in materia ſer. & pro evidentia præmitto quod prædium ruſticorum cum ab urbano non loco, ſed genere, vel qualitate diſtat, *ut eſt text. & ibi gloſſ. in l. ſi prædium in princ. C. de præd. minor. & in l. urbana* 1. *de verb. ſignif.*

2 Secundo * præmitto, quod ſervitutum quædam habent cauſam continuam, ut ſervitus aquæ, quæ natura ſuâ continuò currit *l.* 2. *C. eod.* Quædam non habent cauſam quaſi continuam, ut ſtillicidium aptitudine non actu, *l. foramen infra tit.* 1. Quædam verò ſervitus habet cauſam diſcontinuam, quæ indiget facto hominis, ut ſervitus viæ, vel itineris, *ut probatur in hac lege noſtra.* Et ad hoc allegatur ſervitus habens cauſam diſcontinuam, non poteſt uſucapi. hoc tit. in pr.

3 Notatur * ex text. ibi, vel ideò, quod ſervitutes habentes cauſam diſcontinuam non poſſunt uſucapi, ſed elegans eſt articulus, numquid ſervitus uſusfructus præſcribatur longo temporè decem annorum inter præſentes, viginti inter abſentes. Quidam moderni repetentes tenent, quod non præſcribatur longo tempore: quinimò requiratur tantum tempus, cujus initii memoria non exiſtat: in contrarium moventur primo autoritate gloſſ. *in l. juſto, §. non mutat. infr. de uſuc.* Secundo moventur per tex. *in d. §. non mutat.* Tertio moventur per text, noſtrum in ratione ſui: quia in uſufr. requiritur factum hominis: & ſic habet cauſam diſcontinuam, ergo non acquiritur longo tempore. Vos tenere contrarium: quia ſic Dd. communiter tenent contrarium, maximè Bart. *in l. juſto, §. non mutat. præalleg.* Bald. & Ang. hic. Secundo movent per text. expreſſum, *in l. fin. C. de præſcr. longi temp. in fin.* Nec dixerit quis, quod finis illius text. referatur ad immediatè præcedentia ſcientiæ, vel ignorantiæ: quia imo infertur ad totam legem, *arg. l. ſi idem cum eod. §. fin. ſupra de juriſd. omn. jud.*

Tertio * moveor ratione: nam ea pro quibus competit publiciana, præſcribuntur longo tempore, *l. eum qui in pr. ſupr. de publ.* Sed pro uſufructu competit publiciana, *l. ſi ego, §.* 1. *ſup. de publ. igitur, &c.* Ultimo, quia ſequeretur abſurdum, quod eodem momento centum annorum acquireretur, & amitteretur uſusfructus, *l. an uſusfruct. de uſufruct.* cum per centum annos dicatur non extare memoria, ut pulchrè ſcripſit Cyn. *in l.* 1. *&* 2. *C. de ſervi. & aqua.* Nec obſt. *d. §. non mutat*, quia loquitur in uſucapione triennii, vel aliter, ibi Juriſconſultus dicit, quod ad uſucapionem proprietatis non ſequitur uſucapio uſusfructus. Non obſtat ult. argum. de lege noſtra; quia reſpondeo, quod illa diſtinctio, utrum ſervitus ſit continua, vel diſcontinua habet locum in ſervitute prædiali non autem perſonali, ut uſufructu. Rationem diverſitatis ponit Bart. *in d. §. non mutat:* quia prædium non habet animum, ſed perſona, cui debetur uſusfructus, habet animum retinendi. Quarto, quia uſufructuarius poſſidet rem naturaliter, *l.* 3. *§. unde vi. ff. de vi armat. l. natural. in pr. ff. de acq. vel amit. poſſ.* quæ ratio ceſſat in ſervitute prædiali. in gl. quæ incipit ibi: per ſe, non ut hic, contra hanc gloſſ. ultra Dd. allego text. *in leg. locum, § proprietarius, ff. de uſufruct.* 4

Nnn Secundo

5 Secundo + defendendo gloſſ. quam ſequuntur Dd. aut loquimur in ſervitute reali & tunc præſcripto dominio acquiritur etiam ſervitus cohærens prædio, *d. l. ſi alienam*, §. 1. *allegata in gl.* aut loquimur in ſervitute perſonali, putá uſufructu. & tunc licet præſcribatur proprietas, tamen non præſcribitur uſusfructus contra uſufructuarium, *d. §. proprietarius* ex quibus infero ad quæſtionem utilem.

6 Quidam + nobilis eſt dominus caſtri, & etiam habet juriſdictionem in eo caſtro, contingit quod tertius bona fide cum titulo poſſedit dictum caſtrum longo tempore, & ſic præſcripſit dominium caſtri numquid intelligatur etiam præſcripſiſſe, & acquiſiviſſe juriſdictionem, & videtur quod ſic: quia ad præſcriptionem dominii ſequitur acquiſitio ſervitutis realis, *d. l. ſi alienam*, §. 1.

7 In contrarium puto + veritatem: quia acquiſitio juriſdictionis non æquiparatur ſervituti reali: quin imò ſervituti perſonali uſusfructus: ut ſcribit Bart. *in d. l. juſto*, §. *non mutat. ff. de uſucap.* ſi ergo æquiparatur uſufructui, ad acquiſitionem, vel præſcriptionem proprietatis, non ſequitur acquiſitio juris ſeparati, *d. §. propriet.* ergo licet ille tertius præſcripſerit dominium non ſequitur quod in conſequentiam acquiſiverit juriſdictionem, maximè, quia in præſcribenda juriſdictione alia requiruntur, quàm in domino rei, ut poſt Dd. dixi hoc anno, *in leg. imperium. ff. de juriſd. omn. jud.* In ea gloſſ. ad fin. gl. benè loquitur. Gloſſa quæ incipit, ſi hæc ſecunda dividitur in quinque partes: nam in prima opponit, & ſolvit, in ſecunda ponit plenam diſtinctionem qualiter præſcribantur ſervitutes, in 3. format q. in 4. ſolvit aliam pulchram q. in 5. & ultima quærit, & ſe remitit, II. ibi, ut tamen planè ſcias, III. ibi. Sed quomodo IV. ibi, licet autem dixerit, V. ibi ecce qualiter. In ea ibi. *l. ſi quis diuturno.* not. gloſſ. quod in ſervitute continua, vel quaſi præſcribenda non requiritur titulus, ratio eſt: quia agitur de levi præjudicio, ſecus eſſet in uſufructo, qui æquiparatur dominio, *l. fin. circa fin. C. de præſcr. long. temp.* Et licet Anton. de Butr. *in repet. c. pervenit. de cenſib.* dicat + quod in ſervitute uſus, & 8
habitationis non requiratur titulus quoad præſcribendum, tamen veritas eſt in contrarium: quia quemadmodum in uſufructu requiritur titulus, ita in cæteris ſervitutibus perſonalibus uſus, & habitationis, requiritur titulus, *text. eſt in leg. fin. in fin. ibi. cætera ſervitutes, Cod. de præſcr. long. temp.* & eſt ratio: quia eiſdem modis conſtituitur uſus, & habitatio. prout uſusfructus, *l. 1. ff. de uſu. & habit.* & ſentit Bald. *in l. 1. ſi aquam. C. eod. in 1. colu.* dum dicit quod præſcribenda ſervitute perſonali requiritur titulus: ſecus autem in reali.

Et nota gloſſ. ibi, §. ductus, contra quam arguitur, quod imo requiratur prohibitio, *leg. qui luminibus, in gloſſ. ff. tit. prox. & l. fin. ff. quemad. ſervit. amit.*

Solutio: + aut loquimur in ſervitutibus negativis, putà altius non tollendi, & tunc nuſquam incipit poſſeſſio, neque præſcriptio, niſi facta prohibitione, ne altius tollas, & ideò ſi paulatim meum juxta aream tuam ſtaret per mille annos, non præſcriberem ſervitutem altius non tollendi, niſi prohibuiſſem tibi ne ædifices, iſta eſt gloſſ. ſignabilis *in dicta lege qui luminibus.* Aut loquimur in ſervitutibus affirmativis, 9

&

& tunc quædam ſunt quorum poſſeſſio inchoatur per viam facultatis, puta eundi per fundum tuum ad fundum meum, & tunc non acquiritur niſi 30. annis fuero, *l. 1. ff. de itin. actuque privat.* Quædam ſunt quorum poſſeſſio inchoatur per modum juris debiti; & tunc per primum actum requiritur quaſi poſſeſſio. *l. 1. §. ſed ſi iure ff. de aqua quot. & æſtiv.* Et hanc theoricam ponunt Doctor. maxime Cyn. & Bald. *in l. 1. C. eod. titul. In ea ibi §. ibi.* & eſt ratio, quia negatoria ſæpenumero naſcitur, ut plene declarat Bald. *in repetit. d. l. ſi aquam in 3. colum. In ea ibi leg. cum de in rem verſ.*

10 Articulus dubius apud majores noſtros eſt, utrum ex patientia longi temp. præſumatur & probetur titulus alleg. Petr. de Bellap. Cin. & Bald. *in l. ſi certis annis, C. de pact.* & Bald. & Ang. hic tenent, quod ex patientia longi temp. non probetur titulus allegatus neque præſumatur: moventur primo per totum tit. Codic. de præſcr. longi temp. ubi ex ſola poſſeſſione non tranſmittitur titulus ſecundo movetur per text. *hujus l.* nam ludibrio eſſet lex noſtra, quia facile eſſet unicuique allegare & probare longam patientiam: & ſic fieret fraus legi, contra *l. fraus, ſuprà de legi.* Ego vero teneo contrarium: & in judicio ita judicavi, motus in primis authoritate glo. noſtræ hic, quod imo ex longa patientia præſumatur titulus: Secundo moveor authoritate Bart. hic, *& in l. cum de in rem verſo ff. de uſufr.* Tertio authoritate Anton. de Butr. *in d. l. cum de in rem verſo.* ſingulariter dicit, quod licet ipſe teneat contra gl. tamen in judiciis non recederemus à gl. ita dicit ibi Jac. Butr. qui directo loquitur in terminis glo. noſtræ.

Rurſus moveor per text. *in d. l. cum de in rem verſo.* Nec obſtat ſolutio Cyn. & Bald. quod loquatur in præſtatione non patientis: quia, reſpondeo replicando quod patientia in corporalibus habetur pro præſtatione & traditione *l. 3. §. dare ſupr. de uſufruct. l. quoties, ff. hoc tit.* Item pro gloſſ. facit *l. ſi filius, Cod. de petit. hæred.* ubi ex longo tempore præſumitur [illegible] Nec obſtat reponſio Bald. quod ibi eſt patientia ad commodum patientis, qua reſpondeo quod imo poſſet eſſe ad incommodum, ſi hæreditas eſſet damnoſa. *Inſtitut. de author. tutor. §. ſed neque.* Ultimo moveor *per. l. penultim. conjuncta gloſſ. C. communi divid.* ubi præſumitur titulus diviſorius ex longa patientia. Nec eſt bona ſolutio Bal. quod ibi eſt permixtus vel mutuus actus: quia reſpondeo, quod imo illa eſt ratio, quia non agitur de magno præjudicio.

Hinc eſt, quod Bald. ſingulariter 11 dicit, *in d. l. penult.* quod ſi duo fratres poſſediſſent longo tempore hoc modo, quod unus poſſediſſet unum caſtrum valoris mille aureorum, & alius poſſediſſet aliud caſtrum valoris quingentorum aureorum non præſumeretur diviſio inter ipſos fratres propter magnam inæqualitatem, & magnum præjudicium, ſecus ſi eſſet pauca inæqualitas, puta unus frater longo tempore poſſediſſet caſtrum mille aureorum alius frater poſſediſſet aliud caſtrum valoris nongentorum aureorum, certè præſumeretur titulus diviſorius. Item addo aliam rationem quia agitur de parvo præjudicio in ſervitutibus, ut dixi in præcedentibus; ideo faciliter ex patientia longi temporis præſumitur titulus.

Non obſtat primum arg. quia loquitur in præſcriptione dominii, in

 quo

quo agitur de magno præjudicio : & iſta ſolutio evacuat omnia contraria.

Non obſtat ultimo de lege noſtra, quia ludibrio, &c. quia reſpondeo argumentum procedere, quando conſtaret de fraude, & ita limitabitis glo. noſtram hic per d. l. fraus.

Sed dubio loquitur gloſſ. noſtra, quia in dubio non præſumitur fraus, *l. quoties, paragr. qui dolum ff. de probat.* Præterea modi agendi & modus probandi diligenter debet attendi, *l. Lucius, D. de his qui not. infam. c. cum dilectus, de ordin. cogn. & Baldus in l. judicati, Codice ſi ex falſ. inſtrument.*

12 Et + ideo ſi vellet in ſervitute diſcontinua uti præſcriptione ex longa poſſeſſione & patientia adverſarii, non poſſet, *ut eſt caſus in l. noſtra*, quæ loquitur in ſervitute diſcontinua, ſed ſi non utatur præſcriptione, ſed allegat titulum, quem vult probare ex longa patientia adverſarii: tunc præſumitur titulus in ſervitute, ut dicit gloſſ. noſtra. Hic caveant ergo practicantes ne allegent præſcriptionem, quin imo allegent titulum, puta venditionem ſervitutis, quem titulum probent ex patientia longi temporis.

13 Ex quibus + omnibus concludite, quod ex patientia longi temporis in ſervitute tit. allegatus præſumitur, & probatur, & ideo malè loquitur hic Angel. qui dicit, Doctores tenere contra gloſſ. & not. quia millies habebis de facto.

14 Quæro qualiter + probabitur, quod uſus fuerit jure ſervitutis bona fide, *gl. in l. 1. paragr. 1. ff. de itin. actuque priv.* quæ ponit quod per juramentum communiter reprobatur, & Doctores maximè Cyn. & Bald. *in l. 1. Cod. eodem* & Bartol. *in d. l. 1. §.* & Angel. *in l. ſi qui diuturno, Digeſtis ſi ſervitus vendicetur*, in effectu concludunt, quod ſufficit aliquod probabile ex quo inducatur credulitas ſervitutis, & ſic error facti, puta quia teſtis deponit quod audivit dici ſervitutem ſibi debitam, vel quia ſit publica fama, *l. qui natura §. cum me abſentem, D. de neg. geſt.* Sed contra nanc theoricam Doctor. alleg. in examine Papienſi, ego arguebam hoc modo. Nam attenta hac doctrina Doct. ſequeretur, quod in præſcribenda ſervitute requiratur titulus contra, *l. ſi quis diuturno ff. ſi ſerv. vendi.* quoniam error facti habetur pro titul. *l. quod vulgo Digeſt. pro empt.* & Bartol. *in l. Celſus, ff. de uſucap.* ſed ſecundum Dd. in præſcribenda ſervitute requiritur error facti qui habetur pro titulo, *ut dixi cap.* reſpondi defendendo Doct. quod aut eſt error facti juſtiſſimus, & tunc habetur pro titulo, & ita procedit contrarium: quia error juſtiſſimus non requiritur in ſervitute præſcribenda. Aut non eſt error juſtiſſimus, ſed ſatis probabilis, & ille non habetur pro titulo, ſed cauſat bonam fidem, puta ſigna viæ, vel fama publica, *ut dixi ſuprà*, & ita tenet Bald. multum ſing. *in l. fin. Codice de edict. divi Adr. toll.* Et notate, quod ſi ego precario poſſideo ab uno, non poſſum præſcribere ſervitutem, etiam quoad aliud: ut eleganter dicit gloſſ. *in 2. lectur. in l. 1. Codice eodem.* Nec obſtat, *l. 1. in fin. Digeſtis uti poſſide.* quia loquitur quoad interdictum poſſeſſorium. Nos vero loquimur quoad præſcriptionem, & ita vult Bartol. *in dicta lege prima.* Et notate contra tyrannos occupantes civitates alienas, quod patientia eorum non inducit præſcriptionem juriſdictionis contra civitatem occupatam.

Et

15 Et ratio, quia ſcientia, & patientia illius qui vi, clam vel precario poſſid.t, non ſufficit ad præſcriptionem: ut eſt caſus ſecundum tertiam lecturam, *in d.l.* 1.*C,eod tit.* Et ibi Bart. quod not. ad declarationem hujus articuli.

16 Difficilis punctus eſt, cujus patientia requiratur in præſcribenda ſervitute, an patientia proprietarii tantum, an patientia poſſeſſoris tantum; in hoc articulo variant majores noſtri. Nam gl. *in l.* 1. *C. eod. in tertia lectura,* ſentit ſatis clare, quod requiratur ſcientia & patientia poſſeſſoris, ſed Cyn. ibi tenet, quod imo utriuſque patientia requiratur: Bartol, vero, *in d.l.* 1. *in deciſione*, videtur velle ſequi gl, ſed in ratione decidenti videtur ſentire, quod imo requiratur ſcientia & patientia proprietarii, ibi dum dicit, quia nullum jus habetur in re: ergo à contrario ſenſu ſi habueris jus in re, ut puta proprietarius ejus ſcientia & patientia requireretur. Bald. licet non alleget Bartol. *in d. l. diſtinguit* aut proprietarius penitus eſt privatus poſſeſſione, & tunc non requiritur ejus ſcientia & patientia: aut non eſt privatus poſſeſſione, & tunc requiritur ejus ſcientia & patientia. Vos in hoc articulo dicite hoc modo, aliquando quis eſt in poſſeſſione alicujus juris præſentandi, eligendi, & conferendi, & tunc requiritur ſcientia & patientia illius poſſeſſoris, *c. conſultationibus*, *de jure patron.* Et ita intelligitur Innoc. *in c. bonæ, el 2. de poſtulat. prælatorum.* Et ita comperio tenere Anton. de Burg. *in repetit. cap. fin. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Si vero in poſſeſſione rei corporalis, ſicut dominus vel quaſi dominus non eſt dubium, quod requiritur ejus patientia, poſtquam eſt dominus vel quaſi & poſſeſſor ſecundum omnes Doctores, aut eſt dominus vel quaſi dominus, ſed non eſt poſſeſſor rei ſuæ, & in hoc eſt tota difficultas Doctor, quo caſu puto quod requiratur ſcientia & patientia tam domini: quàm etiam poſſeſſoris, ad hoc, ut præſcribat ſervitutem tam contra dominum, quàm contra poſſeſſorem: moveor in primis authoritate Innocent. *in c.* 2. *in gloſſ. magna de in integrum reſtitut.* ubi dicit, quod requiritur ſcientia & patientia omnium quorum intereſt, ergo tam poſſeſſoris, quàm domini quorum intereſt. Et iſto modo intelligo gloſſ. *in dicta, prima, Codice de ſervitutibus.* Et eſt ratio, quia ſi requiritur patientia in quaſi domino cui competit publiciana, *ut eſt caſus in l. ſi ego* §. 1. *ff. de publicia.* quinto magis requiritur ſcientia & patientia veri domini, qui plus juris habet quàm quaſi dominus, *l. penultim. & final. ff. de publicia.* Et facit quod notavit Anton. de Butrig. *in d. cap. fin. in repetitio.* & hoc modò videtur Bartol. in ratione decidendi, *in dicta l.* 1. intelligere hanc materiam, *ut allegavit ſuprà Bartol.*

Rurſus facite has concluſiones, 17 in juribus incorporalibus requiritur duplex quaſi poſſeſſio, una quaſi civilis, alia quaſi naturalis, ſecundum Bald: *in repet. l. ſi aquam. C. eodem.* Secunda concluſio, differentia eſt inter præſcriptionem corporalium & incorporalium: quia ex ſola civili in rebus corporalibus acquiritur dominium, ſecundum Dyn. *in cap. de poſſeſſione de regul. jur. lib.* 6. ſed in præſcriptione jurium incorporalium non ſufficit ſola quaſi civilis. Ratio diverſitatis ſecundum Jacob. Butrig. *in* §. *æque*, *Inſtitut. de actio.* quia in rebus corporalibus eſt vera traditio, *l. traditionibus*, *C. de pact.* ſed in incorporalibus

 non

non eſt vera traditio: & ideo eſt debilis talis quaſi poſſeſſio civilis, & requirit conjunctionem quaſi naturalis poſſeſſionis, *l. ſervum. §. incorporales. ff. de acquiren. rerum domi.* Item quia introductum eſt unum pro ſervitutibus, ut præſcribantur ſine titulo, *l. ſi quis diuturno ff. ſi ſerv. vend.* ideo aliud introducitur contra, quod requiratur etiam quaſi naturalis poſſeſſio argu. *l. eum qui ff. de jurejur.* Nam in ſervitutibus præſcribendis debemus conſiderare patientiam domini, quæ cauſat commoditatem uſumque ſervitutis: qui uſus ſervitutis inducit quaſi naturalem poſſeſſionem: ut probatur in text. noſtro ibi: *certam continuamque poſſeſſionem* & ibi, *nemo enim tam perpetuo & l. quoties, ff eod.* Et eſt animus qui cauſat eam quaſi civilem poſſeſſionem, *l. 1. C. eod. tit.* & ideo quaſi poſſeſſio in juribus incorporalibus, id eſt; in ſervitutibus prædialibus non dicitur continua, niſi uſus ſit continuus; quia fundus non habet animum: ut plene declarat Bart. *in l. juſto. §. non mutat. ff. de uſucap.*

18 Ex + quibus infero contra Bart. *in l. 1. in pr. ff de acquir. poſſeſſ.* quod ex ſola quaſi civili ſervitus prædialis non acquiritur; neque etiam ex quaſi naturali ſola contra Bald. *in l. C. eod.* ſecundum Jaco. Butrig. *in d. §. aqua.* qui dicit, quod iſta eſt veritas, licet diſputando poſſet dici contrarium.

Ex prædictis do unam concluſionem, quod licet dominium acquiratur ex civili poſſeſſione ſola, tamen in ſervitutibus prædialibus requiritur quaſi naturalis poſſeſſio, juncta cum quadam civili. *arg. legis noſtræ*, quæ ponderat uſum, & ſic quaſi naturalem poſſeſſionem.

19 Quæro + an in præſcribenda ſervitute vel libertate in rebus Eccleſiæ contra ipſam Eccleſiam ſufficiat tempus 10. annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes? Reſpondi quod non, imo requiruntur 30. anni ſecundum Dd, maxime Hoſtien. & Joan. Andr. *in c. de quarta præſcrip.* ſuam deciſionem notabitis ad limitationem *l. ſi quis diuturno ff. ſi ſerv. vend.* & ad limitata, *l. ſicut C. de ſerv.*

Diximus + in præcedentibus qualiter ſervitus præſcribatur: reſtat nunc examinare, qualiter præſcribatur libertas contra ſervitutem conſtitutam. Quæro igitur primo quantum tempus requiratur ad præſcribendam libertatem contra ſervitutem conſtitutam? Reſpondi per concluſiones, quarum prima ſit, Ubi ſervitus habet uſum continuum vel interpolatum per dies & horas ſufficiunt inter præſentes 10. anni, inter abſentes 20. *l. ſicut, cum l. ſeq. C. de ſerv. & aqua.* Secunda concluſio, Ubi ſervitus habet uſum interpolatum per ſeptimanas, vel menſes, vel annos, inter abſentes requiritur tempus duplicatum & ſic requiruntur 20. anni *l. ſi ſic. ff. quemad. ſerv. amit.* Tertia concluſio, Ubi ſervitus habet uſum interpolatum ſive continuum, ſive ſit interpolatus per horas, vel per dies, vel per hebdomadas, vel per menſes vel annos ſufficiunt 20. anni inter abſentes, nec fit duplicatio temporis, iſta eſt communiter approbata, *in d. l. ſicut.* 20

Secundo quæro + an in præſcribenda libertate requiratur titulus? Reſpondi quod non; quemadmodum nec in præſcribenda ſervitute, *d. l. ſi quis diuturn. & Anton. in d. c. pervenit, in repetit.* 21

Tertius + articulus, eſt an requiratur factum præſcribentis libertatem, reſpondi breviter, quod in ſervitutibus urbanorum prædiorum requiritur factum hominis, ſecus in ſervitute 22

ruſticorum

ruſticorum prædiorum, *ut habetur text. & ibi exempla in l. hæc autem jura infra tit. prox.* & ibi ponit Bartol. rationem diverſitatis.

23 Quartus articulus, + an requiratur bona fides in præſcribenda libertate contra ſervitutes? *gloſſ. in d. l. ſi ſic vult,* quod ubi requiritur factum hominis in præſcribenda libertate contra ſervitutem requiratur factum hominis. Ex quo dicunt Bart. & Angel. *in d. l. hæc autem jura*, quod etiam de jure Canonico, qui eſt in mala fide, præſcribit, quando præſcriptio, eſt ex ſola negligentia. Sed vos tenebitis contrarium: quod ipſemet Bartol. *in l. ſequitur, §. ſi viam. ff. de uſucap.* dubitavit, & ſe ſubmiſit deciſioni Eccleſiæ Romanæ, & Angel *in d. §. ſi viam.* & ſcribentes ibi tenent contrarium: quod imo bona fides requiratur, & idem tenet Bald. *in l. 1. C. de ſerv & aqua.* idem tenet dominus Anton. de Butrig. *in repet. l. a. perveni.* Et ego moveor ratione, quæ eſt ratio, quod ille, qui eſt in mala fide de jure Canonico non præſcribit. Reſpond. quia omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, *ut dicit text. in d. c. fin. de præſcript.* ſed hæc ratio habet locum, quando ex ſola negligentia currit præſcriptio ſine poſſeſſione, Hoc amplius ego dico, quod etiam in foro Cæſaris eſt tuendum jus Canonicum, ut exiſtens in mala fide non præſcribat, quia ſtandum eſt juri Canonico, cùm agatur de peccato: ſecundùm Joan. Andr. de Anton, de Butrig. *in d. c. fin.* & ita ſæpenumero conſului cum pluribus Dd, & ita vidi practicari Papiæ.

Ultimo + quæro, numquid ſicut in ſervitute præſcribenda requiritur ſcientia, & patientia adverſarii, *l. 2. C. eod. & dixi infra.* ita in præſcribenda libertate requiratur ſcientia, & patientia adverſarii? Reſpond. quod non, iſta eſt communiter aprobata, *in d. l. ſi ſic, ff. quemadmod. ſervit. amitt.* Sed attendite ad unum peregrinum dictum, quod licet non requiritur ſcientia, & patientia adverſarii quoad præſcribendam libertatem: tamen ex clauſula generali, ſi qua mihi, &c. *de qua in l. 1. fin. ff. ex quibus cauſ. major.* propter juſtam ignorantiam dabitur in integrum reſtitutio contra præſcriptionem libertatis, *l. & Attilicinus, ff. de ſervit. ruſt. præd.* & *eſt gloſſ. aurea, in d. l. ſi ſic.* quam gloſſ. not. quia Bartol. *in d. l. 1. circa medium, ff. de itin. actuque privat.* dubitavit. Sed ego publicè diſputando Papiæ defenſavi gloſſ. *in d. l. ſi ſic.* ſed allegabatur mihi unum fortiſſimum contrarium, *de l. fin. C. de præſcript. long. tempor.* ubi non attenditur ignorantia, vel ſcientia, ſed reſpondebam, quod quoad præſcriptionem formandam non attenditur ſcientia, vel ignorantia, *d. l.* ſed benè datur in integrum reſtitutio ex juſta cauſa ignorantiæ: *per text. in ratione jui in d. l. 1. in fi. ff. ex quibus cauſis majores.* 24

JOAN-

JOANNIS SUPERIORIS
IN SINGULAS LEGES QUÆ SUNT
SUB TITULO
DE SERVITUTIBUS,
Commentarii ſuccenturiati.

MATHÆO PACO, ET CLAUDIO REGINO, illuſtriſſimi, auguſtiſſimique Principis Vindocinorum Ducis anteceſſoribus primariis, Joannes Superior S.

D*EDICATIONIS bujus meæ cauſæ ſi ſcriberem, id ita facere magis viderer, quia mos eſt ita ſcribendi, quam quod ita neceſſe ſit. Vobis enim dico quibus non dicare non licet, & ſi liceat, non debeam tamen. Nam cùm in hac provincia, & ut aliis multis veſtris auſpiciis gerantur omnia, & benè gerantur: meritò vobis debemus omnes teſtimonium obſervantiæ in vos noſtræ. Quamquam eam, non perinde, ut re ipſa eſt, ex cujuſquam ſcriptis perſpicere poteſtis. Hoc meum licet obſcuriſſimi eſt hominis, ex eo tamen ſpem facit non ingratum futurum, quod tametſi non ſuccedit, conor tamen in re magna exhibere. Nihil eſt enim, aut majus, aut ſanctius, quàm leges: ſi modo nobis Deus optimus maximus ratione nihil majus dedit: ſunt enim illæ quæ à naturali lege profectæ, & progreſſæ longius ab iis quorum ex prima intelligentia genera nota ſunt, rationem perficiunt. Earum ſtudio cùm me ab hinc decennium dediſſem, penè puer, multis poſt annis cùm aliud per ætatem non poſſem, tantùm admiratus ſum earum dignitatem ac ſplendorem: & ex eo id unum conſequutus, ut in nulla re meliùs operam collocari putarem. Ubi cœpit melius informari animus, & dijudicare magis perfectè: quo magis profeci in cognoſcendis, eo majore ſtudio incubui. Et jam audacior factus, ſemel atque iterùm in celebri corona de jure publicè reſpondendo rudimentum poſui, Toloſæ primum, deinde Burdegalæ, ubi forenſi uſui initiatus, poſtremo in hanc urbem commigro. In qua, novus homo, & advena lucubravi hos breves commentarios, quos vobis do, dico, & addico, non tam fidens operi, pleniores enim extare ſcio, quàm ut intelligatis, etiam in his extremis Galliæ oris, Illuſtriſſimo, Auguſtiſſimòque Principi Vindocinorum Duci parere provinciales, qui tametſi non poſſint plurimum, velint tamen plurimùm Reipublicæ prodeſſe. Valete. Lectoræ Non. Maji.*

P. GARROS.

I. SUPERIORI, S.

VIDE Superior, amice optime, quanta ſit inter nos ſympathia & conſenſio. Nemo tua damnare poteſt, quin de meo judicio detrahat: nemo tibi quicquam tribuit, cujus pars in me non aliquantula redundet. Aiunt te in liberis bene à pueritia inſtitutum. Tute ſcis nos prope æquales iiſdem ſtudiis, ab iiſdem præceptoribus, ſub eodem tecto imbutos fuiſſe: cum tu ab initio æmulus mihi eſſes, paulo vero poſtea & nomine & re ipſa ſuperior. Aiunt te nobilem cauſarum patronum. Id negare nemo tunc poteſt quod omnes vident, at ego longe antea id proſpexeram & prædixeram. Aiunt te magna omnium commmendatione dignum. Ego in te laudando nunquam diminutus fui. Aiunt te ornamentum eſſe civitatis noſtræ. Bene quidem, nam & hoc reſpublic. ſi loqui poſſet, clara voce profiteatur, & mihi gratias agat, quod tibi ut civis noſter eſſes, autor, & princeps extiti. Hæc cum ita ſint, quid mihi gratius accedere potuit, quàm quod ad ingentes laudes tuas hunc de ſervitutibus tractatum tanquam magnum aliquem cumulum adjeciſti? Nam, vere dicam multos audivi cauſas bene perorare: at bene jus interpretari hæc egregia laus eſt, neque tibi cum multis communis. Unum eſt, cujus Lectorem admonitum velim, ne id faciat quod plerique librorum helluones, qui novos libros arripiunt, legunt, abjiciunt: ſeque ſatis vidiſſe putant, quod modo per tranſennam aſpexerint. Ejuſmodi homines liber hic tuus in quo adſtrictum & expreſſum genus ſcribendi es ſequutus, ſine fruge dimittet. Niſi forte tales ſint, ut eis vel natura indulſerit, vel excellens doctrina, uſque diuturnus pepererit iſtam percipiendi celeritatem. Atqui bene tua legerit, meſſem fructuoſiſſimam collegerit. Vale Lectorae.

SUMMARIA.

Quæ cura fuerit majorum circa prædia urbana, tum etiam ruſtica?

2 *Servitutum nomine quæ tacite ſecuta ſunt venditum fundum, ob evictionem fundum non teneri.*

3 *Aquiliter quam hactenus explicata l. quod ad ſervitutes, Digeſtis de evict.*

4 *Quo ſenſu reſponſum ſit, ſerv. nec in bonis, nec extra bona eſſe?*

5 *Quomodo excipiendum ſit* Pauli *reſponſum in l.* 1. *Digeſtis de ſerv. lega.*

6 *A Bartolo ſcripta ſervitutis definitio, aſſerta à neotericorum calumniis.*

7 *Si quis ex prædiis ſuis præſtare aliquot arundinis millia juſſerit, & quæcumque ſunt ei facultati ſimilia, qualia ſint?*

8 *Tres, trium capitum interpretatione l. fin. ff. quor. bon. l.* 1. *§. permittitur. ff. de aqua quot. & æſti. & l. Mela, §. quidam*

dam libertis, *ff. de alim. & cib. l.* 9. 10.

PROEMIUM.

MArcus Terentius Varro, in libris quos de agricultura ſcripſit, deridet ſcriptores nonnullos, qui inſtituto de argricultura tractatu, de lapidicinis, figlinis, arenariis, copioſe ſcriberent: illa enim tametſi in fructu ſint, nihilo tamen magis agriculturæ partes eſſe: atque nominatim Marcum Catonem notat, qui & ipſe de agricultura ſcripturus, tradiderit quemadmodum placentam facere oporteat, quo pacto librum, qua ratione pernas ſalire, quæ ad agriculturam non pertinent: cum de ea tractanti nihil ſit aliud propoſitum, quàm quæ ſint in quoquo agro ſerunda & faciunda. Multo juſtius nos de multis noſtræ ætatis ſcriptoribus queremur, de quibus illud vere dicatur.

Inceptis gravibus plerumque & magna profeſſis,
Purpureus late qui ſplendeat, unus & alter,
Aſſuitur pannus: cum lucus, & ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur arcus.
Sed nunc non erat hic locus.

Ingreſſi enim ſermonem de hac, aut illa re, tam varia congerunt, adſtruunt, & miſcent: ut videantur cum Gorgia illo audaciſſimo ſophiſta, de rebus ſimul omnibus dicturi. Inſigniter vero peccatur ad eum modum à neotericis in hoc de ſervitutibus tractatu, cujus ſalebras, & aſperitates, quæ multæ & magnæ ſunt, eum inſtituerunt, explanare: ita rem de re deducunt, ut ſæpe neſcias quid præcipue quæratur: nunc verborum ſignificationes anxie examinantes, nunc alios etiam tractatus juris arrepta, vel ex una vocula occaſione incondite affluentes, nunc menſurarum rationes ex vetere quodam ſcriptore tranſcribentes quaſi de exemplari, & hujuſmodi *parergois* multis, credo ne parum ſciſſe videantur, eorum me *vattologiam* inſcitam quamvis ut illis videtur popularem & plauſibilem, nemo ſpero dicet affectaſſe, tam erit hic noſter tractatus *aito ſcetios*, & ſine apparatu ullo.

Magnum ſtudium & diligentiam adhibuerunt veteres * ad urbanorum prædiorum conſtitutionem, ſitum, modum, & ſtatum diſponendum, & ad urbium decorandum aſpectum. Hinc illa, ſi quis murum ad alienum prædium ædificet, pedem derelinquat ſi domum duos pedes ſi ſepulchrum condere, aut ſcrobem fodere velit, quantum profunditatis habuerit tantum ſpatii relinquito: at vero oleam aut ficum, ab alieno ad novem pedes plantato, *l. ſi fin. reg. ff.* Statum ac formam antiquorum ædificiorum cuſtodiri debere. *l. luminib. de ſerv. urb ff.* & ædificare non liceret, niſi intermiſſo legitimo ſpatio à vicina inſula. *l. Imper. cod.* Ut demolitus domum negotiandi cauſa, quo plus ſibi acquiratur, quia ſic deformetur civitas ruinis, quique ſic emit ſinguli pretium quo domus diſtracta eſt præſtent, *l. pu. de dam. infect. ff.* in publico ſi quis ædificaverit, ne cogatur tollere: ſed pro ſolo pendatur vectigal. *l. 2. §. quis nomine, ne quid in loco publ. ff.* Atque hujuſmodi quorum exempla multa habemus in conſtitutione, quæ eſt ex libro Papinia. *de offic. ædilium, ſub titulo de via publ. & it in. pub. refici. ff.* Nec minore cura caverunt circa ruſtica: nam ad eorum cultum excitantes quemque, virum bonum cum laudabant, ita laudabant

bant bonum agricolam, bonumque colonum. Et quo magis benè quiſque coleret proditum eſt, in dividundis agris bina tantùm cuique fuiſſe aſſignata agri jugera, neque cuiquam majorem modum attributum. Elaborandum eſt ergo nobis in utriſque eò diligentiùs, pretii enim, & ædium;& fundorum bona pars, ſunt prædiorum jura quæ ſerv. appellantur: adeo,ut qui liberum prædium vendiderit, id optimum maximumque eſſe vendidiſſe dicatur, *l.qui uti optimæ. de ver.& verb. ſign. ff.* decedere enim multùm de pretio impoſita ſervitute, & fundorum jus longè deterius fieri.

2 Quod * contrarium ei non eſt, quod de ſervitute quæ tacite ſecuta eſt venditum fundum reſponſum eſt, ejus nomine ob evictionem venditorem teneri non poſſe, *l. quod ad ſervitutes, de evict. ff.* non enim id eo dictum eſt, quaſi non minuatur jus fundi impoſita ſervitute, aut abeſſe emptori nihil intelligatur evicta ſervitute, cum ſit reſponſum, quoties de ſervitute agitur, victum tantum præſtare debere quanto minoris emiſſet emptor, ſi ſciviſſet ſervitutem impoſitam, *l.quoties de ædil. ff.* Neque ſic accipiendum eſt, ut non detur quidem evictione actio, ſed exempto quanto minoris: quod plerique exiſtimaverunt, quemadmodum cum ſic recipit venditor qui ſciret ſervitutem deberi, *Itinera actus, quib. ſunt ut ita ſint*, evictionis quidem nomine ſe liberat, ſed quia decipit emptorem; empti judicio tenetur, *l. qui libertatis, §. ſed etſi quis, de evict. ff.* illa enim verba, *Nec enim evictionis nomine quenquam in eo jure teneri, quod tacite ſoleas accedere*, Non modo denegant emptori actionem de evictione, ſed & exempto quanto minoris & redhibitoriam, & ſi qua alia ei ſuccurri ſolet. In quo conturbari non debemus cum videatur iniquum non ſuccurri emptori, qui ſi ſciviſſet ſervitutem impoſitam, aut non emiſſet, aut certe minoris emiſſet, illa enim verba,

Si tacitè ſecutæ ſunt, ita * ſunt accipienda, ut ea ſervitus quæ vendicaretur ab alio, nec conſtituta, nec præſtita à venditore unquam fuerit: ſed debita ignorante eo. Quod ſi tum quoque cum ignoravit emptor ſervitutem deberi, & merito liberum credidit, quem longo tempore liberum poſſedit nihilominus poſt venditionem vendicata ſervitute actionem ex empto quanto minoris, aut aliam adverſus eum recte dari putes, cum non niſi empto actio detur etiam ſi ſcivit venditor ſervitutem deberi, & in ea celanda improbata more verſatus eſt, *l. 1. in fin. de action. empt. ff.* an non injurium erit adverſus ignorantem venditorem eam actionem dari, quæ adverſus venditorem dari ſolet qui callide fallere voluit, atque per fraudem, & impoſturam decipere emptorem, ut ſit & bonæ fidei venditoris, & doloſi eadem conditio; æquitati igitur erit magis conſentaneum, ut in ea ſpecie evicta ſervitute nulla detur adverſus venditorem actio, ſatiſque ſit, dum non uti optimus maximuſque fundus venierit, ſi qualis ſit fundus talis præſtetur à bonæ fidei venditore, *l. cum venderes, de contrab. ven. ff.* Illud vero quod reſponſum vulgo traditur, jura prædiorum nec in bonis, nec extra bona eſſe, *l. 1. de uſufr. leg. ff.* quam interpretationem recipiat videamus. 3

Ait Juriſconſultus, *Nec uſus, nec uſusfruct. itineris, actus viæ, aquæve ductus, legari poteſt: quia ſervit. ſerv. eſſe non poteſt nec erit utile legatum ex Senatuſconſulto quo cavetur, ut omnium quæ in bonis ſunt uſufruct. legari poſſit. quia id, neque ex bonis, nec extra bona ſit.*

Ooo 2 Quid?

Quid? nonne, & ad vendicandas ſervitutes, & ad tuendam libertatem actiones proditæ ſunt confeſſoria, & negatoria: confeſſoria, ei qui ſibi ſervitutem competere contendit: negatoria, omninò qui negat: & tam in bonis noſtris intelligimus habere: cùm poſſidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandam eam actionem habemus, *l. rem in bonis de acquir. rer. dom. ff.* An non viæ itineris, actus aquæductus, pignoris conventio recepta eſt, *leg. ſed an viæ, de pign. ff.* Cùm creditoris jus hypothecæ perſequenti probandum ſit, cum conveniebat, rem in bonis debitoris fuiſſe, *l. & quæ nondum, §. quod dicitur eodem.* Num & actione Pauliana revocantur ſervitutes per fraudem non utendo amiſſæ, *vel ei, l. in fraudem quæ in fraud. cred. ff.* tametſi id edictum ad eos tantùm pertineat, qui patrimonium ſuum malo conſilio diminuunt, *l. qui autem quæ in fraud. cred. ff.* An non jura prædiorum à fundo ſeparata, nec menſura, nec temporibus diviſa in arbitrium familiæ herciſcundæ veniunt, *l. arbor. §. fin. communi dividi. ff.* quam nos ſuo loco interpretabimur? An non denique ea jura rectè quiſque appellat, *l. ex meo de ſerv. ruſt. ff.*

4 Non * inſectabor hoc loco judicium cujuſquam, neque cujuſquam nomen traducam, ſed quidlibet audendi ſit omnibus æqua poteſtas: is inter cæteros minus aberravit, qui non eſſe ſervitutes extra bona noſtra credidit, quia eum qui ſervitute non conſtituta, uti velit jure prohibeamus: non eſſe autem in bonis, quia ſervitus cùm ſit habitus, & fundi qualitas quædam, nulla ſit pars bonorum noſtrorum. Ego nuſquam legi reſponſum, ſervitutes neque in bonis, nec extra bona eſſe: Id enim quod neque in bonis, nec extra bona eſſe tradidit Paulus *leg. 1. de uſu, & uſufruct. leg.* procul dubio ad conſtitutas ſervitutes non refertur; non enim de eo dictum eſt, qui debitæ ſibi ſervitutis uſum, vel uſumfructum legaſſet, legatum enim tale fieret inutiliter, ſi enim per prædium tuum aquam ducere poſſum, ex ea aqua hauſtum alii cedere non poſſum, niſi id mihi per te liceat, *l. cum eſſet, §. per plurium de ſervit. ruſtic. ff. leg. in concedendo. de aqua pluv. arcend.* Porrò nec ſervitutis ullus uſusfructus intelligi poteſt cùm vix ſit, ut ſervitutis fructus ullus æſtimari poſſit, niſi quis commodum in fructibus numeret, quod quis habiturus eſt, ſi uti ſervitute non prohibeatur, *l. videamus, §. fin. de uſur. ff.* & in tractatu ſervitutum id fructuum nomine computetur, quod interſit agentis ſervitutem non prohiberi, *l. loci corpus. §. in confeſſoriam ſi ſerv. vend. ff.* quemadmodum etiam, in petitionem hereditatis ſervitutes non veniunt, quia nihil eſt quod eo nomine poſſit reſtitui, *l. non tantum §. fin. de petit. hæred. ff.*

5 Verum * illud Pauli reſponſum de eo intelligi debet, qui cùm haberet fundum liberum, legato vicini fundo domino uſu itineris, viæ vel actus, fundi ſui jus minuere voluit impoſita ſervitute: eam enim ſervitutem cujus uſum relinqueret, nec in bonis ſuis eſſe, nec extra bona, quia res ſua nemini ſervit. *l. in communi. de ſer. urbanor. ff.* Atque ideo reſponſum eſt, eum qui plenam proprietatem habet jus utendi, quod ſeparatum ſit non habere, *leg. uti frui. ſi uſusfruct. petat. ff.* Sic multa alia dicuntur nec in bonis, nec extra bona eſſe, ſed medio quodam genere, ex bonis eſſe: qui enim tibi commodatam, aut depoſitam apud te rem rapuit, quanquam hujuſmodi

modi non ſint in bonis, nec extra bona, qui tamen ex bonis ſunt, ut interſit tua eas res non auferri, competit tibi ad eas recuperandas vi bonorum raptorum actio, *§. ſanè in hac actione de vi bonor. rapt. Inſtit.* Sunt ergo in bonis ſervitutes, cùm ſint in bonis non ſolùm quæ domini noſtri ſunt, ſed quæ à nobis bona fide poſſidentur, & ſi qui eſt in actionibus, & perſecutionibus, *leg. bonorum appellatio de ver. & rer. ſignific. ff.* Sed ea prædiorum jura, quæ & qualia ſint explicemus. Magna oritur hîc turba inter interpretes, prodigiosè invicem, neſcio, an per ambitionem diſſentiens, dum hic ſervitutem appellat onus prædio debitum, ille accidentalem habitudinem prædii, alius habitum prædii, alius jus prædio inhærens, res novas ſemper molientes nimiùm accurato, vel potiùs moroſo nimiùm, & curioſo ingenio: mihi poſuiſſe definitionem Bartoli ſufficiet, & eam liberaſſe ab impetigine recenti, nam quo alio nomine Ariſtarchorum iſtorum animadverſiones appellam?

6 Sic * igitur Bartolus. Servitus eſt jus quoddam prædio inhærens, ipſius utilitatem reſpiciens, & alterius prædii jus ſeu libertatem diminuens, quam ille multis illuſtrat juris civilis locis, quos hic recognoſcere & tranſcribere, quod alii ſolent, quid aliud eſſet, quàm Penelopes telam retexere? Venio ad ingratos, contentioſos, & contumelioſos iſtos Neotericos, qui tam avidè criminantur, & reprehendunt. Hæc inquiunt, Bartol. definitio facilè everti poteſt: nam ſi lex agro dicta non ſit, agri natura ſervanda eſt, ut ſemper inferior ſuperiori ſerviat, *l. 1. §. final. de aqua pluv. arcen. ff.* Hæc loci incommoditas prædii ſuperioris utilitatem reſpicit, & inferioris utilitatem minuit, ſervitus tamen non eſt, *l. 1. fin. de aqua pluv. arcend.* Mirum eſt, acutos homines tam inepta reprehenſione non pudefactos, arguti enim cum ſint cogitare debuerunt in arduis, & declivibus locis, omnem pinguedinem terræ ex fundo ſuperiori ad inferiorem decurrere, ut ſic, agri ſuperiori declivis ſitus magis ſit ei incommodus, quàm commodus, *l. 1. §. final. de aqua pluv. arcend. ff.* Deinde ut plurimùm prodeſſe inferioris fundi domino derivatam ex ſuperiore aquam ad irrigandum, *l. 1. §. idem aiunt aquam plu. 11. de aqua plu. arcend. ff.* ut ſic intelligi non poſſit uter alteri ſerviat, utrius ſitus utilior, ſed illud quod dicunt eam incommoditatem agri inferioris illis utilitatem minuere, prorſus caret judicio: nam id ſi eſt una quoque augetur ſuperioris fundi utilitas, *l. de pupillo, §. Sextus 9. de novi ope. nunc ff.* atqui minuitur, pinguedine cum aqua deorſum decurrente: verum quomodo imminutum poterit dici jus fundi, quod nunquam majus, aut auctum, quod nunquam minus fuit? Ideoque prædia quæ in ſuo naturali habitu poſſidemus, omnia libera appellamus etiam ea, quorum conditio deterior fiat facto aliquo: nam tametſi ædes tuas tollendo obſcures meas, nihilo tamen magis ſervire dicuntur meæ, *l. cum eo de ſerv. urban. prædior.* Unde etiam fit, ut ſervitutis cauſam Juriſconſultus appellet impoſititiam, *l. de pupillo, §. Sextus 9. de nov. ope. nunc* Veriùs ergo dicemus cum Juriſconſulto in clivis magis agri naturam, quam aquam nocere *l. 1. §. huic etiam ii ud. ff. de aqua pluv. arcend.* Ut prædia illa clivoſa propter ſoli vitium quaſi ſervire dicantur, *leg. 1. §. final de aqua pluv. arcend.* Digeſtis, quemadmodum ita ſervire dicuntur, quibus ſervitus

imponi nulla poſſit, quod de locis publicis reſponſum eſt: quæ tametſi ſerviant nemini, ſervire tamen dicuntur privato cuique, jure ſcilicet civitatis: ut intelligamus ſervitutis appellationem ſimplicem non eſſe *l.* 2. §. *hoc interdictum prohibitorium, ne quid in loco public. ff. progrediamur.* Servitus inquit Bartolus, eſt jus prædio inhærens. Contra vitiligatores, non inhærere prædio quia aquæductus tametſi ſervitus eſt, non ſemper prædiis inhæret, *leg.* 1. §. *præterea Labeo. de aqua quotid. & æſtiv. ff. Præterea Labeo ſcribit, et ſi quidem ductus aquarum non ſunt fundi, quia quocunque duci poſſint tamen ad hoc interdictum pertinere.* Sed pejor eſt hic error ſuperiore: nam qui ductus aquarum fundi non ſunt, ii ſervitutum prædiorum numero non ſunt: quia ſunt perſonales, & ad hæredes non tranſmittuntur. Ex ea enim ſcriptura, *Trado & dono tibi aquæ digitum, quæ in Iſthmo eſt, aut ubicunque vis.* Uſus aquæ perſonalis conſtituitur, quia ad hæredes non tranſmittitur, *l. Lucius Titius, de ſerv. ruſtic. prædior. ff.* Bartoli autem definitio ad perſonales ſervitutes non pertinet. Sic deinde Bartholus, *Servitus eſt jus prædio inhærens, ipſius utilitatem reſpiciens.* Inſultant adverſarii, quia ſervitus conſtitui poteſt etiam non reſpiciens vicini prædii utilitatem, *l. ei fundo, de ſervitut.* Sed hic quoque faciunt, ut intelligendo, nihil intelligant: nam tametſi quoties, hominum, nec prædiorum ſervitutes ſunt, quia nihil vicinorum intereſt, non valent, *quoties de ſervitut. ff.* ei tamen fundo quem quis vendit ſervitutem jure imponit, & ſi non ſit utilis, *l. ei fundo de ſervitut.* Hoc ſingulari ratione, quoniam habere poſſumus, & quæ nobis utilia non ſunt: nam & mari quod natura omnibus patet, licet imponi ſervitus privata lege non poteſt: ſi tamen fundo quem venderes legem dixeris, ne in eo contra alium quem retinebas, piſcatio thynnaria exerceretur, quia bona fides legem ſervari venditionis expoſcit, obligari emptorem reſponſum eſt *l. venditor, communia prædio. ff.* Quia aliud ſit habere licere, aliud in alieno acquirere, enim in vendendo, excipit magis videtur ſuo jure uti, eo quod exceperit, quàm jure ſervitutis ab alio conſtitutæ: Et ſi fuit ei liberum, ſuam rem non alienando ejus omni commoditate uti, frui, an non ei fieret injuria, ſi quod in ea re vendenda excepiſſet, per occaſionem juris ei negaretur? Ratio enim juris, nemini qui ſibi diligenter caverit obeſſe debet, *l. debitor. ff. de ſeparat. l.* 1. *de teſtam. manumiſſ. Cod.* Et tum magis videtur jus quod exceptum eſt, non tranſlatum in emptorem, quàm conſtitutum ab emptore: & hoc eſt quod dicit Juriſconſultus. *Quædam enim habere poſſumus, & ſic ea utilia non ſint,* quaſi qui exceperit, videatur hoc minus tranſtuliſſe, & magis ex ſeſe, & ſuo jure habere, quàm ab emptore. Ita, licet nemini, quam ſibi poſſit quis ſervitutem recipere, *l. proprium ſolum. commun. prædior. D.* Tamen alienantes res noſtras, ante traditionem, vicino ſervitutem excipere poſſumus: quaſi enim rei noſtræ legem dicimus, *leg. in venditione. commun. prædior. Digeſt.* Non æmulabor eorum plagiariorum pertinaciam in refellendis ſervitutum definitionibus, quas pro ſuis proferunt, cùm à veteribus ſcriptoribus habeant quaſi per manus traditas; ſed quia mihi ſatis videtur aſſerta ab eorum calumniis Bartoli definitio, glorientur per me licet in ſuis plagiis,

Pro-

Promunt etiam hîc nonnulla de uſufructu, uſu, habitatione, & operis ſervorum, de quibus aliquando, non ut illi hic perfunctoriè, ſed ex profeſſo peculiari, ſeparato tractatu dicemus. In eo ſunt pluſquam ridiculi, quòd de mancipiorum quoque ſervitute adſunt inania quædam, quaſi ad hunc tractatum pertinentia, & de ea quæ à perſona rei debeatur, quaſi non omnes res hominum gratia comparatæ ſint, *leg. in pecudum de uſur. ff.* Nam cum ſint in hoc ſervitutum tractatu pene omnia ita difficilia propter nimiam ſubtilitatem, ut de pleriſque quæ in eo traduntur quis dixerit quod de ſuis libris, Metrocles *tad'eſt, oneiro neoteron phantaſmata*, quid opus eſt inculcatis aliis quæ ex re non ſint, augere difficultatem rei? Illud commode tractatur, ſi mihi ex prædiis tuis præſtari arundinis aliquot millia teſtamento juſſeris, aut ſi lapidem cædere in tuo jure permiſeris, vel uvas premere, vel area tua ad frumenta cæteraque legumina trituranda uti, quia hæc ſervitutum inſtar habeant, non eſſe tamen ſæpe reſponſum ſit. *l. Cajus de annuis legat. ff.* qualia tandem ſint. Accurſius, *in l. pecoris de ſervit ruſt. ff.* cui ad ſtipulatur Bart. in rem omnem abſolvit, ut iſtiuſmodi jura conſtituta aut legata habent prædium, ſervitutes ſint prædii, licet ad hæredes non tranſmittantur: ſi non habenti prædium vicinum jura ſint perſonalia. Hæc merito à recentioribus recepta non ſunt, ab illis tamen ſunt ex falſis cauſis damnata. Nos cum Juriſconſulto dicemus, legatis aut conſtitutis illis juribus, ſervitutem conſtitutam non videri neque in perſonam, neque in rem, *l. cujus, ff. annuis leg.*

Teſtator * enim Potitianis meis prædiis ex prædiis ſuis Lucianis legaverat annua arundinis millia trecenta atque ita, qui prædia habebat prædium habenti, reſpondet tamen conſtitutam ſervitutem non videri, neque in perſonam, neque in rem, quanto minus, tum, quando non habenti prædium tale quid legatum eſt? in qua lege obiter annotabis, ante verba illa. *Ex prædiis.* Potitianis, expungendam eſſe particulam *Ex*, quod ex poſterioribus verbis legis oſtenditur, cum ait, ſed fidei commiſſi petitionem competiſſe ei, qui prædia Luciana legata ſunt, non enim conjungit Potitiana cum Lucianis, quod in vulgari lectione male initio legis factum eſt. Deinde, ſi conſtitutis illis juribus ſervitute conſtituiſſe dicimur: ea aut perſonalis erit, aut in rem: porro perſonalem conſtituiſſe dici non poſſumus, quia non uſumfructum, non uſum, nam cum ex eo quod fundo redactum eſt, pars legatur, uſusfructus legatus non eſt, *l. defuncta: §. Sempron. de uſufruct. ff.* Ex eo enim quod redactum eſt qui partem legat, partem rerum corporalium legat, notat Accurſius, *in l. ſi quis ita. de uſufruct. ff.* uſusfructus autem & uſus, ut & cæteræ ſervitutes, jura ſunt. Sed quid argumentis opus eſt, cum tam dilucide expoſuerit Juriſconſultus, quod diſtent horum jurium legata ab uſufructu? *l. fundi Trebati mi, de uſu, & uſufruct. leg. ff.* & ſervitus quæ in rem ſit illis legatis nulla contineatur, cum ad hæredes ut dixi, non tranſmittantur, contra recentiores, jura hujuſmodi ſervitutes eſſe, Baldum, & Fabrum ſequuti contendunt. Primum quia dantur in quemcunque poſſeſſorem, & à quocunque vendicantur, *l. ergo, §. ſi. de ſerv. ruſtic. ff.* contra naturam perſonalium obligationum, quæ fundum non

non ſequuntur, *l. fin. §. fin. l. de contrahenda emption. & venditio. ff.* ſed nihil eo evincunt: Nam Juriſconſultus, *in l. ergo de ſervit. ruſtic. ff.* cum ait, vindicari poſſe jus pecoris paſcendi, ſpectat quod initio proximè præcedentis legis dixerat, pecoris paſcendi ſervitutem, ſi prædii fructus maxime in pecore conſiſtat, prædii magis, quam perſonæ eſſe. Ideo nihil mirum, ſi addat vindicari: quia fundo, & à fundo debeatur, & perpetuo debeatur: quod nemo recte dicet, ſi perſona demonſtrata eſt: Primum, quia ſi demonſtratæ perſonæ jus vindicandarum ſervitutum tribuimus, fatemur ei quæſitum jus in rem ſervientem, vendicatio enim eſt in rem actio, ei in rem jus quæſitum eſt, alienans fundum ſuum jus illud transfert: jura enim realia in emptorem tranſeunt etiam tacite, *l. ſi aquæduct. de contrahend. empt. ff.* Aut quod perſonis datur, ut non ad hæredem ita nec ad emptorem, aut alium ſingularem rei ſucceſſorem transfertur, *l. 1. §. permittitur de aqua quotidian. & æſtiv. ff.* quod incipit, perſonis datur cum perſonis amittitur: ideoque neque ad alium dominum prædiorum, neque ad hæredem, vel qualemcunque ſucceſſorem tranſiit. Præterea, demonſtrata perſona cui ſervitus debetur, non plus juris habet in ea ſervitute, quàm fructuarius in ſervitute fundo fructuario debita: cum neuter ad hæredem quicquam transferat: exploratiſſimum eſt, fructuarium vindicandæ ſervitutis jus non habere, *l. 1. & l. uti frui, §. utrum autem, ſi uſusfruct. per. ff.* Jam perſonis quod debetur, adverſus omnes vindicari jura non permittunt, *l. cum precibus, de rer. permut. Cod.* niſi in perpaucis, & ſingulari jure, ut in eo cui dederam ea lege, ut mihi alimenta præberet: lege enim ſi non obtemperet mihi non condictionem ſolum, ſed vendicationem quoque Divi principes in hoc caſu, ſcilicet propter inſignem perfidiam dandam eſſe ſanxerunt. Conſtitutio eſt Imperatorum Valeriani & Galieni, *in l. 1. de donatio.* quæ ſub mod. Codice. Quod ſecundo loco objicitur, multo eſt levius: ſic enim colligunt, pro his interceſſionibus poſſeſſorium competit, *l. 1. §. præterea illud, juncto §. permittitur, de aqua quotid. & æſti. ff.*

Poſſeſſorium, autem pro juribus 8
perſonalibus min. datur, *d. l. ſi quor. bonor. ff.* nam interdictum quorum bonorum adverſus hæreditarios quidem debitores non datur, *d. l. ſi. quor. bonor. ff.* quin, nec niſi adverſus duo tantum genera poſſeſſorum, qui vel pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſident, *l. 1. quorum bonor ff.* quod copioſius explicat Theophilus, *in tit. de interdictis, §. ſequens diviſio.* debitor autem hæreditarius non modo nihil poſſidet hæreditarium, pro hærede, aut pro poſſeſſore ſed omnino nihil hæreditarium poſſidet quoquomodo, ſed tantum hæreditati debitum quorum longe diverſa cauſa eſt, *l. videamus, §. ſi actionem de uſufr. ff.* præterea de qua re poſſeſſorium dicimus, in ea petitorium ſpectamus: ſed adverſus debitores hæreditarios unam perſequimur debiti ſolutionem. Denique, nomina hæreditaria incorporalia ſunt, tametſi id quod debetur plerumque corporale ſit: *Inſtit. de rebus corporis, & incorporeis, in princ.* ſed interdicto quorum bonorum perſequimur tantum corporum poſſeſſores: quo ſenſu excipi debet, *l. final. quorum bonor. ff.* quod & Bart. docet, *in l. 1. §. quod ait prætor:* aut dolo, *quorum ff.* Et quod dicunt, pro his conceſſionibus poſſeſſorium competere, *ex l. in §. permittitur, de aqua quot. & æſti.*

Illud

Illud * non dijudicant ſatis diligenter; ſingulare enim eſt eo loco, ut conceſſiones illas perſonales interdicto tueamur, quia illud interdictum de ea tantum aqua propoſitum eſt, quam princeps ducere permiſit, in quo eſt ſingulare, ut illud interdictum non quemadmodum cætera, cauſam præparet, nec ad temporariam poſſeſſionem pertineat *l.* 1. §. *meminiſſe. de aqua quotid. & æſtiv.* ſed & proprietatis cauſam & rei perſequutionem contineat, & nonnulla alia interdicta *l.* 2. ubi Accurſ. copioſe de his, *interdict. ff.* Superiora omnia confirmantur, *ex l. Mela*, §. *quidam libertatis*, *de aliment. legat.* quæ in hac quæſtione eſt omnium celebratiſſima: in qua legatum aquæ non ſervitutem, ſed debitum perſonale continet. Cujus rei multæ ſunt ibi cauſæ & quia alimenta primum, deinde conjuncta ſcriptura aquam teſtator legavit: ſic enim ſcriptum eſt. *Quidam libertis ſuis ut alimenta, aquam quoque per fideicommiſſum reliquerat*, ut ex conjunctione legati alimentorum, intelligamus legatum aquæ conjuncta ſcriptura factum, perſonæ relictum eſſe: ſic nummorum legatum ſpecie nummorum non demonſtrata, cæterorum legatorum contemplatione interpretatur Juriſconſultus, *leg. qui non militabat, paragrapho Lucio Titio, de hæred. inſtit. l. ſi ſervus plurium paragrapho fin. de leg.* 1. deinde eſt regionis natura, quia inquit: *Proponebatur in regione Africæ vel Ægypti res agi, ubi aqua venalis eſſet*, ut ex natura regionis ſolum emolumentum ſpectatum in fideicommiſſo intelligamus, hoc eſt, aquam relictam eſſe, aut ſi ea præſtari non poſſet, quanto quis ſibi aquam comparaturus eſſet, ſicut dicimus quædam eſſe quæ more provinciarum correctionem admittunt, cum in aliis provinciis impune fiant, *l. ſæcularii.* §. *ſunt quædam, de extraord. criminibus. D. de Nil. agg. non rumpend. Cod. l. unica.* Et quia legato alio aquæ continetur quanto quis ſibi aquam comparatus eſſet. *Non videbatur*, inquit, *inutile eſſe fideicommiſſum quaſi ſervitute prædii non poſſeſſori vicinæ poſſeſſionis relicta.* Quia hic nulla intelligatur relicta ſervitus, non quæ in rem ſit quod colligimus ex conjunctione legati alimentorum, non etiam quæ perſonæ ſit. *Quia tametſi hauſtus aquæ, vel pecoris ad aquam appulſus eſt ſervitus perſonæ, tamen ei qui vicinus non eſt, inutiliter relinquitur*, quæ periodus conturbavit, & percuſſit omnium ingenia: ut aliquos non puduerit affirmare contexum illum verborum depravatum eſſe, & corruptè legi duobus locis. Nihil mihi immutandum videtur, verum illud tantum meminiſſe oportere, non ſatis conſtitiſſe inter veteres Juriſconſultos habendane eſſent inter prædiorum ruſticorum ſervitutes aquæ hauriendæ, aut pecoris ad aquam appellendi jura, & ſimilia, §. *inter ruſticorum*, *de ſerv. ruſt. præd. & urb. Inſtit.* unde aliud eſt, ut ſervitus pecoris paſcendi prædii magis, quàm perſonæ videatur, ita demum ſi prædii fructus maxime in pecore conſtat: ut videri poſſit ſpectata magis prædii, quam perſonæ utilitas, *l. pecoris, de ſervitut. ruſt. ff.* Illud etiam, ut fundum quem quis ſolum habet vendendo, excipere poſſit, ut paſcere ſibi in eo liceat, quanquam excipere quod prædii ſit, non poſſit, ſed tantum id quod perſonæ ſit, quia tum excepto jure paſcendi videatur excepiſſe quod perſonæ, non quod prædii ſit, *l. ſi quis uvas, de uſufr. ff.* Cujus rei ea eſt ratio, ne cum reli-

quis ariolemur, quia tum uſusfruct. fundi acquiſitus intelligitur acquiſito jure paſcendi, cum fundi ſervientis fructus omnis in paſtione conſiſtit, *argum. l. defunctus*: §. *fin de uſufruct. ff.* hinc illud, ut venatio in fructu non ſit, niſi omnis fructus fundi ex venatione conſtet, *l. venationem de uſur. ff.* Ex quibus intelligimus, ſervitutes pecoris paſcendi, & aquæ hauſtus prædii, & perſonæ eſſe, & ſi liceat dicere *ἀμφίβια*, ſed tamen, ut maximè perſonæ ſint, ei qui vicinus non ſit, inutiliter relinqui, in quo genere ſunt ſervitutes geſtandi, vel in tuo uvas premendi, vel area tua ad frumenta, vel alia legumina exprimenda utendi, & his ſimilia, hucuſque adumbravi, ſi non expreſſi, ſervitutis naturam, quantum luſtraturis mecum locos hujus rubricæ difficiles per ſingula capita, neceſſarium eſt.

SUMMARIA.

1 *Servitutum cur aliæ perſonarum?*
2 *Aliæ rerum appellantur?*
3 *Et hæ dicuntur interdum non eſſe fundi.*

MARLIANUS L. I.

Servitutes, aut perſonarum ſunt, ut uſus, & uſusfructus; aut rerum, ut ſervitutes ruſticorum urbanorum.

QUæ diligenter, & accuratè ab interpretibus ſcripta ſunt, eorum hic fruſtra expectabitur quicquam. Non enim veterum commentarios tranſcribere quod à multis fit, ſed quod Antigonus dicebat, poſt illos, qui fruges optimas demeſſuerunt, culmos legere conſtitui.

Servitutes * ergo aut perſonarum 1
ſunt, quæ non modo ſic appellatæ ſunt quod perſonæ cohæreant, & unà cum perſona finiantur, quod ab omnibus interpretibus traditum eſt: quanquam illa quoque & præcipua eſt ratio, ſed ideo quoque quod incipere ſine perſona non poſſint, ex quo fit ut ſervus hæreditarius inutiliter uſumfructum ſtipuletur, *l. uſusfr. de ſtipulat. ſervor. ff.* quoniam in eo factum perſonæ deſideretur, *l. hæreditas, de acquir. rer. domin.* Conſiſtit enim in fruendo, hoc eſt facto aliquo ejus qui fruitur, *l. 1. quand. dies uſufr. leg. eod. ff.* adeo ut fructus fructuarii non fiant antequam ab eo percipiantur, etiamſi ab eo ſolo ſeparati ſint. In quo eſt fructuarii, quam bonæ fidei poſſeſſoris deterior conditio, *l. qui ſcit*, §. *prætereà, de uſuris, ff.* Prætereà perſonæ appellantur, quia tametſi ad eas perſequendas in rem actiones ſint proditæ, *l. ſi ſervit. vendic. ff.* tamen ſicuti ſublata ſemel perſonalis obligatio amplius reſtitui non poteſt, *l. qui res*, §. *aream, de ſolu. ff.* ita ſervitutes perſonarum re mutatâ in perpetuum pereunt: veluti ædificio diruto, cujus uſusfructus mihi debetur, adeo extinguitur uſusfructus, ut ſi iiſdem tignis, & cæmentis repoſitum ſit, nihilo magis reſtituatur uſusfructus & nec perſonalis obligatio, *l. quid tamen*, §. *non tantum*, & §. *nam & ſi domus, de uſufructu, ff.* quod non eſt in ſervitutibus prædiorum, ſublatum enim ædificium, ex quod ſtillicidium cadit, ſi in eadem ſpecie, & qualitate reponatur, idem ædificium intelligitur, *l. ſervitutes*, §. *ſublatum*, & *l. ſi teſtamento, de ſerv. urb. præd. ff.* quæ diſputabo fuſius in eo contractu, quem de uſufructu, uſu, & habitatione adorno.

Aliæ porrò * ſunt ſervitutes rerum 2
appel-

appellatæ rerum ſerv. non modo quod ad omnem ſucceſſorem tranſeant, quanquam id quoque verum eſt, ſed etiam quia has ſervitutes non homines debeant ſed res, cui conſequens eſt, ut liceat domino ſervientis fundi rem delinquere, & ita præſtanda ſervitute liberari: quod eſt animadverſione dignum, *l. ſi fortè.* §. *Labeo autem, ſi ſervit. vend.* & in multis ſervitutibus utilitatem habet: qualis eſt illa quæ oneris ferendi cauſa impoſita eſt, quam qui debet, cogi poteſt parietem reficere ad onera vicini ſuſtinenda, *l. & ſi forte*, §. *etiam de ſervitute ſi ſervitut. vend. ff. l. eum debere, de ſervitutibus urbanorum.* Cæterùm ſi malit rem derelinquere, id ei liberum eſt, qui ſervitutes rerum non homines debeant, ſed res; homines autem ſi deberent, ut maximè cedere locis, & res à ſe abdicare parati eſſent, nihilo magis liberarentur, *l. ſed cum fructuarius de uſufruct. ff. leg. is cum quo, de aqua pluv. arcend. ff.* Sunt ergo hæ rerum ſervitutes, quia illas non homines debeant, ſed res rebus.

3 Quod ſi eſt, quo ſenſu dictum eſt à Juriſconſulto aquæductum fundi non eſſe, *l. 1. §. præterea Labeo. de aq. quot. & æſti. ff.* ſeparatum à fundo, in difficili illo, §. *aquarum iter, l. arbor. cum dividun. ff.* Hæc certè magis inſpectione digna ſunt, quam quæ hîc nonnulli inconditè deblaterant, de ſervitute quàm Deus irrogavit Cham, de ſervitute tabellionum, aſcriptitiorum, & hujuſmodi: ſed quod ex Labeone utrobique relatum eſt de jure aquæ ducendæ ſeparato à fundo, difficultatem non habet, ductus enim aquarum fundi non eſſe dixit, cum quocunque duci poſſent, quia eo caſu uſus aquæ perſonalis eſt, *l. Lucius, de ſerv. ruſt. ff.* cum nullius ſingularis fundi ſpectata eſt utilitas. Nam & cum indefinito, & indeterminato uſu ædibus tuis mihi uti permiſiſti, hæredes tui mutare voluntatem poſſunt: qua precario utor: *l. Lucius de donat. ff. quod & ſuprà attigi.* Cætera quæ ſcribuntur, *in l. arbor, §. aquarum iter, commun. divid. D.* non ſunt perinde facilia, ſed ea in l. viæ, hoc tit. commodiùs exponemus.

SUMMARIA.

1 *Unus ex dominis cur ſervitutem conſtituere non poteſt?*

2 *Si alterius quoque jus ſibi præripit quæ ſit adverſus illum cautio?*

3 *Item quam ob cauſam propietatis dominus ne conſentiente quidem fructuario ſervitutem imponere poteſt?*

4 *In qua tandem ſpecie verum ſit meum eſſe, quod cum alio commune habeo?*

5 *In imponenda ſervitute, etiam eorum quibus jam debetur, voluntatem exquiri, ſed non ſemper.*

6 *Inter duos communicatis prædiis quæ mutuo ſervirent, ab altero ſervitus alteri remitti non poteſt.*

7 *Quod ſi fundo communi ſerviens fundus ex commune redemptus ſit, extinguitur ſervitus.*

8 *Cum per communem fundum unus ex dominis ſervitutem conſtituit, noviſſima demum ceſſione ſuperiores confirmantur: idque qualem poteſtatem habeat interpretatio, l. receptum, comm. præd. ff. ſatis oſtendit.*

ULPIANUS L. II.

Unus ex dominus communium ædium ſervitutem imponere non poteſt.

1 VAldè * compendioſa eſt hæc lex, ſive utilitatem ſpectes, ſive brevitatem, & æquitatem ſummam habet. Æquum eſt enim, ut in re communi nemo dominorum facere quicquam invito altero poſſit: neque jure dominii, quia in pari jure potior ſit cauſa prohibentis, *l. Sabinus comm. divid. ff.* neque ſervitutis, quia res ſua nemini ſerviat, *l. in re communi. de ſerv. ruſt. ff.* ac tametſi qui partis pro indiviſo dominus eſt, is totius rei dominus quodammodo intelligitur: & quod communiter habet in re quaſi in ſolidum habet, *l. is qui duas, de ſervit. leg. ff.* tamen revera prædia dicimus aliquorum eſſe non utique communiter habentium ea, ſed alio aliud habente, *l. littus, §. prædia. de verb. & rer. ſinific. ff.*

2 Quid * ergo ſi unus ex ſociis alterius ſocii jus ſibi præripiat, & quaſi ſolus dominus ſit, ad ſuum arbitrium uti re communi velit, quomodo adversùs illum experiemur? *Plerumque præter immenſas*, inquit, *contentiones hujuſmodi res ad diviſionem pervenit: ſed & per communi dividundo actionem conſequitur ſocius quominus opus fiat, aut ut id opus quod fecit tollat, ſi modo toti ſocietati prodeſt id opus tolli, ſed & ſi inter me, & te communes ſint Titianæ ædes, & ex his aliquid non jure in alienas ædes meas immiſſum ſit, nempè tecum mihi agere licebit, aut rem perdere. Idem fiet, ſi ex propriis tuis ædibus in communes meas, & tuas ædes quid ſimiliter eſſet projectum; mihi enim ſoli tecum eſt actio.* Quæ Juriſconſulti verba ideo adſcribere placuit, quia & me exercuerunt diu, & a paucis intelligi credo. Mihi ſic videtur. Uno ex ſociis in re communi invitis cæteris faciente, eum jure quidem ſervitutis prohiberi non poſſe quominùs faciat, propter ea quæ ſuprà diximus: ſed recurrendum ad diviſionem, & ea facta in parte fundi mihi adjudicata quæ cùm pro diviſo mea ſit, jam pars non eſt, ſed totum, *l. rectè dicimus, §. quintus, de verb. & rer. ſignific.* negatoria actione rectè à me prohiberi, cùm cæteros omnes, tum eum qui ſocius fuit. Sed & ſi communem rem nolis dividi, poſſum per communi dividundo actionem conſequi quominus opus fiat; nam actione communi dividundo non illud agitur tantùm ut res dividantur, ſed illud etiam, ut in re communi ſocii invicem ſibi præſtent omnia quæ ex bono, & æquo ſint, *l. ſi ædes communi dividun. ff.* aut ſi jam facto opere ea actione agam, id conſequar, ut id opus quod fecit ſocius tollat: ſed ita demum, ſi toti ſocietati prodeſt id opus tolli. Nam ſi exempli gratia, cùm ædes vitium facerent, eas refeceris, aut tale quoddam opus neceſſarium, vel utile toti ſocietati conventus, id non tolles, *leg. ſi ædibus de damn. infect. ff.* Quod ſi ex iis ædibus quas tecum communes habeo in alias ædes meas proprias immiſſum ſit, mihi, inquit, tecum agere licebit, aut rem perdere, quibus verbis non illud dicitur, quod ineptiſſimè Bartol. Angel. & alii ferè omnes exiſtimant ab uno ex ſociis, licet ſtipulatione, aut alia conventione non poſſit, præſcriptione tamen communi fundo ſervitutem acquiri poſſe: quinimò, verba illa corruptiſſimè leguntur quia ineptè dicitur, licere rem perdere. Locus ille mihi ſic reſtituendus

dus videtur, ut non perdere quod habeamus omnes, ſed partiri legamus, depravationem enim arguit, vel vocum affinitas, illud igitur dicit eo loco Pomponius. Si ex communibus tuis, & meis in proprias meas ædes immiſſum quid ſit, mihi tecum agere licere, non communi dividundo, ut in lege proximè præcedenti, quod intelligimus ex verbis illis poſtremis legis, *mihi enim ſoli tecum eſt actio*, quia hic alteruter ſociorum propriarum ædium jus tueatur, & communi dividendo judicium non niſi de re communi datur, *l. 1. verſ. denique commun. divid. ff.* ſed licere agere, negatoria actione ſcilicet, illam enim intelligimus ex genere rei quam tractat, *l. Imperator. de in diem additio, ff.* aut rem partiri licere, & ad diviſionem venire: & in re demum diviſa, experiri adverſus illum qui nuper ſocius fuit. Quemadmodum ſi communem fundum ego & tu habemus, vicinum fundum ego ſolus, ſi quid malitioſè circa fines commiſeris, conſulit Juriſconſultus, ut vel communem, vel proprium fundum alienem, ut experiri poſt alienationem poſſim, *l. ſed & loci §. ſi communem finium regundor. ff.* Illud nondum intelligitur, *cur in l. ſed & loci, §. ſi communem. fin. regund. Digeſtis*, non competere finium regundorum judicium non modo directum, ſed ne utile quidem, *at in l. ſed & ſi de ſerv. urb. ff.* agere licere dixerit Pomponius, cujus utrumque reſponſum eſt. Et mihi quidem ejus rei ea videtur ratio, quia in actione finium regundorum proprietatis cauſa agitur, aut ſi mavis, proprietatis controverſiæ cohæret id judicium, *l. ſi quis ſuper ſuis juri. fin. regundo, Codice*, & in perſonam pro vindicatione rei eſt, *l. 1. finium regund. ff.* Et quod communiter ſocius habet, id jure eum habere quaſi in ſolidum conſtitit, *l. ſi is qui duas de ſervit. leg. ff.* unde ſi communem fundum ego, & tu habeamus, & vicinum fundum ego ſolus qui adverſum te finium regundorum judicium accipiam, quod in perſonam eſt pro vendicatione rei, nempe vendicabo id quod pro indiviſo & meum eſt, & à me poſſidetur: quod perabſurdum eſſet: cum ei qui poſſidet nulla ſit prodita in rem actio, *Parag. æquè, de actio. Inſtitut.* & hoc eſt quod Juriſconſultus ait, *in l. ſed & ſi loci, §. ſi communem finium regundorum, ff. Et ſcribit Pomponius non poſſe nos accipere: quia ego, & ſocius meus in hac actione adverſarii eſſe non poſſumus: ſed unius loco habemur.* Alia quoque poteſt ratio aſſignari, quia ſi finium regundorum judicio adverſus ſocium experiar, duorum perſonam repræſento, & refero, ſi ſpectes fundum meum peculiarem, & proprium cujus fines tueor, actoris: ſi communem fundum, cujus coërceri fines deſiderem, rei: unus autem duorum vicem ſubſtinere non poteſt, *l. ſi plures ſint de pact. Digeſtis*, at in ſpecie legatis, *ſed & inter de ſervit. urbanor. ff.* adverſus ſocium qui ex communibus ædibus in peculiares meas quid immiſit, agere negatoria poſſum. Quia tum, de eo tantùm quod non jure à ſocio factum ſit tollendo quæritur. Et eorum reſponſorum is mihi videtur eſſe ſenſus, tibi Lector, erit liberum non ſequi noſtrum in hac re judicium, ſed redeamus unde ſumus digreſſi.

Unus * ex dominis communibus 3
ædibus ſervitutem imponere non poteſt, ejus rei ea eſt ratio, quia in ſervitute conſtituenda omnium eſt voluntas ſpectanda, quorum jus minuitur, *l. in concedendo, de aqua plu. arcend. ff.* Dices, ſi ſatis eſt exquiri eorum volunta-

tem, quorum intereſt, cur non conſenteinte fructuario proprietatis dominus ſervitutem imponere poteſt? Non enim poteſt, *in l. ſed & ſi §. fin. de uſufruct.* ſubjiciam verba: quia mihi videntur digna interpretatione. *Sed nec ſervitutem imponere fundo poteſt proprietarius, nec amittere ſervitutem: acquirere planè ſervitutem eum poſſe etiam invito fructuario Julianus ſcripſit, quibus conſequenter, fructuarius quidem acquirere fundo ſervitutem non poteſt: retinere autem poteſt, & ſi fortè fuerint non utente fructuario amiſſa: hoc quoque nomine tenebitur. Proprietatis autem dominus conſentiente ne quidem fructuario ſervitutem imponere poteſt.* Principio quæ dicuntur facilia ſunt, illa vero, *quibus conſequenter, &c.* non æquè, quomodo enim conſequuntur? Rectè, ſi expendas paulò diligentiùs. Nam ſi acquirere ſervitutem poteſt proprietarius etiam invito fructuario, quod prædixerat ex Juliani ſententia: valdè fuit conſequens, ut non poſſit fructuarius fundo fructuario ſervitutem acquirere. Nam ſi poſſet, proprietarius eo invito non poſſet. Æqua enim ſi utriuſque poteſtas eſt, alter ſine altero acquirere non poteſt, *l. proprium, com. præd. D.* quod addit, *proprietatis autem dominus ne conſentiente quidem fructuario ſervitutem imponere poteſt.* Id præter omnium opinionem dictum eſt. Nam cum alterutrius tantùm intereſſe poſſit non imponi ſervitutem, utroque conſentiente, quid impedit ſervitutis conſtitutionem? hunc locum prætervolaverunt interpretes nimium celeriter. Nos, quod dicitur proprietatis dominum, ne conſentiente quidem fructuario ſervitutem imponere poſſe ſic excipimus, ut non de qualibet ſervitute verum ſit, ſed de ea tantum quæ formam, aut naturam rei mutet, ut ſint illa. *Niſi per quam deterior fructuarii conditio non fiat*, uno contextu legenda, in quibus illud quoque intelligere, debemus, in ſervitutibus perſonarum, tum demum verè dici deteriorem conditionem earum fieri, cum rei forma, aut natura mutatur. Cùm in ſervitutibus prædiorum etiam tum verè deterior ſervitutis conditio dicatur, cùm ſit gravior ſervitus, tametſi rei ſubſtantia non mutetur. Nam ſi ſtillicidium acquiſitum eſt, altius tolli poteſt, quia levior ſit eo pacto ſervitus. Inferius demitti non poteſt, quia ſit gravior ſervitus, in qua ſpecie reſponſum eſt, meliorem vicini conditionem fieri poſſe, deteriorem non poſſe, *l. ſervitutes quæ in ſuperficie, § ſtillicidium quoquomodo, de ſerv. urban. D. l. & ſi fortè, §. ſi ſerv. vend. D.* cujus contrarium in ſervitute perſonali conſtitutum eſt. Quia deterior, & fructuarii, & uſuarii cauſa ſit etiam in meliorem ſtatum re commutata, *l. hactenus, §. fin. & l. ſequenti, de uſufr. Digeſtis, l. fin. de uſu & habit. Digeſtis.* idcirco tam variè quia rei ſpecie commutata cujus, vel uſumfructum, vel uſum habes, & uſusfructus extinguitur: prædiorum vero ſervitutes nihilominus peti poſſunt ſpecie commutata, *l. repetit. §. rei mutatione, quibus mod. uſufr. amitt. l. ſervitutes §. ſi ſublatum de ſerv. urbanor. prædior. D. l. ſi eo loco, ſi ſervit. vend. D.* illud autem quod de proprietatis domino dictum eſt, ut ne conſentiente quidem fructuario ſervitutem imponere poſſit: ad eas tantùm ſervitutes petinere quæ rei ſpeciem vel formam mutent augmento eſt, quòd mox excipit, ut religioſum locum facere conſentiente fructuario poſſit; tamen tum rei ſpecies mutetur, *l. locum autem, de uſufr.* Ex-

ceptiones autem eſſe de regula vulgarius eſt, quàm ut probari debeat. Sed cur eas ſervitutes quæ rei ſpeciem mutant imponere non poteſt proprietarius conſentiente fructuario? Ejus rei ea eſt ratio quia ut ſupra dixi ea impoſita ſervitute interiret uſusfructus, quod noluiſſe fructuarium conjicimus, quia non dixit: Quod autem voluit non potuit & in uno voluntate dicitur, in altero facultate quod in diſſimili ſpecie reſponſum eſt, *in l. quoties, de hære. inſtitut. ff.* §. Dicet quis, uſufructu ab hærede relicto poteſt hæres fundo fructuario vel ſervitutem imponere vel prædia vicina liberare, quo caſu fructuarius non aliud quàm quod ſua intereſt petere ab hærede poteſt, *l. ſi ab hærede. ſi uſusfr. peta. ff.* quod ergo ſolus proprietarius poteſt, quomodo non poteſt conſentiente fructuario? Multos lex illa torſit, commodiſſimè tamen dicetur hæredem à quo relictus eſt fundi hæreditarii uſusfructus, ante conſtitutum uſumfructum ſervitutem ei fundo imponere, quia in reliquis quidem legatis traditiones ab hærede factæ ad tempus aditæ hæreditatis referuntur, *ff. l. proinde ſi cert. petat. ff.* legatum vero uſusfructus non perindè retro agitur: qua cedere non intelligitur neque à morte teſtatoris, neque ab adita hæreditate, *l. unica, §. libertatibus de cad. toll. Codice.* Et quia uſusfructus in fruendo, hoc eſt facto aliquo conſiſtit *l. unica quando dies uſufr. leg. cedat ff.* Denique de uſufructu cum loquimur, ſemper intelligitur loqui de conſtituto uſufructu, *l.* 1. *verſiculo, ſed ita demum quibus modis uſusfr. vel uſ. amittatur, ff.* ut mirum non ſit, ſi antequam hæres induxit fructuarium in fundum, quo facto demum intelligitur conſtitutus uſusfruct. *l.* 1. §. *dare de uſufr. Digeſt.* poteſt fructuario fundo ſervitutem imponere, nam ipſo jure id poteſt, unde eſt ab uſufructuario, hoc quod intereſt ab hærede ſervetur, *l.* 2. *ſi uſusfruct. petatur Digeſtis*, quaſi ipſo jure ædes id potuerit: ſit tamen æquum fructuario ſuccurri.

Sed * unum ex dominis communium ædium ſervitutem imponere non poſſe falſum ex eo videri poteſt, quod noſtrum quoque jure id dicimus, quod cum alio commune habemus *l. pupillus, §. fin. de rer. & verb. ſignif. D.* quod quam interpretionem habeat hic attingitur, vereor ne à timidis remque non exacte ſatis intelligentib. dum alius proprie non videri meum quod commune ſic exiſtimat, ſed ex ficta quadam interpretatione. Alius meum, eſſe, ſed reſpectu partis meæ tantum. Alius non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quæ omnia ſunt dubitantium ſomnia. Mihi vedetur proprie meum eſſe quod mihi cum alio commune eſt, ſed iis tantum quæ ſine incommodo ſociorum in re communi facere poſſum. Unde illud quia divortii faciendi poteſtas ex lege Julia de maritandis ordinibus libertæ quæ patrono nupta eſſet adempta erat, ut qui communem libertam habuit, ad beneficium legis Juliæ ſolus admiſſus ſit, licet alterius quoque ſit liberta *l. illud de ritu nupti. D.* quia ſcilicet ſine incommodo ſocii maneat nupta ſocio. Nec adverſatur, quod ex pluribus ſociis uno necato de communi ſervo haberi publica quæſtio ſolet: quodque in Syllaniano Senatuſconſulto domini appellatione pro parte dominus contineatur, *l.* 1. §. *domini de Senatuſconſ. Sylla. D*, cum videri poſſit ſociis injuria fieri, quorum ſervus torquetur. Non enim magis intereſt, aut necari, aut hæredum ejus ſuppli- 4

ſupplicium de communi ſervo ſum, aut quæſtionem haberi, quam ſociorum qui vivunt: cum aliter nulla domus tuta eſſe poſſit, *leg. 1. ad Syllani, ff.* quia vel quæſtione, vel ſupplicio, proſpicitur ſuperſtitum ſociorum vitæ, & incolumitati, tota familia exemplo deterrita. Quemadmodum in ſimili ſpecie reſponſum eſt militi adverſus venditionem quam fecerat reſtitui poſtulanti, ejus intereſſe ratas manere venditiones à ſe factas. Ne, ſi quando ipſe quid emerit eadem lege conveniatur, *l. ratas de reſcind. vend. Codice.* Sed in imponenda ſervitute non modo omnium dominorum, ſed etiam eorum quibus jam eſt conſtituta ſervitus voluntas acquirenda eſt, *l. in concedendo, ad aqua plu. arcend. ff.* quod ita demum verum eſt, ſi jus eorum minuatur, ſi enim aquæductus vel aquæ hauſtus ſufficiens eſt: poteſt etiam pluribus per eundem locum concedi, *l. ruſticorum, §. fin. aquæductus de ſerv. ruſtic. ff.* & in eo conſentiunt omnes.

5 Sed * cum receptum ſit ut plures domini vel non pariter cedentes fundo communi ſervitutem & imponant & acquirant; cur communicatis inter duos prædiis ab altero, ſervitus alteri remitti non poteſt: quemadmodum perſoneam electam augere numerum eligentium dicimus *in cap. cum in jure peritus, de elect. extr.* & actorem univerſitatis cui experiri ab ordine conceſſum eſt, cum duæ partes decurionum interfuerint, connumeratio inter eos eo quoque qui decernitur, *l. plane quod cujuſque univerſitatis nomin. vel cont. eam agatur, ff.* Difficilis eſt hic locus, ejus tamen rationem exquirentib. nulla poteſt reddi aut compendioſior, aut verior ea, quam mox ibidem ſubdit cum id fieri dicit prædiis pro indiviſo poſſeſſis, quoniam non perſonæ, ſed prædio debeatur ſervitus. Nam ſi communiter habeantur prædia fieri neceſſario, ut in omnibus eorum partibus vel minimis, aliqua pars mea ſit, alia quoque pars tua ſit. Sic enim ſi ex æquis partibus fundum mihi tecum communem tu & Titius poſſideatis certis regionibus, non à Titio totum ſemiſſem petere debeo, ſed à ſingulis, te, & Titio, quadrantem, quoniam in omnibus partibus aliqua neceſſario mea ſit, *l. Pomponius de rei ven. dic.* Et cum duo hæreditatem poſſident: & duo ſint qui partes ad ſe pertinere dicant non ſinguli à ſingulis: petere debent puta primus à primo, ſecundus à ſecundo, ſed ambo à primo, & ambo à ſecundo: neque enim alter primi, alter ſecundi partem poſſidet: ſed ambo utriuſque *l. 1. §. quin imo ſi pars her. pet. ff.* Sic manente ſocietate ſervitus, quæ fundo communi debetur, tibi à me remitti non poteſt: quoniam ita mea ſit, ut æquè tua quoque ſit, & ſi quid aliud fundi eſt, quale ſit. Id tamen efficere miſeram & nimiam diligentiam juris, quam rationem ſtricti juris appellamus aperte demonſtrat Juriſconſultus, *in d. l. 1. §. ſi ego, & §. item ſi cum me, ſi pars hæredit. petatur, ff.* & adverſus illam officio judicis conſuli. Quæ ſtricti juris ratio, *in l. ſi unus de ſervit. ruſticor. ff.* eo magis liberationem impedit, quod uterque fundus & is qui ſerviret, & cui ſervitus deberetur, proponebanbur communes eſſe: ex eo enim alterum ex ſociis ſervitutem alteri remittendo ſeipſum magis ſpectare videri.

Sed cum non extinguatur ſervitus 6
communicatis prædiis mutuo & ſibi invicem ſervientibus, *l. ſi unus ex ſociis, de ſervitut. ruſticorum, Digeſtis,*

Digitized by Google

geſtis. Cur extinguitur, ſi communi fundo ſerviens in commune redemptus ſit, *in l. ſi communi. de ſervit. ruſt. ff.* Habet quoque non parvam difficultatem, ut multi cùm differentiæ rationem quærunt, quaſi in tenebris pugnent: tametſi ſtrenuum erroris ducem Accurſium alioquin juriſconſultiſſimum habeant.

7 Illi cum * eo credunt communicatis prædiis, quæ ſibi invicem ſerviant, ſervitutem retineri per partes: quia diverſa ſit utriuſque cauſa, confundi autem ſervitutem, cùm fundus communi fundo ſerviens in commune redemptus eſt: quia in redimendo fundum qui ſervit communi fundo, plures ſocii unius loco habeantur. Hîc plauditur ab omnibus Accurſio, & gratulantur ſibi nacti tantum Ducem in re quam non aſſequantur. Mihi videtur ratio illa primùm falſa, quoniam non ſatis ſit cum de pluribus ſociis loquimur, ut idem ſit emptor, idemque venditor, ſi enim proprio fundo meo, & proprio tuo fundus ſerviat: Tametſi illum tu, & ego in commune redemerimus, nihilo magis extinguitur ſervitus: quia proprio fundo per communem ſervitus deberi poteſt, *in leg. ſi communi. verſicul. at ſi proprio. de ſervitut. ruſtic. ff.* & tamen in ea ſpecie uterque noſtrum ſucceſſit in jus venditoris, & uterque noſtrum emptor eſt. Deinde etiam illa vulgaris ratio Accurſii nihil affert lucis dubitationi noſtræ. Poſtremò ex eo quoque ſuſpecta eſt, quod prorſus ab illa diverſa eſt quam Juriſconſultus reddidit, cum dixit, ideo redemptione ſervitutem extingui, quia par utriuſque domini jus fiat. Nos ergo extra Juriſconſulti reſponſum nihil quærentes dicemus, ideò communicatis prædiis quæ invicem ſervirent, nihilominus ſervitutem per partes retinent: quoniam communicatis prædiis par utriuſque jus non ſiat: at redempto in commume fundo qui communi prædio ſerviat, extingui, quia tum omnium ſociorum jus in utroque fundo par incipiat. Sed quando demum efficitur par utriuſque jus, aut quando non? facilis eſt ea inquiſitio. Nam fundo qui meo, & tuo ſerviat in commune redempto ſervitus extinguitur, quod par utriuſque domini jus in utroque fundo eſſe incipiat *l. ſi communi, de ſerv. ruſt. ff.* Quoniam intelligi non poſſit quicquam intereſſe alterutrius noſtrum ſervitutem non extingui, cùm neuter fundus cujuſquam noſtrum proprius fuerit. At fundis qui mutuo ſerviebant communicatis, retinetur, *leg. unus ex ſociis. de ſerv. ruſt. ff.* Tum autem non fieri par utriuſque jus, ex eo apparet, quia communicatis duobus fundis qui ſingulorum proprii eſſent intelligimus neutrum ex ſociis in perpetuum fundi ſui dominum eſſe deſinere, ne pro parte quidem, quoniam diſtracta ſocietate fundum quiſque ſuum recipiat: & hoc intereſt inter ſocietatem omnium bonorum, & communicationem certorum corporum, *in l. ſi tibi areæ. de præſcr. verb. ff.* ſi tibi areæ meæ dominium dedero ea lege, ut inſula ædificata mihi partem reddas: ſocietas contracta non eſt, quia inquit nemo ſocietatem contrahendo rei ſuæ dominus eſſe deſinit, ne pro parte quidem, ut ex ſpecie poteſt intelligi, quia ſcilicet in communicatione certorum corporum, ut diximus, cum à communione diſceditur, quiſque ſuum recipit cum in ſocietate omnium bonorum longè aliud ſervetur, *l. 1. §. in ſocietate pro ſocio. ff.* Sed redeamus unde primum noſtra manavit oratio.

Qqq Unus

8 Unus * ergo ex dominis communium ædium ſervitutem imponere non poteſt, ſed omnes ſimul domini an poſſint? Et reſponſum eſt per fundum qui plurium eſt jus mihi eſſe eundi poſſe ſeparatim cedi, ut tamen non aliter mihi acquiratur, quàm ſi omnes cedant, & noviſſima demum ceſſione ſuperiores confirmentur, *leg. per plurium de ſervitut. ruſticor. Digeſtis*, & in formidabili illo reſponſo, *leg. receptum, com. præd. ff.* Nos videamus ſi terrificam, & ferocem illam beſtiam manſuefacere, & quaſi ex colchide domatis tauris ignivomis, & pervigili draconi aureum vellus auferre poſſimus. *Receptum eſt*, inquit, *ut plures domini, & non pariter cedentes ſervitutes imponant, vel acquirant: ut tamen ex noviſſimo actu etiam ſuperiores confirmentur.* Nondum impegimus ad aſperitatem aliquam, quia per planum ivimus. Illud tantum in illis annotandum eſt, quod ait, *ut plures domini non pariter cedentes, ſervitutes imponant.* In quibus enim jus civile plurium conſenſum deſiderat, ſimul intervenire deſiderat: unde ſummus Pontifex Innocentius III. licet electioni à nonnullis factæ, omnes, quorum jus eligendi eſſet, poſtea conſenſiſſent, eam tamen ipſo jure irritam dixit, *in cap. auditis, de elect. extr.* Præterea quia ſummo jure ſolet extingui obligatio, ſi in eum caſum inciderit, à quo incipere non poteſt: quod hic fieri Juriſconſ. docet, *in l. plurib. §. & ſi placeat, de verb. oblig. ff.* ſic enim ait. *Et ſi placeat extingui obligationes ſi in eum caſum inciderint, à quo incipere non poſſint: non tamen hoc in omnibus verum eſt*, ſubjicit paulò poſt: *nam pro parte dominorum ſervitus acquiri non poteſt: acquiſita tamen confirmatur.* Itaque merito Juriſconſultus dicit, receptum eſſe h. e. benignè obtinuiſſe contra ſtricti juris rationem, ut ſcilicet plures non pariter cedentes ſervitutem imponant, & paulò poſt, tempus tantùm eis remiſſum, quo dare, facere, vel diverſis temporibus poſſint. Et h. e. quod ait Juriſconſultus Prætorem tueri poſteriorem voluntatem, *l. ſi autem plures. de aqua pluv. arcend. ff.* Quo loco pueriliter ineptit Accurſ. Pergamus. *Perindèque ſit, atque ſi eodem tempore omnes ceſſiſſent, & ideo ſi is qui primus ceſſit, vel defunctus ſit, vel alio modo partem ſuam alienaverit, poſt deinde ſocius ceſſerit nihil agetur: cùm enim poſtremus cedit, non retrò acquiri ſervitus videtur: ſed perinde habetur, ac ſi cùm poſtremus cedit, omnes ceſſiſſent.* Hoc loco multis ſalebris obſeſſo hæremus cum cæteris, ſed extricemur nos, & qua licet exitum quæramus. Nam in re tam difficili aſpernari nihil debemus quod probabile ſit. Primùm ergo conſiderandum eſt, ſervitutes eſſe ſtricti juris, *l. fructuarius novum rivum, §. ædificium. de uſufruct. ff.* Deinde duo hîc requiri à Juriſconſultis, primum ut omnes cedant, deinde ut noviſſimo cedente peinde ſit, atque ſi omnes ceſſiſſent, Cujus rei ea ratio, quia plurium ceſſiones ſunt actus æquè principales, & ejuſdem poteſtatis: ſed cum duo actus ſunt ejuſdem poteſtatis: intelligi non poteſt, uter ab altero confirmetur, *leg. generaliter. verſicul. verum reo. de fidejuſ. ff.* Idcirco neceſſarium eſt ita omnes cedere ſeparatim, ut uno tempore ſimul omnes cedere videantur, nec ſatis eſt ſi quoquo tempore cedant, tametſi omnes. *Et ideò ſi is qui primus ceſſerit, vel defunctus ſit, vel alio modo partem ſuam alienaverit, poſt deinde ſocius ceſſerit, nihil agetur.* Ejus ea eſt ratio. Primùm quia cùm noviſſimus cedit,

cedit, perinde eſſe debet ac ſi omnes cederent, ne alioqui noviſſima ceſſio videatur priores confirmare. Sed nec mortuus, nec qui partem ſuam alienavit poteſt videri cedere. Deinde quia ubi qui primus ceſſit vel defunctus eſt vel partem ſuam alienavit, mutatione dominii jam non idem fundus intelligitur qui prius fuit. Quam ob cauſam reſponſum eſt defuncti uxorem quæ jacente hæreditate hæreditarium quid ſubtraxit, rerum amotarum actione teneri: ſi poſt aditam ab hærede hæreditatem etiam furti, *l. de iis de fur. C.* Sic quoque bona Caſtrenſia mutatione perſonæ deſinunt eſſe Caſtrenſia. *l. per procuratorem, de acquir. hæred. ff. & leg. fin de inoffic. teſtament. C.* Sic etiam olim mutatione perſonæ fiebat novatio, *l. fin. de novat. Cod.* Alia quoque ratio aſſeri poteſt. Nam quemadmodum quando eſt in poteſtate debitoris, an perficiatur obligatio, tempus contractæ obligationis ſpectamus, non id tempus quo de contrahenda tractatus habitus eſt. In acutiſſimis Pauli, Papiniani, & Africani reſponſis. *leg. Titius, quæ res. pign. vel hypothe. de obligat. non poſſ. leg. 1. & l. qui balneum. §. Titia prædium qui pot. in pign. habean. ff.* Ita quoniam poſt ceſſionem, primi, eſt & in ejus, & in ſocii qui non ceſſit poteſtate, ne jure ſervitutis valeat prima ceſſio, non primæ ceſſionis tempus, ſed id quo noviſſima ceſſione ſuperiores confirmantur ſpectandum eſt: ut noviſſimo cedente omnes ceſſiſſe videantur, non poteſt autem videri cedere, qui jam mortuus eſt; aut qui partem ſuam alienavit. Nec potes, aut ei qui primus ceſſit, aut ei qui noviſſime conſenſus fuit, obeſſe: niſi ſeparatim & diverſis temporibus ita ceſſerint, ut cum noviſſimus cedit, ſimul omnes cedere videantur: quia cum actum geri juris ratio impediat, tum conſenſus nihil obeſt, *l. ſi debitor. §. fin. quib. modis pign. vel hypoth. ſolvi. ff.* Nam licet contra ſtrictam rationem juris reſponſum ſit non rationem juris, ſed judicii, hoc eſt voluntatis ſpectari, *leg. de teſtamen. manumiſſ. Cod.* Tamen hic poteſtas juris non autem judicii, hoc eſt voluntatis ſociorum conſideratur; vulgare enim eſt ſpectari effectum juris non id quod a contrahentibus actum, aut cogitatum eſt *l. ſi alii. de uſufr. leg. ff.* Idque adeo verum eſt, ut cui conſuli propter ſtricti juris regulas non poterat mere jure ei Juriſconſultus maluerit ridicula conſulere, quàm quicquam permittere quod adverſus diligentiam ſcrupuloſam & anxiam eſſet, *l. ſed & loc. §. ſi communem, finium regund. ff.* Præterea non videntur omnes ſocii ex eadem cauſa promittere, cum ex intervallo promittant *l. argum. l. ſi ventri. §. final. de privileg. cred. ff.* Denique in iis quæ non retrotrahuntur, inſpiciamus tantum illud tempus quo perficitur actus, non etiam tempus præcedens, *l. quod autem §. final. de dona. inter virum. & uxor. ff.* At ceſſio noviſſime retro non trahitur in illis verbis. *Cum enim poſtremus cedit, non retro acquiri ſervitus videtur ſed perinde habetur, atque ſi cum poſtremus cedit omnes ceſſiſſent.* Quorum interpretatio ex ſuperioribus pendet. Niſi enim res in eo ſtatu ſit ut qui prior ceſſit & hodie cedere poſſit cum noviſſimus cedit, nihil agitur, ſi enim cum poſtremus cedit, qui primus ceſſit vel mortuus eſt, vel partem ſuam alienavit, non poteſt videri ratihabitio quæ tacite inſit noviſſimæ ceſſioni habere aut ſpectare aliquid præcedens quod ratum habeat. Nam & morte ſocii qui primus

ceſſit, & ab illo ſuæ partis alienarione facta, extincta eſt perſonalis illa obligatio, quæ ſola ex prima ceſſione nata eſt, *l. per fundum, de ſerv. ruſt. ff.* nec ſecuta eſt ſingularem rei ſucceſſorem, *l. ſi 1. de contrahen. empt. & vend.* Imo nec hæredem niſi fallens quaſi ſolus dominus eſſet, ceſſerit. quo caſu hæres evictionis nomine tenetur, *l. ſi quis per fundum, de evict. ff.* Cum ergo ratihabitio illa quæ ineſt noviſſimæ ceſſioni nihil habeat retro quod ſpectet: ubi qui primus ceſſit, vel mortuus eſt, vel partem ſuam alienavit, non trahetur retro *l. fin. §. fin. & l. bonorum, rem rat. hab. D.* Magis puto ſi ex duobus ſociis longo temporis intervallo poſtquàm primus ceſſit alter cedat, non videri ex noviſſima ceſſione ſuperiorem quæ jam olim facta ſit confirmari: neque ad primam reſpexiſſe quæ noviſſimè facta eſt, & hujus rei argumenta multa ſunt. Sic enim ubi jusjurandum tibi delatum eſt, ſi multò poſt jures, nihil tibi tale jusjurandum proficit: quia ex eo quod delatum eſt juratum non eſt, *l. non erit, §. fin. de jurejuran. D.* Prætereà, quia quæ multò poſt fiunt, non intelliguntur ex cauſa præcedenti fieri, *l. fin. §. ſi. quod vi aut clam. D.* Quid enim ſi ſinguli ſocii ſeparatim alius clam alio ceſſerint? quaſi obligari enim tantùm, *l. per fundum de ſervit. ruſt. ff.* non ſervitutem conſtituere voluiſſe videri poſſunt: quaſi non in hoc quoque conſentirent, *arg. l. an inutilis, de accept. ff.* quamobrem addit Juriſconſultus. *Igitur rurſus hic actus pendebit donec novus ſocius cedat, idem juris eſt etſi uni ex dominis cedatur. deinde in perſona ſocii aliquid horum acciderit. Ergo ex diverſo ſi ei qui non ceſſit aliquid eorum contigerit, ex integro omnes cedere debebunt, tantum enim tempus eis remiſſum eſt, quo dare, facere, vel diverſis temporibus poſſint.* Novo igitur ſocio rursùs cedendum eſt, in cauſa eſt quod ſuprà dictum eſt quia ſcilicet prima ceſſio vim tantùm habuit perſonalis obligationis, Nec perſonam cedentis egredi potuit, *leg. per fundum de ſervitutibus ruſt. ff.* Ideo ſi vel mortuus eſt, vel partem ſuam alienavit antequam noviſſimus cedat, quia non eſt tranſmiſſa perſonalis illa obligatio, nedum in ſucceſſorem in rem, ſed nec in ſucceſſorem juris, *per ea quæ ſuprà diximus*: de integro omnibus cedendum eſt, quemadmodum de eo reſponſum eſt qui furens cœpit teſtamentum facere, ut illud ſanæ mentis factus complere non poſſit: ſed de integro illi teſtandum ſit, *l. furioſum, qui teſtamen. fac. poſſ. Cod.* ſed ex duobus ſociis poſteaquam primus ceſſit, ſi deinde alter vel defunctus eſt, vel partem ſuam alienavit, hæredis quidem, aut ſingularis ſucceſſoris ceſſio priorem non confirmat: verum ſatis eſt eum qui jam primus ceſſit quem Juriſconſultus appellat novum ſocium, rursùs cedere. Ejus rei ea eſt ratio: quia cùm ceſſit, vel hæres, vel ſucceſſor in rem ejus qui non ceſſerat, ſocius fuit ei qui primus ceſſit, neque poſt ceſſionem hæredis, vel ſucceſſoris in rem ulla perſonæ mutatio facta eſt. Ea dicuntur uſque ad verſiculum, *ergo & ex diverſo. &c.* Ex diverſo ergo ſi cùm primus ceſſit, is qui non ceſſit, vel mortuus eſt, vel partem ſuam alienavit: non ſatis eſt hæredem ejus, vel ſucceſſorem in rem cedere: quia quo tempore primus ceſſit: illi ſocius non erat: Et poſt ceſſionem primi facta eſt perſonæ mutatio: ergo de integro omnes cedere debebunt. & hoc eſt quod dicitur in verſicul. *Ergo & ex diverſo.* Rem deinde omnem ſic concludit, & perſtringit,

git. *Et ideo non poteſt unì, vel unus cedere.* Addit deinde, *Idemque dicendum eſt ſi alter cedat, alter leget ſervitutem*: ut ſcilicet omnes de integro cedere debeant. Sed quid obtinet ſi omnes legent? *Nam*, inquit, *ſi omnes legent ſervitutem & pariter eorum adeatur hæreditas, poteſt dici utile eſſe legatum*: *ſi diverſis temporibus, inutiliter dies legati cedit.* Quod perinde eſt, ac ſi diceret, in legata à pluribus ſervitute non quemadmodum in ceſſa inter vivos, tempus remiſſum eſſe quo ſervitus cedi à pluribus diverſis temporibus poſſit: ſed neceſſe eſſe, ut legata ſimul omnia & eodem momento deberi incipiant. Cur hoc? quoniam ſi pariter omnium adeatur hæreditas, legatum eſt utile: quia tum eodem tempore ab omnibus videatur ſervitus conſtitui, ſi diverſis temporibus inutiliter dies legati cedit, quoniam alterutrius tantum adita hæreditate, alterius hæreditate jacente, quæ deinde adita quoque ſit, mutatio perſonæ interveniat. Nam jacens hæreditas defuncti perſonam ſuſtinet. hæres autem ubi adivit hæreditatem nova perſona eſt, hæc autem probantur *in l. novatio autem, de novat. ff.* Sic deinde Juriſconſultus tanquam colophonem addens. *Nec enim ſicut viventium ita defunctorum actus ſuſpendi receptum eſt.* Sunt hic qui putent indefinitè dici actus viventium ſuſpendi, morientium autem non ſuſpendi. Mihi videtur ratio contrahenda ad præcedentia ut ſit ſenſus. Teſtamentis plurium ſociorum ſervitute legata, non perinde recipi ut eorum hæredes diverſis temporibus adeundo conſtituant ſervitutem: quemadmodum receptum eſt ut plures ſocii inter vivos diverſis temporibus & non pariter cedentes recte & imponant, & acquirant ſervitutem, quia ſi ſeparatim & diverſis temporibus utrorumque adeatur hæreditas, ſemper ut diximus fiat perſonæ mutatio, & novatio, *l. novatio autem de novat. & de leg. ff.* Sic fit ut ad hunc locum non pertineat quaſtio illa cur non mortuorum, ut vivorum actus ſuſpendi poſſint; cujus rationem invicem altercantes & diſſentientes interpretes fruſtrà tanta ſolicitudine inveſtigant cum quæ illi quæſtioni ineſt propoſitio falſa ſit: nam ut non mortuorum ita nec vivorum actus puri ſuſpendi poſſunt, *l. uſusfruct. de ſtipul. ſerv.* Sed de his ſuo loco.

SUMMARIA.

1 *Receptus hujus reſponſi ſenſus quibus ex cauſis merito non probetur?*
2 *Quis ſit tandem verus?*
3 *Urbana prædia à ruſticis quomodo diſtinguantur?*
4 *Eam dijudicationem neceſſariam eſſe.*

PAULUS III.

Servitutes prædiorum aliæ in ſolo, aliæ in ſuperficie conſiſtunt.

NOn convenit inter interpretes hujus legis: dum alii vana opinione errantes tradunt recte ſentientes.

Eam Accurſius * primum ſic excepit, ut quæ ſervitutes in ſolo conſiſtere dicuntur, eæ ruſticæ ſint. Quæ in ſuperſicie, urbanæ: ſed pendet animo, & in diverſa trahitur, ac magna levitate ab illa quæ bene ſenſit deſciſcit. Mavult igitur ſic interpretari: ut ſervitutes aliæ in ſolo conſiſtant hoc eſt, à domino ſoli, aliæ in ſuperficie, hoc eſt, à ſuperficiario conſtituantur, quia non ſit veriſimile, Paulum hîc eam ſervitutum diviſionem repetere, quæ à Martiano in prima hujus tituli lege 1

prodita ſit. Quaſi ſit inſolens & deforme, ſi quod Martianus idem ſenſerit & Paulus, quod cum Accurſio omnes exiſtimant. Et ab illis initiis ſine nulla occaſione in tractatum de ſuperficiebus ruunt, & intempeſtive coacervantes omnia quæ in ſuo loco ſuperficiebus ſcripta ſunt, huic breviſſimo reſponſo tenebras offendunt. Mihi de ſuperficiario nihil hîc dici videtur. Primum quia conjugata non ſunt ſuperficiarius, & ſuperficies: quoniam non ſunt ex verbis generis ejuſdem, nec ab uno oriuntur: & ut uno verbo cum Ariſtotele dicam non ſunt *ſiſoica*. Non enim qui locus ſuperficiem habet ſuperficiarius eſt: ſed ædes tantum ſuperficiarias appellamus: quibus quis in alieno ſolo fruitur, *l. ſuperficiario, ne rei vend. ff.* Noſtras ædes tametſi ſolo & ſuperficie conſtant, nunquam ſuperficiarias appellamus. Et cum incidit, ut de ſuperficiario loquantur Juriſconſulti, ſemper ejus utilem petitionem dicunt utilem conſtitutionem, utilem in rem actionem, ex jure prætorio, *l. 1. §. fin. de ſuperfic. D. l. in provin. §. fin. de nov. oper. nunc. ff.* quorum omnium hîc nihil eſt. Appellat ergo hic ſuperficiem non eam tantum quæ in alieno & conducto loco poſita eſt, qua quis ex lege locationis vel conductionis fruitur, & quam prætor interdicto de ſuperficiebus, & propoſita in rem utili actione tuetur, *l. 1. §. ſed longe utilius, de ſuperfi. ff.* ſed & id omne quod ſuper terram prominet: ſive id in noſtro, ſive in conducto & alieno ſolo eſt, ſic dicimus ædes noſtras ſolo & ſuperficie conſtare, *l. eum qui de uſucap. ff.* ſic in loco vitibus conſito, vites ſuperficiem appellamus, *l. certo generi, de ſerv. ruſt.*

2 Aptius ergo dicemus ſervitutes prædiorum illas in ſolo conſiſtere, quæ ſublata ſuperficie adhuc debeantur, * & præſtari poſſint, contra, illas in ſuperficie conſiſtere, quæ ſublata ſuperficie præſtari non poſſint. Et ne nos hanc interpretationem commentos quis exiſtimet, expendat verba Juriſconſulti *Certo*, inquit, *generi agrorum acquiri ſervitus poteſt, veluti vineis, quod ea ad ſolum magis, quàm ad ſuperficiem pertinent: ideo ſublatis vineis ſervitus manebit. l. certo generi de ſervit. ruſtic. ff.* vides ut eas ſervitutes ad ſolum magis, quàm ad ſuperficiem pertinere dicat, quæ ſublata ſuperficie nihilominus debentur. Alias autem quæ ſublata ſuperficie præſtari non poſſunt, appellat Juriſconſultus, ut & hoc loco, ſervitutes in ſuperficie conſiſtentes, *l. ſervitutis quæ in ſuperficie, in princ. & §. ſi ſublatum, de ſerv. urba. ff.* Eſt ergo hæc diviſio vi & poteſtate eadem cum illa Martiani qui rerum ſervitutes diviſit in ſervitutes ruſticorum prædiorum, & urbanorum, *l. 1. hoc tit.* Nec conturbari debemus quod eadem ſit à Martiano poſita. Nam & ſi Papinian. ſcripſerat, intervalla dierum & horarum non ad temporis cauſam, ſed ad modum pertinere jure conſtitutæ ſervitutis, *l. ſervitutes ipſo quidem jure, §. fin. hoc titu.* Tamen & illud Caji paulo poſt adjectum eſt: uſum ſervitutum temporibus ſecerni poſſe, *l. via §. hoc uſus hoc tit.* Quorum locorum tametſi difficilis eſt verborum figura: ſenſus tamen vi & poteſtate idem eſt. Sed ut maxime conſentiant omnes in eo, ut ædificia prædia urbana appellentur, etſi in villa ſint: quia urbanum ædificium non locus, ſed materia faciat, *l. prima. commun. prædior. D. l. urbana. de verbor. & rer. ſignific. ff.* Ita in eo diſſident, ſtabulum quorum prædiorum numero habere debeant, ruſticorum, an urbanorum: Ulpiano inter urbana, *l. urbana. de verbor. & rer. ſignific. ff.* Ne ratio

ratio, inter ruſtica referentibus, *l. eo jure*, §. 1. *in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrahat. ff.* quorum ut neutrum falſum eſt, ita utrumque cauſam habet diverſam: unde idem Neratius licere altius tollere, & officere prætorio vicini, vel cloacam habere licere per vicini domum, vel prætorium, vel protectum habere licere, reſpondit ruſticorum prædiorum ſervitutes eſſe, *l. ruſticorum, de ſerv. ruſt. ff.* quia ut non locus, ita nec materia urbanum faciat: ne ædificii uſus, & opportunitas, aut patris familias deſtinatio, ſunt enim ad eam dijudicationem plura neceſſaria.

3 Nam & materiam * convenire, *l. urbana, de verb. & rer. ſignif. ff.* & opportunitatem, ac uſum, atque patris familias deſtinationem, *l. ſi horreum, in quibus cauſ. pign. vel hypoth. taci. contrah. ff.* & urbanis ædibus magis, quàm rei ruſticæ cuſtodiendæ comparatum eſſe oportet, *l. Tugurii, de verb. & rer. ſignif. ff.* Et quod præcipuum eſt in continentibus ædificiis eſſe, Et ideo ſi in agris ædificia juncta non ſunt, urbana appellari non poſſunt. Sic ſtabula quæ non ſunt in continentibus ædificiis numero urbanorum non eſſe habenda reſponſum eſt: cùm à cæteris ædificiis ſeparata ſint, *l. eo jure*, §. *ſtabula in quib. cauſ. pign. vel hypoth. taci. contrah. ff.* Et cum familiæ herciſcundæ judicium habeat locum in confinio prædiorum ruſticorum non urbanorum: ita demum in confinio plurium ædificiorum locum non habere reſponſum eſt, ſi ædificia juncta ſunt: quaſi ſeparata veriùs ruſtica prædia appellentur, *l. ſed & loci.* §. *hoc judicium, fini. regund. ff.* Quatuor ergo illa urbanum prædium efficient: non ſingula eorum. Multùm autem intereſt urbanorum, an ruſticorum prædiorum numero habeantur: nam in ruſticis prædiis impedit ſervitutem medium prædium quod non ſervit, *l. qui ſella.* §. *in ruſticis, de ſerv. ruſtic. ff.* cum interpoſitis quoque alienis ædibus ſervitus imponi poſſit, *l. in tradend.* §. *interpoſitis, comm. præd. ff.* in eo quoque eorum cauſa diſſimilis eſt, quia jura prædiorum urbanorum pignori dari non poſſunt: ſed viæ, itineris, actus aquæductus pignoris conventio recepta, *l. ſi is qui bona.* §. *fin. & l. ſeq. de pign. ff.* Præterea qui viam habet, ſi opus novum nunciaverit adverſus eum qui in via ædificat nihil egit, *l. qui viam, de oper. nunc.* urbanas vero ſervitutes tuemur, & novi operis nunciatione, *l. & ſi fortè*, §. *fin. ſi ſervit. vendic.*

Poſtremò ne omnia proſequamur, * ſervitutes ruſticorum prædiorum non utendo pereunt: urbana non omnimodo pereunt non utendo, ſed ita, ſi vicinus ſimul libertate uſucapiat, *l. hac autem jura, de ſervit. urban. ff.* & ex multis aliis cauſis. 1

SUMMARIA.

1 *Probabiles hujus reſponſi rationes.*

2 *De his, aut conditionis adjectionem efficere, ut non prædiis ſervitus, ſed magis perſonæ facultas quæſita intelligatur, in eo vera ratio ſtatuitur.*

3 *Ex conſtitutionis forma, & adjacentibus multis, ſæpè, ut & hoc loco intelligi, non prædiis plenam ſervitutem, ſed perſonæ facultatem quæſitam.*

4 *Quam ob cauſam in multis juris locis, traditum ſit. viam, iter, actum, ſub conditione legari, & promitti, vel ab eo qui fundum non habet. Sub conditione vero ſervitutem promitti, vel ab eo qui fundum non habet, nuſquam legitur.*

PAPI-

Digitized by Google

PAPINIANUS IV.

Servitutes ipſo quidem jure neque ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem, verbi gratia. Quamdiu volam, conſtitui poſſunt. Sed tamen ſi hæc adjiciantur, per pacti, vel doli exceptionem, occurretur contra placitum ſervitutem vendicanti: idque, & Sabinum reſpondiſſe Caſſius retulit, & ſibi placere.

DIfficilis eſt inquiſitio rationis hujus reſponſi. Et de commentariis ad ejus narrationem ſcriptis merito quis dicat, quod Ariſtochius de Dialecticorum argutiis, quas dicebat ſimiles telis aranearum: quod plurimùm habent artificii, minimum verò utilitatis. Illi itaque in quorum manus hi noſtri commentarii venient, ſic putent: Quando ratio opinionem ſuperat tametſi non adhibeatur fides, tamen laudandum eſſe ingenium ſcribentis. Suſcepto muneri ſatisfactum putabo: non modo ſi rationem conſtitutionis hujus expreſſero: ſed etiamſi adumbrare potero. Cur igitur ipſo jure ſervitutes, nec ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem conſtitui poſſunt? Proteus olim non eſt mutatus in tam varias formas, quàm variæ ſunt hac in re interpretum ſententiæ, quarum tametſi nullam probo, omnes tamen prætermittere modeſtiæ meæ eſſe puto: & non inceſſere, & inſectari invidioſis, & odioſis reprehenſionibus, quod multi ſolent. Nam & mihi olim accuratius, ſed tamen non ſatis exacta judicio hujus reſponſi rationem exquirenti, occurrerunt multa, quæ ut non probo hodie, ita non penitus abdico, & rejicio, & quia ſunt non omnino inconcinna: proferam nonnulla, dum veram rationem cudo.

Ergo * neque ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem ſervitutem conſtitui ipſo jure poſſe dicebam. Propter eà quod cùm natura ſua prædia omnia libera ſint, *l. Imperatores*, & *l. cum eo. de ſerv. urb. ff.* ſervitutis cauſam neceſſariam fuiſſe oportuit, *l. ex hoc jure, de juſtit. & jur.* Ejus autem argumenta multa ſunt. Nam & damni infecti nomine inutiliter ſibi caveri poſtulat, niſi qui neceſſariò ſibi timet: & ex cauſa quæ alioqui vitari non poteſt: atque ideo non is qui in meo deambulat, aut qui in meo lavat, aut qui in meam tabernam divertit, quoniam tales ex cauſa neceſſaria non timent futurum damnum: cùm abeundo evitare periculum poſſint. Sed ei tantùm de damno infecto cavetur, qui vicinas ædes habet, ob eamque cauſam ex neceſſaria cauſa timet, nec aliter ſe periculo ſubducere poteſt, *l. qui bona fide, §. qui damni, de damn. infect. ff.* Quin & ab initio utiliter conſtituta ſervitus impunè non præſtatur, ſi incidat, ut præſtita nihil proficiat, *l. & ſi fortè ſi ſervitus vend. ff.* Denique libertatis favorem ex eo ſpectare, & æſtimare poſſumus facta cum rebus perſonarum collatione: quod liber homo ne volens quidem ſervus effici poterat, niſi tum demum cùm paſſus ſe venundari tantam ſibi ignominiæ notam inuſiſſet, ut ſe libertate indignum oſtendiſſet. Et liberum arbitrium quod per eam habebat vili accepto argento prodidiſſet. Actum quoque tanta

ſolem

ſolemnitate rem geri jus civile voluit, ut ex eo facile intelligas quanti libertatem fecerit. Talem enim, majorem viginti annis eſſe oportuit: & ſciſſe conditionem ſuam, & pretii partem accepiſſe, & veniſſe ignoranti liberum. Sed quid argumentis opus eſt? Cum ut maxime calcis coquendæ, & cretæ eximendæ ſervitus conſtitui poſſit, non tamen ultra poſſit quam quatenus ad eum ipſum fundum opus eſt, *l. ergo, de ſervit. ruſt. ff.* Ergo cum ſervitutes neceſſitas invexerit, juris ratio poſtulat, ut quod neceſſitate introductum eſt, impoſitionem non niſi neceſſariam recipiat: & præſentem & perpetuam, & non eam quæ ex eventu conditionis, aut dici pendeat. Obſervatum enim eſt in jure civili, ea quæ propter neceſſitatem fiunt, & perpetua eſſe, & pure fieri debere. Quod experimur in adoptione quæ recepta eſt in eorum ſolatium, qui nec liberos habent, nec habere poſſunt: neque enim diem, aut conditionem recipit *l. actus legitimi, de reg. jur. ff.* & quod magis mirere, ſi quis adoptatum emancipaverit, vel in adoptionem dederit, amplius eum adoptare non poteſt, *l. adop. quis nepotis loco de adopt. ff.* ut intelligas eos actus, quos introduxit neceſſitas in perpetuum fieri debere. Cum debeat qui adoptavit uti beneficio legis, & non eam ludibrio habere crebro uſurpato & neglecto ejus beneficio. Quod ipſum in cauſa, ut cum inter cætera quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſario deſiderantur, principale jus ſit de liberis inſtituendis vel exhæredandis, non poſſimus ſub conditione, aut ex die filios exhæredare. Quia certo judicio liberi à parentum ſucceſſione removendi ſunt, *l. ſub conditione, de bonorum poſſeſſ. contr. tab. ff. l. & ſi perceperit. §. filius inter medias, de libe. & poſthum. ff.* in his tamdiu acquievi, quoad longe aliud Juriſconſultus ſpectaſſet, poſteriores dies qui priorum ſunt magiſtri, docuerunt. Omnium error ortus eſt ex ignoratione illorum verborum, *Ipſo jure.* Nam ut non ipſo jure, ita ex bono & æquo ſervitutes ex tempore, aut ad tempus, vel ſub conditione, vel ad certam conditionem conſtitui poſſunt: non enim ipſo jure, quaſi prætorio jure aliud obtineat: ſed ipſo jure dictum eſt illis modis ſervitutes non conſtitui, non quia ſic conſtitutæ non debeantur: ſed quia ipſo jure non debeantur jure ſervitutis. Quaſi faciat diei, aut conditionis adjectio, ut non prædiis ſervitus, ſed magis facultas quædam perſonæ quæſita videatur. Non valde abſimile eſt quod ſuprà relatum eſt, ut maxime calcis coquendæ, & cretæ eximendæ ſervitus conſtitui poſſit, tamen non ultra poſſe quàm quatenus ad eum ipſum fundum opus ſit. Id enim abſolute ſi eo pertinere putes, ut nemo ex ſua cretæ fodina permittere alteri poſſit majorem cretæ quantitatem eximere, & ſibi tollere, quam quatenus is ad fundum opus habet, erras. Nam ridiculum eſſet, modum & finem dandi mihi eſſe ad fundi tui præſentem neceſſitatem: qui poſſum non modo eximendi immenſam quantitatem, ſed & cretæ fodinam ipſam tibi dare, quod ergo ait non ultra poſſe quàm quatenus ad eum ipſum fundum opus eſt, intelligendum eſt, ut facultas illa jure ſervitutis cenſeatur. Nam amplius eo quod opus eſt conceditur, res à præſtatione & facultate, & ad uſumfructum vel ad donationis, aut venditionis, aut hujuſmodi contractus cauſam tranſit.

Illa * autem interpretatio ut ſervitute

vitute ex tempore, ad tempus, ſub conditione, vel ad certam conditionem conſtituta non prædiis ſervitus ſed perſonæ facultas quæſita intelligatur, ipſo jure fit: quaſi appoſita die vel conditione, probetur ea conſtituentium voluntas. Sicut cum nonnullorum fructuum agri pars legatur, qualis qualis fuerit legantis voluntas, eo ipſo quod pars legata eſt, non uſumfructum, ſed ex reditu annuo partem legatam ſtatuit Juriſconſultus *l. defuncta, §. fin. de uſufruct. digeſt.* quanquam non ſit facile aliam rationem reddere: quàm quod ita poſita lex eſt. Sic dicimus in tutore qui pupillam ſuam minorem 25. annis necdum redditis rationibus ducit uxorem, vel filio ſuo jungit, non quæri qua effectione ductus ſit, Senatuſconſulto ſic accipiente, quaſi ea conjunctione fraudem adminiſtrationis tegere voluerit: ſed tutorem quaſi confeſſum de tutella infamari ipſo facto, *l. ſi tutor de interdict. Matr. Codice.* Sic quoque tametſi in ſtipulationibus, in pactis factum verſetur, *l. ſi unus §. pactus ne peteret de pact. D.* injuriam tamen actionem dicimus per pactum tolli ipſo jure, *l. ſi tibi decem millia paragr. 1. de pact ff.* quia ipſo jure & juris conſtitutione ſpeciali, diſſimulatione abolet injuriarum actio, *Paragrapho fin. de injuriis Inſtit.* Quod ſi diſſimulatione, multo magis pacto: plus enim ineſt pacto. Hinc etiam fortaſſe illud ad Herennium. Pacta quædam eſſe quæ legibus obſervanda ſunt, quædam quæ ſine legibus obſervantur ex conventu, cujuſmodi erit hæc conſtitutio ſervitutis quæ diem vel conditionem habeat: nam ipſo jure purè conſtituenda eſt.

3 Et quemadmodum * hic, ita ſæpe alias ex conſtituendi forma intelligimus non prædiis ſervitutem, ſed facultatem perſonæ permiſſam: veluti, ſi me precario rogaveris, ut per fundum meum ire agere tibi liceat, *l. veluti de precar. ff.* Aut ſi maceriam tibi in meo ducere liceat: etenim ne maceria quidem poſita donatio ſervitutis perfecta intelligitur, *l. ſi precario comm. præd. ff.* Quia qui precario rogatur, poſſeſſionis & uſus rogatur, non proprietatis, *l. certè §. fin. de precar. ff.* Similiter quando nullius ſingularis fundi ſpectata eſt utilitas, *l. Lucius Titius, de ſervitut. ruſt.* Aut ex natura ſervientis fundi, *l. ſi quis binas, de uſufruct. ff.* aliquando ex genere legati, & regionis more, *l. Mela, §. libertis, de aliment. & cibar. legat. ff.* Nonnumquam ex affectione conſtituentium, *l. Pater filiæ de ſerv. legat. ff.* Conſtituta ergo ſervitute ex tempore, ad tempus, ſub conditione, vel ad certam conditionem, plenam ſervitutem prædii conſtitutam ipſo jure non intelligimus, ſed magis perſonæ facultatem datam: tum quia tempus & conditio obligationis perſonalis cauſæ ſunt, *l. obligationum fere, de act. & obligat. ff.* tum etiam quia prædia præſentem & perpetuum ſervitutis uſum requirunt, atque ideo talem conſtitui quæ pura & perpetua ſit: quomodo dicimus ſententiam prædio dari, *l. qui alienæ §. fin. de neg. geſt.*

Horum * argumentum magnum eſt, 4 quod tametſi multis juris civilis locis traditum ſit, viam, iter, actum, ſub conditione legari, & promitti poſſe: vel ab eo qui fundum non habeat *l. exiſt. de verb. obl. ff. l. ſi fundum, de ſerv. leg. D. l. hered. §. an ea fam. hercif. ff.* Nuſquam tamen legitur ſerv. ſub conditione rectè promitti, vel ab eo qui fundum non habet ſerv. promitti poſſe. Sed quia ne hæc quidem omnino mihi ſatisfaciunt, dicam quod in Ti-

mæo Plato; qui ad ea quæ ibi tradit vires noſtras non ſufficere dicit: ſed credi jubet iis qui ante dixerunt, quanquam nulla demonſtrationis neceſſitate loquantur.

SUMMARIA.

1 *Modus hic qualem habeat ſignificationem?*
2 *Quid ſit non pertinere ad temporis cauſam, ſed ad modum conſtitui ſervitutis?*
3 *Explicati duo loci, alter Pauli in l. cum de operis, & ope. ſerv. ff. alter Celſi in l. item ſi fundi, §. fin. de uſufr. ff.*
4 *Si ex conventione, alternis annis, vel menſibus aqua ducitur, perinde una ſervitus eſt, ac ſi die tantùm, aut noctè tantùm ducatur.*

§. *Modum adjici ſervitutibus poſſe conſtat*, veluti quo genere vehiculi agatur, vel non agatur, vel ut equo duntaxat, vel ut certum pondus vehatur, vel ut res illæ transducantur, aut carbo portetur. Intervalla quoque dierum, & horarum, non ad temporis cauſam, ſed ad modum pertinent jure conſtitutæ ſervitutis.*

1 MOdus * hoc loco longè aliam habet ſignificationem, quàm in titulo de iis quæ ſub modo legata, vel fideicommiſſa relinquuntur, & ſimilibus, quo loco adſcriptus modus, cum ad conditionem ejus conceptio reſpiciat, ut quid fiat, vel detur pro conditione obſervatur, ſed modum accipimus pro genere uſus, & forma utendi, quo ſenſu vox illa uſurpata eſt à Juriſconſultis innumeris locis, ſi inquit, iter, actuſque ſine nulla determinatione legatus eſt: modus determinabitur, *l. certo generi, §. ſi totus ager. de ſerv. ruſt. Et in l. etſi fortè, §. modus, ſi ſerv. vend.* Modus, inquit, refectionis in hac actione ad eum modum pertinet, qui in ſervitute impoſita continetur, fortè ut reficiat lapide quadrato, vel ſtructili. *Et l. 1. §. quod autem nequid in flum. publ. ripave ejus fiat, ff.* quod autem ait, aliter fluat, non ad quantitatem aquæ fluentis, ſed ad modum, & ad rigorem curſus referendum eſt. *Et l. 1. §. nunciatio fit, de nov. oper. nuncia.* Si quid inquit, contra leges, edictave principum, quæ ad modum ædificiorum facta ſunt fiet, multiplicem autem eſſe hujus vocis ſignificationem, ut ex lectione veterum ſcriptorum intelligere poteſt quiſque: ita hîc ineptè docetur, quemadmodum illud quoque, à conditione in cujus eventum diſpoſitio ſuſpenditur, quibus diſtet. Poſteriora verba paulò ſunt obſcuriora, dum ſic ait: *Intervalla quoque dierum, & horarum, non ad temporis cauſam, ſed ad modum pertinent jure conſtitutæ ſervitutis.* Preſſum enim, & conciſum hoc genus dicendi frequens in Papiniani reſponſis, lectorem ſæpè nequicquam proficientem exercet.

Ego * ſic interpretor. Intervalla 2 dierum, & horarum ad temporis cauſam non pertinere, hoc eſt per temporum anfractus varios, & in ſeſe cum intermiſſione recurrentes, & pro ſucceſſu multiplici diei fortè, menſis, vel anni, ſervitutes varias non naſci: ſed earum unum & perpetuum jus eſſe, & uſum quidem intermiſſione temporis diviſum eſſe, jus non eſſe, ſic enim Juriſconſultus comparat jus ſervitutis, & ejus uſum, *l. 1. §. duo autem ſunt genera, de aqua quotidian. & æſtiva ff.*

Cùm ait quotidianam aquam ab æſtiva differre, uſu, non jure, ut ſic, intermiſſione temporis diviſa ſervitute magis præſcribatur utendi modus, quàm definiatur, quando, & quoties conſtituatur ſervitus & crebra, & ludibrioſa fingatur ſervitutis creatio: quemadmodum ante Juſtinianum credebant multi, eis qui principali actione cecidiſſent, propter exceptionem triginta, vel quadraginta annorum, ſupereſſe tamen ad uſuras actionem: quia viderentur illis ſingulis annis uſurarum actiones naſci. quod figmentum juris ut ludibrioſum ſuſtulit Juſtinianus, *l. eos, in princ. de uſur. C. Addit. Sed ad modum pertinent jure conſtitutæ ſervitutis*, hoc eſt, utendi formam reſpiciunt. Modus non hîc, ut dixi, utendi rationem ſignificat. Sed & adeo alia multa, ut ejus ignoratione, multi juris civilis loci adhuc ſuum deſiderent interpretem. Duos explicabo hac oblata occaſione.

2 Alter * eſt Pauli, *in l. cum de operis. de op. ſerv. ff.* Alter Celſi, *in l. item ſi fundi, §. fin. de uſufruct. ff.* Si Paulus, *Cum de operis ſervi artificis agitur, pro modo reſtituendæ ſunt, ſed mediaſtini ſecundum miniſterium, & ita Mela ſcribit.* Verba ſunt obſcura, ſed Accurſio, & aliis contra videtur. Nam ſine controverſia ſi explicant, pro modo, hoc eſt, arbitrio boni viri. Mihi non videntur aſſecuti Juriſconſulti mentem: Statuit enim intereſſe inter legatum operarum ſervi artificis, & legatum operarum ſervi mediaſtini: quia legatæ operæ ſervi artificis pro modo reſtituendæ, & præſtandæ ſint, hoc eſt, pro communi utendi conſuetudine; Exempli gratia, ut quia ſervo coquo ad epulas condiendas non ad agriculturam utamur, ut legatarius quoque niſi ad epulas utatur; Id enim efficere artificium, quo ſervus inſtructus eſt. Legatæ vero operæ ſervi mediaſtini, qui vel viliſſima quæque inter ſervos officia ſolet obire: præſtentur ſecundùm miniſterium, hoc eſt, in iis tantùm, quibus vivo teſtatore defungebatur. Et in ſumma, eo pertinent ea Pauli, ut in ſervo artifice, ſpectetur communis omnium hominum uſus artificis ſervi: in mediaſtino, qui nullo ſit inſtructus artificio, peculiaris uſus teſtatoris. Celſus autem in hæc verba, *Trebatius ſcribit, ſylvam cæduam, & arundinetum poſſe fructuarium cædere, ſicut paterfamilias cædebat, & vendebat: licet paterfamilias non ſolebat vendere, ſed ipſe uti, ad modum enim referendum eſt, non ad qualitatem utendi.* Ad modum, inquit Accurſius, hoc eſt, ut vir bonus uti debet. Ego ad modum referendum eſſe: hoc eſt, ſpectandum quomodo arundineto, vel ſylva cædua omnes utantur non ad qualitatem utendi, hoc eſt non quomodo uti ſoleret teſtator, ſed hæc hactenus. Illud quod ſuprà diximus, intervalla temporum non pertinere ad temporis cauſam, ut per intervalla, & intermiſſiones multas non ſint plures ſervitutes diverſarum cauſarum, aut non ex eo falſum eſt, quod reſponſum eſt, ſi alternis annis, vel menſibus quis aquam habeat, duplicato conſtituto tempore eam amitti non utendo: ſi vero alternis diebus aut die tantùm, aut nocte tantùm, ſtatuto legibus tempore: quia una ſervitus eſt: Quaſi ſuperiore caſu plures ſint ſervitutes per intervalla temporum?

Sed * non eſt dubitandum, quin 3 etſi alternis annis, vel menſibus quis aquam habeat, una tamen ſit ſervitus, non plures: quemadmodum cùm alternis diebus, aut die tantùm, aut nocte tantùm. Atque eo differt uſusfructus à ſervitu-

ſervitutibus rerum : nam ille cùm alternis annis legatur, legata plura ſunt. Legata autem alternis annis prædiali ſervitute, unum eſt legatum, *leg. cum uſusfructus de uſufru. l. digeſt.* Sed conſtituta aqua ut alternis diebus, vel die tantùm, vel nocte tantùm duci poſſit, unam ſervitutem eſſe reſponſum eſt : non quod ſuperiore, ut dixi, caſu plures ſint ſervitutes diverſarum cauſarum, ſed eo poſteriore membro unam ſervitutem eſſe dixit, quoniam cum alternis diebus, aut die tantùm, aut nocte tantùm utimur, quaſi continenter utimur, cùm in illis quæ *parvo interſtitio fiant.* nihil priùs, aut poſteriùs dici poſſit : ſed omnia quaſi ſimul, & continenter fiant, *l. quidam in teſtamento. de pecul. leg. digeſt.* Itaque ſervitutem unam eſſe cum dixit, id non ad jus, ſed ad uſum retulit : tametſi ſervitus jus eſt prædii, ſed & ſæpè aliàs, *catacriſticos*, ea voce uſus eſt Juriſconſultus, veluti cùm jus in alieno ſolo ſuperficiem habendi ſervitutem appellat, *l. ſi tibi homo, §. fin. de legat.* 1. & cùm ſervitutis partem dicit, *l. aquam in fin. quemadmodum ſervit. amitt. ff.* cùm ſervitutum prædii, individuæ cùm ſint, nulla ſit pars. Cæterùm una, an plures ſervitutes ſint permagni refert. Nam una ſi eſt, aut tota amittitur, aut tota retinetur : ſi plures, contra, *l. una eſt via de ſervit. ruſt. digeſt.* Quemadmodùm, & cùm plura legata ſunt per ſingula legata jus capiendi inſpicitur, *l. cùm in annos. de annuis legat. ff. l. pater Severinam. §. fin. de cond. & demonſtra. digeſt.* & cùm unum eſt legatum, ſemel tantùm cedit, *l. nec ſemel. quand. dies l. vel fidei. ced. l.* 1. *in princ. ff. quan. dies uſusfr. leg. ced.*

CAIUS V.

§. *Via, iter, actus, hauſtus aquæ, iiſdem fere modis conſtituuntur; quibus & uſumfructum conſtitui diximus.*

Hoc non eget interprete.

SUMMARIA.

1 *Longè diverſa eſſe, ſervitutem temporibus ſecerni, & dividi.*

2 *Per ſingula verba diſcuſſa, & expoſita, l. arbor. §. aquarum inter com. divid. geſt.*

§. *Uſus ſervitutum temporibus ſecerni poteſt : fortè ut quis poſt horam tertiam uſque in horam decimam eo jure utatur, vel ut alternis diebus utatur.*

USum * ſervitutum temporibus 1
ſecerni poſſe, quod hîc dicitur, & ſervitutem dividi non poſſe, quod verum eſt, *l. viæ infrà hoc tit.* longè ſunt diſſimilia. Ne dividi poſſit ſervitus ex eo efficitur, tum quia omnes partes fundi ejuſdem modi ſunt : *l.* 1. *§. illud Labeo de aqua quot. & æſti. digeſt.* Tum, quia adverſus conſtitutam ſervitutem non niſi in ſolidum peccari poteſt, *l. eadem, §. Cato. verſ. different. de verb. oblig. ff.* nec ita in ejus parte vis fieri, ut non in toto fiat, *l. §. item quæritur. de aqua quoti. & æſtiv. digeſt.* Denique quia tantum qualitate, prædium cui debetur, afficit, nec aliud eſt quàm ipſum prædium qualiter ſe habens, *l. qui fundum alienum. digeſt. quemadmodum ſervitus amittatur.* ut verum ſit tam in jure non in parte conſiſtere.

Uſus vero ſervitutum temporibus ſecerni poteſt : hoc eſt interpolari, dividi autem non poteſt: niſi aut menſura, aut temporibus, quod ipſum eſt temporibus ſecerni, in difficillima, *l. arbor. §. aquarum iter, ff. commun. dividund.* cujus interpretationem ſuprà in hunc locum rejeci.

2 *Aquarum * inquit, iter in judicium communi dividundo non venire Labeo ait : nam aut ipſius fundi eſt*, hoc eſt, aut ſic conſtituta eſt aqua, ut duci tantùm ad certum fundum poſſit, *l. 1. §. prætereà Labeo. de aqua quotid. & æſti. ff. Et ideo in judicium non venit.* ſcilicet, quia omnes partes fundi, cui ſervitus debetur ejuſdem modi ſunt, *l. 1. §. illud Labeo. de aqua quoti. & æſtiv. ff. l. via. §. quæcunque. de ſervit ruſtic. D. aut ſeparatum à fundo*, hoc eſt, aut ſic conſtituta eſt aqua ut quocunque duci poſſit, *leg. 1. §. prætereà Labeo. de aqua quotid. & æſtiv. ff. diviſum tamen, aut menſura, aut temporibus.* Hoc ideo, quia ſi ſic conſtituta eſt aqua, ut quocunque duci poſſit, niſi jus aquæ diviſum ſit menſura, aut temporibus: cui conſtituta eſt, is omnibus ſuis prædiis etiam innumeris jus aquæ ducendæ ſimul acquirit : quod non poteſt : ſervitutem enim certam eſſe oportet, & certi fundi, *l. in tradendis in princ. commu. prædior. ff.* Cæterùm nec hoc caſu cùm aquarum iter ſeparatum eſt à fundo, & menſura, aut temporibus diviſum, exiſtimabat Labeo in judicium communi dividundo venire: quaſi jam diviſum. Id autem Paulus ſic reprehendit. *Sed poſſunt jura interdum ſeparata à fundo eſſe, nec menſura, nec temporibus diviſa, veluti cum is cujus fuerunt plures hæredes reliquit, quod cum accidit, conſentaneum eſt ea in arbitrium familiæ herciſcundæ venire, nec videtur (inquit Pomponius) quare minus in communi dividundo, quàm in familiæ herciſcundæ judicium veniant.* Proſequitur illud membrum quo dixit ſeparatum jus aquæ à fundo oportere diviſum eſſe, aut menſura, aut temporibus. Et id ipſum jus aquæ mortuo eo, cujus fuit plurib. hæredibus relictis, appellat non diviſum, aut menſura, aut temporibus, cum ſit ſeparatum à fundo, & quocunque duci poſſit; quia nunc quoque alia diviſione opus ſit inter plures hæredes, nam fundi ſi eſt jus aquæ, nulla inter hæredes diviſione opus eſt, cum quamlibet fundi partem ſequatur, & cum ut dixi partes fundi, cui ſerv. debetur, omnes ejuſdem modi ſint : atque ideò fundum dividere ſufficiat. Fundi autem cum non eſt, ſed ſeparatum à fundo, tametſi diviſum menſura, aut temporibus cum conſtitueretur, rurſum tamen inter plures hæredes particularis facienda eſt aquæ diviſio per menſuras, aut tempora.

SUMMARIA.

1 *Partem hic appellari quæ nulla diviſione prædii facta pro indiviſo poſſideatur, demonſtrata tantùm, & determinata.*

2 *Et quod vulgò traditur, eam intelligi quæ pro diviſo poſſidetur, ineptum eſſe.*

PAULUS V.

Ad certam partem fundi ſerv. tam remitti, quàm conſtitui poteſt.

Diviſo fundo regionibus, ut demonſtrari poſſit quid cujuſque ſociorum ſit, id quantumcunque eſt, fundi partem non eſſe, ſed fundum, Ex eo fieri, ut parti pro diviſo quæ hîc certa appellari nonnullis videtur imponi

poni ſervit. poſſit, idque accidere, cum vel plures à ſocietate privata conventione abeunt, *l. ſi quis duas* §. *ſi quis partem commu. præd. ff.* vel ab arbitrio adjudicationibus factis, *l. commu. divid.* §. 1. *commun. divid. ff.* atque hunc eſſe legis hujus ſenſum exiſtimant omnes interpretes: quibus ego non admodum repugno.

D Sequor * tamen libentius opinionem exiſtimantium certam hic fundi partem apppellari fundi partem diſtinctam modo & regionibus, vel certis aliis ſignis determinatam, nulla fundi diviſione facta ut ſit ſenſus, ad certam partem etiam pro indiviſo, ſervitutem conſtitui aut remitti poſſe, ut non per totum fundum ſervitus diffuſa ſit: ſed ad ſervitutis uſum electa pars fundi, *l. certo generi.* § *ſi totus, de ſervit. ruſt. ff.* quod accidit ubi certus, ac finitus viae locus eſt, *l. nam ſatis*, §. *ſed ſi is fundus. quemadmodum ſerv. amit. ff.* Id vel ex eo apparet: quia certam hominis partem recte dicimus: certum enim eſt, quidquid oſtenditur vel nomine, vel ea demonſtratione, quæ nominis vice fungitur, *l. certum de reb. cred. ff.* De homine tamen, aut mobilibus aliis cujuſcunque generis ſint abſurde diceretur ea certis finibus aut modis à pluribus ſociis poſſideri pro diviſo, mobilia enim pro diviſo, poſſideri non poſſunt, *l. Pomponius de rei vend.* Ex quo fit, ut certam partem eam quoque recte appellemus, quæ pro indiviſo poſſidetur, poſſideri autem pro diviſo non poſſit. Accedit quod fundo regionibus diviſo ridiculum eſſet dubitari, an parti quæ pro diviſo poſſideatur, ſervitus imponi poſſit: cum jam non ſit pars fundi, ſed fundus, & diviſione regionibus facta, earum partium cauſæ amplius non miſceantur, *l. nam ſatis.* §. *ſi diviſis quemadm. ſerv. amit. ff.* Ergo certam partem hic appellat, quod locum in fundo *in l. certo generi*, §. *ſi locus de ſerv. ruſt. ff.*

SUMMARIA.

1. *Ut pomum decerpere liceat, ut ſpatiari, ut cœnare in alieno poſſimus, neque rerum, neque perſonarum ſervitutes eſſe.*
2. *In ſervitute conſtituenda, aut prædiorum, aut hominum intereſſe oportet, non quovis modo, ſed principaliter.*
3. *Cujuſque rei facultatem jure ſervit. deberi non poſſe.*
4. *In interdictis vero, de facto tantum quæritur utentis, non de jure ſervitutis.*

PAULUS VII.

Ut pomum decerpere liceat, ut ſpatiari, ut cœnare in alieno poſſimus, ſervitus imponi non poteſt.

NUllus credo eorum eſt, quorum in hanc legem commentarios habemus, qui opera ſua non ſe rudibus proſpicere cogitet; ſed ea ad eum modum abutuntur, & tam infeliciter conſulunt, ut lectorem magis varietate rerum non neceſſariarum, & ab illis excogitatarum abruant, & magis onerent, quàm juvent, diſcentemque incertiorem, quàm ante fuerit dimittant. Dum ille ſtatuit, ut pomum decerpere liceat, ut ſpatiari, ut cœnare in alieno poſſimus, ſervitutes prædii non eſſe: quia nullus demonſtratur fundus cui debeatur, ſed perſonales ſervitutes eſſe, ad quas perſequendas in rem actione confeſſoria, & negatoria competant: hic vero contra, ut nec prædiorum ſervitutes eſſe, ita nec perſona-

ſonarum, de quibus quia dijudicavi ſatis libere in præfationibus, nunc nihil neceſſe eſt dicere.

1 Sed * tamen cum conſtitutis illis, ut pomum decerpere, ut ſpatiari, ut cœnare in alieno poſſimus, ſervitutes perſonales conſtitutas dicunt, quas tueamur confeſſoria, & negatoria, valde mihi videntur immemores eorum, quæ multis locis inepte, ſed tamen conſtanter prodiderunt, de negativa dictione præpoſitâ verbo poteſt, illam ſcilicet, omnem negare potentiam: ſecuti authoritatem gloſſ. *in cap. 1. de regul. jur. in 6.* Nam ſi negativa dicto præpoſita dictioni poteſt, omnem negat potentiam, illis verbis: *Servitus imponi non poteſt*, ſatis monentur, talem ſervitutem, ut vel prædii, vel perſonæ ſit, imponi non poſſe. Sic enim ait: *Ut pomum decerpere liceat, ut ſpatiari, ut cœnare in alieno poſſimus, ſervitus imponi non poteſt.*

2 Sed miſſos faciamus * Ariolos illos, unum eſt de quo dubitari adeo poſſit, ut neotericis quibuſdam impoſuerit, & in errorem eos impulerit, ſi quoties vicinorum intereſt ſervitutes valent, *l. quoties hoc titul.* & illa ut pomum decerpere liceat, aut ſpatiari, aut cœnare in alieno, utilitatem fundi augere poſſint, qui plurimi ſit futurus hoc ei jure debito, cur non eſt recepta hujuſmodi ſervitutum conſtitutio? hanc dubitationem ſuſtulit Juriſconſultus *in l. fidejuſſoris ff. de pact.* fidejuſſoris, inquit, conventio non proderit reo, quia nihil ejus intereſt à debitore pecuniam non peti. Imo nec confidejuſſorib. proderit: neque enim quoquomodo cujuſque intereſt cum alio conventio facta, alii prodeſt: ſed tum demum cum per eum cui exceptio datur principaliter ei cui pactus eſt proficiat, eadem quoque ratione, ſi cui res ex ſtipulatu debeatur, eique à debitore legata ſit, licet ex legato commodum ſentire videatur, quod dominium nanciſcatur ſtatim, nec expectet ex ſtipulatu dictionem, quodque ſumptum litis quem ſuſtineret ſi ex ſtipulatu agens litigaret, lucretur: nihilo magis fidei committi ejus poteſt, *l. ſi mulier. §. ſi rem, de leg. 3.* quoniam ſatis ſit quoquomodo legatum utile eſſe, ut fidei committi legatarii poſſit; ſed præcipuè in ſervitute conſtituenda, aut prædiorum aut hominum intereſſe oportet, non πρίστι, ſed principaliter. Ejus enim non habetur ratio, quòd fundus una harum ſervitutum acquiſita, pluris utendi poteſt: id enim extra fundum eſt, atque remotius: & quæ ſunt remotiora, non ſpectamus. Proinde ſi ad habitationem certa ſit quantitas annua relicta, & ita tranſactum ſit ſine prætore, ut habitatio præſtatur, valet tranſactio: quia fructus habitationis præſtatur, licet ruinæ vel incendio ſubjecta eſt. Quòd enim vitium facere ædes poſſint, vel forte exuri, id quia ex futuro pendet eventu, & remotus eſt, non ſpectatur. Et in ſumma facultas decerpendi pomum, aut deambulandi in alieno jure ſervitutis cenſeri non poteſt: non prædialis quia ad prædii utilitatem non pertinet, non perſonalis, quia tametſi nonnullam perſonæ domini commoditatem affert, non ſit omnis agri fructus legatus: quinimo nec omne pomum, ſed ex iis quæ proveniſſent certus numerus quanquam ne illud quoque ſatis ſit ad uſumfructum, ſi non omnis prædii fructus in pomis conſiſtit, *l. defuncta §. fin. l. ſi quis binas, ff. de uſufruct.* Denique quia non eſt facultas facta ſumendi ex iis quæ in prædio naſcuntur, quod ad victum domini, familiæque ſuæ ſufficiat: ut conſtitutus uſus intelligi poſſit, *l. plenum verſ. Labeo.*

Labeo, & Proculus de uſu, & habi.

3 Nec debet mirum videri, ſit ut pomum decerpere liceat, * ut ſpatiare, ut cœnare in alieno poſſimus, ſervitus imponi non poſſit. Nam nec ſuper alienum ædificium ſuperius habere jure ſervitutis quiſquam poteſt, quanquam utilitatem præſentem habeat. Sic enim ait Juriſconſultus, hoc quod dictum eſt de immiſſis, locum habet ex ædificio alio in aliud, aliter enim ſuprà alienum ædificium ſupèrius habere nemo poteſt, *l. hoc quod dictum, ff. de ſervit. urb.* Quemadmodum etiam non poteſt ita ſervitus imponi, ut quis facere aliquid cogatur: tametſi ſtipulatori utile ſit, *l. et ſi fortè, §. etiam. ff. ſi ſerv vend.* ut intelligas, cujuſque rei facultatem jure ſervitutis deberi non poſſe. Hoc autem jure utimur, ut non ſolùm ad irrigandum, ſed etiam pecoris cauſa, vel amœnitatis aqua duci poſſit, *l. hoc jure, ff. de aqua quot. & æſtiv.* quod non eſt ſuperioribus contrarium, quia eo loco de momentanea poſſeſſione agitur, quam tuemur interdicto. Interdicto autem cùm agimus, non quærimus ſitne utilis aqua, an ad voluptatem tantùm comparata?

4 Quemadmodum * nec illud, jurène aqua debeatur, an non. Nam & is cui aqua jure non debetur, ſi modo jure ſe ducere putat, interdicto rectè utetur, *l. prima. §. ſed ſi jure, ff. de aqua quotid. & æſtiv.* cujus rei illa eſt ratio, quia interdictis factum verſatur, in actionibus quæ de ſervitutibus competunt, *jus l. 2. §. fin. ff. ſi ſervit. vend.* ſi cui hæc non ſufficiunt, videat quæ ſcripſi, *in l. quoties, infrà hoc titulo*, & ſe expleat.

SUMMARIA.

1 *Acquiſitam ſervitutem confirmari, & ſervitutem per partes retineri, diverſam habere ſignificationem.*

2 *Partem hoc loco, dominii partem intelligi tametſi poſſit, & ſervitutis.*

§. *Si prædium tuum mihi ſerviat, ſive ego partis prædii dominus eſſe cæpero, ſive tu mei, per partes quidem ſervitus retinetur, licet ab initio per partes acquiri non poterat.*

Per partes retineri ſervitutem ſatis ſuperque dixi, cum legem hujus tituli ſecundam ſum interpretatus: & inter cætera illud quod erat in eo difficillimum, docui: fundis duobus qui invicem ſerviunt communicatis, cur ſervitutes per partes retineantur: cùm redempto in commune fundo qui communi ſervit, extinguatur ſervitus. Quo loco conciliavi difficillima illa capita, *l. ex ſociis, & l. ſi communi de ſerv. ruſtic.* Explicandum tamen tum quoque fuit reſponſum Pauli obſcurum, *l. pluribus, §. & ſi placeat, de verbor. oblig.* quod quia ad hanc rem pertinet, fiet quoque hìc ſatis commodè. Sic Paulus: *Et ſi placeat extingui obligationem, ſi in eum caſum inciderit, à quo incipere non poteſt, non tamen in omnibus verum eſt, ecce ſtipulari viam, iter, actum ad fundum communem ſocius non poteſt, tamen ſi is qui ſtipulatus fuerit, duos heredes reliquerit, non extinguitur ſtipulatio.*

Hucuſque plana ſunt omnia, & ab omnibus rectè excepta, quæ ſequuntur non perinde. * *Et pro parte dominorum ſervitus acquiri non poteſt, acquiſita*

tamen confirmatur. Hoc eſt, inquit Accurſius, firma remanet, quaſi Juriſconſultus illis verbis dicat, ſervitutem per partes retineri, cùm non illis, ſed poſterioribus id dicat. Reſpexit autem Juriſconſultus in illis prioribus verbis ad ſtrictum jus civile: quo plures domini non pariter cedentes ſervitutes, nec imponere, nec acquirere poterant, *leg. receptum, digeſt. commun. prædi.* niſi enim uno, & eodem tempore omnes cedebant, nihil agebant; quod cùm ex tota ea lege, tum ex verbo *receptum* ſatis intelligimus. Ne autem diverſis temporibus cedere poſſent ſummo jure, in cauſa erat meo judicio regula juris civilis, qua dicitur extingui obligationem, ſi in eum caſum venerit, à quo incipere non poſſit. A qua regula Juriſconſultus excipit ceſſionem ſervitutis à pluribus, vel pluribus ſociis, non pariter, ſed diverſis temporibus factam, cùm ſic ait: *Et pro parte dominorum ſervitus acquiri non poteſt; acquiſita tamen confirmatur.* Cùm enim ex duobus dominis alter jus eundi, agendi per fundum communem vicino ceſſit, nihil egit, nam unus, ex ſociis fundi communis, permittendo jus eſſe ire, agere, nihil agit. *leg. unus ex ſociis, ff. de ſervit. ruſtic.* Nihil egiſſe autem, ad jus ſervitutis referre debemus. Nam extra cauſam ſervitutis aliquid egit cedendo: qui, etiam antequàm alter ſocius cedat, prohibere vicinum non poſſit quominùs jure ceſſo utatur, *l. per fundum, ff. de ſervit. ruſt.* Igitur ſi alter quoque cedat, obligatio primi quæ perſonalis erat, neque conſtiterat jure ſervitutis, poſt noviſſimam ceſſionem in ſervitutis cauſam tranſit: ut ſubtili ratione videri poſſit is qui poſtremus ceſſit, ſolus ſervitutem conſtituiſſe: atque ideò res perveniſſe in eum caſum, à quo incipere non poſſit: quia unus ex dominis fundo communi neque imponit, neq. acquirit ſervitutem, tamen placuit acquiſitam, tametſi ita, ut à perſona tantùm deberetur confirmari, ut poſt noviſſimam ceſſionem, plena ſervitus, & à prædio debeatur. Addit, *Et propter partem dominii hoc evenit, ſi pars prædii ſervientis, vel cui ſervitus debetur, alterius domini eſſe cœperit.* Quod inquit Juriſconſultus, in acquirenda ſervitute diximus: ut ſervitus per partes acquiſita confirmetur: idem quoque in retinenda obtinet, ut ſcilicet per partes retineatur, & hoc eſt quod ait, *propter partem dominii hoc evenit.* Quod tum eſt, cùm pars prædii ſervientis, vel cui ſervitus debetur, alterius domini eſſe cœperit. Illud quoque animadverſione dignum eſt, quod totus hic locus rectè legitur in vulgatis codicibus, ſed corruptiſſimè in recentioribus, veteribus codicibus, à literatore ſciolo neſcio quo depravatis, dum loco *propter partem*, per partem, loco *dominii* mavult, domini Ergo ſervitus per partes retinetur, licet ab initio per partes acquiri non poſſit: quia quæcunque ſervitus fundo debetur, & ejus omnibus partibus debetur, *l. via. §. quæcunque, ff de ſerv. ruſt.* Per partes cum dico, partes dominii dico, quid ſi & per partes ſervitutis dixero; cùm is qui iter, & actum habet ſi ſtatuto tempore tantùm ierit, actum non amittat, quia ire quoque per ſe is poteſt qui actum habet, *l. qui iter ff quemad. ſerv. amitt.* Et cùm, ſi in partem agri aqua influxit, etiamſi non ad ultima loca pervenit, omnibus tamen partibus uſurpetur, *l. in partem, ff. quemad. ſerv. amitt.* Sed quanquam hoc non admodum ineptè dici poſſit, tamen illud malo, ut quæ retinetur ſervitus per partes, ea ſingulis, tota, & integra debeatur.

beatur, non quidem in toto fundo, ſed in ea parte quam non habent; in ſua enim parte, nemo jure ſervitutis quicquam facere poteſt.

SUMMARIA.

1 *In omnibus obligationibus quales quales ſint, ſemper illa inſunt ſine quibus nihil cautum eſt.*
2 *Expoſita l. præſes, C. de ſerv. & aq.*
3 *Conſtituta ſimpliciter ſervit. vendi modus arbitrarius eſt, quoad domino ſerviendi fundi non obſis.*
4 *Legata ſervit. neque heredis, neque legatarii abſolutè facultas eſt, per quam velit fundi partem conſtituendi.*
5 *In ſervitutibus, utilitatem ejus cui debetur ſine incommoditate ejus qui eam debet, ſpectandam eſſe.*

CELSUS VIII.

Si cui ſimplici uſu via per fundum cujuſpiam concedatur, vel relinquantur in infinito, videlicet per quamlibet ejus partem, ire agere licebit: civili tamen modo, nam quædam in ſermone tacitè excipiuntur: non enim per villam ipſam, nec per medias vineas ire, agere, ſinendus eſt: cum id æquè commodè per alteram partem facere poſſit; & minore fundi ſervientis detrimento: verum conſtitit, ut qua primum viam direxiſſet, ea demum ire, agere deberet, ſic, & Sabino quoque videbatur, qui argumento rivi utebatur, quem primo qualibet ducere licuiſſet: poſteaquàm ductus eſſet, transferre non liceret: quod & in via ſervandum eſſe verum eſt.

SI ſtipulatus fuero, inquit Juriſconſultus, per te non fieri, quominùs via, itinere, actùque uti liceat: tametſi non me, ſed alium nomine meo ingredientem prohibeat, committitur ſtipulatio, *l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri, ff. de verb. oblig.*

Hoc * ideo, quia etiam in obligationibus in quibus alter alteri non obligatur, de eo quod alterum alteri ex bono, & æquo præſtare oportet: ſed de eo tantùm, quod palàm verbis expreſſum eſt, quales ſunt illæ quæ ſtricti juris appellantur, *l. quicquid adſtringendæ, ff. de verb. oblig.* nihilominus inſunt illa, ſine quibus nihil eſt nobis cautum, tametſi palàm verbis expreſſa non ſint; unde ſi cui ſimplici uſu via per fundum cujuſpiam concedatur, vel relinquatur, tacitè actum videtur ut qua minore fundi ſervientis detrimento poſſit, per eam partem eatur. Ex quo illud quoque eſt, quod qui poteſt compendiaria apportare quæ refectioni neceſſaria ſunt; Si longiori itinere velit apportare, ut magis onEroſam cauſam eundi faciat impunè prohibetur, *l. veteres, ff. de iti. actùque priv.* tametſi qui iter per fundum ſtipulatus eſt, per quamlibet ejus partem ire poſſit: quia ſemper quædam in ſermone tacitè excipiuntur. 1

Quod * in cauſa eſt ut ex ſuo aquam ducere permittit, ejuſdem aquæ uſum ſemper ſibi tacitè videatur excepiſſe: cùm ſit durum, & crudelitati proximum ex ſuis prædiis aquæ agmen ortum ſitientibus agris ſuis, ad aliorum uſum vicinorum, injuria propagari, 2

 qui

qui verus eſt ſenſus, *l. præſes, C. de ſerv. & aqu.* Quemadmodum & ſi cui lapides in tuo cædere permiſiſti, tacitè videris excepiſſe, ne tibi neceſſarii lapidis uſus intercludatur, *l. venditor.* §. *conſtat, ff. præd.*

3 Et in ſumma, * conſtituta ſervitute, utendi modus arbitrarius eſt, quoad domino ſervientis fundi non obſit: adeo, ut etiam nulla conſtituta ſervitute, tamen aquam ſuperfluentem ex vicini fundo in ſuum derivare, dum opus in alieno non fiat, omnibus jus ſit, 1. §. *idem aiunt aquam, ff. de aqua plu. arcend.* Utque qui jus aquæ ducendæ habet, novum canalem, vel fiſtulam in rivo ponere poſſit, vel quidlibet aliud facere, nulla tali lege dicta, & omninò citra conventionem, quoad fundum domino deteriorem non faciat. Quia ut eleganter Ulpia. ex ſententia Labeonis, ait, utilitas ejus qui ducit, ſine incommoditate ejus cujus ager eſt, ſpectanda ſemper eſt, *l. Servitus* §. *ſi quis novum. ff. de rivis.* Igitur conſtituta ſervitute, utendi modus ex eo ſpectabitur, ut prodeſſe tibi eatenùs dum aliis non noceas, poſſit. Ex ſuperioribus, de reliquis quæ hac lege dicuntur, judicium faciemus, atque in primis de eo, quod placuit licere ei cui ſimplici uſu per fundum via conceſſa eſt, vel relicta, per quamlibet ejus partem ire, quod conſiderandum paulò accuratiùs. Nam ei contrarium eſt, quod reſponſum eſt, ſi via, iter, actus, aquæductus, legetur ſimpliciter per fundum, facultatem hæredi eſſe, per quam partem fundi velit conſtituere ſervitutem, *l. ſi via. ff. de ſervit. ruſticor.* Quorum locorum invicem inter ſe collatorum Andreas Alciat. exploratam habuit repugnantiam: ſed eam, ut alii multi, ita compoſuit, ut eum plenè non intelligas, locos autem illos, nihilo magis. Exiſtimat enim intereſſe ſimplex facultas, *ut in l. ſi via, ff. de ſervit. ruſticor.* an infinito fundo relicta ſit: quod in hac lege factum exiſtimat, ut priore caſu hæredis ſit electio, poſteriore legatarii. Et quo ſibi fidem faciat, nihil affert. Cum verba illa, *ſi cui ſimplici uſu*, omnem ei abrogent fidem: non enim poſſumus ſimul, & ſimplici uſu, & hac conceptione verborum, in infinito fundo, ſervitutem conſtituere, ſunt enim penè contrarii conſtituendæ ſervitutis modi. Nam cum ſimplici uſu conſtituo, hoc eſt ſine ulla determinatione, cùm primum determinatus eſt locus, ea ſervitus conſiſtit: Cæteræ partes agri liberæ ſunt, *l. certo generi,* §. *ſi totus, ff. de ſerv. ruſticor.* Et verò cui nominatim in infinito fundo ſervitus conſtituta eſt, per quamlibet fundi partem ire licet, iterque ſi velit, ſubinde mutare, *l. nam ſatis, ver. cæterùm, ff. quemadmodum ſerv. ammitt.* Quo fit ut exiſtimem Andr. Alicat. virum alioqui omni laude dignum, non tam judicio, quàm neceſſitate, in eam deſcendiſſe ſententiam: Ego quoque nihilo certior, & quaſi repens humi poſt tam inſignem virum, ejuſque & majores, & poſteros, de his dijudicabo non liberè, & fidenter, ſed quaſi fluctuans, ut in re parùm comperta: Sic igitur ſtatuo,

In ea * quæſtione, ſervitute ſimpliciter legata utrius facultas ſit per quam partem conſtituatur, hæredisne, an legatarii? Illud de duobus quæri, quod de neutro eorum verè dici poſſit. Quia facultas ea, neque hæredis eſt, neque legatarii: quod ſi verum eſt non minus eſt ridicula illa quæſtio, quàm ſi quæras de duobus piſcibus diverſi generis, uter eorum canat dulciùs, cùm omnes mutos eſſe conſtet. Non eſt ergo 4

aut

aut hæredis, aut legatarii facultas, ſervitutem per quam velit fundi partem conſtituendi. Nam in concedenda ſervitute, vel id actum eſt, ut totus fundus ſerviat, veluti ut per quamlibet fundi partem ire, agere liceat: vel nulla partis deſtinatione facta modus determinatus non eſt, vel locus in fundo nominatus eſt: quartum enim nihil eſt. Tamen iis omnibus caſibus, arbitri officium invocandum eſt, qui & locum & modum determinare debet. Quibus non adverſatur quod de loco ei ſæpè permittitur ſtatuere, cui ſervitus, vel conceſſa, vel legata eſt, *ut hac l. Modo hæredi, ut in l. ſi via. ff. de ſerv. ruſt.* non enim abſolutè id alterutri eorum permittitur, alioqui nunquam eſſet neceſſe ad arbitrum recurrere, quod tamen quoquomodo generaliter conſtituta ſervitute neceſſe eſt: ſed ei quidem cui conſtituta eſt, ut eam eligat partem, qua commodè, & minore fundi ſervientis detrimento, ire agere, vel aquæ rivum facere poſſit: quod hac lege jubetur, hæredi vero, ſi nulla captio legatario in eo ſit, *l. ſi via, ff. ſer. ruſt.* In ſumma eligendo, ut hæres legatarii, & legatarius hæredis ita rem agant, ut ſuam agerent, *arg. l. 1. ff. de ſerv.* quod ſi conſtare inter eos non poteſt, qua commodè, & minore fundi ſervientis detrimento deſignari locus debeat: tum arbiter dandus eſt, qui interdum hæredem volentem de loco ſtatuere, interdum verò legatarium audiet.

3 Et hoc eſt * quod ſuprà diximus, in ſervitutibus utilitatem ejus cui debentur ſine incommoditate ejus qui eas debet, ſpectandam eſſe, *l. ſervitus, Paragrapho ſi quis novum, ff. de rivis.*

SUMMARIA.

1 *Servitute conſtituta, tacitè illa jura ſequuntur, quæ ad conſervandam pertinent.*

2 *Ut interdum ex ea cauſa, utendi modus immutari, & gravior ſervitutis cauſa fieri poſſit.*

3 *Qualem recipiat interpretationem l. uſufructuar. novum rivum, §. ædificium, ff. de uſufr.*

CELSUS IX.

Si iter legatum ſit, quo niſi opere facto iri non poſſit, licere, fodiendo, ſubſtruendo, iter facere, Proculus ait.

Locus hic facilis eſt, neque enim aut verba, aut res obſcuritate laborant, ut offendere ad aliquid lector poſſit, niſi quid ἔξωθεν aſciſcat ut undevis multi ſine delectu faciunt, quibus ſatis eſt, ſi modo videtur nova fingere,

Ergo * cùm iter legatùm eſt, ut & 1 omni alia conſtituta ſervitute, tacitè illa jura ſequuntur: ut reficere liceat, ut ſpatium relinquatur quo dextra, & ſiniſtra ad locum ſervientem is cui legata eſt, & fabri ad reficiendum eant, & ſi quæ alia ſunt perinde neceſſaria, *l. refectionis, §. fin. D. Comm. præd.* adeo, ut qui reficere non patitur, perinde conveniatur confeſſoria, ac ſi ſervitutis controverſiam facit, *l. loci corpus, §. ſi quis mihi, D. ſi ſerv. vend.* hoc ideò, quia ſervitutum uſus non niſi per refectionem, diuturnus eſſe poteſt, *l. eum debere, ff. de ſerv. urb.*

Cujus * rei tantam habuit rationem 2 Juriſconſultus, ut & utendi modum immu-

immutare permittat, & graviorem efficere ſervitutis cauſam, conſervandæ ſervitutis cauſa, ut poſſit qui aquæ ducendæ jus habet, rivum qui ab initio terrenus fuit, ſi aquam non poteſt continere, cœmentitium facere, aut ſtructilem terrenum, *l. ſervitus*, §. *ſervitus, ff. de rivis.* Atqui dices, ædificium inchoatum, fructuarius conſummare non poteſt, etiam ſi eo loco aliter uti non poſſit, *l. uſufr. novum rivum*, §. *ædificium de uſufr.*

3 Sed * hoc plus eſt in ea ſpecie, quia ejus ædificii inchoati, ne uſusfructus quidem relictus videtur: quæ poſteriora verba efficiunt, ut intelligamus, aut omnium bonorum, aut quotæ partis eorum uſum fructum relictum in ea ſpecie: reſponſùmque eſſe, eo legato ea res non contineri, quarum nullus fructus ſit, ut ex generali definitione, quod fructuario acquiri non poteſt, proprietario quæratur, *l. adhuc intereſſe* §. *quæſt. eſt ff. de uſufr.* alioqui ſi intelligamus tantummodo unius illius ædificii inchoati uſumfructum relictum, non facilè eſt dicere, cur conſummari fructuario non poſſit.

SUMMARIA.

1 *Multum intereſſe, conſtituta ſit ſerv. an promiſſa tantum?*

2 *In eo conſtituitur hujus reſponſi ratio: per ſingula ferè verba hypotheſi explicata.*

3 *Stipulationem ſemel cuique acquiſitam, non ſolere ad alium tranſire, quam ad hæredem, vel alium juris ſucceſſorem.*

4 *Et quæcunque gerimus, ex noſtra perſona debere initium ſumere.*

5 *Ut vendicationem ex præſenti poſſeſſione dicimus, ita omnes quæ ex maleficiis ſunt actiones, quaſi ex præſenti damno naſci, idque quam habeat vim?*

6 *Ut ſtipulatio ſervi fructuarii acquiſita ſemel fructuario, ad proprietarium tranſeat: id magis ex occaſione quàm ex jure contingere.*

7 *Permagni intereſſe, legata habeant commodum pecuniarium, an aliud.*

MODESTINUS X.

Pro parte dominii ſervitutem acquiri non poſſe vulgò traditur: & ideò ſi quis fundum habens viam ſtipuletur, & partem fundi ſui poſteà alienet, corrumpit ſtipulationem in eum caſum deducendo, à quo ſtipulatio incipere non poſſit pro parte quoque, neque legari, neque adimi via poteſt: & ſi id factum ſit, neque legatum, neque ademptio valet.

EJus quod vulgò traditur, pro parte dominii ſervitutem acquiri non poſſe, & cauſas abundè ſatis, & effectus, ſuprà non uno loco expoſuimus: hic, vel præcipuus ſeſe offert. Et, inquit Juriſconſultus ex eo conſequens, ut ſi quis fundum habens, viam ſtipuletur, & partem fundi ſui poſteà alienet, corrumpat ſtipulationem, in eum caſum ducendo à quo ſtipulatio incipere non poſſit: ſcimus in hoc tractatu vulgatiſſimum eſſe, neminem ſervitutem acquirere, vel urbani, vel ruſtici prædii poſſe, aut eam debere, niſi qui prædium habet, *l. 4. commun. præd.* illud quoque, longè latèque intereſſe inter ſervitutes conſtitutas, & debitas.

Nam

1 Nam * meum debitorem uſusfructus nondum conſtituti ſi tibi delegavero, tametſi non novatur obligatio mea tametſi debito tantum, ac nondum conſtituto uſufructu id fecero, etiam me mortuo, uſusfructus tuus manet, *l. ſi uſusfructus, ff. de novat.* qui ubi ſemel in perſona conſtitit, ex perſona mea extinguitur, *l. ſi uſusfructus, ff. de jur. dot l. neceſſario, § fin. C. de peri. & commun. rei vend.* Quemadmodum & in ea ſpecie, ſi à te emero, vel ſtipulatus ſim, ut mihi liceat ex ædibus meis in tuas ſtillicidium immitterre, non continuo mihi poſt conventionem, ſed tum demum, cum te ſciente ex cauſa emptionis, ſtipulationis, vel hujuſmodi conventionis immiſſum habere cœpero, & ad vendicandam, & ad retinendam ſervitutem actio naſcitur, *l. ſi à te emero: ff. ſi ſerv. vend.* Nam antequam in tuum immitto, nullum jus habeo. Et ideo ſi ſtatutum tempus interceſſerit antequam immitterem; quod ſervitutes deperdi ſolent, nihil tamen juris amitto, *l. ſi partem § quemadmod. ſervit. amitt.* quia nihil tum immiſſum habui. Cujus illa eſt ratio, quia ut qui prædium emit vel aliquid corporale, ſi non in vacuam quoque poſſeſſionem inductus eſt, nullam in rem actionem habet, *l. qui prædium Codice de diſtract. pign.* Ita multo minus qui ſervitutem vel emit, vel ſtipulatus eſt, cujus nulla eſt vacuæ poſſeſſionis traditio ſed habetur pro traditione uſus: niſi uti cœperit, merito non habet confeſſoriam, quæ in rem eſt actio: hæc cum ita ſint, ſi quis fundum habens viam ſtipuletur, & partem fundi poſteà alienet, corrumpit ſtipulationem, quia ante conſtitutam ſervitutem fundum alienavit, *l. ſi ſub una paragrapho ſi quis viam, D. de verb. oblig.*

Alienata * autem parte fundi, amplius ei conſtitui non poteſt: quia pro parte dominii nemo ſervitutem acquiri poſſit. Ergo in eum caſum deducta eſt ſtipulatio, à quo incipere non poteſt: quod ipſum hac lege ſic colligitur. 2

Sed * & illud aliam rationem habet: qui enim viam ad fundum ſuum ſtipulatus ante conſtitutam eam, partem fundi alienat, corrumpit ſtipulationem: quia ſtipulatio ſemel cuiquam acquiſita non ſolet ad alium tranſire: quàm hæredem vel alium juris ſucceſſorem, *l. ſi omnes §. ſi hæres alienaverit, ff. uſufr. quemad. cave.* cum mero jure nemo, ex eo quod alius contraxit cum alio obligetur, *§. fi. Inſtit. de acq. per arrogat.* 3

Sed * & quæcumque gerimus, cum ex noſtro contractu originem trahant, niſi ex noſtra perſona initium ſumant, inanem noſtrum actum efficiunt, *l. quæcumque, ff. de act. & oblig.* Quod ſi non tranſit ſervitutis ſtipulatio in rei pro parte ſucceſſorem fundo alienato, quemadmodum non tranſit: certè nec illi qui ſervitutem ſtipulatus eſt acquiretur ſervitus, quia jam non ſit niſi partis pro indiviſo dominus: pro parte autem dominii ſervitus acquiri 4
non poteſt. Dicet quis, an non quæ- 5
cunque actiones ſervi mei nomine mihi cœperunt competere, vel ex lege 12. tabul. vel ex lege Aquilia, vel injuriarum, vel furti, eæ durant etiam ſi ſervus poſtea manumiſſus, vel alienatus vel mortuus fuerit? *l. quæcumque actiones, ff. de act. & oblig.* An non etiam ſi quis priuſquam aquæ pluviæ arcendæ agat, dominium ad aliquem transferat fundi, ea actio ad eum tranſit, cujus ager eſſe cœperit, *l. ſi tertius. §. ſi quis priuſquam, ff. de aqua pluv. arcend.* Cur igitur, aut non ei qui fundum habens viam ſtipulatus eſt, etiam alienata fundi

fundi parte via nihilominus debetur; aut non ad eum tranſit cujus pars fundi eſſe cœpit? Sed illius ea eſt ratio, quia nec ſtipulatori præſtari pro parte poteſt nec alienata parte, ſtipulatio viæ ex ſua perſona initium obligationis ſumere poteſt. Cum & Aquilia & injuriarum, & furti actio, & hujuſmodi infinitæ quæ unius generis ſunt cum ex re naſcentur, *l. ex maleficiis, ff. de act. & oblig.* etiam prædio, vel ſervo alienato durent quia ſemel cœperint, & conſtiterint. Sed neque ad eum tranſit ſtipulatio vi, in quem partis alienatio facta eſt, ut aquæ pluviæ arcendæ, ut damni infecti actio, ut novi operis nunciatio, & innumeræ ejuſdem generis, quia illæ quoque actiones, cum ex re non ex præcedenti actione naſcantur, tranſeunt videlicet in ſucceſſorem in rem; ſed ita ut ex præſenti facto, vel damno naſcantur, ſicuti rei quoque vendicationem ex præſenti poſſeſſione eſſe dicimus, *l. non alias §. ſed. ſi poſtuletur, ff. de jud.*

5 Porro ſtipulatio * ſemel acquiſita fructuario ad proprietarium tranſit. Quoniam licet ſtipulatio in annos ſingulos facta, una ſit & perpetua, *l. ſenatus, §. fin. de mort. cauſa. don.* Tamen in ea ſpecie, quod ad hanc rem pertinet, cum ſervus fructuarius in annos ſingulos operas ſuas locavit, plures erunt ſtipulationes plurium annorum, & per ſingulas ſtipulationes jus capiendi inſpicietur, ut ſingulorum annorum in initio cujuſq. anni pecunia fructuario quæratur, ſecundum quæ, non tam ad proprietarium ſtipulatio tranſit, quam utrique tantum acquiritur, quantum juris ratio permittit: quod contra ſtrictam rationem juris benigne receptum eſt, *l. ſi quis domum §. hic ſubjungi poteſt. verſi. & magis admittit. & loc. conduct.* ſcilicet quoniam ſemper incertum ſit, in quem diem duraturus eſt uſusfruct. *l. ſi ſervus communis Mævii, §. cum ſervus. ff. de ſtip. ſervit.*

Et in ſumma, * ut ſtipulatio ſervi uſufructuarii acquiſita ſemel fructuario ad proprietarium tranſeat; magis ex occaſione quam ex jure contingit: ut reſponſum eſt tametſi in diſſimili cauſa, *in l. Labeo ff. de rivis*; ſed vereor ne excurram longius. Illud an perpetuum ſit, ſtipulationem in eum caſum deductam, à quo incipere non poſſit, vitiari & corrumpi, quod ex aliorum opinione ita Marcellus refert, ut facilè intelligas eum non ſequi, *leg. exiſtimo, ff. de verb. obligat.* & in quibus obtineat. hîc ab interpretibus per multos diviſionum ſinus diſputatur. Inter cætera in eo præcipuè mihi non ſatisfaciunt, ut nec planè egomet mihi: dum rationem inquirunt, propter quam & Papinianus, *in l. verbis legatis, ff. ad leg. Falc.* & eum ſequutus Juſtinianus, *in §. ex contrario Inſtit. de legat.* Eo quod in diem, vel ſub conditione debetur, purè creditori legato, ſi vivo teſtatore dies venerit, vel conditio extiterit, utile eſſe nihilominus legatum ſtatuant: cum Paulo, inutile fieri viſum ſit, ſtatim atque vivo teſtatore dies venit, quanquam ab initio conſtet, *l. debitor, de leg. 2.* Eorum quæ illi ſcripſerunt nihil in hunc locum transferam: tantum inter illos locos dijudicabo, quàm potero breviſſimè. Illi enim imprimis mihi videntur valde ſecuro errore decepti: quibus Juſtinianus videtur pro comperto & explorato habuiſſe, cum quis creditori ſuo in diem, vel ſub conditione debitum legavit purè, ſi vivo teſtatore dies venit, aut conditio extitit, legatum in

eam

Digitized by Google

eam cauſam perveniſſe, à qua incipere non poſſit, & propterea extinctum eſſe.

7 Perveniſſe * enim in eam cauſam negat. Duo enim ſunt in univerſum legatorum genera, alterum eorum quæ pecuniarum emolumentum habent : alterum eorum, quæ emolumentum quidem non habent pecuniarum, habent tamen commodum aliud, quale eſt, ſi ſervus mihi legatus ſit, eumque purè manumittere rogatus ſim : per ſervum enim quem purè rogatus ſum manumittere, nihil mihi quæri poteſt, ac propterea illius legati fructus nullus eſt. Cæterùm nec eo manumiſſo, quia locupletior non eſt factus, qui libertum acquiſivit, *l. nemo*, §. *locupletior. ff. de regul. jur.* Intereſt tamen mea libertum habere, cùm propter ſucceſſionis ſpem, tùm propter obſequia, & alia quæ ſunt ex jure patronatus. In illis legatis, quæ emolumentum pecuniarum continent, comprobata eſt ea regula, ut omnium fidei committere poſſimus, ad quos aliquid perventurum eſt morte noſtra, vel dum eis datur, vel dum eis non adimitur, *leg.* 1. §. *ſciendum, de leg.* 3. In iis verò quæ emolumentum pecuniarium non habent, ſed alium quoddam commodum quod æſtimari non poſſit, ut maximè talia legata utiliter relinquantur, tamen eorum quibus relinquuntur fidei, committere non poſſumus, *l. ſi mulier*, §. *Julianus*, & §. *fin. ff. de leg.* 3. *l. Titius, C. de oper. liber.* Ergo cùm in diem, vel ſub conditione debitum creditori meo purè lego, & me vivo dies venit, vel conditio exiſtit, legatum in eam cauſam perveniſſe, à qua incipere non poſſit, negat Juſtinianus, negat quoque extinctum eſſe legatum, ſed nihilominus utile eſſe affirmat : non quia emolumentum habeat pecuniarium, ſed quia aliquod commodum ſentit ex eo creditor, & quod non ſpectet ex obligatione actionem, & quod debitum probare neceſſe non habeat, ut jam non pertimeſcat, aut ſumptus, aut vexationem litis, *l. ſi mulier*, §. *ſi rem. de leg.* 3. Paulus cùm ait inutile effici legatum *in l. debitor, de leg.* 2. de legato intelligit emolumentum habente, quod in pretio, & in fructu ſit : quale qui accipit oneram fideicommiſſo, *ut ſuprà diximus*, poteſt. Eorum evidens argumentum eſt, quod ſi debitoris mei pignus in teſtamento liberavero, negari non poſſit quin utile ſit debitori meo tale legatum : quia & ejus rei precarium conſiſtit, *l. certè.* §. *fin. ff. de precar. l. poſtquam pignus, cum iis quæ ibi not. ff. de pact.* nihilo magis tamen ejus fidei committere poſſum, *l. ſi mulier*, §. *fin. de legat.* 3. & hæc eſt mea ratio, an vera, ſubſiſto; ſed tamen: ut in re difficillima, ut mihi quidem videtur, plauſibilis.

SUMMARIA.

1 *In pleriſque actibus, non factum, ſed juris poteſtatem ſpectari.*

2 *In nonnullis contra non jus, ſed factum.*

3 *Attamen quæ verba ad conſtitutionem ſervitutum pertinent, ea non ad factum, ſed ad jus ſervitutis referri.*

4 *Quam ob cauſam viæ latitudo lege 12 tab. definita eſt, ut in porrectum octo pedes habeat, in anfractum ſexdecim, aliarum ſervitutum latitudo nulla ſit legitima.*

POMPONIUS XI.

Si tam anguſti loci demonſtratione facta, via conceſſa fuerit ut neque jumentum, neque vehiculum eò ire poſſit: iter magis quàm via, aut actus acquiſitus videbitur; ſed ſi jumentum per eam duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur acquiſitus.

1 IN * iis quæ agimus, aut etiam contrahimus, ſæpè non factum, ſed juris poteſtas ſpectatur, ut in ea ſpecie, cùm quis item aliquam nactus bona fide poſſidere cœpit: quia non interrumpitur præſcriptio ex poſteriore rei alienæ ſcientia, *l. unica Cod. de uſucap. transform.*

2 Jus enim * civile initium uſucapionis inſpici voluit, *l. ſequitur. §. ſi antequam pariat. de uſucap. D.* Contra ſæpè non jus, ſed factum ſpectatur: veluti, cùm dicimus alienarum rerum poſſeſſores fructus ſuos tandiu facere, quamdiu bona fide poſſident: ſi cœperint ſcire quod poſſident alienum eſſe, nihil illis acquiri: quia in ea re, non ut in præſcriptione initium, ſed ſingula momenta ſpectantur, *l. qui bona fide, de acquir. rerum dom. ff.* Quarum rerum differentiæ rationem affert Juriſconſultus, *in l. bonæ fidei, de acq. rer. dom. ff.* quia longa poſſeſſione acquirere ad jus, hoc eſt ad uſucapionem, fructus ſuos facere, ad factum pertinet: ut quis bona, an mala fide poſſideat. Tum quoque cùm tam anguſti loci demonſtratione facta via conceſſa eſt, ut neque vehiculum, neque jumentum eò ire poſſit: iter magis, quàm via, aut actus acquiſitus videbitur: ut, quæ res uti agitur, valere non poteſt, habet eum effectum qui ex jure inducitur. Quoniam, ut eleganter reſponſum eſt, tametſi in re diſſimili, quæ verba ad conſtituendam ſervitutem pertinent: non ad factum, ſed ad jus ſervitutis referuntur, *l. invitum, de ſerv. urban. ff.* ut & in omnibus quæ geruntur, ex jure ſumatur, quod agi intelligitur, *l. nec enim de ſolut. ff. l. 1. de pact. pign. Cod.* Sicuti denique cùm locatio, aut venditio conventione facta eſt, & nondum res interceſſit, ſi emptor venditori tantùm, vel venditor emptori tantùm acceptum fecit, acceptilatio in ea cauſa, non ſua natura, quia per ſtipulationem fit, in qua, quicquid palam verbis expreſſum non eſt, omiſſum intelligitur: ſed poteſtate conventionis valet, hoc eſt, non tam illud inſpicimus, quod uni tantùm eſt acceptilatum, quàm quod ex eo contractu proficiſcitur, qui eſt ultro citroque obligatorius. Itaque tametſi alteruter eorum tantùm, alteri accepto tulerit, tamen, & is cui non eſt acceptilatum liberatur, perindèque ac ſi conveniſſet inter eos ut neuter ab altero quicquam peteret, *l. cùm emptor. de reſcind. vend. ff.* Hîc quoque, quanquam de conſtituenda actum ſit, tamen ſi ea latitudo demonſtrata ſit, per quam neque jumentum, neque vehiculum ire poſſit: iter, non actus acquiſitus videbitur propter loci demonſtrati anguſtias: ut ex jure ſumatur, id quod agi intelligatur, ne ſcilicet aliter reſpondentibus nihil actum videatur: cùm ſervitutum retentio, non interemptio ſtudioſa eſſe debeat, *l. inter antiquam, de uſu. & hab. Cod.* Demonſtrari enim is agri modus debet, vel cùm nullus determinatus eſt, ab arbitrio ſtatu, in itinere quidem, quo quis pedes, vel eques commeare poſſit; in actu verò

per

per quem & jumentum & vehiculum ire poſſit, *l. certo generi*, §. *at ſi iter juncta, l. inter actum. de ſervit. ruſt. D.* Actus enim, ut nec itineris latitudo, nulla eſt legitima, cum in via aliud juris ſit: cujus latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum ſedecim, ut in ea conſtituenda, ſi dicta latitudo non ſit legitima, debeatur. Quod tametſi fuit, ſi modo fuit & conſtitutum duodecim tabularum lege, & uſurpatum in itinere, & actu itineris duodecim pedum, actus vero quatuor latitudine lege definita quod Alexander refert *in libris genialium dierum*: id tamen in pandectis, aut Imperatorum conſtitutionibus nuſquam extat: non ut quidam putavit, neglectum à Triboniano & cæteris, ſed præteritione tacitè abrogatum, vel ut non neceſſarium præteritum.

4 Oportuit * enim latitudinem viæ jure ſingulari definiri, certamque ac veluti ſtatutam eſſe: quia qui viam habet, non modo jumentum, aut vehiculum agere, ſed lapidem quoque aut tignum trahere, haſtam rectam ferre, denique omnia per fundum traducere poteſt: cumque tam latè pateat, quia poterant traduci, vel trahi, quæ vix totus fundus caperet maxime in obliquum verſa: & immenſa illa facultate ejus qui viam habet, non poterat arbiter aditus modum viæ determinare, ſimul etiam ne ob eam cauſam totus fundus videretur ſervire, infinita illa quæque traducendi poteſtas ad eum agri modum coërcita eſt lege, qui in porrectum octo pedes, in anfractum ſedecim habeat. Quemadmodum in fundo vendito tametſi lapidicinæ ubicunque ſint, exceptæ ſint: poſt tamen repertæ non videntur exceptæ. Ne aliter interpretantibus, totus fundus lapidicinarum ſit, ſi forte in toto eo ſub terra lapis ſit, ut plane nihil ſit quod venierit, *l. in lege de contrah. empt. ff.*

SUMMARIA.

1 *Servitutes prædiorum in jure, non in parte conſiſtere, atque ideo incorporales eſſe.*

2 *Ideo quoque non uſucapi, quia nec certam poſſeſſionem habent, ſed natura ſui intermiſſionem.*

3 *In quo continuarum, ſi modo ſunt aliquæ & diſcontinuarum, non eſt diverſa natura.*

4 *Ut nec earum cauſa, quam omnes perpetuam habere debent.*

5 *In uſucapione ſervitutum non conjunguntur tempora auctoris cum temporibus ſucceſſoris.*

6 *In amittendis vero contra ſervatur.*

7 *Actio quam quis diuturno uſu, & longa quaſi poſſeſſione nactus eſt, cur utilis appellatur?*

8 *Et in ea re, quam ob cauſam interdum id tempus diſcurſum eſſe neceſſe eſt, quod hominum memoriam excedat?*

9 *Permagni intereſſe, uſucaptæ ſint ſervitutes, an conſtitutæ, vel quæ conſtitutarum loco habeantur?*

PAULUS XII.

Servitutes prædiorum ruſticorum, etſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt, & idcirco uſu non capiuntur vel ideo, quia tales ſunt ſervitutes, ut non habeant certam continuamque poſſeſſionem. Nemo enim tam perpetuo, tamque continenter ire poteſt, ut nullo momento poſſeſ-

ſio ejus interpellari videatur, idem ſervitutibus prædiorum urbanorum obſervatur.

IMperator Juſtinianus nudum jus Quiritium cum abolet, id appellat antiquæ ſubtilitatis ludibrium, quod nihil ab ænigmate diſcrepet, nec unquam videatur, nec in rebus appareat: ſed vacuum & ſuperfluum verbum ſit per quod animi juvenum, qui ad primam veniunt legum audientiam, perterriti ex primis eorum cunabilis inutiles legis antiquæ diſpoſitiones accipiunt. Atque utinam ut nudum jus Quiritum, ita infinita abrogaſſet & in perpetuum eorum memoriam deleviſſet, quæ ex veteri ſtricto & exacto jure reliqua facta bona ingenia exercent, ut illis pene ſolis perſonent legum ſcholæ: nihil nunc opus hoc loco eſſet, aut noſtro, aut cujuſquam labore: ſed quia maluit antiquæ ſubtilitatis nihil penitùs ignorari poſteritati inutilem obſcuritatem invexit, vel potius reliquit, ut ſæpe alias, ita hoc loco. Sed experiamur ſi quid lucis ei afferri poſſit. Quod eo facilius erit, quo majore diligentia à multis, illuſtratus eſt: qui cum anteverterint, & rem attigerint, magna nos cura levarunt. Igitur ſervitutes prædiorum, tametſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt, ut & in hæreditate, quamquam agri, ædes, mancipia, & hujuſmodi ſint, quæ corporalia ſunt: tamen ipſum jus hæreditatis incorporale eſt, §. *nec ad rem pertinet. de rebus corpor. & incor.*

2 Quamobrem * ſervitutes non in parte, ſed in jure conſiſtere, Papinianus ſcripſit, *l. Mævius*, §. *fundo de legat.* 2. & quia incorporales ſunt, inquit, uſu non capiuntur, cum incorporalia non poſſideantur.

Et * mox, vel ideo, inquit, quia tales ſunt ſervitutes, ut non habeant certam continuamque poſſeſſionem, ſed natura ſui intermiſſionem, ac tametſi earum uſus pro poſſeſſione habeatur, atque ideò negari non poſſit poſſideri eas aliquatenùs, uſucapiantur tamen nihilo magis, quia non habent certam continuamque poſſeſſionem, quam uſucapio requirit, cum ſit adjectio dominii, per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiri. Nemo enim tam perpetuo, tamque continenter ire poteſt, ut nullo momento poſſeſſio ejus interpolari videatur. Eſt ergo ſervitutis, ut corporalium rerum poſſeſſio: alioqui, nec interpolari eam diceret, nec Scribonia lege, quæ uſucapionem ſuſtulit, quæ ſervitutem conſtituebat, quicquam actum eſſet. Nam omnino ſi non poſſidentur ſervitutes, nec uſucapiantur quoque conſequens eſt, etiam lege Scribonia non lata. Eſt tamen longè diſſimilis, quia non certa, non continua, non quæ animo retineatur, ſed uſu: denique quæ facti ſit, non juris. 2

Ac * ne quis in hac cauſa continuas & diſcontinuas, quas vocant, diverſo jure conſcribi putet. Primum, quia nulla id lege conſtitutum eſt, deinde, quia hac lege quod in ruſticorum, idem & in urbanorum prædiorum ſervitutibus obſervari dicitur. Poſtremo, quia ut ſervitutes quæ in ſuperficie conſiſtunt poſſeſſione retinentur: & ad hoc ut immiſſum habeam, per cauſam tigni poſſideo habendi conſuetudine, & quaſi facto quodam poſſideo, *l. ſervitutes quæ in ſuperficie de ſervit. urbanorum, Digeſtis.* Ita, quia per quem locum mihi viam, aut iter conceſſiſti, electa parte qua conſiſtit ſervitus, ut ſint 3

ſint cæteræ fundi partes liberæ, tametſi non utar, in ea tamen calle ſeu mala ſemita, qua primum direxi, nihil à te fieri poteſt, quominus commodè ire, agere poſſim, *l. ſi ſtillicidii, verſ. & ſimiliter quemadmodum ſerv. amitt. ff. l. per quem locum de ſervit. ruſt. ff.* ob eam cauſam in tuo aliquo utor, & ut illas quæ in ſuperficie conſiſtunt, facto aliquo & quadam quaſi poſſeſſione viam, iter, actum, & ruſticas omnes retineo. Et quia facto aliquo retinentur fere omnes, quæ vel in ſolo, vel in ſuperficie conſiſtunt, non eſt ullarum certa & continua poſſeſſio, quia facta omnia naturâ ſui momentanea ſunt & intermiſſionem habent, *l. cum debere, de ſerv. urban.*

4 Sed * tamen (quod multi parum intelligentes cum poſſeſſione continua confundunt) omnes perpetuam cauſam habere debent, *l. foramen, de ſervit. ruſt. ff.* Si quidem conſtitutionem ſpectes, quæ & ipſa cauſa ſervitutum appellantur, *l. prius in principio de aqua plu. arcend. ff.* eas pure conſtitui oportet: nam ex die, vel ad diem, vel ſub conditione, vel ad certam conditionem conſtitutæ, prædiorum ſervitutes non ſunt, *l. ſervitutes ſuprà hoc tit.* ſi fundus cui imponuntur, aut is cui acquiruntur debet illas quidem nunquam non poſſe præſtare, aut pati: ſic nullam aquam duci poſſe jure ſervitutis dicimus, niſi quæ perennis ſit, *l. 1. §. loquitur, de aqua quotid. & æſtiv. ff. l. 1. §. hoc interdictum, de fonte ff.* hìc autem, vel ex naturali, vel ex neceſſaria, eaque perpetua cauſa egere. Hinc illud foramen in pariete conclavis vel triclinii, quod ſit proluendi pavimenti cauſa, neque flumen eſſe, neque tempore acquiri, ſi in eum locum nihil ex cœlo aquæ veniat, *l. foramen de ſervit. urban. D.* Quia pavimentum proluere quod ſolebant veteres teſſellatis, & aliis arte laboratis pavimentis, quæ aſſarota appellabantur, deinde ſpongiis exſiccare ad voluptatem comparatum erat. Prætereà, quia per id foramen non aqua pluvia, aut alia perennis extrudenda, & in vicini ædes mittenda erat: Sicque ea res, quia ex naturali aut neceſſaria cauſa non fiebat, perpetuam cauſam non habebat. Tum etiam quia manu fiebat, intelligique non poterat, quid, quale, quantumque eſſet quod tale conſtitutum erat: magis perſonæ facultas, quam ædibus ſervitus acquiſita videbatur.

Veruntamen * quia nullarum ſervitutum certa & continua poſſeſſio 5 eſt, nullæ quoque uſucapi, ne hodie quidem, ſummo jure poſſunt: utrumque ex eo apparet quia vulgari jure is, qui in alterius locum ſuccedit longæ poſſeſſionis præſcriptionem implet acceſſione facta poſſeſſionis autoris ſui: Et quod vulgo dicitur, ad præſcriptionem omnium rerum complendam, conjunguntur tempora autoris, cum temporibus ſucceſſoris, *l. dolia. §. fin. de contrah. empt. ff. l. Pomponius, §. cum quis & ſeq. ff. de acq. poſſ.* At non modo non in ſervitutibus omnino, ſed nec in uſucapienda libertate earum quæ non amittuntur per non uſum, niſi accedat aliquod factum ejus qui eam debet, ſucceſſor utitur adminiculo ex perſona ſui autoris, ſed neceſſe eſt eum qui contra ſervitutem fecit, ſic factum habere tempore continuo, quod præſcriptionem impleat: quamobrem ſi is qui altius ædificatum habeat, ante ſtatutum tempus ædes poſſidere deſit, interpellata uſucapio eſt: is autem qui eaſdem ædes poſteà poſſidere cœperit non niſi integro ſtatuto tempore libertatem uſucapiet, quia

natura ſervitutum ea eſt, ut poſſideri non poſſint, ſed intelligantur poſſeſſionem earum habere qui ædes poſſident, verba ſunt Juriſconſulti, *in leg. ſi ædes, §. libertas, de ſervit. urban ff.* ut dubitare ampliùs non poſſimus, nec urbanarum ſervitutum poſſeſſionem certam, & continuam eſſe. Quanquam illius reſponſi illa quoque ratio eſſe poteſt, quia cùm is qui ſervitutem debet, libertatem uſucapit contrario facto, ejus libertatis poſſeſſio civilis eſt, non naturalis: atque ideo perſonam non egreditur, vel poſſidentis, vel ejus adverſus quem poſſidetur, *leg.* 1. *de præſcript. long. tempor.* 10. *vel* 20. *anno.*

6 Quod * contrà ſervatur in eo qui jure ſuo non utitur, cujus quia negligentia continua eſſe poteſt, tametſi uſus non poſſit, ideò tempus quo non eſt uſus præcedens fundi dominus, cui ſervitus debetur, imputatur ei qui in ejus locum ſucceſſit, *leg. ſi quis alia.* §. *tempus. quemadm. ſerv. amitt.* quaſi videatur, qui eam debet continuo uſu libertatis eam uſucepiſſe. Sed quanquam ex ſupra dictis cauſis ſervitutes neque verè poſſideantur, neque uſucapiantur ipſo jure,

7 Tamen * ſi quis diuturno uſu, & longa poſſeſſione jus aquæ ducendæ nactus ſit, utilem actionem habet, ut oſtendat per annos fortè tot uſum ſe, non vi, non clam, non precario, *leg. ſi quis diuturno. ſi ſervi. vend. ff.* non quia ſervitus ullo tempore uſucapiatur, ſed ex temporis diuturni uſu credatur jure fuiſſe conſtituta, quod nonnullis placere video: permagni enim intereſt, ſit conſtituta ſervitus, an uſu & longa quaſi poſſeſſione quæſita. Sed utilem habet actionem, quia ſummo jure nullam habet: longum autem id tempus quale fuerit in acquirendis ſervitutibus, certè in amittendis, vel negligentia non utentis, vel culpa utentis non debito modo, aut tempore, aut ejus qui omninò ut maximè velit uti non poſſit, id tempus expectatur, quod in corporalium rerum uſucapionibus præſcriptum eſt, *l. ſicut uſumfr. de ſerv. & aq. Cod.* ut tamen non uſum eſſe non ſufficiat, ſi modo non utentis nulla ſit culpa, aut deſidia, *l. ſi quis ex fundo quemadmod. ſervit. amitt. ff. l. & Attilicinus, de ſervit. ruſt. ff.* Qua in re illud quoque ſpectatur, ſitne ſervitus quæ aſſiduam ejus cui debetur operam deſideret, atque manufactum opus, quæque in faciendo conſiſtat, an quæ poſſeſſione retineatur, multaque alia obſervantur, quæ ad hunc locum non pertinent, in quo non de amittenda, ſed longa quaſi poſſeſſione acquirenda agitur.

Sed * hic oritur maxima turba in- 8
ter interpretes, quia in ea re id quoque tempus conſtitutum, & definitum ſit, quod hominum memoriam excedit, *l. hoc jure §. ductus aquæ, de aqua quotid. & æſtiv. ff.* ſic enim ait, *ductus aquæ, cujus origo memoriam exceſſerit, jure conſtituti loco habetur.* Plerique exiſtimant ibi requiri, ut originis ductus aquæ non extet memoria, quia ageretur de præſcribenda aqua, quæ ex flumine publico, non quæ ex fonte privato duceretur: idque ex antecedentibus colligi. Eam cùm ſine Principis juſſu, & authoritate ducere nemo poſſit, *leg.* 1. §. *permittitur. de aqua quotid. & æſtiv. ff. nec uſu,* & quaſi poſſeſſione acquiri niſi ejus temporis, cujus non extet memoria: quia eo ſolo tempore, alia quoque quæ ſolus Princeps concedere poteſt, præſcribantur, *c. ſuper, quæſtionum,* §. *prætereà, de verbo. & rer. ſignif. ext.* Alii agi quidem de privata aqua, quæ ex privato fonte

fonte duceretur, attamen tantum tempus ad eam præſcribendam non requiri abſolutè, ſed eo requiri tamen, ut ſolo uſu, & tempore acquiſita, pro conſtituta habeatur. Illi mihi videntur aſſequuti quidem verum ſenſum: ſed quid interſit, conſtituta ſit, an uſu, & longa quaſi poſſeſſione acquiſita nondum percepiſſe, ac à ſeipſis diſſentientes cum magna fiducia erraſſe omnes, cùm tradiderunt communi conſenſu utilem actionem quam parit diuturnus uſus & ſervitutum longa poſſeſſio à directa non differre, ſed utramque eandem vim, ac poteſtatem habere: qua non referre reſponſum ſit, directa quis, an utili actione agat, *leg. actio de negot. geſt. digeſt.* Tametſi enim in cæteris nihil interſit, extet ſervitutis memoria vel non extet, *l. 2. §. apud Alphenum. de aqua pluv. arcend. ff.* tamen in hac cauſa permagni refert: aquæductus enim conſtitutus cùm eſt, ſi qua in rivo naſcatur aqua, tacitè lucrifit ab eo qui ducit, *leg. hoc jure, §. aqua quæ in rivo de aqua quot. & æſti ff.* Subjicit mox Juriſconſultus, ductus aquæ, cujus origo memoriam exceſſerit, jure conſtituti loco habetur, ut ſcilicet & qui aquæductum habet, cujus origo memoriam excedat, quia is conſtituti loco habetur, aquam ſi qua in rivo naſcatur, lucrifaciat. Non autem lucrifacerent, ſi tantùm conſtituto legibus tempore uſus, aquæducendæ jus nactus eſſet. Nam Eccleſiarum parochis, quia ad eos jure communi decimarum perceptio ſpectat, *cap. cum in tua diœceſi, de deci. extrà*, ſicut aliorum omnium proventum, ita & novalium decimæ debentur, *cap. commiſſum eſt nobis de deci. extr.* Et tamen iis, qui adverſus parochum decimas tempore conſtituto præſcripſerunt, novalium decimæ non acquiruntur, *cap. cum contingat de deci. extrà.* Nimirùm, quia illis ſuo jure debentur, his, non niſi propter diuturnum uſum, & longam quaſi poſſeſſionem.

Ex * quo facile eſt intelligere, intereſſe, uſucaptæ ſint ſervitutes, an conſtitutæ, vel quæ conſtitutarum loco habeantur, & hic mihi videtur ſenſus, *§. ductus aquæ per conjunctionem proximè præcedentes.*

§. *Servitus itineris ad ſepulchrum privati juris manet, & ideo remitti domino ſervientis fundi poteſt, & acquiri etiam poſt religionem ſepulcri hæc ſervitus.*

Officioſa pietate veteres curaverunt funera multis modis, magnaque fuit exequiarum pompa, quia inſepultorum animas, donec cadavera ſepulturæ conderentur, errare credebant, hinc illa:

Cocyti ſtagna alta video, ſtygiamque paludem,
Dii cujus jurare timent, & fallere numen:
Hæc omnis quam cernis, inops, inhumataque turba eſt.
Portitor ille Charon, hi quos vehit unda, ſepulti.
Nec ripa datur horrenda, nec rauca fluenta.
Tranſportare priùs, quàm ſedibus oſſa quierunt.
Centum errant annos volitantque hæc littora circum.
Tum demum admiſſi ſtagna exoptata reviſunt.

Eratque tanta ſepulchrorum religio, ut ea pars quæ ſepulchro dicata eſſet, quemadmodum non recipere ſervitutem

tutem, ita nec proſcindi aratro poſſet. Hinc ille jocus Auguſti in Vectium, qui Patris monumentum parùm piè exaraverat, dicentis, hoc eſt verè patris monumentum colere, verumtamen quia de illis quæ ſcripta ſunt in jure civili, cùm noſtra religio novos ritus invexerit ignorari poſſunt ſine diſpendio, ſuntque nihilominus ab aliis diligenter tradita: ad ulteriora tranſeo.

SUMMARIA.

1 *Quatenùs in locis publicis facere prohibeamur?*

2 *Quid ſit in publicis tantùm juris habere ad obtinendum, quantùm habet quilibet ex populo ad prohibendum?*

3 *Item quam ſignificationem habeat, quod reſponſum eſt ad privatas cauſas, accommodata eſſe interdicta, non ad publicas?*

4 *Loca publica privatorum uſibus deſervire jure civitatis non quaſi propria cujuſque, idque quam habeat poteſtatem?*

5. *Publico loco interveniente, vel via publica, hauſtus ſervitus imponi poteſt, æquæductus non poteſt, à principe tamen peti ſolet, ut per viam publicam aquam ducere ſine incommodo publico liceat.*

1 IN locis publicis non omnia omninò facere prohibemur, ſed eatenùs tantùm dum nequid privato cuiquam damni detur. Itaque adverſus eum qui molem in mare projecit, interdictum ne quid in loco publico competit, ita demum, ſi cui ea res nocitura eſt: Si autem nemo damnum ſentit, tuendus eſt is, qui in littore ædificat, vel molem in mare jacit, *l.* 2. §. *adverſus, ne quid in loc. public. ff.*

Quoniam * in locis publicis tantùm juris habemus ad obtinendum: hoc eſt, facere in publico cuique eatenùs liberum eſt, quantùm quilibet ex populo ad prohibendum: hoc eſt dum ne cum incommodo cujuſquam privati id fiat, ut meritò intercedere debeat interdicto, *l. prætor ait*, §. *loca enim publica, ne quid in loco publ. ff.* id enim illis verbis ſignificari puto, quanquam ea omnes aliter exceperint. 2

Quia * ad privatas cauſas accommodata ſunt interdicta, non ad publicas, *l. ſanè ſi maris de injuriis, ff.* Non quod publicæ utilitatis cauſa non competant interdicta, qualia ſunt de locis publicis, de via publica, de fluminibus: nam, & ne quid in loco publico, vel itinere fiat, & de via publica, & itinere publico reficiendo, & ne quid in flumine publico, ripave ejus fiat, quo pejus navigetur, edixit prætor: ſed quia & in illis interdictis quæ ad publicam utilitatem reſpiciunt, tametſi popularia ſint, condemnatio tamen ex eo fit, quanti actoris intereſt, *l.* 2. §. *hoc interdictum perpetuum, ne quid in loco publ. ff.* Cæterùm jus ſuum populo præcipuè tuetur, & ad privatas cauſas, ut plurimùm non pertinet ſola popularis actio, *l.* 1. *de popul. actio. ff.* atque ea cauſa mulieri, & pupillo, tum non datur, *l. mulieri, & pupillo. eod.* Ex eo quoque eſt, quod procuratorem dare non poteſt, qui popularem actionem movet, *l. qui populari, eod.* Quia in illis quidem qui ſuam rem agunt, utiliter receptum eſt, ut per procuratorem agant, cùm ſæpè morbus, aut ſenectus, aut neceſſaria peregrinatio, itemque aliæ multæ cauſæ impedimento ſint, ne quis rem ſuam jure exequi 3

exequi poſſit: iis verò quibus abs re ſua tantùm eſt otii publica ut curent, tametſi ad eos non pertineant, non idem conceſſum eſt. Cùm de ſe queri debeant, qui de re ad eos non pertinente litigent.

4 In * ſumma, quia loca publica privatorum uſibus deſerviunt jure civitatis, non quaſi propria cujuſque, *leg.* 2. *§. loca, ne quid in loc. public. ff.* id demum in publico patere cuilibet permittendum eſt, quod ad uſum omnium hominum pertineat, veluti vias publicas, non etiam quidquid ſibi privato expediat, *l. 1. de hoc. & itin. publi. ff.* Quamobrem publico loco interveniente, vel via publica, hauſtus ſervitus imponi poteſt, quia tunc per publicum ſolo itinere, quod ad uſum omnium hominum pertinet, opus eſt, *l. Labeo quemadmod. ſervit. amittat. ff.* aquæductus non poteſt, tum, quia aquæductus ad privatam tantùm cauſam pertinet, & non ad omnium hominum uſum: tum, quia ejus uſus ſoli faciem immutat, quod in ſolo publico nemo poteſt facere. Quo non ut privato, ſed jure civitatis utimur.

SUMMARIA.

1 *Prodeſſe ſibi unumquemque dum aliis non noceat, prohiberi.*

2 *Servitutibus modum facit prædiorum quibus acquiruntur, neceſſitas.*

3 *Multoque magis præſentem utilitatem in eis requiri, eamque ex veritate, non ex opinione paciſcentium æſtimari debere.*

4 *Ut tamen ſatis ſit ſervitutes utiliter cœpiſſe, aut incipere poſſe volente eo cui acquiruntur.*

5 *Sed poteſt fundo quem quis vendit ſervitus imponi, & ſi non ſit utilis.*

6 *Quanquam ſufficiat amœnitatem habere.*

POMPONIUS XIII.

Quoties nec hominum, nec prædiorum ſervitutes ſunt, quia nihil vicinorum intereſt, non valent: veluti, ne per fundum tuum eas, aut ne tibi conſiſtas, & ideò ſi mihi concedas jus tibi non eſſe fundo tuo uti frui, nihil agitur aliter, atque ſi mihi concedas jus tibi non eſſe in fundo tuo aquam quærere, minuendæ aquæ meæ gratia.

INter ea quæ ad univerſum tractatum ſervitutum pertinentia ſuprà præfatus ſum, illud accuratiùs diſcuſſi, an ſemper, & qualis utilitas in conſtituendis ſervitutibus ſpectanda eſſet. Id eo diligentiùs hîc percurram, ut prætermittam veriùs. Cogitabant, credo, Juriſconſulti exiſtere poſſe, qui vicinis rerum ſuarum uſum inviderent, illiſque, tametſi nullo ſuo commodo, libertatem utendi rebus propriis interſepirent vel interciperent pactionibus: qualis eſſet, qui tecum conveniſſet, ne in tuo conſiſteres, aut ne tuo fruereris. Non ſecus ac Caſtorem ſcribunt, quia teſticuli ejus in uſum medelarum appetuntur, idcircò cùm urgeri ſe intelligit, geminos ſibi devorare innata quadam invidia, ne captus profit. Ergo conventiones illas, quæ illi qui pactus eſt, obſunt: quæ cùm conventæ ſunt non proſunt: tametſi ſit quiſque rei ſuæ moderator & arbiter, merito non ſervari conſtituerunt; rati inſani eſſe alienorum prædiorum jus imminuere impoſita ſervit.

qua conſtituta, augeat nihilo magis ſuorum utilitatem. Quemadmodum & in diverſum, quanquàm nolente domino in alieno nihil cuiquam licet, *injuriarum*, §. *fin. de injuriis*, *ff.* ſuperfluentem tamen aquam ex vicini fundo in ſuum derivare, omnibus jus eſſe conſtituerunt, quia prodeſſe ſibi unuſquiſque, dum aliis non noceat, non prohibeatur, *l.* 1. §. *iidem aiunt aquam*, *de aqua pluv. arcend. ff.*

1. Nec * mirum ſi talibus pactionum legibus libertatem fundi mei conventione coanguſtare non poſſis: Cùm ne tuo quoque fundo quem mihi teſtamento relinquis, ſimilem legem quæ cauſam non habeat, ſed nudum præceptum contineat, dicere poſſis, *l. filius familias*, §. *Divi. de l.* 1. Sed & quæcunque ſic conſtituta ſunt, ut reperiri cauſæ nullæ poſſint, quas in conſtituendis homines ſequuti ſint, abolenda, abrogandaque ſunt. *con. omnia talia*, 7. *diſt.* Certè, ſi tale quid ſtipulatus ſis à me, ne in meo conſiſtam, cùm id nullam habere poſſit cauſam, propter quam id fieri velis nequicquam ſtipulatus és: eo maximè ſi de conſtituenda ſervitute cogitaſti: cui modum facit prædii cui [illegible]uiritur neceſſitas.

2. Nam * ut abundè ſuprà ſcripſi, calcis coquendæ, aut cretæ eximendæ ſervitus, & aliæ quæ rerum ſunt, conſtitui non ultra poſſunt, quàm quatenùs ad eum ipſum fundum cui acquiruntur opus eſt, *l. ergo*, *de ſervit. ruſtic. ff.*

3. Quo * fit ut excuſari non poſſit ſummi cujuſdam viri error, qui exiſtimavit præſentem quidem utilitatem requiri in conſtituendis ſervitutibus, ſed eam non ex veritate, ſed ex animo paciſcentium æſtimandam, ut ſatis ſit putare quemque, ſervitutem quam acquirit utilitati ſibi fore, aut voluptati, tametſi in eo fallatur. Nam id ſi credimus, evenire caſu non poteſt, imo ne cogitari quidem niſi ineptè, quo quis ſervitutem inutiliter ſibi ſtipuletur: non eſt enim veriſimile, quin nec evenire poteſt, ut ſciens, prudens quicquam ſibi ſtipuletur quod ſibi inutile futurum putet, ac propterea nec illud quoque, ut nec prædiorum, nec hominum ſervitutes ſint, ſi modo ſatis ſit putare utiles. Quis enim non affirmabit ſibi utilem videri quam conſtitutam volet? ideòque ſecundùm illum nequaquam lata eſt hæc lex, quæ id prohibeat quod evenire non poſſit.

Veram * ergo utilitatem requirimus, non quæ ſit in opinione tantùm, ut tamen ſatis eſſe putemus ſi utiliter cœpit ſervitus, aut incipere poſſit volente eo cui acquiritur. Sed tamen ei fundo quem quis vendit, ſervitus imponi, etſi non ſit utilis, poteſt, *l. ei fundo inf. hoc titul.* 4

Non * earum ullà ratione quas hîc multas multi prætexunt: ſed quia longè lateque intereſt, ſervitutem acquiras, an excipias: cùm acquirere non niſi utilem, & neceſſariam poſſis: excipere vero etiam non utilem quia ut in præfationibus fusè ſcripſi, quod exceptum eſt, magis videtur non tranſlatum in emptorem, quàm ab emptore conſtitutum. Eſtque illa eorum verborum vis, *quædam enim habere poſſumus, quamvis ea nobis utilia non ſint*, quaſi dicat, videri eum qui excipit ex ſeſe, & ſuo jure habere; Inde eſt illud non abſimile quod fundi mei, cui aquæ ductus debetur, partem aliquam vendidero, eaque nullum aquæ uſum deſideret, te tamen nihilominùs ſequetur aquæductus tibi inutilis, qui toti fundo utiliter acquiſitus fuit, fietque pro modo agri detenti, aut alienati ejus aquæ diviſio, *l. ſi partem, de ſerv. ruſt. ff.* 5

Nam

Nam & tametſi ſecundùm vulgarem regulam juris nemo rogari poterat, ut liberos ſuos emanciparet, *l. filius fam. §. ſecundum vulgarem, de leg. 1.* conſtitui tamen extra ordinem ſolet adverſus eum qui agnovit id, quod relictum eſt hac contemplatione, ut liberos ſuos emanciparet. Nimirùm cogetur emancipare, ne inquit Juriſconſultus, circumveniantur teſtantium voluntates, *l. ſi cui legatum, de cond. & demon. ff.* Et in univerſum non eſt æquè parata non poſſidenti actio, ac poſſidenti retentio, *l. 1. de pign. ff.* In ea maximè ſpecie: cùm non ſit ferendum venditorem qui non alia lege rem ſuam tranſferre voluit, aliquam captionem ex juris occaſione pati.

6 Illud * omnino non placet, quod quidam ſummæ autoritatis vir hoc loco ſcripſit imponi ſervitutem poſſe quæ inutilis ſit, ſi modo amœnitatem habeat: quia ſcripſerit Pomponius non ſolùm ad irrigandum, ſed pecoris cauſa, vel amœnitatis etiam quam duci poſſe, *l. hoc jure, de aqua quotid. & æſtiv. ff.* Non enim tractat Ponponius eo loco de privato aquæductu, ſed de ea aqua, quæ vel ex caſtello, vel rivo, vel quo alio loco publico, ita concedente principe duceretur. In qua illud ſolùm quæritur, an qui ducit, aſſignatum ſibi jus habeat, *l. 1. §. fin. de aqua quotid. & æſtiv. ff.* Sed nec Pomponius de ea aqua ſcribit quæ amœnitatis tantum cauſa, ſed de ea quæ ad irrigandum, & pecoris cauſa duceretur, illud adjiciens, ut ea amœnitatis quoque cauſa duci poſſit. Id enim non fieri contra ſervitutis naturam, ſi modo in acquirenda ſpectata ſit fundi, qui irrigari deſideret, utilitas, & neceſſitas, Nam ſi fundus nullum aquæ uſum deſideret, ad eum non pertinere verba Pomponii, ex eo apparet quod ea tantùm aqua ad illud interdictum pertinet, quæ ad uſum, & commodum pertinet, *l. 1. §. illud quæritur utrum ea, de aqua quotid, & æſtiv. ff.* Porrò *in l. competit, quod vi, aut clam, ff.* nihil contra dicitur, niſi putamus diverſa non eſſe, jus eſſe impunè aliena viridaria cædere, deprædari, aut alio modo vaſtare, quod nemini, nec in privato, nec in publico facere licet, quin nec omninò quale commodum auferre, *l. 2. §. merito verſ. damnum, ne quid in loco publ. ff.* Et viridaria tollere, multaque inſitione vicino amœniorem proſpectum jure ſervitutis præſtare cogi, quod nulla pactione effici poteſt.

SUMMARIA.

1 *Prædiorum ſervitutes non homines debere, ſed prædia prædiis.*

2 *Contrarium receptum eſſe in ſervitute oneris ferendi, & quæ ſit ejus rei cauſa.*

3 *Duorum locorum interpretatio, leg. 2. §. apud Labeonem, & §. apud Alphenum, de aqua pluv. arcend. ff.*

§. *Servitutum non ea natura eſt, ut aliquid faciat quis: veluti, vel viridaria tollat, aut amœniorem proſpectum præſtet, aut in hoc, ut in ſuo pingat: ſed ut patiatur, aut non faciat aliquid.*

NOn poteſt ita ſervitus imponi, ut quis facere aliquid cogatur, ſed ne me facere prohibeat, *l. & ſi. fortè, §. etiam, ſi ſerv. vend. ff.* Eſtque illud contra genera ſervitutum, *l. ſicuti. §. diſtant, eod.* quod hìc contra naturam interpretatur Juriſconſultus.

1 Cujus * rei ea eſt ratio, quia prædiorum ſervitutes non homines debeant, ſed prædia prædiis, *l. & ſi fortè, §. Labeo autem, ſi ſerv. vend.* Contrarium receptum eſt in ea ſervitute, quæ oneris ferendi appellatur.

2 Nam ea cui debetur, non ſolùm actio competit adverſus vicinum, ut onera ferat, ſed & ut ædificia reficiat ad eum modum qui in ſervitute impoſita comprehenſus eſt: & in eo omnes conveniunt, *in l. & ſi fortè, §. ſed prævaluit, ſi ſerv. vend. ff.* Quod cur ſit in ea ſpecie ſingulari, non modo bonam rationem nullam legi, ſed nec quoquomodò plauſibilem. Nam Angeli, & Fulgoſii diſtinctio, quam multo judicio hîc ſequi nonnullos video, placere nullo modo poteſt, ut qua res nihilo aptior fiat. Dum aiunt, principaliter quidem refectionem non exigi ab eo qui ſervit, ſed in conſequentiam quod ab Angelo, & Fulg. proditum eſſe, aut probatum etiam aliquatenùs mirum videri poteſt: Sed iis præſertim, qui illius rei expoſitam, & naturalem cauſam eſſe intelligent, qualis certè eſt.

3 Nam * in ea ſpecie prævaluit Servii ſententia, ut poſſit quis defendere, ſibi jus eſſe cogere adverſarium reficere parietem ad onera ſua ſuſtinenda: quia ſi non is qui ferre debet, reſtituere collapſum ædificium, aut id quod vitium facit reficere cogeretur, ſed is cui ea ſervitus debetur: Juſtiùs multò hîc diceretur ſervire qui refectionis ſumptus faceret, quàm ille qui onera ferret: cujus, vel ex eo melior eſſet conditio, quia perpetuò integrum parietem haberet alterius impenſa. Duo ſunt loci qui tantas tenebras offuderunt interpretibus, & hodie in luce caligant, *uterque eſt in l. 2. §. apud Labeonem, & §. apud Alphenum, de aqua pluv. arcend. ff.* quos illi ita explicant ut verba, & rem conſideranti magis videri poſſint hærentes in pedicis, & tricis quoquomodò evadere velle, quàm judicio dicere: viſat qui volet ita impeditos, magnàque vi luctantes fruſtrà, non rem ipſam conſideremus. Ita ſtatuunt omnes: Foſſam quæ ibi proponitur fuiſſe agrorum ſiccandorum cauſa inferioris fundi dominum non jure ſuo feciſſe ſed factam ei ejus rei poteſtatem à ſuperioris fundi domino, remque omnem ita componunt quaſi ſuperioris fundi dominus in ea re fundi ſui libertatem minuerit. Hîc primùm labaſcere cœperunt. Deinde ita duos illos locos legunt, quaſi habeant facti ſpeciem longè diverſam: hoc labentes ad caſum impulit. Mihi contra videtur jure ſuo, nimirùm & in ſuo inferioris fundi dominum foſſam feciſſe: deinde utriuſque loci ita unam ſpeciem eſſe, ut poſterior ſuperiorem definiat. Quæ ſi vera ſint, nemini dubium erit, quin illi loci ineptè hîc citentur: ſed experiamur, an vera ſint. Dicebat Labeo, ſi foſſa ſit agrorum ſiccandorum cauſa adeo verus, ut ejus memoria non extet quando facta ſit, ſi eam inferior vicinus non purgaret, & ideo ex reſtagnatione ejus aqua fundo ſuperiori noceret, agi poſſe aquæ pluv. arcend. cum inferioris fundi domino, ut vel ipſe purgaret, vel pateretur ſuperioris fundi dominum in priſtinum ſtatum eam reducere: hoc ideo Labeo, quaſi non interſit, naturaliter agri natura ipſa per ſe mutata ſit, in qua ſpecie non omnimodò reſtituendum, id eſt, ab eo cum quo agitur, ſed præſtanda patientia tantùm, *l. ſup. iter. §. Trebatius, de aq. plu. arcen. ff.* aut manufacti operis memoria non extet, ut tum quoque ſatis præſtet is cum quo agitur, reponi, &

& reſtitui ſinat, reponere autem ipſe non cogatur. Quod Alphenus notans, ſtatuit eam foſſam, ex qua ad inferiorem fundum aqua deſcendit, cogendum eſſe vicinum purgare: neque ſatis eſſe ſi non conſtet foſſam manufactam eſſe.

JULIANUS XIV.

Ei qui pignori fundum accepit, non eſt iniquum utilem petitionem ſervitutis dari ſicut ipſius fundi utilis petitio datur, idemque ſervari convenit, & in eo ad quem vectigalis fundus pertinet.

Quæ ad hanc legem pertinent ex commentariis legis ſecundæ petenda ſunt.

SUMMARIA.

1 *In univerſum individuum, vel natura vel lege dici.*

2 *Illud priùs de ſervitutibus dici, & quæ ſint ejus rei cauſæ.*

3 *Servitutes non eſſe totas in toto, & totas in qualibet parte ſed eſſe tamen in parte qualibet efficaces.*

POMPONIUS XV.

Viæ, itineris, actus, aquæductus pars in obligationem deduci non poteſt, quia uſus eorum individuus eſt, & ideo ſi ſtipulator deceſſerit, pluribus hæredibus relictis, ſinguli in ſolidum viam petunt, & ſi promiſſor deceſſerit pluribus hæredibus relictis, à ſingulis hæredibus ſolida petitio eſt.

Individui * appellatio, (ut de ea re quam non ex profeſſo tracto ſummatim dicam, non tam ut intelligatur exactè quàm ut ex ea, quæ hujus loci ſunt propria, lucem aliquam accipiant,) aut naturalis eſt, aut civilis: nam lege individuum ex eo appellatur, quod tametſi reipſà diviſionem recipiat, diviſum tamen in partes ipſum à ſe aliud quid efficitur, vel ejus uſus corrumpitur: qualia ſunt homo, veſtis, dolium, unde doli iniit conſilium Quintus Fabius Labeo cùm à Rege Antiocho quem bello ſuperaverat, ex fœdere icto dimidiam partem navium accipere deberet: medias enim ſecuit, ut eum tota claſſe privaret, naturæ autem diviſionem non admittunt: veluti. 1

2 Hæc * de quib. loquimur prædiorum jura, quæ ita prædiis accedunt, ut prædiorum partes non ſint, *l. quod ad ſerv. de evict. ff.* tùm quia eorum uſus, cujus utilitas in conſtituendis maximè ſpectatur; (Siquidem fructus nullus ſervituti æſtimari poteſt, niſi ſi quis commodum in fructibus numeret quod quiſque utendo habet, *l. videamus, de uſur. ff.*) indiviſus eſt, quod hac lege dicitur. Tum etiam quia non poteſt ita in ſervitutis parte vis fieri, ut non in tota fiat, *l. 1. §. item quæritur, verſ. ego officio. de aq. quot. & æſtiv. ff.* Denique quia pro parte præſtari non poſſunt *l. ſi unus ex ſociis, de ſerv. ruſt.* Ex quo fit ut reſponſum ſit, omnes partes fundi cui ſervitus debetur ejuſdem modi eſſe, *l. 1. §. illud Labeo dicit, de aqu. quotid. & æſtiv. ff.*

3 Non * eſt tamen ſervitus tota in toto, & tota in qualibet parte, quod barbarè ubique tradunt, quia ſcriptum eſt quamlibet ſervitutem quæ fundo debeatur, omnibus ejus partibus deberi: & fundo particulatim vendito, omnes

omnes partes ſequi, *in l. via,* §. *fin. de ſerv. ruſtic. ff.* Nam cum primum iter determinatum eſt, ea ſervitus conſiſtit, cæteræ partes agri liberæ ſunt, *l. certo generi*, §. *ſi totus de ſerv. ruſt. præd.* ſed nec in parte qualibet ejus partis fundi qua conſiſtit ſervitus, tota eſt ſervitus in qualibet parte, ſed ſatis eſt efficacem in qualibet parte eſſe. Quod in diſputatione de anima animaderſum eſt ab eruditis, ut non exiſtat anima in qualibet corporis parte, de quo rixati ſunt multi, ſed tantùm ſit in qualibet parte efficax. Illa autem quæſtio, dividua, an individua ſit, ſervitus utilitatem habet: in conſtituenda quidem ſervitute, ſi ex pluribus dominis vel unus cedit, vel uni ceditur: in ea vero quæ utiliter cœpit, & conſtitit, mortuo promiſſore à pluribus hæredibus exigenda, aut mortuo ſtipulatore pluribus hæredibus præſtanda eſt. Tum enim videbatur extingui ſtipulatio, quia per ſingulos ſervitus acquiri non poſſit, nec aliter à pluribus cedi, quàm ſi ſimul omnes cedant, *l. fin. comm. præd. ff.* Sed difficultatem præſtationis in quam ſine facto ſtipulatoris, aut promiſſoris, res ab initio benè, & utiliter conſtituta, incidit non facere inutilem ſtipulationem reſponſum eſt, *l.* 2. §. *ex his, verſi. ſed quidem hoc caſu l. pluribus*, §. *& ſi placeat, de verb. oblig. ff.* Eſtque in ea re utiliter receptum ex vetere juris regula, ut quæ in partes dividi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debeantur, *l. ea quæ in partes de regul. jur. ff.* utque habeant ſinguli hæredes actionem in ſolidum, *l. hæredes*, §. *an ea, fam. herciſc. ff.* Quod ſine promiſſoris injuria ſit qui non plus cuiquam præſtaturus eſt, quàm quod cujuſque interſit, ut in ſimili reſponſum eſt: Si dominus proprietatis, & fructuarius deſiderant ſibi caveri damni infecti nomine utrumque audiendum eſſe, neque injuriam ſentire promiſſorem, quia non ſit plus cuiquam præſtaturus, quàm quod ejus interſit, *l. Prætoris*, §. *fin. de damn. infect. ff.* Fit enim condemnatio pro parte hæreditaria tantùm, ſi via non præſtetur, *l. hæredes.* §. *an ea. fam. herciſ. ſi. verſic. ſed veriùs.* Et ſi in eo promiſſo incommodum aliquod verſaretur, ferendum tamen eſſet. Aut enim ſtipulatoris hæredes fundum indiviſum habent, quo caſu una tantùm ſervitus pluribus hæredibus debetur, idemque ſervitutis jus manet quod vivo ſtipulatore fuit, aut per partes diviſum poſſident; quo caſu tametſi plures ſervitutes debeantur pluribus hæredibus, perindèque eſt, ac ſi ab initio pluribus dominis conſtituta ſit ſervitus, ut ſibi tantum quiſque dominorum eam uſurpet, & ſibi non utendo deperdat, compenſandum tamen eſt illud incommodum cum hoc commodo, *l. nam ſatis*, §. 1. *& ſeq. quem. ſerv. amitt.* Neque quod rei in eum caſum perveniſſe videtur, à quo incipere non poſſit, intercidet, & extinguetur ſervitutis ſtipulatio mortuo ſtipulatore, aut promiſſore, pluribus hæredibus relictis. Cùm ratio juris nemini officere debeat, qui alioqui ſibi diligenter cavit, *l. debitor. de ſepar. ff. l.* 1 *de teſt. manumiſ. C.* Maximè cum & hoc evenire poſſe credendum ſit proſpexiſſe promiſſorem, *argu. l. ſi quis domum*, §. *hic ſubjungi. loc. & conduct. ff.* Sicque æquiùs multò, ut omnes hæredes ſolidam ſervitutem debeant, & ab omnibus in ſolidum debeatur, quàm ut nulli præſtetur, aut à nemine debeatur, quia pro parte ſingulis, aut à ſingulis hæredibus præſtari non poſſit: ſicuti, ſi quis ſervo mortiferum vulnus inflixiſſet, eundemque alius ex intervallo ita percuſſiſſet, ut maturius interfi-

terficeretur, quam ex priore vulnere moriturus fuerat receptum eſt utrumque l. Aquilia teneri: quaſi uterque ex diverſa cauſa, & diverſis temporibus occiderit: quamvis revera ſemel tantùm occidi potuit ſervus: quia abſurdiùs conſtituatur neutrum teneri l. Aquilia, *l. item ſi vulneratum, ad l. Aquil. ff.* quod tamen in ſervitute aquæducendæ non obtinet: quæ quia menſuris, & temporibus, dividi, & ſecerni poteſt, *l. arbor. §. fin. com. divid. ff.* à pluribus hæredibus ſeparatim facta diviſione non in ſolidum vendicatur, ſed a ſingulis pro modo partis agri quam poſſident, *l. ſi partem, de ſervit. ruſticor.* nam & ab initio non modus prædiorum, ſed ſervitus aquæducendæ terminum facit, *l. non modus, de ſervit, & aqu. C. hæc de ſervitutibus prædiorum.* De uſu, uſufructu & habitatione, dicemus ſeparato tractatu.

SUMMARIA.

1. *Confuſione ſervitutes extingui, & quæ ſit ejus rei ratio?*
2. *Id verum non eſſe in iis quæ poſſeſſione retinentur quamdiu facto aliquo poſſidentur.*
3. *In hæredis tamen perſona verè contingere, quia & purè legati aditione hæreditatis efficiatur dominus.*
4. *Habent enim confundendi vim, & poteſtatem, acquiſitiones etiam illæ quæ perpetuæ non ſunt.*
5. *Contrarium autem ſervari in uſufr.*

PAULUS XVI.

Papinianus notat in omnibus ſervitutibus quæ aditionibus confuſæ ſunt, reſponſum eſt, doli exceptionem nocituram legatario, ſi non patiatur eas iterum imponi.

Ubi * idem utriuſque prædii dominus eſſe cœpit, quia nemo ſibi ſervitutem debere poteſt, ita confuſa, ſublataque ſervitus eſt, ut alienato alterutro, rurſus nova conſtitutione opus ſit, quia liberum veniit, *l. ſi quis ædes, de ſerv. urb. ff.* Id autem ubi aditionibus contigit, ait Papinianus, hæredi per exceptionem doli adverſus legatarium caveri, ſi non patiatur ſervitutem iterum imponi: ad quam ſervitutis reſtitutionem ita demum recurrendum plurique putant, ſi legatum conditionem habeat: alii & in puro relicto legato. Ego illis Papiniani verbis cùm generalia ſint, non purum, aut conditionale legatum tantùm, ſed & omnes alios caſus, qui ex verbis concipi poſſunt, contineri exiſtimo, *arg. l. 1. Gallus, §. quidem recte de lib. & poſth. ff.* 1

At * ita demum puto aditione confundi ſervitutem poſſe, ſi modo non ſint ex earum genere quæ facto aliquo poſſidentur, & poſſeſſione retinentur, quales ſunt ferè omnes quæ in ſuperficie conſiſtunt, *l. ſerv. quæ in ſuperficie de ſerv. urb. ff.* Illas enim permanere puto, nec confundi, quamdiù facto aliquo poſſidentur, *l. 1. de ſerv. leg. ff.* Illud de legatis, ut à teſtatore ad eum cui relicta ſunt recta via tranſeat, non benè dijudicant. 2

Nam * ſi non valent legata niſi hæreditate adita, nec niſi ab hærede adeatur, quo facto omnium bonorum quæ d[illegible]ncti fuerunt efficitur dominus, quomodò evenire poteſt, ut non puri etiam legati aliquo momento intelligatur hæres dominus, & eo ipſo momento confuſa ſervitus, quia idem utriuſque prædii dominus eſſe cœperit; Nec confuſionem impedit, quia non 3

eſt

eſt plena, & perpetua hæredis acquiſitio quod ad legata pertinet.

4 Nam * & quæ non ſunt perpetuæ acquiſitiones, ſed tales, ut revocentur aliquo caſu, effectus juris habent quod comprobatum eſt uſucapione ſervi alieni, qui donationis cauſa in hoc traditus erat, non à domino, ut poſt quinquennium manumitteretur: In eo enim ſequi uſucapionem reſponſum eſt, *leg. Ariſto.* §. *Idem Ariſto. de dona. ff.* ſed quia quod ad legata pertinet, non eſt hæredis acquiſitio perpetua: qui non capit: ut habeat, ſed magis accipit quaſi reſtituturus legatario: ita ſunt in ſuſpenſo legata, ut vel nunquam legatarii fuiſſe ſi repulerit, vel ex die aditæ hæreditatis legatarii fuiſſe quod ad ea pertinet quæ legatum ſequuntur, ſi non repulerit, videantur, *l. ſi tibi homo*, §. *cum ſervus, de leg.* 1. Non ſecus ad hæredem dicimus, quandocunque hæreditatem adeat, jam tunc à morte defuncti ſucceſſiſſe defuncto intelligi, *leg. hæres quandocunque de acqu. hæred. ff. l. omnia de reg. jur. ff.* Nam ſi reipſa ab eo à quo relicta ſunt ad legatarium recta via legata tranſeunt ſervo legato ante aditam hæreditatem occiſo, habet et legatarius legis Aquiliæ actionem, quam lex apud hæredem remanere conſtituit. *l. huic ſcripturæ ad leg. Aquil.*

5 Porrò * contrarium quàm hîc dicitur ſervatur in uſufructu: ſi enim is cujus in fundo proprietas eſt, fructuario hærede inſtituto, fundum legavit: non poteſt hæres doli mali exceptione uti, ſi legatarius vendicare fundum velit non relicto hæredi uſufructu, *l. is cujus de leg.* 2. quinimò fundo legato, ſi uſusfructus alienus eſt ab hærede petendus eſt *l. Mævius*, §. *fundo de leg.* 2. Non quia uſusfructus, ut faciliùs extinguitur quam prædiorum ſervitutes, *leg. ſi eo loco, ſi ſerv. vend. ff.* Ita non niſi irrevocabiliter, ut Accurſius ait, extingui ſoleat: Manet enim uſusfructus jus integrum effectu, & ſi qua in ſpecie confunditur, reſtitui, ut & cæteræ ſervitutes, *l. dominus de uſufruct. ff.* Sed quia uſusfructus emolumentum rei continet, & portionis inſtar obtinet, *l. cum filius.* §. *dominus de leg.* 2. *ff.* ut non intelligatur fundus qui legatus eſt dari, cùm ſola proprietas transfertur, *l. qui uſumfructum de verb. oblig. ff. l. ſi alii de uſufr. leg. ff.*

LABEO XVII.

Ei fundo quem quis vendit, ſervitutem imponi, etſi non ſit utilis, poſſe exiſtimo: veluti, ſi aquam alicui ducere non expediret, nihilominus conſtitui ea ſervitus poſſit: quædam enim habere poſſumus, quamvis ea nobis utilia non ſunt.

Hanc enarravi in l. Quoties. ſupr.

SUMMARIA.

1 *Modos transferendæ poſſeſſionis multos eſſe.*
2 *In ſervitutibus non niſi civilem intelligi poſſe.*
3 *Longe diverſam eſſe cauſam poſſeſſionis jurium, & corporum.*
4 *Illa enim quotidie conſtitui, non ut corpora eo ſolo tempore quo vendicantur.*
5 *In conſtituenda ſervitute cur non opus ſit Labeonis cautione?*
6 *Contra in condemnatione eventus is eſt, ut caveat condemnatus.*

JABO-

JABOTENUS XVIII.

Quoties via, aut aliquod jus fundi emeretur, cavendum eſſe putat Labeo, per te non fieri quominùs eo jure uti poſſim, quia nulla ejuſmodi juris vacua traditio eſſet. Ego puto, uſum ejus juris pro traditione poſſeſſionis accipiendum eſſe; ideoque interdicta veluti poſſeſſoria conſtituta ſunt.

1 TRansfert * poſſeſſionem quis vulgari quidem modo, cùm in vacuam poſſeſſionem alium inducit, *l. qui prædium, de diſtract. pign. Codice.* Sed & cùm mutata poſſeſſionis cauſa, alieno nomine ſe poſſidere conſtituit, qualis eſt qui in re vendenda uſumfructum ejus retinet, *l. quiſquis de donat. Codice*, vel ſi ei cui rem quam ante commodaverat, aut locaverat, poſteà vendat, aut donet, aut dotis nomine det, tunc enim tametſi ex cauſa venditionis, donationis, aut dotis non tradidit, nuda tamen voluntate eam transfert, *l. quædam mulier. de rei vend. Digeſtis*, vel qui emptorem in vacuam quidem poſſeſſionem non induxit, ſi modo diu ſciens paſſus eſt rem venditam ab emptore poſſideri, *l. minus inſtructus eſt de acqui. vel amitt. poſſ. Codice l. ſi à te emero ſi ſervit. vendic. Digeſtis*, vel qui emptionis inſtrumenta tradidit, *l. 1. de donat. Codice.* Transfertur quoque poſſeſſio ſine traditione, privilegiario quodam jure, veluti in ſpecie, *l. fin. de ſacroſanct. Eccleſ. Cod. & aliis multis.*

2 Quoties * via, aut aliquod jus fundi emeretur, quia nulla ejuſmodi juris vacuæ poſſeſſionis traditio eſt, cavendum eſſe dicebat Labeo per te non fieri quominus eo jure uti poſſim, eum reprehendens Jabolenus, ait, uſum ejus juris pro traditione poſſeſſionis accipiendum eſſe. Cajus dari ea jura, & transferri in emptorem legatarium, & hujuſmodi eis in fundum ſervientem animo conſtituendæ ſervitutis inductis, *l. 2. § dare, de uſufr. ff.*

Quò * fit ut traditum ſit, ſervitutes prædiorum per traditionem, vel patientiam conſtitui, *l. ſi ego §. 1. de publ. in rem actio, ff.* ut autem in his juribus longè diverſis modis conſtituimur poſſeſſores, quàm in corporalibus, ita poſſeſſionis horum longè diverſi ſunt progreſſus, & effectus. Nam in corporalibus accedunt cuique tempora ſui authoris ad præſcriptionem implendam, *l. Pomponius §. 1. de acq. vel amitt. poſſ. ff.* In his non conjunguntur tempora authoris cum temporibus ſucceſſoris, *l. ſi ædes, §. libertas de ſerv. urb. ff.* Corporalia quoque tum dicimur poſſidere, cùm eis incumbimus, aut alius noſtro nomine: hæc vero jura cum in alieno aliquo utimur, *de ſerv. quæ in ſuperficie, de ſerv. urb. ff.* 3

Quamobrem * in his idem eſt poſſeſſor, & petitor, *l. ſi fortè, §. ſecundum ſi ſerv. vend. ff.* Cum in corporalibus poſſeſſio ipſa per ſe poſſeſſorem abundè tueatur, *l. is qui deſtinavit de rei vend. ff.* & quia ſervitutum vera traditio fieri non poteſt: reſponſum eſt, eas quotidiè conſtitui, & quotidie legari, non ut proprietas eo ſolo tempore quo vendicatur, *l. 1. § fi. uſufr. accreſcen. ff.* diciturque qui ſervitutem conſtituit & impoſuit eam nihilominus debere, etiam poſt conſtitutam, *§. ideo de ſerv. ruſt.* nec per conſtitutionem ullam liberari poſſe, *ut notatur in l. corruptionem, de uſufruct. Codice*, Ex eodem 4

Xxx fonte

fonte illud quoque eſt, quod de via mero jure nemo detrudi poteſt, *leg. ſequitur*, §. *ſi viam de uſucap. Digeſtis.* Item illud, ut in illis patientia inducat officium prætoris, *l.* 1. §. *fin de ſerv. ruſt. ff.*

5 Unde * conſequens eſt, ut in conſtituenda ſervitute ea Labeonis cautione opus non ſit ex ſententia Jaboleni, cum prætor interdicto tueatur conſtitutam. Cui contrarium non eſt, quod confeſſoriæ & negatoriæ eventus is eſt, ut victus cautionem præſtet, neque ſe, neque ſucceſſores ſuos prohibituros ire, agere, tollere, & ſimilia, *leg. & harum ſi ſer. vend. ff. l. ſi de via, de aqua quotid. & æſtiv. ff.*

6 Hoc * enim ideo eſt, quia jam fefellerat victus, ut in poſterum vim ab eo factum iri merito ſuſpicari poſſit victor. Quemadmodum ubi qui vicinum prohibuit: ſervitute uti, nec ſui poteſtatem facit, abſentis bona vicinus poſſidere juſſus inde non ante diſcedit, quam ſibi conſtituta ſit ſervitus, ut jam ei non ſit neceſſe de jure ſuo docere, eo qui ſui poteſtatem non facit actoris partes ſuſtinente, *leg. is cujus familia, ſi ſerv. vend. ff. l. à quo fundus: de damn. infect. ff: leg. prius, de nov. oper. nunciat. ff.* Exaſperantur enim leges in omni genere controverſiarum adverſus eos qui litigare maluerunt, quam cedere. Nam ſi ſervus communis furtum fecit, quiſque dominorum ante noxale judicium acceptum poteſt partem ſuam cedendo ſecuritatem conſequi: cum noxali judicio ſuſcepto in ſolidum teneatur, *l. ſi ſerv. communis, de noxal. acti. ff.* nec ad rem facit quod ad judicis officium non pertinet futuri temporis tractus, *leg.* 1. §. *ſocius ſi ideo. verſic. Paulus, de uſur. ff.* Nam tum id locum non habet, cum quod futurum eſt, ex jure præſenti pendet, *l.* 1. *de ſentent. quæ ſine cert. quant. proſer. Cod.*

PAULUS XIX.

Si intercedat ſolum publicum, vel via publica, neque itineris actuſve, neque altiùs tollendi ſervitutes impedit, ſed immittendi, protegendi, projiciendi: item fluminum, & ſtillicidiorum ſervitutem impedit: quia cælum quod ſupra id ſolum intercedit, liberum eſſe debet.

Hanc quoque ſuprà explicui.

SUMMARIA.

1. *Actionem negatoriam in corporalibus non uſurpari.*
2. *In ſervitutibus verò, quia ex vitio juris quod adverſarius prætendit, cauſam quiſque probat ſuam, contrarium receptum eſſe.*
3. *Negatoriam tamen vi ac poteſtate confeſſoriam eſſe.*
4. *Quæ de ſervitutibus actiones competunt, an fructuario competant?*
5. *Servitutes quæ deberi non niſi dominis, & à dominis poſſunt, ubi cæperunt, adverſus quemvis vendicantur.*
6. *Contra ſervatur in iis, in quibus facto opus eſt.*

§. *Si uſusfructus tuus ſit ædium, proprietas mea, quæ onera vicini ſuſtinere debeant, mecum in ſolidum agi poteſt, tecum vero nullo modo.*

In

IN ſuperioribus, tametſi non ad amuſſim, de multis tamen dictum eſt quæ in tractatum de ſervitutibus incurrunt, veluti, quid ſint, & quales, quoque earum genera, & quo jure, & ad quid conſtitutæ, & conſtitutæ quemadmodum amittantur. Poſtremus erit labor quærere, de ſervitutibus quæ actiones, quibus competant, & adverſus quos. Et illi quidem qui ſibi ſervitutem competere contendit, confeſſoria competit.

1 Negatoria * vero, domino qui negat, *l. de ſervit. vend. ſervit. ff.* quale actionis negativæ genus in corporalibus non uſurpatur, quoniam in corporalibus quicunque cum alio agit, ex eo jure quod ipſe habet cauſam ſuam judici probare debet, veluti ſi hunc fundum meum eſſe apparet: nec debet dicere, ſi fundum hunc adverſarii non eſſe apparet. Quia res alienas poſſidens, licet juſtam tenendi cauſam nullam habet, tamen non niſi ſuam actionem implenti reſtituere cogitur, *l. fin. de rei vend. C.* Non enim quod meum non eſt, id protinus tuum eſt, *l. ſed. & ſi poſſeſſori, de jurejuran. ff.* Quod ſi neque meus, neque tuus fundus eſt, te tamen vincere debeo in hoc judicio, cum in pari cauſa melior ſit cauſa poſſidentis.

2 At * ubi de ſervitutibus negatoria agitur, tametſi non ex eo jure quod qui agit habet, ſed ex vitio juris, quod adverſarius prætendi cauſam ſuam probare nitatur, & verba quibus agit in negationem ſonent.

3 Tamen effectus ipſe * actionis confeſſoriæ eſt vi ac poteſtate. Perindeque eſt cum dico, ſi apparet hunc ſervitutem in meo fundo non habere: ac ſi dicerem, ſi apparet fundum meum à ſervitute liberum eſſe. Competunt autem hæ actiones interdum etiam non domino, veluti creditori *l. creditori de nov. ope. nunc. D. item ſuperficiario, l. 1. §. fin de ſuperfic. D.*

Denique * & uſufructuario. Sed de 4
eo non ſatis conſtat inter veteres Juriſconſultos. Nam Juliano quidem placet, fructuario adverſus vicinum vendicandarum ſervitutum jus eſſe, *l. 1. §. item Julianus de remiſſ. D.* At Marcello, Labeoni, & Nervæ, *contra l. 1. ſi uſufruct. pet. D.* In eo autem, non convenire Julianum cum Marcello, Labeone, & Nerva, facile intelligimus. Sic enim ſcriptum eſt. Si fundo fructuario ſervitus debeatur, Marcell. lib. 8. apud Julianum ſententiam Labeonis & Nervæ probat, exiſtimantium, ſervitutem quidem eum vendicare non poſſe, verum uſumfructum vendicaturum. Porro, quo ſenſu dici poteſt, apud Julianum probari à Marcello ſententiam Labeonis, ſi eadem fuit Nervæ & Labeonis, quæ Juliani ſententia? Juliani autem ſuperior ſententia ab Ulpiano relata *in l. 1. §. item Julianus. de remiſſ. D.* ſcripta eſt ab ipſomet Juliano *in l. 2. de nov. oper. nunciat. D.* Nec eſt novum ut is à cæteris in eo diſſideat, cum ſæpe alias etiam eodem reſponſo diverſæ veterum ſententiæ proferantur. *l. 1. de contrah. empt. & vend. l. Clodius, de acquir. hæred. & infinitis aliis.* Sed quanquam obtinuit Nervæ & Labeonis ſententia, vendicare ſervitutes fructuarius non poſſet, quia ſcilicet de jure alieno contenderet: incidere tamen caſus poteſt ut neceſſario ad Juliani ſententiam decurrendum ſit. Quia accidere poteſt, ut fructuarius tametſi incommodum ex opere patiatur, vendicare tamen uſumfructum non poſſit. *l. uſufruct. fundi. de aqua pluv. arcen. Digeſtis.* Nam ſi vicinus, opere novo, fundo fructuario nocet

ait Juriſconſultus fructuarium experiri interdicto quod vi, aut clam poſſe, hoc eſt, ſi jam nocuit. Eo enim interdicto præſtari damnum ſolet, *l. quamquam. §. idem Julianus, de aqua pluv. arcend.* Quod ſi inquit, fructuario id interdictum non competit, quod tum eſt, cùm ante litem conteſtatam nondum damnum datum eſt: in id enim interdictum ſolùm venit damnum, quod ante litem conteſtatam datum eſt, *l. Attejus. §. de eode aqua plu. arcend. ff.* Quærendum eſt, inquit, an utilis ei quaſi domino actio. aquæ plu. arcen. dari debeat, an verò etiam contendat jus ſibi eſſe uti frui: ſed magis eſt utilem aquæ pluviæ arcendæ actionem eis accommodare. Hoc ideò Juriſconſultus, quia quoad vicinus opere manufacto fructuario nocuerit, nequicquam adverſus vicinum qui opus fecit vendicat uſumfructum fructuarius, cùm nondùm impediatur frui: Attamen quia opere facto damnum timetur, ut quia ſata obrui aqua poſſunt, meritò non expectabit fructuarius ut damnum detur, ut ſic demum vel uſumfructum vendicare, vel interdicto quod vi aut clam agere poſſit: Sed occurret damno futuro per actionem aquæ pluviæ arcendæ. Quamobrem opere facto quod nocere poſſit, nondum tamen nocuerit, deficientibus omnibus aliis actionibus, neceſſario fuit danda fructuario utilis actio aquæ plu. arcen. in qua futurum damnum venit, *l. Attejus, §. in hoc judicium, de aqua pluv. arcen. Digeſt.* ut in univerſum verum ſit, fructuario ſervitut. vendicationem non dari, cùm uſumfructum vendicare poteſt: Quod ſi non poſſit, tunc dari, ut tamen de ſervitutib. non adverſus vicinum, ita adverſus dominum agat, *l. 1. §. item Julian. de remiſſ. ff. l. 2. de nov. oper. nunc. ff.* 5

Ut * autem de ſervitutibus actiones illæ non niſi dominis competunt, & adverſus dominos.

Ita * ubi ſemel cœperunt ſervitutes, non tantùm adverſus eum qui dominum in fundo ſerviente habet, ſed & adverſus quemvis vendicari poſſunt, *l. 1. §. competit. de aqua quot. & æſti. l. ſi quis diuturno, §. 1. ſi ſerv. vend.* Sed tamen illæ in quibus facto opus eſt, ut non niſi domino, ita nunquam niſi adverſus dominum dantur, qualis eſt ſervitus oneris ferendi, de qua hoc loco. In ea enim facto opus eſt, putà refectione parietum ad onera ſuſtinenda: prævaluit enim in ea ſerv. Servii ſententia, ut poſſit quis defendere ſibi jus eſſe cogere adverſarium reficere parietem ad onera ſua ſuſtinenda, *l. & ſi fortè, §. etiam ſi ſerv. vend. Digeſt.* Atque ob eam quoque cauſam in ea ſervitute, ſi ædes plurium dominorum ſint, non in ſolidum ut in cæteris ſervitutibus adverſus ſingulos agitur, *l. & ſi fortè, §. ſi ædes plurium, ſi ſerv. vend. digeſt.* Quia in cæteris quidem ſervitutibus patientia tantùm opus eſt: in hac etiam refectione atque ideò facto, & impenſa. 6

ANTO-

ANTONII MATTHÆI

J. C. Ultraj.

DISPUTATIO I.

DE

SERVITUTIBUS.

1 SERVITUS jus eſt quo res aliena nobis vel rei noſtræ ſervit. Excludimus ergo hâc definitione ſervitutem illam, qua mancipia heris ſerviunt: quamque propterea perſonalem alii, alii merè perſonalem nuncupant. Vide *Capol. de ſervit cap.* 1. & 2. *Schneid. ad pr. Inſt. de ſervit. præd. urb. & ruſtic. Coraſ. ad rubr. D. de ſervit. n.* 14. & *ſeqq. Gomeſ.* 2. *var. reſol.* 15. *Donel.* 9. *com.* 21. & 22.

2 Secundo excludimus jura illa, quæ domini territoriorum & nobiles exercent in adſcriptitios ſuos: ſeu operas eis indicentes, ſeu pro filia nubente dotem collatitiam poſcentes, ſeu mortuo patre matreve familias jus optimi catalli exercentes: & quæ his exactiones ſimiles reperiuntur *c. un. verb. angariæ, tit. Quæ ſint. regal. ubi Afflict. n.* 7. *Sich. ad rub. C. de oper. libert. n.* 2. *Donel. d. cap.* 22. *in fin. Sixtin.* 2. *de regal.* 13. *n.* 41. & *ſeqq. Stam.* 3. *de ſervit. perſon. c.* 21. Diſſ. *Carpzov. p.* 2. *conſt.* 4. *def.* 1. *n.* 3.

Tertiò excludimus jus venandi, 3
quod domini territoriorum in agris privatorum exercent: ita ut privatis vix noxiam feram in ſuo deprehenſam occidere liceat. *Sixtin. de regal.* 2. *cap.* 18. *n.* 46. *Heig. p.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 45. *Pruckman. de venat. cap.* 1. Diſſ. *Zaſ. in* §. *æquè Inſtit. de action. n.* 24. *Gail.* 2. *ob.* 66. *Mynſ.* §. *inter ruſticorum Inſt. de ſervit.* Aliter *Seb. Medic. de venat. part.* 2. *q.* 2. eumque ſecutus *Georg. Mor. part.* 2. *cap.* 3. *Zoan. ad l.* 2. *Cod. de pact. int. empt. & vend. n.* 204. & *ſeqq.*

Quartò excludimus jus habendi 4
furnum, vel molendinum bannale: in quo ſubditi etiam inviti panes coquere, frumenta pinſere cogantur: hic enim neque prædia prædiis, neque prædia vel res perſonæ ſerviunt. Vide *Sixtin. d. lib.* 2. *de regal. cap.* 3. *n.* 59. & *ſeq. Zoan. d. loc. n.* 154. *Theſaur. deciſ.* 16. Sane, Si jus mihi concedas coquendi panes in tuo furno, uſus furni conceſſus videtur. *Capol. de ſervit. urb. præd. cap.* 8. *n.* 3.

Quintò conceſſiſti mihi jus tranſ- 5
eundi per pontem tuum non ſoluto

 vecti-

vectigali: non eſt ita ſervitus, ſed immunitas à vectigali præſtando: tametſi contrarium innuat Baldus *ad l. ſi plures, n. 13. C. de cond. inſert. tam legat. quam fideic. Cæpol. d. cap. 8. n. 4.* Utique jus exigendi vectigal vel pedaticum, ſervitus non eſt, fatentibus iiſdem auctoribus: quid magis igitur immunitas dici ſervitus poterit?

6 Subjectum ſervitutis res aliena eſt: res ſua nemini ſervit. *l. uti frui. 5. D. ſi uſufr. pet. l. in re commun. 26. D. de ſervit. præd. urban. l. cum eſſent 33. §. 1. D. de ſervit. præd. ruſtic. l. 4. D. ſi ſerv. vind.* Itaque excludimus ab hoc tractatu uſumfructum cauſalem, quem cum in re ſua habeat dominus, non poteſt eſſe ſervitutis ſpecies, *l. cum in fundo, 78. D. de jur. dot. l. 4. D. de uſufr. ad. creſc. Coraſ. 5. Miſcel. 3. Conna. 4. com. 3. n. 6. Duar. in l. ſi ita, 126. D. de V. O. Cujac. ad l. qui uſumfructum, 58. D. eod. Donel, 10. com. 2. Gomeſ. 2. var. reſol. 15. num. 2.*

7 Deinde ſummovemus loca ſacra, ſancta, & religioſa, quæ cum divini juris ſint, non admittunt ſervitutem *l. 1. & ſeqq. D. ne quid in loc. ſacr. fiat. l. in tantum, 9. §. ſacræ & ſeqq. D. rer. diviſ. l. ſi quis ſepulchrum, 12. §. 1. D. de relig. & ſumpt. fun. l. 4. D. Com. præd. l. ſi prius, 17 §. pen. D. de aq. & aq. pluv. arc. l. ſervitutes, 14. in fin. D. ſervit. l. 1. D. ſi ſerv. vind.* Si tamen ante dedicationem aliquid fuerit exceptum, conventionis fides ſervanda eſt.

8 Eadem ferè eſt ratio rerum communium & publicarum, nam neque aëri, neque aquæ profluenti, neque mari, aut locis publicis ſervitus imponi poteſt. Ac ne portum quidem ſeu ſinum maris excipimus, ſi privatos reſpicias, *l. venditor. 13. D. Com. præd. l. 2. & ſeqq. D. de rer. diviſ. l. injuriarum, 13. §. ſi quis me prohibet D. de injur. l. 1. 2. & 3. D. ne quid in loc. publ.* Vide *Cæpol. de ſerv. præd. urb. cap. 16. n. 3. & 4. Grot. de mar. liber.*

9 Diviſiones ſervitutum quod attinet, ſervitus omnis vel perſonarum, vel rerum eſt: *l. 1. D. ſervit.* mixtam igitur, quam perſona ſerviat rei, non agnoſcimus. Ne quicquam ad rem facit *l. Mævia, 44. D. de Manum. teſtam. l. Titio 11. §. Titio centum 2. D. de cond. & demonſtr. l. ſervos, 17. D. de alim. vel. cibar. legat. Donel. 9. com. 22. Lud. Vit. 2. var. lect. 1.* Diſſ. *Port. Schneid. ad pr. Inſtit. de ſervit. Coraſ. ad rubr. D. de ſervit. 33.*

10 Interpretes eo amplius ſervitutes dividunt in nominatas & innominatas. Nominatas vocant quarum proprium nomen jure civili proditum eſt. Innominatas contra, quæ proprio nomine carent, *Cæpol. de ſerv. præd. urb. cap. 9. Schneid. d. pr. Inſt. n. 9.* Perquam abſurde, cum ſervitus innominata vix ulla reperiatur. *Coraſ. ad l. 1. D. de ſervit. n. 128. & ſeq.*

11 Adhuc ſervitutes vel dividuæ, vel individuæ ſunt; quarum illæ partium præſtationem recipiunt: hæ nequaquam. Eſt autem dividuus ſolus uſusfruct. *l. 5. ff. de uſufr. l. excepta, 14. l. placet, 25. D. quib. mod. uſusfr. amit. l. & puto, 16. D. famil. herciſc. cum ſimil.* Reliquæ omnes individuæ *l. pro parte 11. l. via, 17. de ſervit. l. via, 23. §. ult. D. de ſerv. urb. l. 2. §. & harum l. ſtipulationes non dividuntur 72. D. de V. O. l. hæredes, 25. §. an ea D. famil. herciſc. Cæpol. d. tract. cap. 10. Coraſ. in d. l. viæ, n. 14. & ſeqq.* Nec excipitur ſervitus oneris ferendi, *in l. etſi forte, 6. §. ſi ædes D. ſi ſerv. vind.* Vide *Pac. in Iſagog. D. com. præd. Hotom. 7. obſ. 1. Forcat. in d. l. 17. num. 25.*

12 Poſtremò ſervitus à doctoribus in continuam & diſcontinuam tribuitur. *Cæpol. de tract. cap. 11. Schneid. ad tit. Inſt.*

Inſt. de ſervit. §. *ult. n.* 15. & *ſeqq.* Sed hæc diviſio ad ſervitutes prædiorum, non perſonarum pertinere videtur. An ne illis quidem propriè convenit: quandoquidem omnis ſervitus, ſi cauſam ſpectes, continua eſt: ſecus ſi uſum, *l. foramen.* 28. *D. de ſerv. præd. urban. l.* §. *hoc interdictum* 4. *D. de font. l.* 1. §. *loquitur* 5. & §. *caput.* 8. *D. de aq. pluv. arcend. Conna.* 4. *com.* 9. *n.* 1. 2. & 3 *Donel.* 11. *com.* 3. & 11. *Longoval. ad l. imperium D. juriſd. circa fin. Duar.* 1. *diſput. anni.* 24.

13 Porro omnis ſervitus, tam perſonalis quam realis utilis nobis eſſe debet: cum autem neque hominum neque prædiorum eſt utilitas, conſtat ſervitutem non poſſe conſtitui: veluti, ut pomum decerpere liceat, ut cœnare, ut ſpatiari in alieno: *l. ut pomum.* 8. *l. quoties,* 15. *D. de ſervit. l.* 6. §. 1. *D. de ſervit. præd. ruſtic.* Variè *Dd. Gloſ. Coraſ. Baro, ad d. l. ut pomum. Conna. d. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 3. *Hotom.* 8. *obſ.* 11. *Donel.* 9. *com.* 21. *verſ. quod reſtat. verſ. in parat. de ſerv. n.* 3. *Baro, ad d. l. quoties.*

14 Servitutis natura non hæc eſt, ut dominus prædii ſervientis aliquid faciat, ſed ut ne faciat, vel ut patiatur, *d. l. quoties* §. *ult.* Hanc notam etiam ad ſervitutes perſonarum transferre poſſumus, *arg. l. uſufructu,* 7. §. *hactenus D. de uſufr. l. hæres* 12. *l. fundi Æbutiani* 38. *D. de uſ. & uſufr. & red. legat.* Nec his adverſatur *l. cum ad quem,* 7. *C. de uſufr. l. ſi domus* 28. *D. uſ. & habit; l. etſi fortè* 6. §. *etiam de ſervitute, & ſeqq. D. ſi ſerv. vind. Con.* 4. *com.* 7. *n.* 9. & 10. *Baro, ad d.* §. *ult.*

15 Eſt & illud commune utrique generi ſervitutum, quod ſervitus ſervitutis conſtitui non poſſit *l.* 1. *D. de uſ. & uſufr. legat. l. cum eſſent,* 33. §. 1. *de D. ſervit. præd. ruſt. l.* 1. & *ſeqq. D. de uſufr. l. uſufructu* 9. *C. eod. l. ſi uſusfructus,* 66. *D. de jur. dot. l.* 4. *D. de novat.* Nec adverſatur. §. 1. *Inſtit. de uſ. & habit l. arboribus* 12. §. *uſufructuarius l. uſufr.* 67. *D. de uſufr. cum ſimil.* Vid. *Backov. pr. Inſt. de uſufr. n.* 3.

16 Conſtituere ſervitutem in re ſuâ dominus poteſt: nempè dominus ex aſſe: cæterum in re communi potior eſt prohibentis conditio, *l.* 2. *D. de ſervit. l. per fundum* 11. *D. de ſerv. præd. urb. l. ſi cum duas,* 8. *D. Com. præd. l. Sabinus,* 28. *D. Com. divid. l. uſus,* 19. *D. de uſ. & habit. l.* 5. §. *ult. D. commod.* Quominus tamen unus ex conſortibus, partis ſuæ pro indiviſo uſumfruct. alii conſtituat; jus non eſt impedimento *l.* 5. *D. de uſufr. l. is qui fundum,* 31. *D. de uſ. & uſufr. leg. Baro, in d. l.* 2.

17 Conſtituuntur ſervitutes & inter vivos, & ultima voluntate. Inter vivos pactionibus & ſtipulationibus §. 1. *Inſtit. de uſufr.* §. *ultim. Inſt. de ſervit.* dummodo pactio in continenti contractui adjecta ſit: hæc enim ſola prodeſt ad agendum *l. ſi quis duas,* 6. & *l. ſi cum duas,* 8. *D. com. præd. l. juris gentium,* 7. §. *quin imo D. de. pact. l. petens,* 27. *C. eod. l. lecta,* 40. *D. de reb. cred.* Donari quoque inter vivos ſervitutes poſſe, non eſt dubitandum. *l. in ædibus,* 9. *l. Aquilius,* 27. *D. de donat.*

18 Teſtamento conſtitui ſervitus poteſt, quibuſcunque verbis, ſive directis, ſive precariis: ſive vindicandi, ſive damnandi, ſinendive modo, *l.* 1. & *tot. tit. D. de uſ. & uſufr. legat. l.* 1. & *tot. tit. D. de ſervit. legat.* Nec ſolum actio ex teſtamento eo nomine legatario competit, ſed & vindicatio, & hypothecaria *l.* 1. *C. Com. de legat.* Nec repugnat *l.* 1. *D. de uſ. & uſuf. legat.* 19.

19 Acquiruntur etiam ſervitutes tam prædiorum quam perſonarum præſcriptione

criptione longi temporis. Eaque præſcriptione quæ titulum deſiderat, neque bonam fidem: ſufficit non vi, non clam non precario uſum eſſe, *l. ſi quis diuturno* 10. *D. ſi ſerv. vind. l. ult. C. de præſc. long. temp. l.* 1. *in fin. D. de ſervit. præd. ruſtic. l.* 1. *in fin. D. de aq. pluv. arc.* Nec obeſt. *l.* 2. *C. de ſerv. Conna.* 4. *com.* 20. *n.* 17. *Donel.* 11. *com.* 12. *Cujac. ad l.* 4. §. *ult. D. de uſuc.* Diſſ. poſt gloſſogr. *Coſtal. ad d. l.* 10. *Coraſ. ad l.* 14. *n.* 30. *D. de ſervit. Duar.* 1. *diſp. anniv.* 34. *Hotom.* 8. *obſ.* 10.

20 Uſusfructus eo amplius & adjudicatione, & lege conſtitui poteſt, *l. uſusfructus* 6. §. 1. *D. de uſufr.* An prædiorum quoque ſervitutes judicio familiæ herciſcundæ vel communi dividundo adjudicari poſſint? Ait Ulpianus *l. item Labeo* 22. §. *ſed etiam cum adjudicat D. famil. herciſ.* Negat Jabolenus *in l. ut fundus* 18. *D. Com. divid.* Nullum hic diſſidium eſt.

21 Amittuntur ſervitutes variis modis: ſed inter perſonales & prædiorum ſervitutes hoc potiſſimum intereſt, quod illæ ferè cum perſona intereant: hæ quoniam prædiis inhærent, perpetuæ ſunt, nec minus in hæredes atque in ſingulares ſucceſſores tranſmittuntur, §. *finitur Inſt. de uſufr. le.* 1. & *ſeqq. D. quib. mod. uſuſf. vel uſ. amitt. l. cum fundus* 12. *D. com. præd. l.* 3. *D. Quemad. ſervit. amit. l.* 4. *D. de ſerv. præd. ruſtic.*

22 Communes utriſque ſervitutibus ſunt actiones, confeſſoria, & negatoria: quarum illa ſervitutem, hæc libertatem vindicamus §. *atque Inſt. de act. tit. D. ſi uſufr. pet. vel ad al. pertin. neg.* & *tit. D. ſi ſerv. vind.* Et hoc quidem ſingulare in his cauſis, ut poſſeſſor etiam vindicet: cum in controverſiis rerum corporalium poſſeſſor nunquam ultra agat, *l.* 1. §. *hoc interdictum* 6. *D. ut poſſid.* Unde manifeſtum fit, ut mendum irrepſiſſe, *in d.* §. *æquè verſ. ſanè uno caſu*, aut certè fruſtra caſum illum in latioribus Dig. libris quæri. *Ferret. Bar. Donel. Hotom. in eod.* §. *Duar. ad tit. C. de probat. cap.* 4. *Lud. Vital.* 2. *var. lect.* 12. *Cujac. in not. ad d.* §. *æquè.*

Libertas naturalis eſt, *l. libertas D. de ſtat. hom.* Rectè igitur à Dd. traditum, prædium in dubio liberum potius præſumi quam ſervituti obnoxium *l. altius* 8. *l. ſi tibi ſervitutem* 10. *C. de ſervit. l.* 4. §. *competit. D. ſi ſerv. vind. Alciat. reg.* 2. *præſumpt.* 1. *n.* 2. *Menoch.* 3. *præſumt.* 89. *Conna.* 4. *com.* 1. *à pr. Maſcard. vol.* 3. *de probat. concl.* 1306. Quid ergo, ſi negatoria quis agat non probabit intentionem ſuam? Probabit, ſi adverſarius ſit in poſſeſſione ſervitutis, *l. ſicut.* 8. §. *ſed ſi quæritur D. ſi ſerv. vind. l.* 5. *v. quod ſi forte D. ſi uſufr. petat. Maſcard. d. loc. n.* 3. & 4. *Menoch. de præſ.* 89. *n.* 8. 23

DISPUTATIO II.

De Uſufructu.

SErvitutes perſonarum ſunt, uſusfructus, uſus, habitatio: & operæ ſervorum *l.* 1. *D. de ſervit. l.* 4. *D. de oper. ſervor. l.* 5. §. 1. & *ſeqq. D. uſufr. quemad. cav.* §. *æque Inſt. de act.* Ex his meritò primus locus debetur uſuifructui. Uſusfructus eſt jus alienis rebus utendi, fruendi, ſalva earum ſubſtantia, *princ. Inſtit. h. tit. l.* 1. *D. eod.* 1

Eſtque vel verus, vel quaſi uſusfructus. Verus eſt earum rerum quibus uti frui poſſumus ſalva ſubſtantia. Quaſi, earum quæ ipſo uſu conſumuntur §. *conſtituitur Inſt. h. tit. l.* 1. 2

&

& 2. tit. D. uſufr. ear. rer. quæ uſ. conſum. Hoc amplius etiam nominis, & reditus annui, & ut hodiè ſit juriſdictionis uſusfr. conſtitui poteſt: unde dubitatur, verusne ſit, an quaſi uſusfr. Et videtur ea ſpecies propius accedere ad verum uſumfructum. Vide *Bach. ad §. eſt autem jus in corpore Inſt. h. tit.*

3 Nec ſolum uſusfructus ſingularum rerum, ſed & univerſorum bonorum conſtitui poteſt, dum ne excedat dodrantem bonorum *l. omnium 29. D. h. tit. l. uxori 37. D. de uſufr. leg.* neque oneret legitimam portionem liberorum *nov. 18. c. 1. & 3.* aut portionem conjugi ſuperſtiti lege vel ſtatuto debitam; aut bona fideicommiſſo obnoxia: & generaliter ea de quibus teſtator diſponere non poteſt. *arg. l. ult. de reb. alien. non alien. l. nemo 55. D. de leg. 1. l. juriſg. 7. §. & genera iter l. jus publicum 38. D. de pact. Caſtil. de uſufr. cap. 39. & ſeqq. Sand. 4. tit. 4. def. 9. & tit. 7. def. 1. Gail. 2. obſ. 144. n. 1. Peregr. art. 40. de fideic. n. 116. & art. 36. n. 68.*

4 Quid ſi quis filio ſubſtitutus fuerit, an exiſtente conditione ſubſtitutionis legitimam ſubtrahere fructuario poteſt? Placet nobis diſtinctio inter vulgariter & Pupillariter ſubſtitutum; ita ut hic, non etiam ille ſubtrahere legitimam filii poſſit; utique ſi filius patri hæres extitit, filio autem ſubſtitutus. *l. quanquam 10. C. ad leg. Falcid. junct. l. fund. 87. §. qui filium ff. eod.* Vide *Bart. in l. Titia 34. §. ult. D. de leg. 2. Jaſ. in l. etſi contra tabulas 35. D. de vulg. & pup. ſubſt. Gail. d. obſ. 144. n. 9. Per. de fideic. art. 36. n. 61. & art. 12. n. 29. Barry. 16. de ſucceſ. 10. n. 3. & lib. 9. tit. 24. n. 9.*

5 Si teſtator uxorem reliquerit dominam & fructuariam bonorum ſuorum rectè à Dd. reſponſum eſt, in uxoris poteſtate eſſe, utrum dominium, an uſumfruct. vindicare malit, *arg. l. ſi Titio fundus 10. de uſ. & uſufr. leg.* Sed ſi liberis inſtitutis uxorem voluerit eſſe dominam & uſufructuariam bonorum rectè Bulgarus negavit, de proprietate teſtatorem ſenſiſſe: at non rectè uſumfructum ad alimenta reſtrinxiſſe videtur, tametſi hanc interpretationem uſus paſſim receperit. Diſſ. *Barthol. & alii in d. l. Titia §. ult. de leg. 2. Sarmient. ibid. lib. 8. ſelect. interpr. Peregr. de fideic. art. 12. n. 28. Barry de. tit. 24. n. 6.*

6 Si teſtator alicui legaverit uſumfructum rerum mobilium, an nomina quoque & actiones mobilium appellatione continentur? Non continentur *arg. l. 1. §. quædam D. de rer. diviſ. l. cum in fund. 78. §. ſi fundus D. de jur. dot. l. 7. §. in peculio D. de pecul. cum ſimil. Mantic. 9. conj. 2. & 3. n. 9. Peck. 5. de teſt. conjug. 30. n. 5.* Aurum & argentum factum infectumve? Videtur *l. ſi chorus 79. §. 1. de leg. 3.* An ſignatum? hoc quoque videtur *arg. d. l. 79. Mantic. d. c. 3. n. 2. Pinel. ad l. 1. C. de bon. mat. part. 2. n. 45. Peck. d. c. 20. n. 2. Theſaur. dec. 160.*

7 Conſtituitur uſusfructus teſtamento, pactionibus & ſtipulationibus, adjudicatione facta judicio familiæ erciſcundæ, vel communi dividundo & lege. *§. 1. Inſtit. h. tit. l. 3. l. 6. §. 1. D. eod.* Traditione quoque acquiritur, & præſcriptione longi temporis, de qua actum diſputatione præcedenti *l. 1. §. ult. D. de ſervit. præd. ruſtic. l. pen. C. h. tit. l. ult. in fin. C. de long. temp. præſcr.*

8 Acquiritur etiam adcreſcendi jure, ſi duobus legatus ſit conjunctim, & alter non concurrat, vel concurrere deſierit, *l. 1. & tot. tit. D. uſufr. adcreſc.* Nec refert, ſalvam adhuc habeat partem ſuam, an amiſerit: uſusfr. enim, etiam amittenti adcreſcit. *l. ſi Titio 33. §. 1. D. de uſufr. l. 1. §. interdum & l. 3. de uſufr. adcreſ.* Illud fortaſſe referre dixerit, quo genere conjunctionis lega-

tarii conjuncti fuerint: verbis enim conjunctis negat adcreſcendi jus *l.* 1. §. *ult.* 2. 3. *pen. D. eod.* eſtque hæc communis ſententia quam tamen non ſine cauſa improbat Cujac. *ad l. triplici* 142. *D. de. V. S. &* 24. *obſ.* 34.

9 Conſtituto uſufructu fructuarius cavere debet, ſe uſurum viri boni arbitratu, finitoque jure ſuo reſtituturum quod inde extabit *l.* 1. *l.* 5. §. 1. *D. de uſufr. quemad. cav.* Quæ cautio teſtamento quidem remitti nequit *l.* 2. *Cod. de uſufr. l. pen. Cod. ut in poſſ. legat.* quo minus ab hærede remittatur, nihil impedimento eſt, *arg. l. pen. Cod. de pact. l. poteſt.* 71. *D. ad leg. Falcid. Gloſſ. in d. l.* 1. *verb. cautione. Azo. Sich. ibid. Gail.* 2. *obſ.* 145. *num.* 12. *Pinel. ad l.* 1. *Cod. de bon. mat. part.* 2. *n.* 76. *Schneid. ad rubr. Inſtit. de uſuf. n.* 22.

10 Cautio quoniam prætoria eſt, fidejuſſores deſiderat *l.* 1. *pr. &* §. *utilius D. de uſuf. quemad. cav. l. prætoriæ* 7. *D. de præt. ſtipulat. l.* 4. *Cod. de uſufr.* Quid ſi fructuarius propter inopiam fidejuſſores non reperiat? Ad juramenti cautionem admittendus eſt, ſiquidem mores ſuſpectum non faciant: ſin faciant, apud ſequeſtrem fructus deponendi ſunt *arg. l.* 6. *D. ſi cui plus quam per leg. Falc. licuer. Bartol. & Sich. in d. l.* 4. *Schneid. d. loc. num.* 11. *Gail.* 2. *obſerv.* 47. *num.* 7. *Gomeſ.* 1. *reſol.* 15. *num.* 3. *&* 4. *Surd. deciſione* 141. *Pinel. de part.* 2. *num.* 79. *Imb. in enchir. verb. uſufructuaria ſatisdatio.* Diſſert. *Myn.* 6. *obſerv.* 47. *Fach.* 8. *contr.* 40.

11 Illud non intereſt, teſtamento conſtitutus ſit uſusfructus, an voluntario contractu *d. l.* 4. *C. h. tit.* Quid ſi lege conſtitutus ſit? Pater utique habens uſumfructum in bonis adventitiis filii, neceſſitate cavendi ſolutus eſt, *l. cum oportet* §. *non autem l. ultim.* §. *ſin æs autem alienum in fin. C. de bona quæ liber.* Quid ſi bona illa ex rebus fungibilibus ut loquuntur, conſiſtent? Ne hoc quidem caſu cautionem deſiderabimus *Donell.* 10. *com.* 4. *in fin. Pinel. part.* 2. *num.* 23. Adde *Barry d. tit.* 24. *num.* 41. *in fin.*

Si uxori relictus ſit uſusfructus om- 12
nium bonorum etiam inventarii confectionem Dd. ei injungunt, & ita quidem, ut à marito remitti nequeat. *Ripa ad leg. Titia* 34. §. *ultim. D. de leg.* 2. *quæſt.* 51. *Boer. deciſ.* 63. *num.* 12. *Peck.* 5. *de teſtam. conj* 24. *num.* 3. *Chriſtin. ad leg. Mechlin. tit.* 9. §. 13. *a princ. Neoſtad. deciſ. cur. Holl.* 20. *& dec. ſupr. cur.* 33. Recte quidem, ſi ad jus municipale reſpicias: non rectè, ad Romanorum: nec probat id *l.* 1. §. *recte, D. uſufr. quemad. cav.*

Omnes fructùs ad fructuarium per- 13
tinent, ſive naturales, ſive civiles ſint *l.* 7. *& ſeqq. D. h. titul. l. qui ſcit* 25. *ff. de uſur.* Non tamen partus ancillæ, quia abſurdum viſum eſt, hominem in fructu computari *leg. vetus eſt quæſtio* 68. *D. h. titul. leg. in pecudum* 28. *D. de uſur. Con.* 4. *com.* 2. *num.* 2. *Cujac. ad leg.* 4. *verb. ſi defuncti non fuerunt Digeſtis de uſucap. Hotom. ad* §. *in pecudum Inſt. de rer. diviſ.* Non theſaurus in fundo repertus, quia fructus fundi non eſt. *leg. un. Cod. de theſaur.* §. *theſaurus Inſt. de rer. diviſ. Mornac. ad l.* 6. 7. *de rei vind. Molin. ad Pariſ.* §. 1. *gloſſ.* 1. *n.* 60. *Argentr. ad Brit. art.* 57. *gl.* 2. *n.* 7. Diſſ. *Burg. ad Flandr. tract.* 21. *num* 14. Aliter *Rebuff. ad l.* 49. *de V. S. Barry d. tit.* 24. *num.* 16.

Si lapidicinæ vel metalla fuerint 14
in fundo fructuario, etiam cædere atque effodere poteſt, *leg.* 9. §. *ſed ſi lapidicinas &* §. *ſeqq. D. h. tit.* nempe ſi lapides renaſcantur: ſin minus, effoſſa marmora ſortis inſtar ſunt, cujus

uſuras

uſuras percipiet fructuarius *l. 7. §. ſi vir in fundo D. Sol. matr. l. ult. D. de fund. dot. l. ſi ex lapidicinis, 32. ff. de jur. dot. Thoming. dec. 2. n. 4. Sand. 5. tit. 3. def.* 2. Idem dicendum de terrulis bituminoſis vel paludibus. Vide *Sand. d. loc. Plin. 36. c. 15. in fin.*

15 Fructuarius non aliter ſit dominus fructuum niſi ipſe eos perceperit, aut ejus nomine alius. Percepiſſe autem dicitur naturales, ſimul atque eos ſolo ſeparaverit *§. is vero inſtit. de rer. diviſ. l. 12. §. uſufr. D. de uſufr. l. 13. D. Quib. mod. uſufr. amit. l. qui ſcit. 25. §. 1. D. de uſur.* Civiles verò ad fructuarium pertinent, ſimul atque dies eorum ceſſerit, licet nec dum venerit *l. defuncta 58. D. h. tit.*

16 Quoniam autem fructus omnes percipit fructuarius, idcircò æquum eſt, etiam onera rei fructuariæ eum agnoſcere, veluti tributum, ſtipendium, alimenta, modicam refectionem, & ſi quid extra ordinem indictum fuerit. *l. 7. §. quoniam l. 27. §. ſi cloacarii. leg. uſufr. 52. D. h. tit. l. quæro 28. D. de uſ. & uſufr. legat.* Sed ſi uſusfructus omnium bonorum ſit relictus, onus æris alieni hæredi incumbit, non legatario, *l. 1. C. ſi cert. pet. l. 2. & ult. D. de uſufr. leg. l. 69. D. ad leg. Falcid. l. 1. §. ſi hæres D. ad SC. Trebell. Gail. 2. obſerv.* 146. Cujac. *in recitat. ſol. ad l. uxori 37. D. de uſufr. leg.* Diſſ. *variè Dd. Barry d. tit. 24. n. 34. Covar. 2. reſol. 2. n. 1. & 4. Garſ. de expenſ. cap. 10. n. 61. Menoch. 4. præſ.* 143.

17 Porrò fructuarius non ipſe ſolum frui poteſt, ſed & jus ſuum alii vendere, locare, gratis concedere poteſt *§. 1. inſt. de uſ. & habit. l. 38. & ſeq. l. 67. D. de uſufr. l. 11. §. uſusfructus D. de pignor. & hypoth. l. 8. §. ult. D. de peric. & com. rei vend. l. 9. §. 1. D. locat.* Cedere tamen extraneo non poteſt: ſi ceſſerit nihil agit, adeoque uſusfructus remanet apud cedentem *§. finitur Inſt. h. tit. Paul. 3. ſent. 5. §. ceſſione, Baro, Hotom. Baldus in d. § finitur.* Diſſ. *Cujac. in not. ibid. Donel. com.* 19.

An ædificium fructibus percipien- 18
dis neceſſarium imponere poteſt fundo fructuario? Affirmat Ulpianus in *l. ſi cujus 13. §. ſi tamen*, & Pomponius in *l. pen. D. h. tit.* Negare videtur Neratius in *l. uſufr. 61. eod.* Nullum hic diſſidium eſt. *Coraſ. 1. miſcell. 6. Coſtal. in d. l. 61. Donel. 10. com. 20. Pinel. d. part. 2. n. 52. Charond. 1. veriſimil. 5. 21.*

Finitur uſusfructus morte fructua- 19
rii: adeò ut maturis nondum tamen perceptis fructibus decedens, nihil tranſmittat in hæredem. *§. is. verò inſt. de rer. diviſ. l. 25. §. præterea D. de uſur. l. 13. Quibus mod. uſufr. vel uſ. amit.* Quod quanquam iniquiſſimum ſimul & falſiſſimum cenſet Cujac. 4. *feud.* 30. rectius tamen Dd. communi calculo approbant. *Donel. 10. com. 9. Hotom. 2. feud. 28. §. 4. Hart. Piſtor. 1. q. 14. n. 17. & ſeqq.*

Finitur etiam capitis diminutione 20
maxima & medio *§. finitur Inſt. h. tit. l. pen. § ſed neque per omnem C. eod.* Interitu rei, veluti ſi ædes fructuariæ corruerint *d. §. finitur l. 5. §. rei mutatione l. 10. & ſeqq.* D. *Quib. mod. uſufr. amit.* Si areæ fructuariæ ædificium impoſitum fuerit *l. 5. §. ult. l. 6. & 7. eod.* Si flumen vel mare agrum occupaverit, *l. ergo 30. §. alluvio.* D. *de acq. rer. dom.* Non amittitur ſola inundatione *l. cum uſumfructum* 24. D. *Quib. mod. uſufr. amit. Donel. 10. com.* 18. Non malè utendo: *argum. leg.* 1. Dig*eſtis uſufruct. quemadmod. cav. leg. 15. §. & generaliter* D. *de uſufruct. Baro. in d. §. finitur Weſ. par.* D. *Quib. mod. uſufr. fin. n.* 8.

Digitized by Google

21 Finitur etiam * ceſſione & conſolidatione *d. §. finitur.* Denique ſi fructuarius uſusfruitus non ſit per modum & tempus definitum: puta ſi re mobili uſus non ſit per annos III. immobili inter præſentes annis x. inter abſentes annis xx. *l. pen. C. h. t. Hotom. in d. §. finitur. Cujac. 3 ſent. Paul. 6. §. non utendo.* Diſſ. quantùm ad mobiles *Gloſſ. in d. leg. pen. verb. excludere. Schneid. in §. fin. Inſt. h. tit. n. 7. Mynſ. ibid. num. 6.* Neque excipimus civitatem: nam & hæc non utendo amittit uſumfructum *l. Mævius, 66. §. ult. de legat. 2. junct. l. hæreditatem, 68. verſ. ſic denique D. ad leg. Falcid.*

DISPUTATIO III.

De quaſi Uſufruct.

1 QUaſi uſusfructus in iis rebus conſiſtit, quarum ſubſtantia utendo conſumitur: veluti in vino, oleo, frumento, pecuniâ numeratâ, & ſimilibus. Quibus rebus rectène veſtimenta annumerentur controverſum eſt. Ait enim imper. in §. *conſtituitur Inſt. de uſufr.* Negat Ulp. *in l. ſed ſi quid, 15. §. et ſi veſtimentorum D. eod. l. ſi uſusfructus, 9. §. pen. D. uſufr. quemadmodum cav.* Diſtinctione res expediri poteſt, *Hotom. Weſ. & alii in d. §. conſtituitur Cujac. in Quæſt. Papin. ad l. 3. D. de uſur. Donel. 10. com. 4. Leon. de uſusfr. cap. 12. n. 12. Caſtil. de uſufr. cap. 51.*

2 In corporibus quoque conſiſtere poteſt quaſi uſusfructus, ſi ad numerum vel pondus detur fructuario, eâ lege, ut quandoque tantundem reſtituatur. Neque mirum: nam & in emptione, & in mutuo, ſpecies ſeu corpora quantitatis vicem ſubire poſſunt, ſi ad pondus, numerum, vel menſuram, contrahamus. *leg. quod ſæpe, 53. paragrapho in his quæ pondere & §. ſeq. D. de contrah. emt. Conna. 7. com. 1. n. 4.*

Reditum annuum habens uſumfructum ejus mihi conſtituit; utrum verus, an quaſi uſusfructus eſt? Verus, ſiquidem reditus perpetuus ſit: ſin perſonalis, ſeu ut vulgò loquuntur, vitalitius, erit quaſi uſusfructus: Idcircò fructuarius ſingulorum annorum penſiones collocabit fœnori, ſortem quandoque reſtituet. Nec adverſantur nobis quæ de hoc reditu in dotem dato habet *Roder. 1. de ann. redit. 3. n. 16. Rodeburg. de marit. poteſt. tit. 2. c. 4. 33.* 3

Si lapidicinæ uſumfructum mihi conſtitueris, ſiquidem lapis ibi renaſcatur, verus erit uſusfructus: ſin minus, quaſi uſusfructus: Itaque poſteriore caſu marmora æſtimanda ſunt, ut pretio fruar, ſortem olim reſtituturus *arg. l. divortio 7. §. ſi vir in fundo D. ſol. matr. l. ult. D. de fund. dotal. l. ſi ex lapidicinis 3. D. de jur. dot. Jacob. Thoming. dec. 12. n. 4 Sand. 5. tit. 3. def. 2. Barboſ. in d. §. ſi vir. n. 36. & ſeqq.* 4

Idem judicabimus de venis metallicis, de venis bituminoſis, quarum proventu ad alimenta ignis utimur, de calcariis, ſulphurariis, picariis, & ſiquid ejuſdem generis eſt, *d. l. divortio §. ſed ſi cretiſodinæ.* Vide *Sand. d. loc. Conſuet. Ultraj. Alb. juſ. coll. §. 14. Berlich. part. 3. concluſ. 35. n. 21. 22. 23. Barboſ. in d. §. ſi vir, n. 14. & ſeqq.*

Si quis alicui uſumfructum Kalendarii ſui, vel tabellio uſumfructum codicis ſui alii reliquerit, non eſt is verus, ſed quaſi uſusfructus. Idcircò fructuarius pecunias exactas exercebit fœnore, ac cavebit de reſtituendâ ſorte. *Thoming. dict. deciſ. 12. num. 11.* 5

num. 11. *Sand. d. defin.* 2. poſt. *Bald. in d. l. divortio* §. *ſi fundum n.* [illegible] *D.* quantum ad codicem notarii, *Barboſ. in d.* §. *ſi vir. n.* 37.

6 Manceps qui hortos publicos in quinquennium conduxerat, fructum ejus conductionis legat Aufidio: Non quaſi, ſed verus hic uſusfructus eſſe videtur. Mercedem verò conductionis publico hæres infert, non legatarius, *l. qui quatuor.* 30. §. *qui hortos D. de legat.* 3. Nec adverſantur l. 7. §. *quoniam l.* 27. §. *ſi quid cloacarii. l. uſufr.* 51. *D. de uſufr. l. quæro* 28. *D. de uſ. & uſufr. legat.*

7 Conſtituitur quaſi uſusfructus non omnibus omninò modis, quibus verus: non certè adjudicatione. Lege verò, & traditione, & longi temporis præſcriptione conſtituitur: ſed in primis teſtamento, de quo modo etiam pleraque capita juris loquuntur. *tit. D. de uſufr. ear. rer. quæ uſ. conſum. l.* 1. *D. de uſ. & uſufruct. legat. l. uſufructu* 69. *D. ad leg. Falcid.* An pactionibus etiam & ſtipulationibus? Etiam *arg.* §. *conſtituitur verſ. ſed militatis gratia Inſt. de uſufr.* Differt. *Conna.* 4. *com.* 4. *n.* 2. *Weſ. in d.* §. *conſtituitur. pac. in Iſag. C. de uſufr. ear. rer.*

8 Teſtator legavit mihi uſumfructum aureorum CIↃ. cum autem teſtamento diutius ſuperſtes fuiſſet, valor aureorum mutatus eſt: utrum tempus teſtamenti conditi, an agniti legati ſpectandum? Tempus teſtamenti conditi: *arg. l. ſi ita* 7. *l. Quintus Mutius* 27. §. *argento l. ſcribit* 34. *l. ult. D. de aur. & arg. legat. l. nomen* 34. §. 1. *l. uxorem* 41. §. *teſtamento* 4. *D. de legat.* 3. *l. Aurelius* 27. §. 1. *D. de liber. legat.* Confer. *Mantic. de conject. ult. volunt.* 3. *titul.* 11. *num.* 8. *Barry.* 9. *de ſucceſſ.* 4. *num.* 21. *Everb. conſ.* 205. *num.* 4. & 6. *Sanxo ad Turon. tit.* 36. §. 1. *Gail.* 2. *obſerv.* 73. *n.* 4. *Caſtil. de uſufr. cap.* 17. *n.* 23. & *cap.* 43. *n.* 2.

Quid ergò ſi tempore conditi teſ- 9
tamenti ſinguli aurei fuerint aſſium XL. finito uſufructu ſint aſſium L. an hæres fructuarii pro ſingulis aureis poterit refundere aſſes quadragenos? Minimè: debet enim tantam pecuniam refundere quantam accepit. *d.* §. *conſtituitur verſ. itaque ſi pecuniæ Inſtit. de uſufr. l. ſi vini* 7. *D. de uſufr. ear. rer. quæ uſ. conſum.*

Si vini, olei frumenti, lanæ, odorum, 10
aromatum, aut ſimilium uſusfructus relictus ſit, æſtimandæ ſunt eæ ſpecies initio uſusfructus, ut finito jure fructuariis æſtimatio proprietario reſtituatur. *d. l. ſi vini* 7. In ineunda autem æſtimatione non præciſe ſpectabimus diem & horam conditi teſtamenti, ſed e. gr. triticum tanti æſtimabimus, quanti majore parte anni venire ſolet. *Imbert.* 1. *Inſt. Forenſ.* 60.

Per quem æſtimatio facienda? Si in- 11
ter partes non conveniat, arbitri ſumendi ſunt minimum duo ſi haberi poſſint. *Coler. de proceſſ. execut.* 3. *cap.* 9. *n.* 128. Quod tamen præciſe neceſſarium non puto, etſi haberi poſſint. Quid ſi arbitri diſcordent, aut inique æſtimaſſe videantur? Judex adeundus eſt, ut aut tertius dirimat contentionem; aut ipſe reus æſtimet, aut corrigat iniquam æſtimationem. *arg. leg. ſocietatem,* 76. *paragrapho arbitrorum & leg. ſeqq. D. pro ſoc. leg. item ſi unus.* §. *ſi in duobus* & §. *ſeqq. D. recept.* Quod ſi ipſe judex arbitrum dederit, appellari ab iniqua æſtimatione poſſe, rectè dixeris. *arg. l. arbitrio,* 9. *D. qui ſatiſd. cog.*

Porrò quemadmodum verus fruc- 12
tuarius per fidejuſſores cavere debet proprietario; ita etiam quaſi fructuarius. Et ſi fidejuſſores non reperiat, vel

ad juratoriam cautionem admittendus eſt, vel pecuniæ apud ſequeſtrem dêponendæ ſunt. Sed ille cavet, ſe uſurum viri boni arbitratu, & finito jure ſuo reſtituturum quod inde extabit, hic vero, ſe finito jure ſuo tantam pecuniam reſtituturum. *l. 1. D. uſufr. quemadm. cav l. 2. & ſeqq. D. de uſufr. ear. rer. quæ uſ. conſum. d. §. conſtituitur inſt. de uſufr.*

13 De hac cautione illud imprimis controverſum eſt, an ſit de ſubſtantiâ quaſi uſusfructus, nec ullo modo ab eo eſſe poſſit? Et licet non incelebres auctores id affirmaverint, *Alciat. ad l. 1. n. 32. D. de legat. 1. Gail. 2. obſ. 46. n. 3. Hotom. ad d. §. conſtituitur, verſ. utilitatis cauſa. Schneid. ad pr. Inſt. eod. in fin. Donel. 10. com. 4. verſ. illuc redeo.* Verior tamen eſt negantium ſententia. *l. 5. §. 1. D. h. tit. Pinel. ad l. 1. C. de bon. mat. part. 2. n. 78. Joan. Fab. Myn. Giphan. ad d. §. conſtituitur. Fachin. 8. contr. 43. Caſtil. de uſufr. cap. 15. n. 16. 17. & cap. 16. n. 26. 27.*

14 Inde colligimus, ab hærede hanc cautionem remitti poſſe fructuario: tametſi non poſſit ei remitti à teſtatore, arg. l. 1. *C. de uſufr. ſi pecuniæ D. ut in poſſ. legat. l. pen. ſi C. de pact. l. ſi quis 51. C. de epiſc. & cleric. Donel. & reliquis dd. loc. Fach. 8. contr. 42.* Colligimus etiam recte & reſponſum & judicatum eſſe, ſi quis inter vivos donet alicui aureos CIƆ. retento ſibi uſufructu, non poſſe donatarium à donante exigere cautionem *Mynſ. cent. 5. obſ. 36.*

15 Si verum uſumfructum ſpectes, poteſt teſtator ejuſdem rei uſum alii, fructum alii relinquere: *l. per ſervum 14. §. ult. D. de uſ. & habitat. l. 5. §. ergo etſi D. uſufr. quemadm. cav. l. ſi alii uſus 42. D. de uſufr. l. & per jusjurandum 13. §. ſi quis uſumfructum D. de acceptilat.* Pecuniæ verò uſus à fructu ejuſdem non videtur ſeparari poſſe *l. 5. §. ult. quoniam, 10. §. D. de uſuf. ear. rer. quæ uſ. conſum.*

In lege viceſimariâ uſusfructus appellatione an continetur quaſi uſusfructus? Fortè quis diceret in dubia cauſâ contra fiſcum eſſe reſpondendum, *l. non puto, 10. D. de jur. fiſc.* Verùm non eſt hæc cauſa adeò dubia, quin vel ex mente, vel ex verbis legis demonſtrari poſſit, uſusfructus appellatione quaſi uſumfructum contineri Quod tamen ad Edictum noſtrum triceſimarum minimè poteſt extendi, *§. 1, 2, 12, 19.* 16

In ſtatutis loquentibus de uſufructu an continetur quaſi uſusfructus? 17 Et hic forte cum DD. dixeris, in ſtatuto cum jure communi concordante ſub caſu vero contineri fictum: in diſcordante ſecus, *Coſtal. ad l. 3. 5. hæc verba D. de negot. geſt. Gomeſ. ad leg. Taur. 70. n. 17. Chriſtin. id prælud. ad leg. Mechlin. n. 37.* Sed verius eſt non tam concordiam ſtatuti cum jure communi, quam rationem ejuſdem eſſe ſpectandam, *Molin. ad Pariſ. §. 20. gloſ. 4. n. 7. & §. 42. 7. & §. 54. n. 10. Chaſſan. ad Burg. tit. 4. §. 1. gloſ. contracts entre les vifs, n. 9. & ſeqq. Rebuff. de chirogr. recognit. n. 98.* Idcircò non dubitabimus in *Stat. Urb. tit. 22. §. ult.* tametſi jure communi contrarium ſit, appellatione uſusfructus quaſi uſumfructum contineri.

Habens verum uſumfructum jus 18 ſuum in alium transferre poteſt, *§. 1. Inſtit. de uſ. & habitat. l. 38. & ſeq. l. 67. D. de uſufr.* Eandem poteſtatem an habet quaſi fructuarius? Nihil hic obeſſe video, quo minus & huic poteſtatem transferendi arrogemus.

Finitur hic uſusfructus tantum 19 morte & capitis diminutione fructuarii: non etiam negligentiâ longi temporis,

poris, non interitu pecuniæ *l. in ſtipulat. 9. & l. ſeq. D. de uſufr. ear. rer. quæ uſ. conſum.* Nec tamen hæc ratio obeſt quominus etiam remiſſionem & conſolidationem quandam hujus uſusfructus agnoſcamus. De interitu verò pecuniæ nonnulli diſſentiunt, exiſtimantes pecuniam perire hæredi *Mynſ. ad d. §. conſtituitur Inſt. de uſufr. in fin.* Sed non rectè *Donel. 10. com. 4. Bachov. in d. §. conſtituitur.*

DISPUTATIO IV.

De Uſu, Habitatione, Opere, & reliquo ſervitutum perſonalium jure.

1 USus eſt jus alienis rebus utendi ad neceſſitatem ſalva earum ſubſtantia. Earundem enim rerum eſt uſus, quarum uſusfructus: excepto eo, quod neque omnium bonorum, neque quantitatum uſus conſtitui ſolet. Iiſdem porro modis uſus & conſtitui & extingui ſolet, quibus uſusfructus: extraquam, quod neque lege, neque ſententia judicis conſtituti exemplum legitur. Nec adverſatur *l. quoniam, 13. §. 1. D. de uſufr. ear. rer. quæ uſ. conſum* aut *l. 10. §. 1. D. comm. divid.*

Si uſusfructus filio familias ſit relictus, non extinguitur niſi morte utriuſque, nempe patris & filii, *l. ult. C. de uſufr.* Quid ſi nudus uſus filio familias relictus ſit? Non malè diximus, etiam ad hoc legatum ſententiam novæ deciſionis eſſe porrigendam, *arg. l. 1. & l. filiofamilias 17. D. uſ. & habitat.* Nec repugnat *l. præcipimus, 32. in fin. C. de appellat.*

2 Utimur ad neceſſitatem: fruimur ad compendium uſque ad lucrum. Itaque ſi ædium uſus relictus ſit, habitare ipſe uſuarius poteſt, non mercedem locatis ædibus redigere. Habitare autem cum uxore, liberis, libertis, & perſonis neceſſariis. Hoſpitem etiam recipere licet, ſed honeſtum. Quod temperamentum rectè Dd. & inquilino, & fructario, & uſuario, & ſcholari, & ſocio præſcribunt *l. 2. 3. & 4. D. de uſ. & habitat. junct. l. ſi cujus 13. §. ult. ſi pendentes, 27. §1. D. de uſufr. l. ſi conveniret, 14. in fin. D. pro ſoc. l. 33. C de locat. cond. Cæpol. de ſervit. cap. 5. n. 5. poſt. Cyn. Bald. Caſtr. & alios in l. 2. C. de ſum. trin. Papon. 22. arreſt. tit. 9. areſt. 14. & 15. Schneid. de uſ. n. 12. Mornac. in l. 4. §. lenocinium D. de his qui not. infam.*

Si fundi uſus ſit relictus, oleribus 3
duntaxat, pomis, floribus, fœno, ſtramentis & lignis uſuariis uti poteſt, *§. 1. Inſt. de uſ. & habit.* Nec obeſt, quod JCti etiam ne frugibus, vino & oleo aliquid concedunt *l. plenum 12. §. 1. l. fundi 15. D. d. uſ. & habit.* Sed nec aliud obeſt, quod filiorum uſum negare videtur Nerva *in d. 12. §. 1.* de quo ſcrupulo conſule *Cujac. in not. & 9. obſ. 17. Forner. 2. ſelect. 2. Conna. 4. com. 5. n. 8.*

Si pecoris uſus relictus ſit, ad ſtercorandum duntaxat agrum uti poſſumus *§. ſed etſi pecorum Inſt. de uſ. & habitat.* Ne hic quidem adverſatur Ulpianus, cum modicum lactis concedit, *in d. l. plenum. §. ſed ſi pecoris, D. eod.*

Fructus ſine uſu legari nequit, *l. per* 5
ſervum 14. §. 1. D. de uſ. & habit. Poteſt tamen uſus ſine fructu. *ead. l. 14. §. ult. l. 5. §. ergo etſi fructus de uſufr. quemad. cav. l. ſi alii uſus, 42. D. de uſufr.* Hæc non pugnant, tametſi pugnam agnoſcat Budæus *ad l. ult. D. de ædil. ed.* Vide

com. 5.

con.5.n.3.Alciat.2.parag.3.Gilb.Reg. *1.* [illegible] *.11. Char.1.veriſim.21.Zaſ.in l. 72. n. de V. O. Caſtil. de uſufr. c. 28. n.14.Gom.2.var.reſol.10.n.19.* Interim ſubtile magis quam bono & æquo conſentaneum videri poterat. Confer. *l. & per jusjur. 13. §. ſi quis uſumfr. D. de acceptilat. l. uſumfr. 58. D. de V. O.*

6 Uſu ſilvæ legato, fructum quoque legatum videri, Hadrianus ſcripſit *l. Divus 12. D. de uſ. & habit.* Hoc reſcriptum non malè Joan. Faber. retuliſſe videtur ad ſilvam longius diſſitam, *Fab. §.1. Inſt. de uſ. & habitat. Coſtal. ad d. l. Divus Coraſ. ad l. ff. de ſervit. n. 7.* Sed ſi oppidulo fortè vel pago paucarum familiarum conceſſus ſit uſus ſilvæ, dein familiæ auctæ ſint, an novæ quoque familiæ uti poſſint, quæſitum? Et verius atque æquius eſt, poſſe. *Coſtal. in d. l. Divus Imbert. in Enchir. verb. uſus rei arg. l. proponebatur 76. ff. de jud. l. grege, 21. & l. ſeq. D. de leg. 1.*

7 Onera rei non agnoſcit uſuarius, ſed hæres *leg. ſi domus 18.... de uſ. & habit.* Agnoſcit tamen fructuarius *l. uſufr. 7. §. quoniam & ſeqq. D. de uſufr.* Ille non poteſt jus ſuum in alium transferre, hic poteſt. *§. 1. Inſt. de uſu & habit. l. 4. & ſeqq. & eod.* Utimur in ſolidum, fruimur etiam pro parte, *l. uſus pars 19. D. eod. l. 5. D. de uſufr. l. et fortè 6. §. ſi ædes D. Si ſerv. vid. l. item quamvis 10. §. 1. ff. de uſ. & habit.* Unde, ſi quis uſum ſibi & hæredibus ſuis ſtipulatus ſit, verum eſt, & ſingulos hæredes in ſolidum uti poſſe. *Coſtal. in d. l. Divus.*

8 Habitatio ab uſu * & uſufructu ædium diſtincta eſt. Ab uſu, quoniam ad alium transferri habitatio poteſt, non poteſt uſu. Uſus non utendo amittitur, non habitatio. Ab uſufructu verò hoc poſteriore duntaxat argumento ſeparatur, *l. ſi habit. 10. de uſ. & habit. l. pen. ff. de capit. min. l. cum antiq. 13. C. de uſufr. l. ſi habit. 9. D. Quand. dies legat. ced.* Genere ſanè conveniunt; eſt enim habitatio ſervitus perſonæ *Cæpol. de ſervit. cap 6. Coraſ. ad l. 1. de ſervit. n. 4. Caroc, de locat. tit. de uſ. & habit. q. 1. & 3. Caſtil. d. c. 28. n. 18.* & Diſſ. *Hotom, ad §. ult. Inſt. de uſ. & habit.*

Verum quod habitationem haben- 9
ti tribuitur poteſtas locandi, donandi & gratis concedendi, id nonnulli reſtringunt ad habitationem legatam: ſi inter vivos conceſſa ſit, negant locum eſſe *d. l. cum antiquitas. Mornac in l. ſi is qui binas 30. D. uſufr.* Sed rectius plures ſenſerunt, non intereſſe legata ſit habitatio, an inter vivos conceſſa *Afflict. decis. 401. n. 7. & ſeqq. (perperam a Mornacio excitatus tanquam ſuffragator) Caroc. de q. 3. n. 3. Caſtil. d. cap. 28. n. 24.* Ac ne ea quidem ſpecies excipienda videtur, ubi donans ædes, excipit ſibi habitationes. *Afflict. d. loc.* Diſſ. *Morn. in l. 4. de uſ. & hab.*

De operis quoque ſervorum & ju- 10
mentorum dubitatum, utrum, ad uſumfructum, an ad uſum ſervi accedant? Ad uſumfructum Gajus refert *l. 3. & 4. D. de oper. ſerv.* Ad uſum Terentius Clemens *l. 5. D. eod.* Sed omnibus conſideratis manifeſtum fiet, eſſe hoc jus diſtinctum ab uſufructu & uſus ſervi vel jumenti *l. 2. D. eod. l. 3. D. de uſ. & uſuf. legat.* Vide *Gov. 1. var. lect. 7. Hotom. in Epit. de oper. ſerv. Donel. 10. com. 1. Con. 4. com. 2. Cujac. tr. 7. ad Afric. in l. 37. de uſufr. & 14. obſ. 23. Caſtil. d. tract. c. 30. n. 3. & ſeqq.*

Sed & dubitatum, an operæ ſervo- 11
rum ſervitutib. perſonalibus annumerandæ? Negant multi exiſtimantes eſſe duntaxat obligationem perſonalem: *Caſtil. d. cap. 50. n. 7. Coraſ. ad tit. de ſerv. n. 26. & 27. Cap. de ſer. urb. præd. c. 7. n. 1. Zaſ. in parat. de oper. ſerv. Hoto. in epit. ibid. in fin.* Verum his ſine diſtinctione

neutri-

neutiquam eſſentiendum eſt. Vide *Gomeſ. 2. var. reſol. 15. Azon. in ſum. C. de uſufr. n. 48. Forcat. rubr. de ſervit. n. 9.* Cujac. *ad l. 2 ff. de uſu. l. Caſt. d. loc. n. 15.*

12 Diximus uſuarium non agnoſcere onera rei: nihilo tamen minus verum, ſi cui uſus ſervi, vel operæ relictæ ſint, cibum ſervo à legatario præbendum eſſe, *arg. l. in rebus 18. §. poſſunt ff. commod. l. item ſi ſervi 30. in fi. ff. de ædil. edict. l. fructus 7. §. impendi ff. ſolut. matr.*

13 Servo, cujus uſumfructum habebam, aliquid donatum vel legatum eſt: an pertinet ad fructuarium? Non pertinet, *l. adquiruntur, 10. §. de his autem. l. quod fructuarius, 49. l. ſi is qui, 63. §. quod ſi ſervus ff. de acq. rer. dom.* Ulpianus tamen diſtinguit, utrius contemplatione legatum ſit, hæredis an fructuarii *l. ſi ſervi, 21. & l. ſeq. ff. de uſufr.* Sed diſtinctionem illam rejectam eſſe ab Imp. *in §. de eis autem ſervis Inſt. per quas perſ. nob. acquir.* non malè opinatur *Hotom. in Epit. de oper. ſerv. n. 3.* Adde *Ulp. in frag. tit. de dom. §. pen.* Idem igitur dicendum de ſervo, cujus operæ alii relictæ ſunt.

14 Servus ille dum fodit agrum meum, invenit theſaurum: mihine totus debetur, an ſemis proprietario decidendus? Semis proprietario debetur *d. l. 63. §. quod ſi ſervus ff. de adquir. rer. dom.* Indè evidenter colligitur, ſi fabrum conduxerim, iſque theſaurum invenerit in meo dum opus facit, mihi non niſi dimidiam partem deberi. Quod ſi piſcatorem conduxerim, ut in mari piſcetur, iſque extraverit tripodem aureum totus inventori cedit. *Argentr. ad Conſ. Brit. art. 5. gloſſ. 2. n. 15.*

15 Aquæ hauſtus, & pecoris ad aquam appulſus non ſunt ſervitutes perſonarum, ſed prædiorum *§. inter prædiorum Inſt. de ſerv. urb. & ruſt. præd. l. 1. §. 1. l. ſi mihi 20. §. ult ff. de Serv. præd. ruſt.* Nec adverſatur *l. Mela 14. §. quidam libertis ff. alim. vel cibar. legat.* de cujus emendatione & intellectu vide *Longoval. in l. imperium ff. de juriſd. Donel. 11. com. 7. Pac. 6. antin. 39. verſ. in parat. ff. de ſervit. præd. ruſtic. n. 3. & 4. H. tom. 8. ob ult.*

Quæ de cautione uſufructuaria ſupra dicta ſunt, & ad hunc locum transferri poſſunt; eſt enim cautio omnibus ſervitutibus perſonalibus communis *l. 5. ff. uſufr. quemad. cav.* Sunt & communes actiones: de omnibus enim agi poteſt confeſſoria & negatoria actione: nec rectè quidam exceperunt operas, quaſi de his ſola in perſonam actio competat. 16

Etiam jus accreſcendi in omnibus locum habet, tametſi compilatores juris de uſufructu duntaxat loquantur, *tit. de uſu. adcreſ.* Nec ſolum jus adcreſcendi habet, qui re & verbis, vel re tantùm conjuncti ſunt, ſed & qui verbis tantùm *l. 16. §. ult. ff. de leg. 1. l. re conjuncti 89. ff. de leg. 3. l. ſi ita quis 66. ff. de hæred. inſt. Bartol. Bald. Alber. in l. ſi duobus ff. de uſu. adcreſc. Coſtal. in l. 1. §. idem Julianus, eod tit. Cujac. in l. triplici, 142. ff. de V. S. & 24. obſ. 34 Graſ §. jus adcreſc. q. 9. in fi. Menoc. b. 4. præſ. 159.* Diſſ. *Duar. 1. de jur adcreſc. 10. Caſt. de uſufr. c. 48. n. 24. Fach 5. controv. 50.* 17

Servo communi relictus eſt uſusfructus, an domini gaudent jure adcreſcendi? Affirmat Julianus *l. 1. §. 1. ff. de uſufr. adcreſc.* Negat Celſus *in l. & Proculo, 20. ff. de leg. 2.* Recte pugnam agnovit Cujac. *tr. 5. ad Afr. in l. de uſufr. ad. reſc. & 8. ob. 35. Duar. 1. de jur. adcreſc. 13.* Fruſtra ſudavere *Gov. de jur. adcreſ. n. 27. Alciat. in d. l. re conjuncti n. 62. Go. 1. reſol. 1. n. 39. & 40. Pac. 6. antin. 13. Caſtil. d. c. 48. n. 33. & ſeqq.*

Poſtremò dies his ſervitutibus ferè communis eſt: nam ſi uſus uſusfructus, habitatio teſtamento relinquantur, dies & cedit & venit aditâ hæreditate,

l. un. D. Quand. dies uſusfr. leg. ced. l. 2. 3. 7. §. ult. & l. 8. D. Quand. dies legat. ced. Operarum verò dies cedit, ex quo petitæ ſunt *l. operæ 7. D. de uſ. & uſufr. legat. junct. l. D. de oper. ſervor.*

DISPUTATIO V.

De Servitutibus Prædiorum Urbanorum.

1 SErvitutes prædiorum vel urbanæ ſunt, vel ruſticæ. Illæ prædiis inhærent urbanis, hæ ruſticis. Quod ſi fortè prædium urbanum ſerviat ruſtico, vel contra, ruſticum urbano, à dominanti prædio ſervitus denominanda eſt, *Glo. & Dd. in l. 2. verb. aream D. de ſervit. præd. urb. Forcat. ad l. 1. de ſervit. n. 21. Mynſ. ad rubr. Inſt. de ſervit. n. ult. Schneid. ibid. n. 8. Cæpol. de ſerv. urb. præd. cap. 11. n. 10.* Diſſ. *Coraſ. ad rubr. de ſervit. n. 18. & 24.*

2 Urbana prædia à ruſticis materià, uſu, & qualitate diſtinguuntur, non loco, *l. 1. D. Com. præd. l. urbana prædia 198. D. de V. S. l. ſi prædium 16. C. de præd. minor. §. 1. Inſt. de ſervit.* ſicut & familia *l. urbana familia 166. de V. S.* penus *l. 5. §. pen. ff. de pen. legat.* ſuppellex *l. quemadmodum 12. ff. de ſupel. legat.* Nec movet nos Neratius *in l. 4. § ſtabula ff. in quibus cauſ. pign. vel. hypoth. tac. contr.* Vide *Cujac. in not. ad tit. Inſt. de ſervit. Hotom. 2. obſ. 21. & 8. obſ. 12. Gov. 1 var. lect. 16. Donel. 11. com. 4. Gædd. ad d. l. 198. ad V. S. Coraſ. ad rubr. de ſervit. n. 8. & ſeqq.*

3 Quid de ſtabulo, horto, horreo, villa judicandum? Neque urbanis omnia, neque ruſticis prædiis ſemper annumeranda *d. l. 4. §. ſtabula d. l. urbana prædia l. prædiis 91. §. qui domum D. de leg. 3. l. 3. ff. in quibus cauſ. pign. tac. contr. leg. 3. §. effract. ff. de off. præf. vigil. Varr. 1. de re ruſtic.* Quid de nave? Ridiculè hoc & quærit, & ſolvit Cæpolla, *de ſervit. præd. urb. & ruſtic. cap. 11. n. 7.* cum navis prædium non ſit, *l. 1. §. ſi quis de nave D. de vi & vi arm.* Non ridiculè illud, molendinum quale prædium ſit? Et rectè reſpondet, interim ruſticum, interim urbanum eſſe, *d. cap. 11. n. 8.*

Urbana ſervitus eſt, ut vicinus onus 4
aliquod vicini ſuſtineat. Tametſi enim omnis ſervitus onus aliquod imponat, videtur tamen *in §. Inſt. de ſervit.* his verbis ſpecies potius ſervitutis, quàm natura generis deſignari, *l. etſi fortè 6. §. ſi ædes D. ſi ſerv. vind. l. eum debere 33. ff. de ſervit. præd. urban. l. 1. ff. de ſervit. legat. Theoph. in § æquè Inſt. de act. Baro. & Bachov. ad d. §. 1. Cæpol. de ſervit. præd. cap. 37.*

Non ſolùm eſt ſervitus urbana, ut 5
quis accipiat ſtillicidium vel flumen in ædes ſuas, vel aream, vel cloacam; ſed &, ut ne recipiat, *Cæpol. de ſervit. præd. urb. c. 29.* Ac licet ea verba, *vel ne recipiat*, in *d. §. 1. Inſt. de ſervit.* non agnoverint Ferretus, Ruſſard. & Gothofredus; non malè tamen agnoviſſe videntur Theophil. Accurſ. Hotomannus, Baro, Mynſingerus, Vveſembecius, Bachovius, Cujacius.

Non ſolùm jus altius non tollendi 6
ſervitus eſt, ſed & aliquando jus altius tollendi, *§. æquè Inſt. de act. l. 2. ff. de ſerv. præd. urb.* Quod quemadmodum procedat, conſule *Donel. 11. com. 5. Joan. Fabr. Zaſ. Cujac. in not. ad d. §. æquè Cæpol. de ſervit. urb. præd. c. 26. Pac. cent. 3. antin. 56. Coraſ. ad l. 1. ff. de ſervit. n. 7. & ſeqq. & 3. miſcell. 24. Carpzov. 2. conſt. elect. 41. def. 19.*

Inter ſervitutes, ne altius ædes tol- 7
lantur, & ne luminibus vicini officiatur, manifeſtum diſcrimen eſt, *l. inter 15. l. ſi arborem, 17. pr. & §. interdum D.*

de

de ſervit. præd. urban. Hotom. 18. *obſ.* 4. *Baro in d.* §. 1. *Inſt. de ſervit. Cæpol. de ſervit. urb. præd. cap.* 26. meritoque miramur, id non animadverſum à Cujacio 17. *obſ.* 35. Donello *d. cap.* 5.

8 Et etiam manifeſtum diſcrimen inter ſervitutem ne luminibus officiatur, & ſervitutem luminum, cum priore hoc agatur, ne lumina obſcuriora fiant, atque nunc ſunt: poſteriore, ut liceat aperire parietem cœcum, & facere in eo feneſtram, *l.* 4. *l. inter ſervit.* 15. *& ſeqq. D. de ſerv. præd. urb. Duar.* 1. *diſp. anniv.* 33. Diſſ. *Donel. d. loc.* Aliter *Cæpol. de ſervit. præd. urb. c.* 55. *Coraſ. ad l.* 1. *de ſervitut.* 21. *& ſeqq.*

9 Binas ædes habens alteras vendidit, hâc lege: Lumina uti nunc ſunt, ita ſint: dein vendidit & alteras: quæſitum, an poſteriores ædes ſervitutem debeant prioribus, ne luminibus officiatur? Non videtur: *l. Gaurus* 10. *l. & qui duas* 34. *l. ſi binarum* 35. *D. de ſervit. præd. urban.* Nec adverſantur *l.* 1. *D. de ſervit. legat. l.* 15. *qui duo* 29. *D. de ſervit. præd. ruſtic l. ſi quis duas* 6. *pr. &* §. *ſi in vendit. l. is cum duas* 8. *l. cum fundus* 12. *l. vendito.* 13. *ff. Cum. præd. Choppin.* 1. *de mor. Pariſ.* 4. *n.* 4. *Cuj. ad l.* 1. *ff. de ſerv. leg.*

10 Conſtituta ſervitute ne luminibus officiatur, plures feneſtras in meo feci: utrum ad priora dumtaxat lumina ſervitus pertinet, an & ad poſteriora? Etiam ad poſteriora, *l. qui ædificium* 22. *& l. ſeqq. D. de ſerv. præd. urb.* Nec obeſt *l. non modus* 12. *C. de ſervit. & aq. Coraſ. ad l.* 1. *D. de ſervit. n.* 31. *& ſeq. Salicet. in d. l. non modus, Cæpol. d. tr. c.* 36. *q.* 9.

11 In alienas ædes immittere lumina non licet, niſi conſtitutâ ſervitute *d. l.* 4. *D. de ſervit. præd. urb.* In hortum, vel viridaria vicini an liceat immitere? Hoc quidem, autore Cyno laudato, affirmavit Sanxonius *ad Turon.* 19. §. 1. *gloſſ.* 1. *per l. altius* 15. *D. Si ſerv. vindic. l. Proculus* 26. *D. de damn. infect. l. ſi in meo* 21. *D. de aq. pluv. arcend.* Verum loca adducta hanc ſententiam nequaquam probant.

Fumi immittendi ſervitus conſtitui poteſt, tametſi focus non ſemper luceat *l. ſicut.* 8. *Ariſto. D. de ſervit. vindic. Pac. cent.* 8. *antin.* 63. Nec tamen ſervitus conſtitui poteſt, ut per foramen in imo pariete conclavis pavimentum proluatur, niſi aqua de cœlo eo cadat, *l. foramen* 28. *D. de ſerv. præd. urb.* Hæc non cohærent, nec ulla idonea diſcriminis ratio afferri poteſt. Vide *Donel.* 11. *com.* 3. *Duar.* 1. *diſput. anniv.* 24. *Robert.* 2. *ſent.* 24. *Cujac.* 11. *obſ.* 3. 12

Inter ſervitutem proſpectus, &, ne proſpectui officiatur, quidam agnoſcunt hanc differentiam; quod priore concedatur, ut feneſtram vel foramen habere liceat proſpiciendi gratia: poſteriore caveatur, ne officiatur proſpectui quem jam ante habebamus. *Cæpol. de ſervit. urban. præd. cap.* 34. *n.* 3. *poſt. Azon. in ſum. C. de ſervit. num.* 3. Verum confundunt hi ſervitutem luminum cum ſervitute proſpectus, *l. inter ſervit.* 15. *& l. ſeq. D. de ſervit. præd. urban.* 13

Nec rectè diſtinguunt ſervitutem projiciendi & protegendi, qui dicunt, prioris hanc eſſe vim, ut ex domo tua in aream vel fundum vicini poſſis projicere aquam, vel ſordes, *Cæpol. d. tract. cap.* 31. Atquin ſi leges aſpicias, projectum genus eſt: ſpecies protectum, mænianum, ſuggrunda *l. malum* 242. §. 1. *D. de V. S. ub. Alciat. & alii in com. Cujac. & Pac. in parat. ff. de damn. infect. Coraſ. ad d. l.* 1. 73. *in ſi. &* 3. *miſcel.* 24. 14

In parietem communem nemo tignum immittit jure ſervitutis, cum res ſua nemini ſerviat, *l. in re communi,* 26. *D. de ſervit. præd. urb. l. cum eſſent,* 33. §. 1. *D. d. ſervit. præd. ruſtic. l.* 5. *D. ſi. uſufr. pet.* Num ergò dominii jure immittere 15

poſſum invito ſocio? Ne hoc quidem, niſi ejus rei gratia paries paratus ſit *d. l. in re comm. l. an unus* 11. *ff Si ſerv. vindic. l. Sabinus* 28. *ff. com. divid. Capol. d. tract. cap.* 30. *n.* 4.

16 Servitutem ſtillicidii immittendi habens deprimere ſtillicidium non poteſt, altius tollere poteſt *l. ſervit.* 20 §. *ſtillicidium. ff. de ſerv. præd. urb.* Planum quidem hoc reſponſum eſt, non tamen dubitandum, ſi fortè deprimendo laxior fiat conditio prædii ſervientis, poſſe etiam ſtillicidium deprimi *d. l. ſervit.* §. *& omninò ſciendum eſt ff. eod.* Confer. *Capol. d. tract. cap.* 28. *n.* 5.

17 Si habeam jus immittendi ſtillicidii in aream vicini, an vicinus in ea area ædificare poteſt? Non poteſt *d. l. ſervit.* §. *ſi ſervitus ſtillicidii ff. eod.* Nec adverſatur §. *ult. ej. leg. Gloſſ. in d.* §. *ſi ſervitus. Cap. d. c.* 28. *n.* 7. *Coraſ. ad d. l.* 1. *n.* 46. Sed nec puta ulla eſt, inter *d. l. ſervit.* §. *ſi ſublatum. & l. locus* 14 *ff. Quemad. ſerv. amit. l. certo generi,* 13. *ff. de ſerv. præd. ruſtic. l.* 5. §. *rei mutatione ff. Quib. mod. uſusf. vel uſ. amit. Cap. d. c.* 28. *n.* 6. *Coraſ. d. loc. n.* 49. *& ſeqq. Gom.* 2. *reſ.* 15. *n.* 23. *Carpzov. d. conſt.* 41. *def. ult.*

18 Quid ſi ipſe vicino meo conceſſero jus ædificandi in ea area, an amitto ſervitutem ſtillicidii? Amitto. *l. ſi ſtillicidii* 8. *ff. Quemad. ſervit. amit.* Nec repugnat *l. ſi domus,* 21. *ff. de ſervit. præd. urb. Capol. d. c.* 28. *quæſt. ult. Pac. cent.* 7. *artin.* 88. *Coraſ. d. loc. n.* 55.

19 Jus cloacæ mittendæ ſervitus eſt *l. jus cloacæ* 7. *ff. de ſerv.* Utrum urbana, an ruſtica? Et videtur urbana eſſe: utique ſi debeatur prædio urbano. *Gai.* 2. *Inſt.* 1. §. *incorpor. l.* 1. *pr. &* §. *curavit* §. *deinde ff. de cloac.* Et in hoc licet omnes Dd. conſentire fateatur Coraſius *ad d. l.* 7. *n.* 12. *& ſeq.* ipſum tamen tranſverſum egit Neratius *in l.* 2. *ff. de ſervit. præd. ruſt.* & Accurſius *in d. l.* 7. Rectius communem defendunt Cujac. Baro & Forcat. *in ead. l.* 7.

DISPUTATIO VI.

De Servitutibus Prædiorum Ruſticorum.

Ruſticorum prædiorum ſervitutes ſunt, iter, actus, via, aquæ ductus, aquæ hauſtus: pecoris ad aquam appulſus, jus paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ *pr. &* §. *inter ruſtic. Inſt. de ſerv. l.* 1. *&* 2. *De ſerv. ruſtic. præd.* 1

Iter eſt jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi vel vehiculum. Poteſt tamen qui iter habet, & equo ire, & ſella vel lectica vehi: quin & equum claudicantem manu ducere. *d. pr. Inſt. l. qui ſella* 7. *& l. inter actum* 12. *ff. de Serv. præd. ruſt. Hot. d. pr.* Latitudo lege XII. Tab. definita non erat, ideòque de controverſia ad arbitrium ibatur. *l. certo generi* 13. §. *latitudo ff. eod.* Diſſ. *Mynſ. ad d. pr.* 2

Actus eſt jus agendi vel jumentum tantum, vel etiam vehiculum *d. l.* 1. 7. *&* 12. *ff. h. tit. l. ſi tam anguſti* 13. *ff. de ſerv.* Peccat igitur Hotomannus cum definitionem ita emendat. Actus eſt jus agendi jumentum, non etiam vehiculum: *d. per. Inſt. &* 2. *obſ.* 1. Vide *Cujac. in not. &* 22. *obſ.* 35. *Gov.* 2. *var. lect.* 17. *Duar.* 1. *diſp. anniv.* 31. *Donel.* 11. *com* 6. *Conna* 4. *com.* 11. *Fabr.* 1. *conject. ult. Coraſ. ad l.* 1. *D. de ſerv. n.* 97. *Forcat. ad eand. l.* 1. *n.* 24. Peccat etiam Baro, *ad d. pr. Inſt.* cum tradit, eum qui actum habet, ire quidem, non tamen ambulare poſſe. 3

Via eſt jus eundi, & agendi, tam vehiculum quam jumentum: quia etiam erectam haſtam ferendi, tigna, lapides, cœmenta trahendi *d. pr. Inſt. d. l.* 1. *&* 7. *ff. de ſervit. præd. ruſt. d. l.* 12. *de ſerv.* Igitur 4

tur non una inter actu n & viam differentia eſt: ad quas accedit, quod viæ latitudo definita fuerit lege XII. Tab. latitudo actus plerumque ab arbitro definiretur. *l. via* 8. *& d. l.* 13. §. *latitudo ff. de ſervit. præd. ruſtic.*

5 Ire igitur per alium fundum non licet, niſi conſtitutâ ſervitute. *l. Divus* 16. *ff. ſervit. ruſt. præd. l.* 3. §. *plenè ff. de acquir. rer. dom.* Excipiunt Dd. ſeptem caſus. 1. Si dominus non prohibeat. 2. Theſauri effodiendi gratia. 3. Ut perſequaris fugitivum. 4. Glandis legendæ cauſa. 5. Si publica via corrupta ſit. 6. Decumandi gratia. 7. Ut ad ſepulchrum pervenias. Ex his vix poſſis probare niſi quartum, quintum, & ſextum, tametſi quintum quoque repudiet *Coraſ. ad d. l.* 1. *de ſerv. n.* 77. *& ſeqq.*

6 Qui iter habet ſolusne ire poteſt, an & cum aliis? Etiam cum aliis, puta neceſſariis perſonis, convivis & hoſpitibus, *arg.* §. 1. *Inſtit. de uſ. & habit. l. poſſeſſionum* 11. *C. Com. utr. Judi. Coraſ. ad d. l.* 1. *n.* 88. *Cæpol. de ſervit. ruſt. præd. c.* 1. *n.* 2. Quod autem Accurſ. Angel. Caſtr. & Cæpolla exiſtimant, in eo itionem ab ambulatione differre, quod eamus ſoli, ambulemus cum aliis, minimè probandum eſt. *Pòrc. & Bachov. ad d. pr. Inſt.*

7 Jumentum à jungendo derivat Nonius, & Gellius 20. *noct.* 1. à juvando Iſidorus 17. *cap.* 17. Utraque notatio evincit, tam equos, quam boves jumenta eſſe. Contra equum jumentis Plinius opponit, 2. *epiſt.* 15. boves JCti. jumenta eſſe negant, *l. ædiles* 38. §. *jumentorum* 4. *& ſeqq. ff. de ædil. ed. l. legatis* 65. §. *jumentis* 5. *ff. de leg.* 3. *l. boves* 89. *ff. de V. S. Paul.* 3 *ſent.* 6. *jumentis*. Hæc quanquam non omninò cohæreant, certum tamen eſt, in definitione actus tam boves, quam equos jumentorum appellatione contineri. *d. l. inter actum* 12. *ff. h. tit.*

8 Via ſimpliciter per fundum alicui eſt legata: utrum legatarius, an hæres eliget, per quam fundi partem eatur? Legatarius, *l. ſi cui* 9 *ff. de ſervit.* Imò hæres *l. ſi via*, 26. *ff. de ſervit. præd. ruſtic.* aut certè ad arbitrum eundum eſt *l. certo generi*, 13. §. *ff. eod.* Hæc non ſunt contraria. Vide *Donel.* 11. *com. cap.* 13. *Coraſ. in d. l. ſi cui*, *n.* 6. *Forcat. ibid. n.* 3. *Coſtal. ibid. Pac.* 3. *antin.* 52. *Cæpol. de ſervit. ruſt. præd, cap.* 1. *n.* 8.

Qui actum habet, & iter habet: qui viam, & actum & iter. Nec tamen hic tres, ille duas ſervitutes habet, ſed uterque unam *l.* 1. *ff. de ſerv. præd. ruſt.* Quid ſi plures fundi meo fundo viam debeant, unane ſervitus eſt, an plures? Una *l. una eſt via*, 18. *ff. eod.* Nec adverſantur *l. ſi ædes*, 32. *p. ff. de ſerv. pr. urb. l. nam ſatis* 6. §. *ſi ego ff. Quemad. ſervit. amitt.* Vide operoſe diſtinguentem *Cæpol. de ſervit. ruſt. præd. cap.* 3. *n.* 7. *& ſeqq. & de ſervit. urb. præd. cap.* 23. Brevius *Coraſ. d. loc. n.* 116. 9

Si aquæ ductum mihi conceſſeris, quæſitum an poſſim etiam in alium agrum ducere, & vicino de hac aqua gratificari? Non poſſum, *l. meo*, 24. *ff. de Serv. pr. ruſtic. junct. l. cum eſſent*, 33. §. 1. *ff. eod.* 1. *ff. de uſ. & uſufr. leg.* Nec repugnat *l.* 1. § *illud Labeo*, 16. *ff. de aq. quotid. & æſtiv.* Vide *Connan.* 4. *com. n.* 2. *Coraſ. d. loc. n.* 125. *Hot.* 8. *obſ.* 14. *Fabr.* 5. *conject.* 11. *Molinæ. in extric. Labyr. part. n.* 345. *Cæpol. d. tract. c.* 4. *n.* 31. 10

Conſtitui aquæ ductus & ita poteſt, ut aquam quærere & inventam ducere liceat *l. Labeo*, 10. *ff. de ſervit. pr. ruſt. l. ult ff. Si ſerv. vind.* Fides tamen hiſtoriæ vacillat, cum in *d. l.* 10. Labeo ejuſdem ſententiæ auctor laudatur: in *d. l. ult.* Contrariæ. Vide *Gov.* 1. *var. lect.* 17. *poſt Gloſſ. in d. l.* 10. *verb. poteſt.* 11

Aqua in meo fundo oritur: eam paſſus ſum longiſſimo tempore per agros confines decurrere: nunc eandem 12

 averto

averto alterius agri rigandi gratia: quæſitum an vicini me prohibere poſſint? Non videtur: *l. fluminum* 24. §. *ult. l. Proculus*, 26. *ff. de dam. infect. l.* 4. *l. Præſes* 6. *C. de ſervit. & aq. l. ſed ſi rivus* 6. *ff. fin. reg. l.* 2. *ff. de riv.* Imò videtur: *l. ſi manifeſtè* 7. *C. de ſervit. & aq. l.* 1. §. *ult. & l. ſeq. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. l.* 3. §. *ductus aquæ ff. de aq. quotid. & æſtiv. l.* 2. *C. de leg. Aquil.* Diſtinctione res expedienda videtur. Vide *Theſaur. deciſ.* 245. *Viv. dec.* 411. *n.* 8. *Cancer.* 4. *var. reſol.* 3. *n.* 229. *& ſeq. poſt. Bald. in d. l.* 4. *C. de ſervit. & aq. Cæpol. cap.* 4. *n.* 51. *& ſeq. Mar. G. urb. obſerv.* 61.

13 Jus paſcendi in tuo habebam: tu ex agro paſcuo novalia facere vis, an poſſum prohibere? Quidni? *l.* 5. *l. ſi manifeſtè* 7. *C. de ſervit. & aq. l.* 4. §. *in confeſſoria & ſeq. ff. Si ſervit. vindic. l.* 2. *Cod. de leg. Aquil. cum. ſimil. Cæpol. d. tract. cap.* 9. *num.* 40. *& ſeq. Chaſſan. ad conſ. Burg. tit.* 13. §. 2. *n.* 28. *Cancer. d. cap.* 4. *n.* 54. 56. *&* 75. *Modeſt. Piſtor. quæſt.* 105. *Carpzov. parte* 2. *conſtit. elect.* 41. *defin.* 1. 5. *&* 6.

14 Quo tempore tibi ceſſi jus paſcendi, unum habebas ovile, gregem unum: nunc plures greges immittere in fundum ſervientem paras: an poſſum prohibere? Omninò *l.* 1. §. *Trebatius* 18. *ff. de aq. quotid. & æſtiv. l.* 4. §. *modum ff. de ſervit. junct. l.* 3. *ff. de reb. cred. Cæpol. d. cap.* 9. *n.* 32. *Coler. dec.* 218. *Surd. dec.* 236. *n.* 20. *&* 21. *Afflict. dec.* 290. *n.* 7. *Cancer. d. c.* 4. *n.* 52. *& ſeqq.*

15 Meſſe jam factâ, & frugibus ſublatis poſſe pecora in alienos agros immitti, aliqui tradiderunt. *Chaſſan. d.* §. 2. *gloſſ. per quemcunque lapſum temporis num.* 2. *citans Joan. Fabr. ad tit. Inſt. de leg. Fuſ. Canin. toll.* Verùm hanc ſententiam vel ſola natura refellit, quæ, quod ex re noſtra naſcitur, nobis addicit, quâcunque parte anni natum fuerit. §. *item ea quæ ex animalibus Inſtit. de rer. diviſ. l.* 6. *& l. bonæ fidei* 48. *ff. de acq. rer. dom. l. fructus pendentes* 44. *l. ſolum*, 49 §. 1 *ff. de rei vindic. Covar. pract. quæſt.* 37. *n.* 2. *& ſeq. Cancer. d. cap.* 4. *n.* 71. *Imbert. in enchir. verb. ſervitutes. Coraſ. ad l.* 1. *de ſervit. num.* 137.

Vicinus cum jus paſcendi non haberet, immiſit pecora in fundum meum: an immiſſa pignorare poſſum, donec damnum ſarciatur? Non potes, *leg. Quintus* 39. §. *quamvis ff. ad leg. Aquil. l. qui ſervandarum* 14. §. *ult. ff. de præſcr. verb. l. extat.* 13. *ff. Quod met. cauſ.* Nec adverſatur *l. hoc amplius* 9. §. *Alfenus &* §. *Neratius ff. de damn. infect. l. ratis* 8. *ff. de incend. ruin. naufrag. Coras d. loc. n.* 138. *& ſeq. poſt. Bald. & Caſtr. in d.* §. *quamvis Bartol. in d. l. hoc. amplius, Chaſſan. ad Burg. tit.* 1. §. 6. *gloſſ. damnor. n.* 11. *Bocra ad Bitur. tit.* 11. §. 1. *Coler. de proces. exec. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 63. *& ſeq. Cæpol. d. cap.* 9. *n.* 30. 16

Qui aquæ hauſtum habet, non amitti jus ſuum, ſi fons exaruerit, dein rurſum ex eo fonte aqua manare cœperit *l. unus* 34. §. 1. *l. & Atilicinus* 35. *ff. de Servit. præd. ruſt.* Quid igitur, ſi jus lignandi habeam, & ſylva ſerviens exuſta ſit, an perdo ſervitutem lignandi? Non eſt veriſimile, cum ſuccreſcere rurſum à ſtirpe poſſit, *l. ſi locus* 14. *ff. Quemad ſervit. amit. l. certo generi* 13. *pr. ff. de ſervit. præd. ruſt. l. ſervitutes* 20. §. *ſi ſublatum ff. de ſervit. præd. Urban.* Vide *Caſtil. de uſufr. cap.* 72. *n.* 15. 17

Servitus calcis coquendæ, cretæ eximendæ & ſimiles, non poſſunt conſtitui, niſi quatenus fundo dominanti opus eſt *l.* 5. *& l. ſeq. ff. de ſervit. præd.* 18

præd.ruſtic.Cæpol.cap. 10.*n.*2. Non puto nos peccaturos, ſi verba non ſolum ad neceſſitatem ſed & utilitatem & amœnitatem prædii dominantis retulerimus *arg. l. quoties* 15. *ff. de Servit. l.* 3. *pr. ff. de aq. quotid. & æſtiv.*

19 Qui jus paſcendi vel lignandi habet, huic certam partem fundi aſſignari poſſe à domino ubi paſcat, vel lignetur, multis placuit *Afflict. decif.* 290. *n.* 7. *& ſeq. Vall. de reb. dub. tract.* 7. *in fin. Papin.* 14. *tit.* 3. *arreſt.* 1. *Mornacb.ad l.* 12. *ff. de uſ. & babit.Coſtal.ad l.*22. *eod. tit.* Verùm hæc ſententia abſque temperamento neutiquam eſt probanda *l. ad certam* 6. *& l. ſi cui* 9. *ff. de ſervit. Grivel. dec.* 66.

DISPUT. VII. & ult.

continens

Communia Servitutum Urbanarum & Ruſticarum.

1 SErvitutes prædiorum idcirco dicuntur, quod ſine prædiis ſubſiſtere nequeant, tametſi promitti poſſint ab eo qui prædium non habet, & ei qui prædio caret. *leg.* 1. §. *ff. Com. præd.*§.*pen.Inſt. de ſervit. l. bæredes* 25. §.*contraſt. famil. herciſ. l. exiſtimo*, 98. *ff. de V. O. l. ſi ſervitus*, 23. §. 1. *ff. de ſervit. urb. præd. Heig. Vveſ. Vult. & com. Dd. ad d.* §. *pen. Pac. cent.* 3. *antin.* 51.

2 An vicinitatem quoque utriuſque prædii deſideramus? Tametſi ſint, qui diſtinguunt inter urbanas & ruſticas: tanquam hæ vicinum prædium deſiderent, non illæ: hæc tamen diſtinctio expediendæ quæſtioni non ſufficit. Vide *l. qui ſella* 7. §. *ult. D. de ſervit. præd. ruſtic. l. Mela*, 14. *paragr. quidam libertis ff. de alim.vel cibar.leg. l.*1. *D. de ſervit. præd.urb. l. in tradendis* 7. *paragr.* 1. *D. Comm. præd l.*4. *paragr. ult. & l. ſeq. D. Si ſervit. vindic. l. non ſolum* 8. *pr. D. de oper. nov. nunt. Donell.* 11. *tom.* 2. *Cæpol. de ſervit. urb. præd. cap.* 18. *n.* 3. *Plenius Coraſ. ad l. ſervitutes* 14. *paragr. publico D. de ſervit. n.* 3. *& ſeqq.*

Servitutes ſtrictè loquendo, neque in bonis, neque extra bona ſunt *l.* 1. *D. de uſ. & uſufr. legat.* in bonis tamen eſſe intelliguntur, quoniam & actio, & exceptio earum nomine competit *l. rem in bonis*, 52. *D de acquir. rer. dom.* idcircò non dubitandum contineri ſub ſumma rerum diviſione *l.* 1. *D. de rer. diviſ. pr. Inſt. eod. ub. Cujac. in not. Baro ibi. Hotom.* 6. *obſ. ult. Donel.* 4. *com.* 5. *conna.* 3. *com.* 2. *n.* 10. *Gœd. ad l. bonorum de V. S. n. ult. Pinel part.* 3. *l.* 1. *C. de bon. mat. n.* 6. *Caſtil.de uſufr. cap.* 52. *n.* 7. 3

Servitutes prædiorum purè tantùm conſtitui poſſunt: non ex tempore, vel ad tempus: non ſub conditione, neque ad certam conditionem. Si tamen hujuſmodi aliquid adjectum fuerit, pacti conventi, vel doli mali exceptio opponi poterit contra placita ſervitutem vindicanti. Modus ſanè & intervalla dierum vel horarum adjici poſſunt. *l.*4. *L. de Servit. ubi Coraſ. Forcat. Baro, alii in com. & Cujac. lib.* 7. *Quæſt. Papin. Gov.* 1. *var. lect.* 9. *Donel.* 4. *com.* 10. *Hotom. in epit. D. de ſervit. n.* 18. *&* 19. 4

Servitus prædii individua eſt. Itaque ſi naturam ejus ſpectes, neque conſtitui ex parte, neque promitti poteſt *l.* 2. §. *ex his l. ſtipulationes non dividuntur* 72. *D. de V. O. l. viæ* 17. *D. de ſerv.l.etſi fortè* 6. §. *ſi ædes D. S. ſerv. vind.* Sed ſi quæſtionem ad prædia referens, videndum 5

dum an pro parte acquiri vel amitti poſſit? Negat *l. ut pomum* 8. §. 1. *l. pro parte*, 11. *D. ſervitut. l.* 3. *D. de ſervit. legat. l. fundus*, 32. *l. unus*, 34. *D. de ſervit. præd. ruſt. l. ſi quis duas* 6. §. 1. *D. com. præd.* Affirmat *l. ad certam* 6. *l. ſi cui* 9. *D. de ſervit. l. certo*, 13. §. 1. *D. de ſervit. præd. ruſtic. d. l.* 6. §. 1. *D. Com. præd.* Hæc non ſunt contraria. Vide *Hotom. d. epit. n.* 10. *& ſeqq. Coraſ. & Forcat. in d. l.* 11. *&* 17. *D. de ſervit. Cæpol. de ſervit. præd. cap.* 10. *&* 22. *Donel.* 11. *com.* 13.

6 Servitus continuam cauſam habere debet: itaque neque ex ciſterna, neque ex lacu vel ſtagno temporalem aquam habente, aquæ ductus conſtitui poteſt: neque foramen haberi in imo pariete proluendi pavimenti cauſa *l. foramen* 28. *D. de ſerv. præd. urb. l. un. §. hoc interdictum* 4. *D. de font. l.* 1. *§. loquitur* 5. *& §. caput.* 8. *D. de aq. quotid. & æſtiv.* Et tamen ſervitus fumi immittendi in ſuperiora ædificia *l. ſicut.* 8. *§. Ariſto. D. Si ſerv. vend.* Hæc non cohærent, meritòque ſtomacheris diſſimulaſſe hanc difficultatem Gloſſogr. Coraſ. Forcat. Hotom. Baro, & alios. Vide *Donel.* 11. *com.* 3.

7 Et quoniam cauſa ſervitutis perpetua eſt, conſequens eſt, ipſam quoque perpetuam eſſe, nec cum perſona extingui *l. pen. D. de ſervit. legat.* Item ſequi prædium alienatum, etſi ut liberum venditum ſit *l. cum fundus* 12. *D. com. præd.* Itaque emtori, ſi ſervitus ei evicta ſit, dari regreſſum adverſus venditorem per actionem evictionis. *l. cum. tibi liberum*, 22. *C. de Evict. l. ſed ſi quid.* 15. *§. &* 2. *l. fundus*, 46. *D. eod.*

8 Modos conſtituendi ſervitutes enumeravimus diſputatione prima: adjiciamus quædam de perſonis. Dominus utique ſervitutem prædio ſuo imponere poteſt, quia ſuæ rei moderator & arbiter eſt, *l. in re mandata*, 21 *C. mand. l. ſi cum duas* 8. *D. Com. præd.* Sed quid, ſi alterius uſusfructus ſit, an poteſt invito fructuario? Non poteſt *l. uſufructu* 7. §. 1. *v. hac ratione l. ſi cujus*, 13. *§. ſed. ſi ædium l. ſed ſi quid* 15. *§. ult. D. de uſufruct.* An conſentiente? Ne hoc quidem concedit *d. l.* 15. *§. ult.* cujus rationem abſtruſam eſſe, merito agnovit Curtius Jun. *in l. pen. n.* 37. *C. de pact.* nec ſatis faciunt, quæ ab aliis ſunt adducta. Vide *Gloſ. & Fulgoſ. in d. l.* 15. *§. ult. Alciat. in d. l. pen. num.* 53. *Cujac. in l.* 3. *D. de ſervit. Connan.* 4. *com.* 3. *n.* 3. *Sarment.* 6. *ſed. interpr.* 12. *Vital.* 2. *var. lect.* 8. *Pinel. ad l.* 1. *C. de bon. mat. part.* 2. *n.* 72. *& ſeqq. Caſtil. de uſufr. cap.* 35. *n.* 8. *& ſeqq.*

An ſuperficiarius prædio ſuperfi- 9
ciario ſervitutem imponere poteſt? Impoſita defenditur à prætore, durante jure ſuperficiarii *l.* 1. *§. quia autem* 6. *& §. ult. D. de ſuperfic. l.* 3. *§. pen. D. de oper. nov. nunt. l. tutor.* 16. *§. ult. D. de pignor. act. l. grege.* 13. *§. & in ſuperficiariis l. lex vectigali*, 31. *D. de pignor. & hypoth. Cæpol. de ſervit. cap.* 14. *num.* 4. *Cujac. & Baro in l.* 2. *D. de ſervit. Donel.* 11. *com.* 9. *in fin.* Idem de emphyteuta & vaſallo judicandum, *Cæpol. Cujac. & Don. d. loc.* Idem *Cujac.* 2. *feud.* 9. *Corbul. de emphyt. cap.* 14. *limit.* 29. *Clar. §. emphyteuſis, quæſt.* 21. *Afflict. dec.* 380. Conductor verò ad longum tempus malè à D. emphyteutæ comparetur.

Maritus fundo dotali ſervitutem 10
imponere nequit *l.* 3. *§. pen. D. de reb. e. r. qui ſub. tut. l.* 5. *D. de fund. dot.* nec tutor fundo pupillari, *ead. l.* 3. nec pater fundo filii *l. ex caſtrenſi* 18. *§.* 1. *D. de caſtr. pecul. l. ult. §. fin. autem æs alienum. C. de bon. quælib. l. ult. C.*

de,

de reb. alien. non alien. nec hæres fundo legato *l. is cui* 11. *ff. Quemad. ſerv. amit. l. ſi fundum* 105. *D. de cond. & demonſt.* nec ſocius fundo communi *l.* 2. *de ſerv. l. Sabinus* 28. *D. Com. divid.*

11 Acquirere ſervitutem fundo poſſunt & illi, qui imponere non poſſunt, quoniam alterius conditionem meliorem facere licet. *d. l.* 18. *§. ſervos* 3. *d. l.* 15. *§. ultim. D. de uſufr. cap. quid ergò, tit. de inveſt. de re. alien. fact.* excepto eo, quod fructuarius acquirere ſervitutem fundo fructuario non poteſt, *eod. §. ult. verſ. quibus conſequenter.* Vide *Cæpol. de ſervit. cap.* 15. *Hotom. in epit. D. de ſervit. n.* 5.

12 Amittuntur ſervitutes, tam ruſticæ, quam urbanæ, non utendo x. annis inter præſentes, xx. inter abſentes *l. pen. C. de ſervit.* duplicato verò tempore, ſi alternis duntaxat annis vel menſibus uti licuerit. *leg. ſi ſic.* 7. *D. Quemadm. ſervit. amit.* Intereſt tamen inter urbanas & ruſticas hoc, quod hæc ſola negligentia amittantur: illæ deſiderent etiam uſucapionem libertatis. *l.* 10 *§.* 1. *l.* 11. *l.* 17. *& ult. D. eod. l. hæc autem* 6. *D. de ſervit. præd. urban.*

13 Quod ſi quis uſus quidem ſit, ſed alio tempore quàm quo uti debuit, an amittit jus utendi tempore convento? Affirmat Paulus *in l. ſi communem* 10. *§.* 1. *D. Quemadm. ſervit. amit.* Negat Julianus *in l.* 5. *§.* 1. *D. de aq. quotid. & æſtiv.* Nullum hic diſſidium eſt: *Gloſ. in d. l.* 10. *verb. amiſit nocturnam. Conna.* 4. *com.* 12. *Hotom. in epit. D. Quemad. ſerv. amit. n.* 5. *Pac. cent.* 8. *antin.* 64. *Coſtal. in d. l.* 10.

14 Quid ſi dominus, qui aliquot annis uſus non fuerat ſervitute, fundum vendiderit, an ad amiſſionem ſervitutis emtori computandum id tempus quo venditor uſus non eſt? Affirmat Paulus *in l. ſi quis alia* 18. *§.* 1. *ff. Quemadmod. ſerv. amit.* Negat Julianus *in l. ſi ædes meæ* 32. *§.* 1. *D de ſerv præd. urb.* Nec hîc ullam agnoſcimus repugnantiam. Vide *poſt. Gloſſogr. Cujac. in com. ad l.* 4. *D. de uſucap. Donel.* 11. *com. ult. circa fin.*

Iter ſepulcro debitum, & via pu- 15
blica non utendo non amittitur *l.* 4. *D. Quemadm. ſervit. amitt. l.* 2. *D. de via publ. refic.* non tam quod res ſint meræ facultatis, quas præſcribi Dd. negant: quàm quod publica utilitas, & religionis favor id ſuadeant. *Cujac. in d. l.* 4. Diſſ. *Coraſ. in l. ſervitutes* 14. *§.* 1. *n.* 6. *&* 7. *Forcat. ibid. n.* 5.

Confuſione extinguuntur ſervitu- 16
tes, ſi idem utriuſque prædii dominus eſſe cœperit, *l.* 1. *D. Quemadmod. ſervit. amit.* ſcilicet, ſi in ſolidum: nam ſi pro parte, retineri ſervitus pro parte poterit *l. ut pomum* 8. *§.* 1. *D. de ſervit.* Quid ſi inventario confecto alter dominus alterius hæreditatem adierit? Non fit confuſio, ſi prædium creditores ſint diſtracturi, *l. ult. §. in computatione C. de jur. delib.* Quid ſi purè adierit, prædium autem ſerviens legatario ſit reſtituendum? Æquum eſt etiam ſervitutem reſtitui. *l. Papinianus*, 18. *D. de ſervit. ubi Cuj. Coraſ. & Forcat. in com. Caſtil. de uſufr. cap.* 9. *num.* 23. *& ſeqq.*

Communi fundo meo & tuo ſer- 17
viebat fundus Sempronianus: eum in commune redemimus: an extinguitur ſervitus? Extinguitur. *l. communi* 27. *D. de ſervit. præd. ruſt.* Nec adverſatur *l. unus ex ſociis* 34. *eod.* Vide *poſt. gloſſographos Conna.* 4. *com.* 9. *n.* 9. *Vital.* 2. *lect.* 3. *&* 5. *Gilb. Reg.* 1. *antin.* 26. *Pac.* 3. *antin.* 59. *Cuj. ad d. l.* 43. *lib.* 7. *Quæſt. Papin.*

Interitu alterutrius prædii ſervitu- 18
tes extingui neceſſe eſt, cum ſine prædiis ſubſiſtere non poſſint. *leg. ſi*

Digitized by Google

locum 14. *D. Quemadmod. ſervit. amit.* Nec adverſatur, *leg. ſervitutes* 20. §. *ſi ſublatum D. de ſervit. præd. urb. l. certo* 13. *pr. D. de ſervit. præd. ruſtic.* Vide *Donel.* 11. *comm. ult. Coraſ. ad leg.* 1. *n.* 44 & 50. *D. de ſervit. Forcat. ibid. n.* 14. *Caſtil. d. tract. cap.* 72. *n.* 15.

19 Poſtremò remiſſione, & permiſſo actu ſervituti contrario, tollitur ſervitus *l. ſtillicidii* 8. *l. ſervitutes* 14. §. *ſervitus D. de ſervit. l. unus* 34. *D. de ſerv. præd. ruſt.* Alienari verò, vel extraneo cedi ſervitus conſtituta nequit, eaque ceſſione nihil agitur *arg. l.* 1. *l. cum fundus*, 12. *D. Com. præd. l. ſi aquæductus*, 47. *D. de contrah. emt.* Sanè pignori dari ſervitus poteſt. *l. ſed an viæ* 12. *D. de pignor. & hypoth.* ſcilicet ruſtica, non urbana *l. ſi is qui* §. *ult. D. eod.* Vide *Cujac.* 15. *obſervat.* 6. *Duar.* 2. *diſput. anniv.* 13. *Conn.* 4. *comm.* 14. *Hotom.* 5. *obſervat.* 25. *Fab.* 5. *conject.* 11. Actiones quod attinet, cum in rem, tum in perſonam de ſervitutibus prædiorum proditæ ſunt. Et ſi quidem promiſſa, vel teſtamento legata ſervitus ſit, actione ex textamento vel ex ſtipulatu, aut ſi pactum intervenerit, actione ex eo contractu experimur, cui pactum adjectum eſt. Quod ſi jam acquiſita ſit ſervitus, confeſſoria in rem, vel ſi libertatem nobis aſſeramus, negatoria agendum. De quaſi autem poſſeſſione, ne in ea vis nobis fiat, interdicta comparata ſunt. §. *æquè Inſtit. de act. l.* 1. *& tot. tit. D. Si ſerv. vind. leg. heredes*, 25. §. *an illa ſtipulatio & ſeqq. ff. famil. herciſc. l.* 2. 72. *l.* 83. §. *quod ſi ſtipulatus l.* 98. *cum ſimil. D. de V. O. l.* 1. *l.* 3. §. *ait prætor. D. de itin. actuque priv. l.* 1. *pr.* & §. *deinde ait prætor. D. de aq. quotid. & æſt. cum tit. & l. ſeqq.*

FINIS.

GOTH-

GOTTLIEBI GERHARDI
TITII
J. U. D. AC ANTECESSORIS LIPSIENSIS
DISSERTATIO
DE
SERVITUTE FACIENDI.

DISSERTATIO.

DE

SERVITUTE FACIENDI.

SUMMARIA.

1 *In rebus alienis jus aliis ſæpè acquiritur.*

2 *Ex quo principio Servitutes etiam exortæ.*

3 *Earum indoles.*

4 *Et varietas.*

5 *L. de uſ. & uſ. & uſufr. leg. abit de Servitute ex accidenti perſonali.*

6 *Sententia Juris Romani quoad Servitutes reales.*

7 *In his res rei ſervire cenſetur.*

8 *Sed revera jus & obligatio rerum poſſeſſores afficit.*

9 *Jus Romanum ſubtilitates non neceſſarias hic aliquando introduxit.*

10 *L. 15. §. 7. de uſufr. expenditur juxta ſententiam aliorum*, num. 11. *Et propriam*, n. 12.

13 *Indefinita Servitutis conceſſio quomodo explicanda?*

14 *Servitus realis uſum prædii dominantis egredi poteſt.*

15 *Voluptatis cauſa ſervitus conſtitui non poſſe cenſetur,*

16 *Sed in quibuſdam exemplis illa admittitur*, num. 17. & 18.

19 *Ac juxta rationem generaliter aſſeri poteſt.*

20 *Servitus in faciendo non conſiſtit.*

21 *Excepta oneris ferendi ſervitute.*

22 *Faciendi neceſſitas quomodo declinari queat?*

23 *Servitus faciendi in genere merito aſſeritur.*

24 *Quoad factum, jus reale non poſſe conſtitui, quidam cenſent.*

25 *Sed juxta rei veritatem triplicis generis jus hic poteſt occurrere.*

26 *Jus reale in ſpecie datis rationibus adſtruitur*, num. 27.

28 *Ac poterit ſervitus faciendi realis actu inter vivos,*

29 *Ultima voluntate,*

30 *Ac præſcriptione conſtitui*, n. 31. 32. 33.

34 *Obligatio & Jus perſonale quoad faciendi neceſſitatem ex l. 13. pr. comm. prædior. in genere & indiſtincte probari nequit.*

35 *Dominus prædii ſervientis, ſi re ſerviente utatur, aliquid facere debet non vi ſervitutis, ſed dominii.*

36 *Quando autem re ſua non utitur, regulariter nihil facere tenetur.*

37 *Niſi ſervitus talis ſit conſtituta.*

38 *Exemplum ſervitus faciendi poteſt eſſe in ſervitute altius tollendi.*

39 *Jus coquendi & vendendi cereviſiam cum jure cogendi conjunctum recte pro ſervitute faciendi habetur.*

40 *Aliud exemplum occurrit in molendinis & furnis bannalibus*, n. 41.

42 *In operis ruſticis, & in jure lignandi*, n. 43.

44 *Servitutis faciendi uſus in foro.*

B. C. D.

1 Cognationi, quam inter homines naturam conſtituiſſe, dicit JCtus in *l.* 3. *ff. de Juſt. & Jur.* hoc etiam conſentaneum eſt, ne mortales diſperſi vivant, ſed ut potius in certas digeſti ſocietates mutuo ſibi cohabitent, ad quam cohabitationem indigentiæ & imbecillitatis ſenſus adeoque utilitatis propriæ rationes eos etiam facile impulerunt. Cum porro indoli humani generis, prout nunc eſt, promiſcua rerum omnium communio haud conveniat, ſed, ut ſuum cuique aſſignetur, illa potius exigat, rerum tamen dominia tam abrupte inter homines conſtitui non potuerunt, ut nihil omnino juris aliis in res alienas competeret, quin humana conditio hoc manifeſtè requirit, ut res aliorum alii quandoque delibent; Hinc non tantum ex regulis humanitatis & amicitiæ uſus gratuitus vel ad certum tempus, vel pro concedentis lubitu aliis permittitur, ſed & fructus rerum alienarum certa mercede redimuntur, vel alia ratione dominium alienum reſtringitur.

2 Imprimis frequentiſſimum eſt inter homines, ut poſſeſſores ex rebus ſuis utilitatem aliis præſtare debeant, vel intuitu perſonæ, vel rei, quæ onera *Servitutum* nomine veniunt v. l. 20. §. 1. *ff. de A. R. D.* Donell. *Comment. Jur. Civ. l.* 9. *c.* 1. Ex quibus liquet, ſervitutes non Juris Civilis, ſed Gentium eſſe, id eſt, eas non ex rationibus uni populo propriis, ſed humano generi potius communibus habere originem. Aliquando etiam ipſa rerum conditio, ſine prævia hominum conſtitutione, hujuſmodi onera introducit, nam ager inferior ſuperiori ſervit *l.* 1. §. *fin. de aqu. & aqu. pluv. arc.* quam ſervitutem juris naturalis nonnull. dicunt. Sic Hotomannus ad *I. tit. de Reb. corpor. & incorpor.* docet: *Sciendum eſt ſervitutum alias eſſe juris naturalis; veluti cum inferius prædium aquam è ſuperiori defluentem idcirco excipere cogitur, quia pinguitudo ſuperioris in illud defluit: alias juris gentium, quales ſunt omnes, quæ vel reales, vel perſonales dicuntur, quamvis etiam civilibus modis conſtituantur.*

Accipitur autem ſervitus rerum vel pro *jure*, vel pro *obligatione*, illo reſpectu eſt, *jus reale ex re alterius aliquam utilitatem percipiendi*; hoc vero eſt *obligatio utilitatem illam alteri præſtandi.* Equidem ſervitutis nomen huic tantum convenire videtur, uſu tamen communi, ac præcipuè juris Romani ad illud quoque transfertur, hinc etiam non infrequens eſt, ut uterque ſignificatus conjungatur, eo ſenſu, ſervitus eſt *jus in re aliena conſtitutum, ob quod ejus dominus aliquam utilitatem præſtare tenetur.* v. *l.* 13. §. 1. *l.* 19. *pr. de damn. inf. l.* 5. §. 9. *de nov. oper. nunciat. l.* 26. *de S. P. R.* 3

Illud etiam ex communibus regulis facile colligitur, utilitatem ex re aliqua, vel *certæ* ſaltem *perſonæ* vel *rei*, aut rectius, *rei poſſeſſoribus* poſſe præſtari, 4

Digitized by Google

ſtari, hinc diſcrimen ſervitutum *perſonalium & realium* exiſtit, *l. 1. de ſervit. l. 32. de uſufr.* quod adeo itidem juris gentium exiſtimari debet. Servitus perſonalis eſt *jus reale, in re aliena perſonæ ad percipiendam aliquam utilitatem conſtitutum*, cujus ſpecies notiſſimæ & ordinariæ ſunt Uſusfructus, Uſus & Habitatio. Realis ex communi hominum ſenſu eſt *jus reale, quo prædii alicujus poſſeſſor, ex prædio vicino utilitatem aliquam percipit.* Aliquando ſervitus realis ex voluntate eorum, quorum intereſt, fit perſonalis, *l. 4. ff. de S.P.R. l. 6. de ſervit. legat.* quo etiam reſpicit JCtus in *l. 14. §. 3. de aliment. legat.* qui tamen textus varie corruptus videtur. conf. Bachov. *ad §. 2. I. de S.R. & U.P.* Donell. *Comment. l. 11. c. 7. lit. E.* ibique Hillig. *in not.* Ex contextu autem hæc ſententia non immerito aſſeritur: Circa ſervitutes reales haud attendi vicinitatem, ſi illæ ex accidenti fiant perſonales.

5 Eodem tendere doctrinam Pauli in *l. 1. de uſ. & uſufruct. legat.* putamus, nempe quod ſervitus realis aliquando poſſit fieri perſonalis. *Nec uſus, nec uſusfructus, itineris, actus, viæ, aquæ ductus legari poteſt, quia ſervitus ſervitutis eſſe non poteſt* (non res, ſed rei modus ſaltem negatur, ſub forma ſervitutis perſonalis, realis non poteſt concedi) *nec erit utile, ex SCto, quo cavetur, ut omnium, quæ in bonis ſunt, uſusfructus legari poſſit, quia id neque ex bonis, neque extra bona ſit* (iter, actus, via, aquæductus virtualiter quidem in dominio continentur, formaliter tamen ut ſervitutes non exiſtunt, adeoque hoc ſenſu neque in bonis neque extra bona ſunt, non entis enim nullæ ſunt affectiones) *ſed incerti actio erit cum herede, ut legatario, quamdiu vixerit, eundi, agendi, ducendi facultatem præſtet; aut ea ſervitus conſtituatur ſub hac cautione, ut, ſi deceſſerit legatarius, vel capite deminutus ex magna cauſa fuerit, reſtituatur.* Ergo iter, actus, via, aquæductus ad tempus vitæ alicui legari poſſunt, ſed uſusfructus aut uſus ſervitutis realis ideo non eſt aſſerendus, cujus ſubtilitatis exiguus dubio procul hodie eſt uſus.

6 Ex ſententia juris Romani definitio Servitutis realis magis eſt coarctanda in hunc ferè modum: *Servitus eſt jus rei alieni impoſitum, quo dominus in commodum alterius prædii, aliquid pati in ſuo, vel non facere cogitur.* Ut adeo ſervitus ad utilitatem ſtrictè dictam conſtitui, *l. 8. de ſervit.* nec uſum prædii egredi, *l. 5. §. 1. in fin. de S.R.P.* ac in patiendo vel non faciendo conſiſtere debeat. *L. 15. §. 1. de Servit.* v. Huber. *Prælect. ad ff. de ſervit. n. 1. ſeqq. in Poſit. ad I. de ſervit. n. 1. ſeqq.* Sed illas reſtrictiones ab uſu communi abhorrere, nec hodie obſervari, arbitror, hinc definitioni §. 4. datæ, juxta uſum hodiernum, nihil addendum eſſe, cenſeo.

7 Servitutes reales etiam dici prædiales, notum eſt, quia ſine prædiis illæ non conſtituuntur, §. 3. *I. de ſerv.* Quæ res ſic communiter accepta eſt, quaſi ſervitutes ipſis prædiis debeantur, vel dentur, *l. 1. §. 43. de aqu. quotid.* Donell. *Comment. Jur. Civ. l. 11. c. 1.* ſive, quod *ſervitutem non debeat homo, ſed res*, ſicut etiam, quod *illa non homini ſed rei debeatur*, *l. 6. §. 2. Si ſerv. vindic.* Huber. *in Prælect. ad ff. de ſervit. n. 6.* hinc etiam alterum prædium *dominans*, alterum, *ſerviens* dici ſolet.

8 Enimvero licet compendium loquendi facturi rectè dicamus, *rem rei ſervire, ac ſervitutem prædio ipſi deberi*; attamen accuratè loquendo non ad prædia,

prædia, ſed homines prædia poſſidentes, ſervitutes pertineant, adeoque ſervitus debetur non à prædio, ſed ab ejus domino, non rei, ſed domino ipſi. Interim verum eſt, quod hominibus hæc jura non aliter competant, nec onera ipſis inhæreant, quam ob prædia, quæ poſſident, ob quam cauſam ad res vulgo relatum fuit, quod ad earum poſſeſſores, pertinet. Non operoſe id, quod diximus, probandum erit: Servitutes ſunt jura & obligationes, ſed harum rerum moralium bruta non ſunt capacia, multo minus illæ cadunt in res inanimatas? Servitutum natura vulgo conſiſtere cenſetur in *patiendo*, i. e. non impediendo alterum, quo minus ille in re noſtra agat, *& non faciendo*, i. e. omittendo actionem aliis incommodum allaturam. An prædium pati, & non facere poſſe putabimus? hominum hæc ſunt, non prædiorum. *Si quis roget*, ait Huber. *in Prælect. ad I. de ſervit. lit. b. in fin. cur jura, quibus facere, commercium, voluptas continetur, ſervitutes eſſe nequeant, rationis loco ſit, quod Labeo ſuggerit in l. 6. §. 2. in fin. Si ſerv. vind. has ſervitutes non hominem debere, ſed rem; factum autem ab homine proficiſci debet, res nihil facere poteſt.* Ita eſt, res nihil facere poteſt, ſed vel inde liquet, quod etiam non poſſit factum omittere, ut vana ejuſmodi diſcrimina ex præjudicatis opinionibus fruſtra aſſerantur. De cætero multum intereſt, utrum ſervitutes perſonis, an rebus deberi dicas, ceu ex conſectariis apparet, de quibus mox ſpecialius dicemus.

9 Uti autem ſervitutes ex communibus utilitatis humanæ regulis oriundas Romani in ſua quoque Republica agnoverunt, earumque jura egregie in multis excoluerunt, ut grato animo inventa illa agnoſcere par ſit: ita fatendum nihilominus eſt, & vel ex §. *præc.* jam intelligitur, quod ſubtilitatibus minime quidem neceſſariis, ſed à veritate ac communi uſu plerumque abeuntibus materiam hanc quandoque involverint. Cum vero in iis, quæ à libera hominum voluntate dependent, jura inſtitutis humanis ſint attemperanda, non hæc juxta præconceptas opiniones ac reſtrictiones ſine cauſa formatas cogenda, ideo vitio nemini verti poterit, ſi in æſtimandis ſervitutibus, magis ad communem mortalium uſum, quam Romanorum aſſerta reſpiciat, id quod exemplis nonnullis illuſtrabimus.

In hunc ſenſum fortè referendum 10
effatum Ulpiani in *l.* 15. §. 7. *in fin. d. Uſufr.* quando dicit: *proprietatis dominus ne quidem conſentiente fructuario ſervitutem imponere poteſt. Niſi*, ut additur in *l.* 1[illegible] *ſeq. qua deterior fructuarii conditio non fiat; veluti ſi talem ſervitutem vicino conceſſerit jus ſibi non eſſe altius tollere.* Ejus quidem aſſerti rationem Bachov. *ad Tr. V.* 1. D. 16. *th.* 10. *lit. d.* ita reddere conatur: *Dici fortaſſis poſſit, ideo nec conſentiente fructuario ſervitutem à domino imponi poſſe, quod proprietarius non poſſit ſolus propter jus fructuarii, & conſenſus fructuarii nihil operari poſſit, ad imponendum onus reale & perpetuum, adeoque lex ſequens*: niſi qua deterior fructuarii conditio (non) fiat, *ita accipienda erit, ut illo caſu ne quidem conſenſu fructuarii opus ſit.* Sed uti hæc ultima explicatio contextui repugnat, cum in regula & exceptione eoſdem terminos ſupponere par ſit, ita cæteras, quæ præcedunt, argutias, non ſolidam redolere rationem, facile liquet: Nam conſenſus fructuarii tantum utique operari poteſt, ut quamdiu uſusfructus durat, ſervitus

ſervitus rei uſufructuariæ imponi queat; Eo autem ſublato, omne jus in proprietario conſolidatur, qui cum jam in anteceſſum conſenſerit, ideo ex ejus conſenſu onus impoſitum valere deinceps poterit.

11 Alii igitur ad alias confugiunt conjecturas, vel textum emendant, aut abſurditatis palam arguunt, ceu videre licet apud Bachov. *d. l.* & Huber. *in Prælect. ad ff. de ſerv. d. 8. in Eunom. Rom. ad l. 15. de Uſufr.* qui poſterior tandem cenſet, ſi pro importuno illo *ne quidem*, legamus *non niſi*, omnia plana eſſe, ac exiſtimat, quod veroſimiliter voculæ illæ notis ſive literis initialibus, unde facilis error, fuerint deſignatæ. Enimvero ſicut illa criſis ſatis audax eſt, ac tanto juris Romani aſſertori vix convenit, ita, eadem nihil effici, palam eſt, nam exceptio in *d. l. 16.* propoſita regulam negativam in *d. l. 15.* manifeſte arguit, ſed illa criſis regulam efficit affirmantem, hinc regula & exceptio, admiſſa illa emendatione, non cohærent, quid enim: *Proprietatis dominus non, niſi conſentiente fructuario, ſervitutem imponere poteſt*, i. e. cum conſenſu fructuarii ſervitus imponi poteſt, *niſi qua deterior fructuarii conditio non fiat*, quid opus, ad certum caſum conſtitutionem ſervitutis reſtringere, ſi ſemper illa fieri poteſt?

12 Neſcio an ſententia Ulpiani eo tendat; non *abſolute* impediri proprietarium cum conſenſu uſufructuarii ſervitutem imponere, ſed ex *hypotheſi*, ſi ſcilicet uſufructuarii jus integrum illibatumque manere debeat, nam hoc poſito, contradictionem regulariter involvit Servitutis conſtitutio, quæ adeo valere nequit. Sic uſum rei ſuæ ad tempus alicui concedere quidem licet, attamen ſi precario rem alteri permittas, ex hac hypotheſi adjectio temporis invalida, & conventionis, ut rem alienam, domino invito, poſſidere liceat, nulla vis eſt *l. 12. pr. ff. de precar.* Ne alius rem noſtram diſtrahat, valide dubio procul conveniri poteſt; ſi tamen creditori in ſecuritatem rem tuam pignori des, conventio de pignore non diſtrahendo, ob contradictionem, non valet *l. 4. de pignor. action.* Juvat, niſi fallor, hanc explicationem limitatio in *l. 16. de Uſufr.* addita: *niſi qua deterior fructuarii conditio non fiat, veluti ſi talem ſervitutem vicino concesſerit, jus ſibi non eſſe, altius tollere*, cum enim talis ſervitus jus fructuarii non imminuat, ſine contradictione conſtitui poteſt. Nec obſtat, quod in *l. 17. d. t.* mox ſequitur: *locum autem religioſum facere poteſt, conſentiente fructuario, & hoc verum eſt favore religionis*, quaſi ea ſit oppoſitio: *Servitus plane non poteſt conſtitui, conſentiente licet fructuario, ſed locus religioſus ejus conſenſu fieri poteſt.* Nam oppoſitio, quæ hic ſubeſt, ita potius accipienda: *uſufructuarium*, quando de ſervitute conſtituenda agitur, *jus ſuum integrum conſervare velle, adeoque ſervitutis conſtitutionem, ob contradictionem, non valere*: Sed quando de loco religioſo reddendo quæſtio eſt, *eum cum imminutione juris ſui, in talem mutationem, religionis favore, conſentire, adeoque valide illam fieri.* Hanc explicationem ſi quis rejiciendam cum ratione exiſtimaverit, tum non intercedam, quo minus ſententia Ulpiani ad ea referatur, quorum ratio reddi nequit, aut potius quæ ſine ratione dicta ſunt.

Imprimis ex lubrico illo præſuppoſito, quod *res rei ſerviat*, diverſa deduxerunt Romani conſectaria, quæ ab uſu vitæ civilis abhorrent. Eo referas, quod, conceſſa ſimpliciter viæ 13

Bbbb ſervitu-

ſervitute, per quamlibet fundi partem ire, agere liceat *l. 9. de ſervit.* quia omnes glebæ fundi ſerviunt, *l. 13. §. 1. l. 23. §. 3. d. S. P. R.* certa tamen parte electa, reliquæ liberæ ſunt, *d. l. 13. §. 1. & l. 9. de ſervit.* aut, ſi diſſenſus circa electionem oriatur, juxta voluntatem teſtatoris & æquitatem locus exercendæ ſervitutis determinari debet *l. 13. §. 1. l. 26. de S. P. R. l. 9. de ſervit.* Cæterum, uti illimitatus ille uſus quoad ſervitutes traditione conſtitutas locum non invenit, cum ipſa conſtitutio reſtrictionem neceſſario involvat, ita in genere non opus erat regulariter iſtis ambagibus: non res ſed ejus poſſeſſor ſervit, cujus adeo promiſſio civiliter eſt intelligenda de ea fundi parte, per quam ſervitutis exercitium inſtitui ſolet, imo etiamſi rem ipſam ſervire dicamus, adhuc tamen illam interpretationem adhibendam eſſe ratio ſuadet. Quod ſi autem res ita comparata ſit, ut ſervitutis exercitium diverſis in partibus recipere queat, tum doctrina illa uſum habere poteſt.

14 Ex eodem principio eſt, quod utilitas præſtanda non debeat egredi uſum prædii dominantis, nec valeat ſervitus commercii cauſa conſtituta, hinc *ut maxime calcis coquendæ & cretæ eximendæ ſervitus conſtitui poſſit, non ultra tamen poteſt, quam quatenus ad fundum vicinum opus ſit, l. 5. in fin. de S. P. R.* Quo minus talia promittantur, nihil vetat, atque ut obligationes valebunt, ſed actiones in rem, velut è ſervitutibus, inde non oriuntur *l. 13. pr. commu. præd.* Huber *in poſit. ad I. de ſervit, n. 6.* Enim vero uti facile concesserim, in dubio conſtitutionem ſervitutis ita eſſe accipiendam, ut uſum prædii dominantis illa non egrediatur, aut, ſi plus promiſſum ſit, exinde aliquando oriri ſaltem jus perſonale, ita gratis utique creditur & dicitur, naturam rei refragari, quo minus ſervitus commercii cauſa conſtitui queat, nam omnia quæ ad productionem juris realis etiam jure Romano requiruntur, hic locum inveniunt, de quo mox ſpecialius videbimus.

Ejuſdem principii conſectarium eſt, 15 quod ſervitus voluptatis cauſa conſtitui non poſſe exiſtimetur, qua de re Huberi *in prælect. ad ff. de ſervit. n. 6.* ſententiam adjicere liceat: *Paulus in l. 8. pr. de ſervit. ut pomum decerpere liceat & ut ſpatiari & cœnare in alieno poſſimus*, adde, ut pila ludere, chorea agere liceat, & ſimilia, *ſervitus imponi poteſt*: quia actus ipſi à natura ſervitutis alieniſſimi ſunt; ſi quidem ejuſmodi uſus Rei nullo modo convenire poſſunt; nec ut ei debeantur, cum res omnis voluptatis actionisque perſonalis ſit incapax, nec etiam, ut res talia debeat, cum non habeant uniformem æquabilemque uſum, ſed à cujuſque variabili inclinatione pendeant, ut, quod alius magni facit, alius irridendum putaret: quod non ita eſt in veris & neceſſariis uſibus, qui etſi ad perſonam quoque ſpectent, quarum cauſa omne jus comparatum eſt *l. 2. pr. de ſtat. hom.* omnibus tamen hominibus conveniunt, & ſic cum prædio durant. Non videtur igitur hoc eſſe jus ſummum, quod uſu ac interpretatione JCtorum ſit abolitum, & contrario æquitatis modo receptum, ut alii volunt; ſiquidem internæ ſervitutum naturæ, populariter etiam conſideratæ, adverſatur, ut prædio, Rei voluptuaria facultas cum effectu & exercitii aptitudine debeatur.

Hæc ille. Sed doctrina Romanorum hac in parte nec cohæret, nec 16

ſolido

ſolido nititur fundamento. Servitus voluptatis cauſa conſtitui nequit, & tamen datur ſervitus, ne gratiori officiatur proſpectui, *l. 15. de S. P. U.* Proſpectus ad voluptatem hominis pertinet, ac prædium non magis proſpicere, quam ſpatiari, pomum decerpere & cœnare in alieno poteſt; Sed forte diſparitatis ratio, ex philoſophia Huberi, in eo eſt, quod *voluptas proſpiciendi ſit communis, ac omnibus hominibus conveniat, & ſic cum prædio durare poſſit: Voluptas autem ſpatiandi ac cœnandi in alieno ſit ſpecialis, ac à cujuſque variabili inclinatione pendeat.* Verum uti illud diſcrimen maxime eſt lubricum, ita tollendæ, quæ hic ſubeſt, variationis illud non ſufficere, ſatis liquet.

17 Ulterius *hoc jure utimur, ut etiam non ad irrigandum, ſed pecoris cauſa, vel amœnitatis aqua duci poſſit, l. 3. pr. l. 1. §. 11. de aqu. quotid. & æſtiv.* Equidem Huber. *d. l. n. 6.* reſpondet, *exiſtimavi ſemper, amœnitatem à voluptate ſecernendam eſſe, quia voluptas eſt animi affectio, ſed amœnitas eſt prædii qualitas. Aquæductus ſi cauſam habeat perpetuam, Rei, prædioque ſemper adeſt, æquabilemque præbet uſum. Ideoque talis aqua fundum verè facit meliorem, quicunque fundum poſſideat aut vendere velit, & civilem recipit æſtimationem quæ omnia ſecus ſe habent in actibus hominum voluptuariis, quæ in cujuſque patrisfamilias imaginatione mentis, nec alibi ſedem habent, ut eſt ſpatiari, cœnare, pomum decerpere per ἀπραξίαν & animi gratia.* Sed quicquid moveat Huberus, difficultatem non evadet. Amœnitatem à voluptate diſcernendam eſſe concedo, ſed ex illa tamen hæc oritur, vel ob hanc illa habetur; Ergo relata fruſtra opponuntur vel ſeparantur. Aptitudo prædii vicini, qua actum ſpatiandi, cœnandi, ludendi ſimilemque recipere poteſt, eſt etiam prædii qualitas, quia tamen ad excitandam voluptatem pertinet, ejus intuitu ſervitutem conſtitui non poſſe, cenſuit Paulus Rurſus, ſi aqua, quæ amœnitatis cauſa ducitur fundum dominantem facit meliorem, etiam jus in fundo alieno actus ante memoratos exercendi tantundem præſtabit. Denique ſi actus voluptuarii ſpatiandi, cœnandi, pomum decerpendi in alieno, in cujuſque Patrisfamilias imaginatione mentis conſiſtunt, delectationi, quæ ex aqua ob amœnitatem ducta capitur, eadem ſedes erit aſſignanda.

Ex doctrina Ulpiani in *l. 8. §. 1. Si* 18
ſerv. vindic. talis ſervitus cedi poteſt, *ut in parietem tigna committere mihi liceat, ſupraque ea tigna porticum ambulatorium facere, ſuperque eam parietem columnas ſtructiles imponere, quæ tectum porticus ambulatoriæ ſuſtineant.* Quid vero intereſt, ſive quis voluptatem capiat ex fundo, quatenus eum formavit natura, ſive quatenus factum & ars humana eum huic uſui reddidit aptum? hinc vereor, ut reſponſio Huberi *d. n. 6.* dubium tollat: *quo minus aliquid oneris prædio realiter imponatur, ut jus tigni immittendi, cui dominans aliquid ad amœnitatem, à qua voluptas abeſſe non poteſt* (cur ergo paulo ante voluptas amœnitati fuit oppoſita?) *imponatur, nihil obſtare poteſt* Imo hoc obſtat, quod voluptatis cauſa ſervitus conſtitui non poſſe exiſtimetur, & fruſtra hic ſubſidium petitur ab onere quod prædio realiter imponitur, nam in hoc eſſentia ſervitutum non conſiſtit, & alias non dabitur ſervitus itineris, actus & viæ, quæ regulariter ſanè in fundo naturaliter ſpectato exercentur. Parum etiam proficies, ſi cum eodem *in Eunom. ad l. 8. de ſervit.* diſtinguas

ſtinguas inter *uſum voluptatis acceſſorium* & *unicum* ſive *principalem*, nam, de hoc in teſtibus & exemplis hactenus excuſſis agi, ſecus ac Huberus credi vult, ſatis manifeſtum eſt.

19 Ex his jam ultro patet, doctrinam illam ſolido fundamento non niti. Inſtat quidem iterum Huberus tam in *prælect.* quam *Eunom. d. l. ſervitus quæ nihil fundo inhærens imponit, ſed in mera patientia facti perſonalis conſiſtit, ut hæc ad voluptatem abſque civili utilitate dirigatur, hujuſmodi voluptuaria facultas ſit jus prædium adficiens, & actionem adverſus quemlibet poſſeſſorem producens, merito ab re, & incivile judicatum, nec adeo ſubtilitati juris, ſed proprietati ſervitutis naturali populárique adſcribendum.* Sed ex principio §. 8. firmato illa facile convelli poſſunt, & eo magis, ſi rationes valere patiamur, voluptatis cauſa ſervitus conſtitui poſſe dicenda eſt, quo certius eſt, quod in conſtituendis augendiſque rerum pretiis uſus voluptuarii magnæ ſicut partes, adeoque id, quod ad volutatem pertinet, non raro etiam utile ſit, v. *l.* 29. *ff. de impenſ. in res dot.* Neque vero tantum jus perſonale locum invenit ratione uſus voluptuarii, quæ ſolennis Huberi *in præl. de ſervit. n.* 7. eſt exceptio, *add.* Schilter. *ad* ff. exercit. 18. §. 2. ſed vera utique ſervitus in omnes poſſeſſores tranſitura eo nomine conſtitui poteſt, quod poſtea liquidius probabimus.

20 Imprimis, ut ad ſcopum veniamus, ex principio §. 13. relato dependet, quod *ſervitutum non ea natura eſſe* exiſtimetur, *ut aliquid faciat quis, ſed ut aliquid patiatur aut non faciat, l.* 15. §. 1. *ff. de ſervit.* nam hic eſt effectus regulæ, quod ſervitutem non homo debeat, ſed res, ait Huber. *de ſervit. n.* 6. Ne autem doctrinæ huic moleſtum ſit effatum Labeonis *in l.* 2. §. 7. *de aqu. plu. arc. planè ſi foſſam jure factam, aut cujus memoria non extat, agi tecum poſſe aquæ pluviæ, ut reficias*; vel cum Connano *l.* 4. *comm. c.* 7. §. 3. pro *reficias*, legendum *reficiatur*, vel cum Accurſio *d.* §. 7. ex §. 1. *d. l.* 2. ita ſuplendus erit ut illud *reficias* alternative accipiatur: *reficias, vel refici patiaris*, v. Huber. *d. l. n.* 4.

In ſervitute tamen oneris ferendi 21 dominus prædii ſervientis parietem reficere adeoque aliquid facere tenetur, *l.* 33. *de S. P. U. quam plerique degenerare à natura reliquarum ſervitutum, hactenus cenſent, quod dominus in ſuo cogatur quid facere, nempe parietem ſervum reficere. Sed nihil ſingulare. Nam eſſentia hujus quoque non in faciendo, ſed patiendo ſimiliter conſiſtit, ut vicinus patiatur incumbere jus onus alienum. Quod vero cogatur parietem reficere, l.* 6. §. 2. *ſi ſerv. vind. in eo non conſiſtit ſervitutis eſſentia, ſed ſupervenit ſervituti jam conſtitutæ.* dicit Strauch. *diſſert.* 7. §. 11. à quo non abludit Huber. *d. l. n.* 2. *Utilitas*, inquiens, *& civilitas negotii fecit, ut ſervitus non quidem in faciendo conſiſteret, verum aliquid facti non ſua natura, ſed ex pactione ſpeciali reciperet.* Quæ inventa Autoribus ſuis non invidemus, plane perſuaſi, non in re, ſed verbis ſaltem eſſe differentiam, ac rem eodem recidere, ſive ex natura ſervitutis, ſive pacto ſpeciali reficiendi neceſſitatem repetas.

De cætero memorata neceſſitas ſtri- 22 cte accipitur, hinc fultura ædificii, dum paries reficitur, ad prædium dominans pertinet *l.* 8. *pr. ſi ſerv. vindic.* Plane etiam evitari illa poteſt, ſi quis ædes ſervientes derelinquat, *l.* 6. §. 2. *ſi ſerv. vind.* nec contrarium aſſerit Paulus in *d. l.* 33. *de S. P. U. in fin.* dum docet: *Si ea res quæ ſervit, ut tuum onus ferret, periſſet, alia in ejus locum dari debet*; nam id ſaltem ex hipotheſi ve-

rum

rum eſt, ſi quis rem ſervientem retinere velit, & valde incivile foret, eouſque reficiendi neceſſitatem extendere, ut ne quidem cum rei derelictione dominus ab eadem ſe liberare queat: Hic intuitu rei ſuæ ſervitutem promiſit ſed ad illam perpetuo retinendam ſe non obſtrinxit. Nonnulli ex eo facultatem derelinquendi repetunt, quod ſervitutem non debeat homo, ſed res, *hinc rem derelinquendo onus ſervitutis effugere licet, quod non liceret, ſi homines deberent, non res, l. 7. pr. de aqu. pluv. arc.* ceu contendit Hillig. *ad Donel. l. 11. c. 13. lit. a.* Sed homines ad factum obligari, non tamen abſolute, ſed cum reſpectu ad rem poſſeſſam, ſatis certum eſt, hinc cautius, licet hypotheſibus ſuis non ſatis convenienter, hac in parte ratiocinatur Huberus in *Prælect. ad ff. de ſervit. n.* 3. quando docet: *Ulpianus in d. l. 6. §. 2. definit in ſententia Labeonis, qui, licere domino rem derelinquere, ſtatuebat, hac ratione addita, quod ſervitutem non debeat homo, ſed res; ſaltem homo non aliter, quam per conſequentiam rei, & quatenus rem habeat, eſt obligatus.*

23 Eouſque ſaltem in aſſerenda quoad res ſervientes faciendi obligatione progrediuntur JCti Romani, quorum autoritas ut ſemper ſit ſalva, ac in foro conſtanter obſervetur, non intercedo. Si tamen de eo, quod natura rei permittit, rationes ſuadent, ac uſus in nonnullis amplectitur, pronunciandum ſit, ſervitutem faciendi in genere aſſerere nihil vetat. Eſt illa *jus reale, cujus vi prædii poſſeſſor ad utilitatem, aut voluptatem alterius prædii poſſeſſoris aliquid facere tenetur.* Id nihil refert, ſive hoc onus unum prædii poſſeſſorem afficiat, ſive in plures diffundatur; ſive obligatio faciendi ſola ſit, ſivè cum obligatione patiendi & non faciendi diverſo reſpectu concurrat; Denique ſive poſſeſſor prædii ſervientis in ſuo, ſive prædio dominante aliquid facere cogatur. Nam illa omnia rationem accidentium ſaltem habent, eſſentiam vero ſervitutis non mutant, quæ in hoc conſiſtit, ut jus reale intuitu prædiorum conſtituatur, ex quo prædii poſſeſſor vicini utilitatem facto ſuo promovere debeat.

Sed illud imprimis ſtabiliendum eſt, 24 quod jus reale & obligatio in quoſvis poſſeſſores tranſitura intuitu facti exhibendi conſtitui queat, nam hoc operoſe negat Huber. *in præl. ad ff. de Servit. n.* 5. *ſi quis igitur ſervitutem*, inquiens, *cujus præcipuum onus in faciendo conſiſtat, acquiſierit, dicendum eſt, eam non eſſe ſervitutem. Quid igitur, nullumne habebit effectũ ejuſmodi conventio? habebit; erit contractus, ac ita valebit, cum hoc effectu, ut actio detur adverſus promittentem & ejus haredem, non adverſus tertium, ſicut è ſervitute datur. Intelligo, id argutum nimis atque ab uſu alienum quibuſdam videri; ſed mihi non videtur hæc eſſe inanis ſubtilitas, verum exacta proprietatis rerum obſervatio: ſiquidem τὸ facere manifeſtè qualitas, vel potius actio perſonalis eſt, qualis in Rem, quam debere ſervitutem vidimus, nequaquam convenire poteſt: ideoque hujuſmodi conventio ſervitutem nullo modo producere poteſt, nec ejus rei ſoliditas ab uſu hodierno aliena eſt.* In eandem ſententiam paſſim pronunciat, quoties à requiſitis anguſtioribus Juris Romani abitur; hinc quæ voluptatis cauſa acta ſunt, ſaltem jus perſonale producunt. *d. l. n.* 7. Idem effectus aſſeritur ſi cauſa perpetua non adſit in *Prælect. ad tit. Comm. prædior. n.* 10. ubi ita tandem laudatus Autor concludit: *Peſſimo errore fit, ut jura in Re & ad Rem dicta confundantur, ac obligationis perſonalis vinculum in onus reale ac*

prædiale mutetur. Si juris ignoratio magis, quam diverſa legis autoritas id alicubi introduxerit, ubi religio juris Romani ſalva remanſit, cavendum, ne exemplis temere editis jura ſubigantur.

24 Sed illa nos nondum movent, quo minus contrarium defendamus. Quo autem diſtinctius de hoc conſtet, arbitramur triplicis generis jus ratione facti exhibendi conſtitui poſſe: (1) *Jus perſonale*, quale Huberus aſſeruit, quod paciſcentes eorumque hæredes reſpicit, ac tamdiu durat, quamdiu prædia ab iis poſſidentur. (2) *Servitutem perſonalem*, quæ certum prædii dominantis poſſeſſorem concernat, quamdiu tamen ille vivit, omnes prædii ſervientis poſſeſſores obliget. (3) *Servitutem realem*, quæ juxta conſuetos effectus in omnes poſſeſſores ab utraque parte tranſeat. Atque hanc in dubio conſtitutam eſſe dicerem, modo ea acceſſerint, ex quibus reale jus oritur: nam reſtrictio, quæ quoad duo præcedentia jura occurrit, facti eſt, adeoque in dubio præſumi non debet.

25 Poſſe autem realem faciendi ſervitutem arbitrio hominum effici, probat (1) exemplum ſervitutis oneris ferendi, in hac enim onus reficiendi ad omnes prædii ſervientis poſſeſſores tranſit, adeoque inde ſatis liquet, naturam rei non repugnare, quo minus tale jus conſtituatur, quæ ſententia contra eos, quibus lubricæ hypotheſes dubio procul impoſuerunt, etiam apud Romanos evaluit *l.* 6. §. 2. *Si ſerv. vindic.* Hinc ipſe Huber. *de ſervit. n.* 3. *in fin.* docet *Proinde nec omnino ad reficiendum* (dominus prædii ſervientis tenetur) *niſi in illa ſpecie ſervitutis oneris ferendi, aut ubi ſimili verborum formula ſimilem inferat conſequentiam.* Ergo tam abruptè in loco §. 24. allato dici non poterat, conventionem hujuſmodi ſervitutem nullo modo producere poſſe.

Magis illud confirmatur (2) ſi ad primam reſpiciamus originem. Sententia, quæ ſervitutem faciendi negat, oritur ex falſa hypotheſi, quod res ſervitutem debeat. Sed è contrario nihil certius eſt, quam quod rei poſſeſſor obligetur, ceu oſtenſum eſt §. 8. & ipſe JCtus in *l.* 15. §. 1. *de ſervit.* non ad rem, ſed perſonam refert ſervitutem: *ut aliquid faciat quis, ſed ut aliquid patiatur, aut non faciat.* Hinc denuo quidem Hubero concedimus *τὸ facere eſſe actionem perſonalem ac rei nequaquam convenire*, ſed mira eſt illa perſuaſio, qua res inanimata *pati & non facere* poſſe creditur, cum hæc non minus ac illud, uſum rationis præſupponant. Quando autem, juxta veram hypotheſin, poſſeſſor prædii ad patiendum, & non faciendum ita obligari poteſt, ut reale hoc onus omnes poſſeſſores ſecuti ſubire cogantur, nihil ſane obſtat, quo minus eodem modo & effectu obligatio ad faciendum conſtituatur. Id quod planius fit, ſi ordinarios conſtituendæ ſervitutis modos breviter expendamus. 26

Conſtituitur Servitus (1) actu inter vivos, (2) ultima voluntate, & (3) præſcriptione. Primo caſu requiritur titulus §. *fin. I. de ſervit.* & modus ſive traditio *l. ſ. ff. de ſervit. l.* 10. §. 1. *ff. de public. in rem action.* quæ tamen ſaltem quoad ſervitutes affirmativas eſt neceſſaria, nam in negativis nihil tradi poteſt. Quod ſi ceſſionem, cujus meminit *l.* 9. *de ſervit.* pro modo habeas, illa in omnibus ſervitutibus locum invenire poteſt. Sed eo fere delabuntur, ut hodie affirmativas uſu & patientia, negativas veros tum conſtitui exiſtiment, ſi plene de iis convenerit, 27

conveneri t, uſu & fine juris expoſito. v. Huber. *in præl. de ſervit. n.* 9. Lauterb. *C. de ſervit. lit. R.* Summa igitur eo redit: ſervitutes affirmativas conſtitui titulo & modo, negativas ſolo titulo. Iſta conſtituendi ratio etiam ad ſervitutem faciendi poteſt adplicari. De titulo, quin locum habeat, nullum eſt dubium: Si porro ſervitutem faciendi, comparandam exiſtimemus ſervituti non faciendi, modus non erit neceſſarius, ſed omnis conſtitutio ſola promiſſione abſolvetur; ſi vero affirmationis eam ſimilem dicamus, quod probabilius videtur, tunc ſicut in illis uſu & patientia traditis peragitur, ita in hac præſtatio rei habilis & facti promiſſi exhibitio, ejuſque acceptatio traditionem continebunt. E. g. Promiſiſti mihi jus viæ ſub lege reficiendi, præſtas locum exercendo juri idoneum, eo ipſo traditio promiſſioni conveniens interveniſſe exiſtimari debet, quæ magis confirmatur, ſi refectio ipſa exigente neceſſitate, ſequatur.

28 Ultima voluntate ſervitus conſtituitur ipſo jure, adeoque titulus & modus hic non diſcernuntur, *l. f. ff. de ſervit. leg. 5. pr. ff. de S. P. R. l. 19. §. 1. ff. quemadm. ſerv. amit. arg. l. 64. in fin. de furt. l. 80. de legat. 2. l. 1. §. f. de publ. in rem action.* Quin ergo hæc conſtituendi ratio ad ſervitutem faciendi etiam poſſit adplicari, dubium non eſt; Hinc teſtator, qui hæredem ſuum, in teſtamento damnat, ut patiatur, vicinum in parietem ſuum tignum immittere, vel eum per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere, *§. fin. I. de ſervit.* eodem effectu adjicere etiam poterit, ut locum ſervientem reficiat, vel alia exercendæ ſervituti neceſſaria præſtet.

29 Quoad præſcriptionem ſervitutum difficultas aliqua ſubeſſe cenſetur: ſervitutes ſua natura non admittere uſucapionem, Romanis perſuaſum eſt, *l. 14. pr. ff. de ſervit. l. 43. §. 1. ff. de A. R. D. l. 4. §. 27. de uſucap.* uſu tamen earum uſucapio impropria & analogica invaluit, quam ſuſtulit Lex Scribonia *l. 4. §. f. ff. de Uuſucap.* Diuturno uſu & longa quaſi poſſeſſione nihilominus ſervitutes potuerunt acquiri, *l. 10. pr. ff. ſi ſerv. vindic. l. 1. §. f. de aqu. pluv. l. 1. 2. C. de ſervit.* & poſtquam uſucapio & longi temporis præſcriptio jure novo, præſertim quoad temporis lapſum, ſunt exæquatæ, *l. fin. C. de præſcript. long. temp.* dubium non eſt, quin ſervitutes præſcribi queant, ut tamen earum præſcriptio, & uſucapio dominii, non iiſdem per omnia conſtent requiſitis, v. Donel. *Comm. l. 11. c. 11.* Peretz. *ad C. de ſervit. n. 22.* Huber. in *Prælect. ad ff. tit. commun. prædior. n. 5.*

Mihi ita videtur: Servitutes non 30
poſſunt ſeparatim præſcribi, quia ſunt jura, quæ hominibus non ſimpliciter, ſed prædii intuitu competunt, atque eò referrem effatum Ulpiani in *l. 10. §. 1. de Uſucap. hoc jure utimur, ut ſervitutes per ſe nuſquam longo tempore capi poſſint, cum ædificiis poſſint;* Natura autem ſervitutum haudquaquam obſtat, quo minus illæ uſucapi queant, licet enim res incorporales ſint, attamen perinde, ac dominium, pro objecto habent rem corporalem, prædium nimirum ſerviens, ac aliquando operas vel factum poſſeſſoris; hinc uſucapio perinde hic locum habet, ac circa res dominio ſubjectas. Atque hanc ſententiam in theoria abſque neceſſitate rejectam prudentior uſus adprobavit. Lex tamen Scribonia ob aliam cauſam, & fortè ob temporis brevitatem, ſervitutum uſucapionem ſuſtu-

ſuſtulit, quæ adeo ſub conditione longioris temporis per uſum reduci potuit, & revera etiam reducta, ac jure novo confirmata eſt, ut nunc quidem de exiſtentia & veritate præſcriptionis ſervitutum nullum ſuperſit dubium.

31 Requiritur autem ad eam (1) *poſſeſſio non vitioſa*, qua quis non vi, clam, aut precario jus ſervitutis ſibi adſerit, *l.* 10. *ff. de ſervit.* hinc in ſpecie is, qui precario re alterius utitur, nunquam præſcribit, Carpz. *P.* 2. *C.* 4. *D.* 2. Acquiritur vero poſſeſſio quoad ſervitutes affirmativas, quæ in patiendo conſiſtunt, uſu, negativas, quæ facti omiſſionem exigunt, prohibitione & alterius acquieſcentia ſive aſſenſu Carpzov. *d. l. D.* 13. Quo loco obſervandum, non ex quovis uſu oriri poſſeſſionem præſcriptioni ſuffecturam; hinc ſi quis ædes ſuas, in plateæ velut uſum, incolis aliisque permittat, aut in loco vacuo, *wüſten Platze*, alios ire patiatur, poſſeſſio indè non oritur, quæ Domino obſtet, quo minus impoſterum re ſua aliter utatur: Nam Dominus vel emolumenti ſui cauſa, vel quia re ipſe non utitur, aliis ejus uſum concedit, quæ conceſſio adeo precaria cenſeri debet, præterea utentes neque intuitu certæ alicujus rei, neque animo poſſeſſionem acquirendi, uſum exercent, (2) *poſſeſſionis per tempus lege ſtatutum non interrupta continuatio.* Jure Civili decem vel viginti, *L. fin. C. de Præſcript. long. temp.* Saxonico autem, triginta anni, annus & dies Saxonicus requiruntur Carpz. *P.* 2. *C.* 4. *d.* 8. Præterea etiam requiri, ſolet (3) *bona fides.* Titulus autem in hac præſcriptione vel falſo, vel ambigue exigitur. v. Lauterb. *C. l. de ſervit. lit. R.*

Hunc etiam conſtituendi modum 32 ad ſervitutem faciendi quadrare, manifeſtum eſt: Nam quod in ſervitute patiendi *uſus*, non faciendi *prohibitio* præſtat, id in hac ſpecie efficit *facti exactio, alteriuſque aſſenſus*, circa quæ *bona fides* ac non interrupta poſſeſſionis *continuatio* concurrere poſſunt. De cætero vel ſtatim ab initio hæc ſervitus præſcriptione produci, vel conſtitutæ ſervituti ſucceſſu temporis adjici poteſt: ſi quis enim habeat ſervitutem v. g. Viæ ordinario modo conſtitutam, ut ſcilicet dominus prædii ſervientis nihil niſi patientiam præſtare debeat, fieri tamen poteſt, ut dominus prædii dominantis refectionem viæ ab eodem exigat, hicque exactioni morem gerat, ac id aliquoties fortè repetatur, aut ſaltem actus contrarius non interveniat, hoc modo ſervitus conſtituta, tempore elapſo, augebitur.

Ex his liquet, quod, remoto præ- 33 judicio, nihil obſtet, quo minus quoad faciendi neceſſitatem non tantum jus perſonale, ſed & reale produci queat. Quo loco obiter obſervandum, ſententiam, quæ ſolum jus perſonale admittit, quoties à requiſitis Juris Romani abitur, quam §. 14. 24. adduximus, ex *l.* 13. *pr. ff. Comm. prædior.* generaliter vix probari poſſe: Nam ibi ſermo eſt non de facto ſed de non facto; præterea promiſſio intervenerat quidem ratione certi alicujus fundi, ſed cum reſpectu ad mare, quod natura omnibus patet ex ſententia Romanorum. Hinc jus reale ratione rei communis, ac ad quam omnibus jus competit, produci non poſſe exiſtimatum fuit; Aliud igitur hactenus aſſeri poteſt quoad res, quæ paciſcentium arbitrio unice ſubſunt.

Jam

35 Jam, ut conſtet, quando ſervitus faciendi locum habeat, duo caſus ſeparari debent: Vel enim *res ſerviens, domino ejus quoque eſt utilis*, vel *ſoli prædii dominantis domino utilitatem effert.* Primo caſu faciendi neceſſitas ad utrumque dominum tam dominantis, quam ſervientis prædii pertinet, ac unicuique pro ratione utilitatis acceptæ onus hoc eſt imponendum. Sic ſi via vel rivus in prædio tuo mihi ſerviat, ut tamen tu quoque iis utaris, refectio & purgatio ab utroque juxta proportionem uſus erit inſtituenda. Ita ſi alicui ſervitutem aquæ ſuperfluæ, *des Abfalls*, conceſſeris, quod hic Lipſiæ frequenter fieri ſolet, dominus prædii ſervientis aquarium, *den Waſſer Trog* aliaque inſtrumenta, quibus ex hydraulo aqua adducitur, ſarta tecta conſervare tenetur: Sed dominus prædii dominantis tubos, aquæ in prædium ſuum derivandæ cauſa poſitos, ſuis ſumtibus integros conſervare debet, ſi ſervitute frui velit, & dominus prædii ſervientis hactenus ſaltem ad patientiam obſtringitur. De cætero accurate loquendo ſervitus faciendi hoc caſu non occurrit, nam dominus prædii ſervientis aliquid facere debet non vi *ſervitutis*, ſed *dominii & uſus*; utique enim dominorum hoc onus eſt, ut res ſuas, quibus utuntur, in ſtatu ſuo conſervare teneantur. Ex quo conſequitur, quod hactenus dicta etiam juxta hypotheſes juris Romani locum habeant, in quo etiam conſentit Huber. in *prælect. ad ff. de ſervit. n. 2. in princ. & fin.*

36 Secundo caſu ſervitus faciendi locum habere poteſt, non aliter tamen illa aſſerenda, quam ſi legitimo aliquo modo conſtituta probetur. Deficiente probatione verum eſt, quod ait Huber. *in Prælect. ad ff. de ſervit. n. 3. Hoc igitur tenendum in univerſum; qui ſimpliciter debet ſervitutem eundi, agendi per ſuum fundum, non tenetur ad faciendum; v. c. tenetur ut ſolum ſit idoneum, per quod iter actuſque præſtetur; non ad clivos aut gradus faciendos, ſi aliter iri nequeat; ſed ad patiendum, quod dominans faciat gradus aut clivos, dum ne quid ultra, quam quod neceſſe eſt ad itineris cauſam, demoliatur*; Quemadmodum etiam eorum, quorum meminit Idem *d. l. n.* 2. interpretatio hactenus incivilis cenſeri debet, dum ſic ferè exiſtimant, *ſi quis jus habeat eundi, agendi per ſolum aut per pontem alienum, ſervientem ab eo cogi poſſe, ut eum pontem, vel id ſolum reficiat, quo dominans ire & agere poſſit.*

E contrario ſi faciendi neceſſitas modo habili introducta ſit, tum ſervitus ejuſmodi recte adſeritur, id quod exemplo, quod idem Huber. *d. l. n.* 5. refert, illuſtrabimus: *Erant vicini* Primus & Secundus, *quorum anteceſſores, domini priores ante LXX annos contractum inierant, quo Secundi anteceſſor impetraverat, ut Canalem ſibi ponere liceret inter ſuam &* Primi *domum hac lege, ut hic* eum ſuo ſumptu reficeret & ſuſtentaret. *Ex hoc agebat* Secundus, *ut* Primus *canalem reficeret. Verum, quia contractus ille quo promiſerat anteceſſor, ſe canalem ſuſtentaturum, non faciebat ſervitutem, ſed obligationem duntaxat perſonalem producebat: hinc adverſus* Primum, *qui contrahentis hæres non fuerat, agi non poterat, adeoque is abſolutus eſt.* Rectè ita fuiſſe pronunciatum, ſi ſtrictè hypotheſi Juris Romani inhæreamus, dicendum utique eſt: Sed ſi ſolutius rationem ſequamur, contraria potius ferenda fuiſſet ſententia. Et videtur in illo ipſo caſu de autoritate Juris Romani fuiſſe dubitatum, quia, 37

referente Hubero, ea etiam acceſſit ratio, quod Primus docuerit, *antehac reparationem communi ſumtu fuiſſe factam*, qua ſane opus non eſt, ſi hypotheſis Romana, qua ſervitus in faciendo conſiſtere nequit, extra dubium ponatur, cum hæc omne negotium abſolvat.

38 Poſſemus nunc per ſingula ſervitutum urbanarum & ruſticarum, quas vocant, exempla ire, ac in quantum iis faciendi neceſſitas accedere poſſit, nec ne, inquirere: vel etiam varii generis utilitatem, circa quam ſeorſim ac principaliter memorata ſervitus locum inveniat, adducere. Sed cum ex doctrina generali, adplicatio ad ſpecies ſingulas non difficulter fieri queat, iſto labore, brevitatis ſtudio, ſuperſedebimus. Nonnula tamen, in præcedentium illuſtrationem, adjicere placet. Et primo quidem ex dictis manifeſtum eſt, quod ſervitus altius tollendi, juxta doctrinam Carpzovii. *P. 2. C. 41. D. 13.* qua eam in hoc conſiſtere docet, *quando cogere poſſum vicinum ut altius tollas ſuas ædes, quia ex eo ſentio utilitatem, cum profit mihi ad arcendum ventorum impetum, vel ut præſtet umbram eo loco, quo ſolem habere gratum non eſt, ut dicitur in l. 17. pr. de S. U. P.* admitti poſſit. Et fatetur Schilter. *ad ff. Exerc.* 18. §. 12. *etiam eouſque dilatari conceptum ſervitutis formalem, ut & neceſſitatem faciendi quid in ſuo, in vicini prædii utilitatem, complectatur. Quo pertinet præjudicium à Carpzovio d. l. allegatum. Sed non ad Jus Romanum, verum ad auctoritatem noſtrorum interpretum, vel ad mores noſtros cum Manzio hoc eſt referendum.*

39 Jus coquendi & vendendi cereviſiam pro ſervitute haberi nequit, ſed eſt effectus dominii aut privilegii, nec vicinos obligat. Si vero jus cogendi ei conjunctum ſit, tum eſſe illud ſervitutem irregularem, cenſet Brunnem. *ad l. 8. n. 5. ff. de ſervit.* Sed ex ſententia Schilteri *d. Exerc.* 18. §. 2. nullo modo ſervitus, ne quidem irregularis, ſed jus reale ex privilegio competens eſt, cum *neceſſitas illa omnes vicinos, etſi non poſſideant prædia, obliget, neque in eo conſiſtat, ut obligati aliquid patiantur in ſuo, aut non faciant, ſed ut in alieno quid petant, emant.* Sed cum ſervitus etiam in faciendo conſiſtere queat, & nihil referat, ſive in ſuo, ſive alieno quis factum exerceat, ceu dictum §. 23. præterea à lege quoque immediate illa conſtitui poſſit, *l. fin. §. fin. C. de ſervit.* hinc nihil obſtat, quo minus jus illud cogendi pro vera ſervitute habeatur; Quare enim dubio procul ad illud vindicandum dabitur *Actio confeſſoria*, & licet, demulcendo moroſo præjudicio, *utilis* illa dicatur, rei ipſi ideo nihil decedit. Quod ſi tamen jus cogendi etiam afficiat eos, qui prædia non poſſident, tum non indiſtincte erit ſervitus realis, ſed potius certo reſpectu mixta; qua ſcilicet perſona ſervit rei, nam non tantum, juxta ſtylum receptum, res perſonæ aut rei, ſed & perſona rei ſervire poteſt.

40 In molendinis & furnis bannalibus, in quibus vicini aliquid facere, nempe molere, & panem coquere tenentur, ſervitus faciendi quoque occurrit; qua de re Sententiam B. Dn. Bornii in *Diſſert. de molend. c. 5. §. 15.* adjcere placet. *Bannum molendinarium eſt jus reale. Dicitur autem Jus reale vel in reſpectu ad eum, qui nobis eſt obſtrictus, & ita jus reale eſt, quando perſona non ut talis, ſed quæ certæ rei poſſeſſor, nobis eſt obligata, ita ut jus nobis conſtitutum non in ſola perſonæ obligatione, ſed in ipſa re quodammodo ſit radicatum vel in reſpectu ad nos ipſos, & ſic eſt jus reale, quod*

non

non perſonæ tantum noſtra eſt conſtitutum, ſed ſimul in reſpectu ad rem noſtram, unde fit, ut jus tale, cum ſoli perſonæ non inhæreat, non ad nos tantum & ſucceſſores noſtros univerſales pertineat ſed ad omnes rei iſtius poſſeſſores, qui in ea, titulo etiam ſingulari, nobis ſuccedunt, tranſmittatur. Utraque ratione jus hoc bannarium regulariter eſt reale. Et paulo poſt: *Ex eo tamen, quod diximus, Jus hoc banni eſſe jus reale, in cenſum ſervitutum prædialium, quæ in Jure Romano commemorantur, id non referimus: Neque enim id ſatis commode fieri poteſt, cum iſtarum natura in patiendo ſaltem aut non faciendo conſiſtat, hic vero utique aliquid facere banniti, nempe frumenta ſua ad alterius molendinum aſferre teneantur. Erit igitur jus aliquod prædiale extraordinarium, quod uti Romano Juri incognitum, & longe poſt illud introduci cœpit, ita ad regulas ejuſdem exigi non poteſt.* conf. Brunem. *ad ff. d. l. 8. n. 9.*

41 Alii rationem, ob quam Jus bannarium, reale ſit, ac cum ſervitute conveniat, ex eo repetunt, quod *pactum non cum perſonis ſingularibus, ſed integra univerſitate ineatur, hujuſmodi autem pacta ſtringant etiam futura ejus membra, quia univerſitas non moritur, ſed ſemper per novos ſucceſſores redintegratur* v. Dn. Stryk. *Specim. uſ. Modern. Pandect. l. 8. tit. 1. §. 4.* Enimvero, ſicut hæc ratio certo caſu recte urgetur, ita nihilominus jus reale etiam aſſerendum eſt, licet cum perſonis ſingularibus hoc nomine actum ſit, dummodo legitimus conſtituendæ ſervitutis modus, de quo §. 28. *ſeqq.* intervenerit.

42 Operarum ruſticarum, quæ noſtro prædio à vicinis debentur, non diſſimilis eſt ratio, nam & in his ſervitutem in faciendo conſiſtentem agnoſcere licet: *Quamvis enim*, ut ait Dn. Stryk. *d. l. §. 5. & hæ facti præſtationem contineant, revera tamen hic prædium prædio ſervit, hinc quiſque poſſeſſor illius prædii mihi ad has operas obligatur; & ſi ego prædium meum tertio vendiderim, ille jus exigendi eaſdem operas obligatur; & ſi ego prædium meum tertio vendiderim, ille jus exigendi eaſdem operas conſequitur. Operæ enim ruſticorum, prædio debentur ex prædio, non perſonæ à perſona; unde vulgatum apud nos eſt;* (das Gut iſt dienſtpflichtig, oder es haſſten viel Dienſte auf den Gut.) *Ut adeo multum interſit, an quis ad operas ſe ſimpliciter obliget, ubi perſonalis promiſſio eſt, an vero operæ rebus inhæreant, quo caſu poſteriori moribus Germaniæ in effectu ad ſervitutes reales referri poſſunt.*

Si vicinus promittat, quod in 43
uſum prædii noſtri certam ligni quantitatem ex ſylva ſua equis ſuis advehere velit, ex hoc pacto, accedente poſſeſſione, non tantum jus in omnes prædii dominantis poſſeſſores tranſiturum, ſed & obligatio, quemvis prædii ſervientis dominum obſtrictura, ſive breviter ſervitus faciendi oritur. Et licet Dn. Stryk. *d. l. §. 3.* contrarium aſſerere videatur, *cum pactum non rem afficiat, ſed perſonam l. 3. ff. d. O. & A. & Jure Romano certum ſit, quod quamvis aliquis has vecturas non pro ſe ſed pro omnibus futuris prædii poſſeſſoribus ſtipuletur, ex ſtipulatione tamen hac non niſi meis hæredibus jus agendi competat, cum tertio ex tali ſtipulatione jus quæri non poſſit*, attamen, ſi ejus mentem recte aſſequimur, eo tandem deſcendit, in praxi antea allatam ſuſtineri poſſe ſententiam. Et ſane argumentum quod pro operis ruſticis idem in genere attulit, hoc etiam caſu efficax eſt.

Plura addere jam non libet. Num 44
autem ſervitus faciendi, quæ juxta rei naturam & rationes omnino adſeri poteſt, in praxi generaliter quoque

Digitized by Google

ſit admittenda, coronidis loco quæritur. Non diſplicere eam penitus foro, ex exemplis hactenus allatis ſatis conſtat; & judicio Manzii *de ſervit. Prædior. Urbanor. qu.* 20. *n.* 80. quem etiam Dn. Stryk: *d. l.* §. 5. adducit, *in praxi frequens eſt, ut poſſeſſores quarundam ædium & prædiorum ad faciendum Jure ſervitutis & quidem realis & perpetuo duraturæ cogantur non tantum dominis locorum & ſuperioribus, ſed etiam vicinis, e.g. ad pontē reſtaurandum vel reficiendum, ad ligna advehenda, & ad ſimilia alia, & ſi quis in foro negaret, tales ſervitutes imponi poſſe, cum riſu exploderetur.* Sane ſervitutibus faciendi non lex, ſed falſa ratiocinatio obſtat, ut fortè non immerito huc adplicari poſſit illud Celſi in *l.* 39. *ff. de. LL.* *quod non ratione introductum, ſed errore primum, deinde conſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtinet*; in alias Reſpublicas temere receptum cenſeri non debet.

TANTUM

COROLLARIA.

I.

Diſtinctio Servitutum in Urbanas & Ruſticas curioſa magis, quam neceſſaria eſt, nec aliquod Juris diſcrimen, quoad eas occurrit.

II.

Uſu & patientia non Servitus, ſed res Serviens traditur, hinc perinde hic vera occurrit traditio ac circa dominium.

III.

Cauſam perpetuam hodie quoad Servitutes non requiri, ſed quamvis utilitatem aut quodvis incommodum iis conſtituendis ſufficere arbitramur.

IV.

Si duo prædia ſibi invicem ſervientia in communionem redigantur, Servitus manet *L.* 34. *pr. de S. P. R.* Sed ſi fundus tertii fundo communi ſerviat, ac à ſociis acquiratur, Servitus exſtinguitur, *L.* 27. *ff. eod.* Rectè utrumque.

V.

Servitus altius tollendi & non tollendi pro una recte habetur, licet ſibi invicem illæ præſtationes opponantur.

VI.

Servitutem ad tempus conſtitutam, utrum, ipſo jure deſinere, an ope exceptionis tolli, dicas, nihil hodie intereſſe videtur.

CHRIS-

gitized by Google

CHRISTIANI THOMASII

J. U. D. ET ANTECESSORIS HALLENSIS

DISSERTATIO,

DE

SERVITUTE STILLICIDII.

DISSERTATIO.

DE

SERVITUTE STILLICIDII.

Vom Trauff-Recht.

SUMMARIA.

1 *Cur nominis expoſitio ſit omiſſa?*
2 *Definitur ſervitus ſtillicidii.*
3 *Cur conſueta methodus definitionem reſolvendi non fuerit obſervata?*
4 *Eſt Servitus, prædiorum* num. 5.
6 *Definitur, dari ſervitutem, ubi perſona rei ſervit.*
7 *Prædium urbanum & ruſticum quid in doctrina ſervitutum denotet?*
8 *Prædia urbana & ruſtica dici à Servitutibus, non ſervitutes à prædiis: Huberi opinio.*
9 *Cui reſpondetur*, num. 10. 11. & 12.
13 *Servitutem ſtillicidii videri eſſe ruſticam.*
14 *Nullam eſſe differentiam quoad effectum juris inter ſervitutes prædiorum urbanorum & ruſticorum.*
15 *Pro contraria ſententia militantes JCti & eorum rationes.*
16 *Quibus reſpondetur* (1) *quoad novi operis nunciationem nullam eſſe differentiam inter ſervitutes urbanas & ruſticas*, (2) *nullam eſſe differentiam intuitu oppignorationis. Leges non loquuntur de oppignoratione ſervitutis conſtitutæ, ſed conſtituendæ*, n. 17.
18 *Nova explicatio l.* 11. §. *ult. & l.* 12. *de pign. & hypoth.*, n. 19. 20. & 21.
22 (3) *Non differre prædiorum ruſticorum & urbanorum ſervitutes ratione interitus per non uſum. Reſpondetur Cajo, ejuſque textus in l.* 6. *de S. P. U. ſingulariter exponitur* n. 23.
24 *Et ad objectiones reſpondetur*, n. 25.
26 *Servitus ſtillicidii perpetuam cauſam habet.*
27 *Inquiritur in veritatem regulæ communis: quod ſervitutes debeant perpetuam cauſam habere* 27. ſeq. *Oſtenditur, per perpetuitatem hic non intelligi perpetuam durationem.*
28 *Expenditur lex* 28. *de S. P. U.*
29 *Adducuntur aliæ leges huic paralellæ.*
30 *Oſtenditur, doctrinam de perpetuitate cauſæ in ſervitutibus, neque convenire cum propriis ipſorum JCtorum,*

Digitized by Google

JCtorum, eam aſſerentium, hypotheſi, neque cum principiis communibus de ſervitutibus, n. 31. 32. 33. & 34.

35 *Concluditur; nullam ſervitutem debere perpetuam cauſam habere.*

36 *Vicinitas qualis eſſe debeat in ſtillicidii ſervitute?*

37 *An ſtillicidium paſſim immittere in ſepulchrum?*

38 *Stillicidium quot modis accipiatur? Stillicidium & flumen quomodo differant?*

39 *Servitus ſtillicidii vel avertendi, vel non avertendi.*

40 *Utraque declaratur per propoſitas ſpecies.*

41 *Differentiæ utriuſque ſervitutis.*

42 *Reſpondetur ad doctrinam Schilteri & Strauchii de ſervitute ſtillicidii non avertendi*, n. 43. & 44.

45 *Stillicidii ſervitus teſtamento conſtitui poteſt, & contractu inter vivos.*

46 *Quæſtio Domitiana in l. 16. ſi ſerv. vind.*

47 *Quid denotet formula:* Stillicidia uti nunc ſunt, ut ita ſint?

48 *Applicatur ea ad tres caſus*, n. 49. 50. 51. & 52.

53 *Digreſſio. Locus Ciceronis lib. 1. de oratore explicatur*, n. 54. 55. 56. & 57.

58 *Quis in ſervitute ſtillicidii non avertendi debeat ſtillicidium reficere?* ſeqq.

59 *Singularis explicatio ſervitutis oneris ferendi.*

60 *Rationes, quod Dominus ſtillicidii id reficere debeat.*

61 *Rationes pro contrariâ ſententiâ*

62 *An, & quouſque Dominus, ſervitutem ſtillicidii avertendi debens, poſſit ædificare in loco ſtillicidii?*

63 *Reſponſio Pauli obſcura. Explicatio Gloſſæ, Cæpollæ*, n. 64. *Weizeneggeri*, n. 65.

66 *Sententia noſtra; quæ ab objectione Cæpollæ & Weizeneggeri defenditur.*

67 *Explicatur* l. ult. de fin. reg.

68 *Quidſi per ſtatutum receptum ſit, ut ædificantes duos vel très pedes ab ædibus vicini abſtineant?*

69 *Quomodo Dominus ſtillicidii ædificare valeat?*

70 *Inquiritur in ſententiam de mutata materia ſtillicidii* l. 20. §. 4. de S.P.U. *Expoſitio Cæpollæ.*

71 *Expoſitio noſtra, quæ declaratur & probatur*, n. 72. 73. 74. & 75.

76 *Quidſi variatio facta ſit circa altitudinem & latitudinem ædificii? De latitudine ſententia Pauli* in d. l. 20. §. 5. *dubio caret*, n. 77.

78 *Quod altitudinem Paulus defendit: altius tolli poſſe ædes, non poſſe depreſſius, quæ doctrina oppugnatur*, n. 79. 80. 81. 82. 83. & 84.

85 *Inquiritur, quid alii JCti pro Paulo afferant.*

86 *Sententia Cæpollæ.*

87 *Eruditi ex gente Thomaſiorum.*

88 *Oſtenditur infirmitas rationum Cæpollæ.*

89 *Sententia Weizeneggeri.*

90 *Concluditur, altius tollere non poſſe ſtillicidii Dominum, poſſe remiſſius, & demonſtratur, hanc concluſionem non eſſe adverſam officio JCti*, n. 91. & 92.

93 *Actio ſtillicidiorum confeſſoria & negatoria. Negatoria, quomodo ab actione aquæ pluviæ differat* n. 94.

95 *Servitus ſtillicidiorum quomodo per quaſi factum poſſideatur? Exponitur Paulus* in d. l. 20. pr.

96 *Item in* §. 2. l. 20. *de quæſtione: an novo exſtructo ædificio maneat priſtina ſtillicidii ſervitus?*

97 *Oſtenditur ex doctrina JCtorum, rei interitu exſtingui jure ſtricto ſervitutem*

tutem quà realem & quà perſonalem, ex æquitate tamen utramque plerumque reſtitui, n. 98. 99. & 100. *niſi major æquitas alia contrarium ſuadeat. Unde ſententia Pauli* in d. 2. *l.* 20. *reſtringitur ad ſervitutem ſtillicidii avertendi*, n. 101.

102 *Quatenus per conceſſionem ædificandi, ei, qui ſervitutem debet, factam, ſervitus ſtillicidii omittatur?*

103 *Corollarii loco explicatur reſponſum Scævolæ* in l. ult. §. 1. de S. U. P. *ex Duareno.*

1 QUAMVIS bona methodus alias requirat, ut ab expoſitione vocum quis ordiatur, antequam ad rei tractationem pergat, atque adeò ejus intuitu poſſemus hic non pauca, tùm de ſervitute, tùm de ſtillicidio, præmittere; quoniam tamen iſta methodi regula tunc primario eſt obſervanda, quoties obſcuritas aliqua notabilis in vocibus ſeorſim ſpectatis occurrit, in reliquis verò aliud axioma, quod methodus ſit arbitraria, quoad hanc obſervationem locum ſibi vindicat, ideo & nos, arbitrio noſtro hac parte uſuri, ſtudio illam terminorum expoſitionem, omittemus, non ſolùm, ut evitemus aliud, quamvis non infrequenter occurrens methodi vitium, ne ſcilicet prætextu hujuſmodi explicationis vocum, ea omnia conſarcinemus, quæ unquam in lexicis & Juris compendiis de utroque vocabulo noſtro, & *ad tit. ff.* de ſervitutibus dicta ſunt, etiamſi ad illuſtrationem præſentis doctrinæ nihil, aut parum faciant; ſed &, quia pauca illa, quæ tùm de ſervitute, tùm de ſtillicidio notionem aliquam mereri nobis viſa ſunt, non incommode nec ἀμαθέδως in explicatione definitionis adduci poſſe, videbantur.

2 Quare abſque ulterioribus ambagibus, ſtatim definimus ſervitutem ſtillicidii, quod ſit *ſervitus prædiorum urbanorum, vi cujus vicinus vel ſtillicidium noſtrum in prædio ſuo recipere tenetur, vel ſtillicidium ſuum aliò avertere, aut in ſuum recipere prohibetur.*

3 Definitionem hanc in genus & differentiam ſpecificam ſi reſolvere vellemus, & anxii eſſe: utrum differentia à cauſa ſtillicidii efficiente, an à materia, an à forma vel fine deſumta ſit, ac in illum uſum Philoſophorum atque JCtorum plauſtra adducere, abundans equidem ſe offerret dicendorum copia, ſed, uti cuilibet liberum relinquimus, ut ingenio ſuo pro lubitu utatur, ita tentabimus, an per ſimplicem & planam terminorum in allata definitione declarationem, abſque adductione terminorum & autoritatum Philoſophicarum, lectori æquè benè mentem noſtram & controverſiarum deciſionem demonſtrare valeamus: reputantes videlicet, quod ad bonam definitionem ſufficiat, ſi per eam conceptus termini perſpicuus reddatur, eademque cum re definita converti poſſit, quorum utrumque de definitione noſtra ſperamus, reſponſuri commodiùs in cathedra ad argumenta eorum, quibus forte contraria ſententia, iiſque, quæ in hoc paragrapho poſuimus, adverſa arridet. 4

Igitur dico initio in definitione, quod jus ſtillicidii ſit *ſervitus.* Servitus tàm quoad uſum philoſophicum, quàm quoad juridicum, ad terminos relativos pertinet, qui ad alios reſpectum habent, unde in omni ſervitute non ſolùm ſubjectum ſerviens, ſed

& dominans conſiderationem meretur. Ab utroque denominatio ſervitutis, dum alia realis dicitur, alia perſonalis, deſumi poteſt, ita, ut quoad ſubjectum ſerviens pro reali habeatur, quando res ſervit, pro perſonali, quando perſona, quoad dominans autem ſervitus perſonalis ſit, ubi perſonæ aliquid ſervit, & realis, ubi rei.

5 Quem duplicem reſpectum, ſi intuitu utriuſque ſubjecti, quod in omni ſervitute adeſt, combinemus, quatuor inde evadere poſſunt ſervitutum genera. 1. quando perſona perſonæ ſervit, 2. quando res rei, 3. quando res perſonæ ſervit, & 4. quando perſona rei. Prima ſpecies equidem hujus loci non eſt, cum de eadem tractetur in capite Juriſprudentiæ primo, quod de jure perſonarum agit, ubi liberi homines ſervis opponuntur. De ſecunda & tertia verò in ſecundo juris capite & in jure rerum tractatur, quatenus ſervitutes, ut exempla rerum incorporalium, vel accuratiùs loquendo, ut ſpecies Dominii ſeu juris in re proponuntur, & ex eo, quod ſervitutes *prædiorum* in definitione diximus, facilè apparet, ſecundam noſtræ conſiderationis eſſe, cum eæ demum ſervitutes, ubi res rei ſervit, ſeu prædium prædio, ſervitutes prædiorum ſtylo juris conſueto appellari ſoleant. *arg. rubr. & t. t. ff. de S. P. U. & de S. P. R.*

6 Pergerem ad alia, niſi ſentirem, facilè Lectores hic loci aliquos frontem ſuper quarta, quam poſuimus, ſervitutis ſpecie, criſpaturos eſſe, cum iſtam quidem ſervitutis ſpeciem videantur ignorare leges noſtræ, nec pauci ex J Ctis modernis eandem plane, ut ſpuriam, conceptis verbis rejiciant. Verum & hic ſalva res eſt: Memorantur in legibus noſtris liberti, quibus ita à teſtatore legatum eſt, aut legari poteſt, ne à monumento ejus recedant, ut in civitate certa morentur, ut monumento alternis menſibus lucernam accedant *l. Mævia 4. †. ff. de manum teſt. l. Titia 71. §. 2. ff. d. C. & D.* Memorantur coloni, qui ſub annua penſione, Domino præſtanda, fundos excolendos ſuſcipiunt hac lege, ut à gleba agrorumque cultura nunquam recedere velint, *t. t C. de agric. & cenſit. XI.* Horum facta & operas cur non ſervitutum nomine appellare poſſimus, quid obſtet, non videmus. Sane non multum à ſpecie ſervientium differre, quibus facultas non datur recedendi, Venulejus dixit *l. 2. de hom. lib. exhib.* Qui, etſi pro ſervis propriè dictis haberi nequeant, nihil tamen repugnat, quo minus ſtatus ipſorum pro ſervitute genericè, neque tamen impropriè accepta hic habeatur. Neque inconveniens erit, ut arbitror, agros aut monumenta in præſenti negotio pro ſubjectis dominantibus venditare, eo videlicet modo, quo in doctrina ſervitutum prædialium prædio dicitur ſervitus deberi. Unde nequaquam aliquid inferre videtur reſponſio Wiſſenbachii, dicentis, obligationem ſaltem perſonalem in dictis caſibus contineri, non ſervitutem; cum regerere facilè poſſimus, in quæſtione eſſe, annon obligatio aliqua perſonalis poſſit ſervitutis ſpecies vocari, adeoque, dum Wiſſenbachius hæc duo, ut adverſa ſibi, opponit, committere eum petitionem principii. *Vid. Wiſſenb. ad Inſtit. diſput. 11. th. 4. p. m. 66. Adde Weizeneg. de ſervit. diſput. 1. c. 1. §. 4. & 5.*

Dixi porro: ſervitutem ſtillicidii eſſe ſervitutem prædiorum *urbanorum.* 7

norum. Perſpicuus enim in rem eſt textus Caji, relatus à Triboniano *l. 2. ff. de S. P. U.* Urbanorum *prædiorum jura talia ſunt: altius tollendi, & officiendi luminibus, aut non extollendi.* Item ſtillicidium avertendi *in tectum vel aream vicini, aut* non avertendi. Cæterum communiter nota eſt Doctorum diſſenſio quoad definienda prædia urbana & ruſtica, cum crucem hic fixerit Tribonianus nobis, ſententias JCtorum, ut videtur, diſſentientium, referendo in Pandectis, Neratii videlicet in *l. 4. §. 1. quib. cauſ. pign. tac. contr.* & Ulpiani, communem JCtorum doctrinam ſequentis in *l. 198. de V. S.* Multæ verò ſunt Doctorum ſententiæ de hac controverſia, quorum alii diſſenſionem fatentur, alii miris, iiſque variantibus modis, JCtos conciliare volunt. Collegit eas diligenter *Weizenegg. de ſervit. diſſ. 1. c. 1. per integr.* quem adeò exſcribere nolo. Summatim id ſentio: Prædia urbana & ruſtica dici non à loco, ſed ab uſu *d. l.* 198. ſive hic diſſentiat Neratius, ſive commodè conciliari poſſit. Uſum ruſticum eſſe, qui conſiſtat in reditibus ex pecuaria & agricultura, urbanorum contrà in actionibus, quæ vel hominibus urbanis & ruſticis ſunt communes, ut habitationes; vel urbanis propriæ, ut commercia, locationes, amœnitates, voluptates &c. Denique ſervitutes ruſticas aut urbanas dici à prædiis urbanis & ruſticis, *arg. rubr. tit. de S. P. R. & de S. P. U.* (ſcilicet à prædiis dominantibus, non à ſervientibus: *Dd. communiter.* à quibus fruſtra & abſque ratione diſſentit *Coras in antil. ff. de ſervit. n.* 22. adductus à Weizenegg. *d. l.* §. 14. *p. m.* 353.) non autem prædia urbana appellari aut ruſtica à ſervitutibus.

8 Ultimum tamen hoc arriſit JCto nobiliſſimo Francquerano, Ulrico Hubero, tùm *in diſputationibus Juris Fundament. diſp* 43. *th* 6. *p.* 314. tùm *in prælect. ad Inſt. tit. de ſervit. th.* 2. *p.* 154. *ſeq. edit. noviſſ.* Quod cum in ſcholiis ad poſitiones *Huberianas Inſt. d. th.* 8. *lit. c. p.* 75. notaſſet Dn. Præſes, & diſſenſum ſuum hac parte indicaſſet, placuit Viro Conſultiſſimo *in nova edit. prælectionum ſuarum. p.* 156. pro defendenda vel excuſanda doctrina ſua ita reſpondere: *Mea ſic ratio eſt. Quod clarius & certius eſt, inde petendam explicationem rerum obſcuriorum & incertarum. Atqui urbana & ruſtica prædia quæ ſint, incertum eſt textibus & interpretum expoſitionibus. Servitutes facilius diſcernuntur, ideoque ab his illa putamus explicari ſimpliciter & clarè. Quanquam in definiendo nihil refugimus dicere, ſervitutes urbanas eſſe, quæ debentur prædio urbano & ſic porro.*

Quodſi vero, pace Viri ampliſ- 9
ſimi, ad iſtam reſponſionem regerere quædam mihi conceſſum eſſet, dicerem, non alia hic adducta ab eodem fuiſſe, quam quæ jam in ipſis prælectionibus & Diſputationibus fundamentalibus poſita erant. Quæ uti non retinuerunt. Dn. Præſidem, quo minus diſſentiret, ita duplici exceptione videntur infringi poſſe. Initio quippe videtur miſcere Vir clariſſimus quæſtiones affines quidem, at revera diſtinctas. Verum eſt, ſecundum regulas bonæ methodi incipiendum eſt à clarioribus, & inde pergendum ad obſcuriora ſeu difficiliora. At non ita veritati conveniens eſt, ſi quis dicere velit, per res clariores ſemper & ubique rationem reddi poſſe rerum obſcuriorum. Ita in Phyſicis tyronibus effectus rerum naturalium tanquam clariores initio demonſtrantur, tum doctor pergit ad inquiſitionem cauſarum, hactenus abſcondita-

 rum,

rum. Sed propterea tamen minus accuratè diceretur, ſi quis aſſereret, per effectus demonſtrari rerum cauſas. Non alia ratione res ſe habet in controverſia præſente, ſi certius determinatum eſſet in legibus, quænam ſint ſpecies ſervitutum urbanarum aut ruſticarum, quam quænam prædia ſint urbana aut ruſtica, non peccaſſet contra leges bonæ methodi, qui enumerationem hanc ſpecierum præmitteret expoſitioni doctrinæ de prædiis urbanis & ruſticis. Neque tamen ex hoc conceſſo fluit, quod inde deducere cupit JCtus eximus, prædia urbana & ruſtica à ſervitutibus urbanis aut ruſticis dici atque derivari. Cape aliud ſimile Species rerum regulariter ſunt evidentiores, quam rerum genera, at generis conceptus non formatur per conceptum ſpecierum, ſed vice verſa conceptus generis ingreditur ex parte cognitionem ſpecierum.

10 Accedit, quod nondum ſit demonſtratum evidenter, certum eſſe in jure quænam ſervitutes ſint urbanæ, quænam ruſticæ *Servitutes ruſticorum prædiorum, ſunt hæ*, inquit Ulpianus *l. 1. pr. de S. P. R. iter, actus, via, aquæ ductus.* Et contrario illa, quæ Paulus diſſerit *l.* 20. § 1. *de S. P. U. de eo, qui mihi conceſſerit, ut per aream ejus in domum meum irem, agerem*, oſtendunt, iter & actum quandoque eſſe poſſe ſervitutes urbanas, unde & iſte paragraphus à Triboniano ſub titulo de S. P. U. relatus fuit. Rurſus Gajus *in l.* 2. *de S. P. U.* modò adducta, ad *urbanas* ſervitutes reducit *ſervitutes altius tollendi & officiendi luminibus vicini, item projiciendi & protegendi.* Contrà Neratius *l.* 2. *de S. P. R. Ruſticorum prædiorum*, inquit *ſervitutes ſunt, licere altius tollere & officere prætorio vicini, vel cloacam habere licere per vicini domum, vel prætorium vel protectum habere licere.* Hanc verò Neratii deciſionem non fluere arbitror ex ejus ſingulari ſententia de prædiis urbanis aut ruſticis, (etiamſi talem contra reliquos JCtos foverit,) quoniam nulla connexio neceſſaria cum illa poteſt oſtendi. Jam igitur, cum ita variaverint JCti in recenſendis ſervitutum utrarumque ſpeciebus, quomodo Dn. Huberus aſſerere poterit, certam eſſe doctrinam de ſpeciebus ſervitutum utriuſque generis? Imò quomodo ſalva ſua hypotheſi conciliabit diverſas has JCtorum ſententias? Nam & hoc objecit eidem Dn. Præſes *in Schol. ad d. t. Inſt. de ſervit. lit. f. p.* 75.

Ex noſtra equidem doctrina, quam dedimus §. 7. facilius erit conciliatio. Scilicet cum à prædio dominante denominetur ſervitus, & verò ſingulæ ferè ſervitutes & prædiis ruſticis & urbanis deberi poſſint, in generali denominatione ſervitutum JCti reſpexerunt id, quod communiter fieri ſolet. Manent itaque iter & actus ſervitutes ruſticæ, quoad regulam, etſi quandoque fieri poſſit, ut per alterius aream ſtipuler mihi jus eundi & agendi in domum meam, quippe hoc fit rariſſimè. Similiter ſervitus altius non tollendi, protectum habendi &c. frequentius in prædiis urbanis locum habere, viſum fuit Gajo quàm in ruſticis: quamvis non ſine ratione hic videatur iterum dubitaſſe Neratius, præprimis quoad ſervitutem protegendi, quæ æquè frequenter ſtabulis pecuariis poterit deberi, quam ædificiis: Sed Juſtinianus tamen, ſententiam Gaji in Pandectis referendo, eandem amplexus eſt. 11

Sed voluit nihilominus & huic objectioni ſatisfacere Dn. Huberus, atque in nova editione prælectionum ad iſtam variationem JCtorum reſponde- 12

Digitized by Google

pondere. Ita enim inquit: *p.* 158. *Accidit huic diviſioni, quod aliis jure definitionibus & partitionibus crebrò evenit, ne veræ ſint ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ut plurimùm, nec juris Autores ſe reſtringi patiuntur, quo minus vocum terminis ſuo arbitratu varieque utantur. Ita nos ad memoratas difficultates reſpondemus, ut jam dictum eſt, ampliusque dicetur ad Pandectas. Nec aliis reſpondendi mediis Scholiaſtes, & quos ſequitur, ſano ſenſu poſſunt uti.* Ita eſt, conſentimus in hac reſponſione. At hoc pacto Vir Celeberrimus dubium noſtrum non ſolvit, ſed relinquit. Neque enim dubitamus, an reſpondere poſſit ſalva ſua hypotheſi? Hypotheſis verò erat iſta: *Certius conſtare quæ ſervitutes ſint urbanæ, quam quæ ruſticæ.* Nunc verò, dùm ait, *JCtos in hac doctrina vocum terminis ſuo arbitratu varieque uti*: an non certitudinem illam, tam evidenter antea deprædicatam, iterum tollit?

13 Aſt dum difficultatem unam evaſimus, & ita aſſertionem noſtram, quod ſtillicidii ſervitus ſit ſervitus prædiorum urbanorum, à §. 7. huc uſque ſatis explicatam eſſe arbitramur, ſtatim ſe iterum alia oſtendit ex iis, quæ de Neratio modò §. 11. diximus. Quodſi enim ſervitutes ſecundum id, quod plerumque fieri ſolet, denominandæ erunt, ſanè videri poſſet, æquè, ſi non magis, ſtillicidii ſervitutem ad ruſticas referendam eſſe, quàm ſervitutem protegendi ſecundum doctrinam Neratii *d. l.* 2. *de S. P. R.* Nam ſæpiſſimè ſervitus ſtillicidii deberi poterit ſtabulo, aut horreo alieno. Ergo ſecundum conceſſa à nobis ſæpiſſime ſervitus noſtra erit ſervitus prædiorum ruſticorum. Nec juvabit, ſi ad Juſtinianum provocemus, quod is in Inſtitutionibus diſerte ſervitutem noſtram ad urbanas retulerit, quippe cum Imperator non poſſit mutare rerum eſſentias.

Hinc profectò nihil aliud reſpondebo, quam quo mihi prævivit iterum *Dn. Præſes in d. Schol. ad poſit. Huberi*, *p.* 75. *lit. s.* Scilicet exiguum videri eſſe uſum diſtinctionis inter ſervitutes urbanas atque ruſticas, argumento *t. t. communia prædiorum, tam urban. quàm ruſtic.* utpote in quo quæ recenſentur, conveniunt æquè utrique ſervitutum ſpeciei. Nec in toto Jure Juſtinianeo quoad effectum juris inter ſervitutes urbanas & ruſticas memorabitur differentia. Ergo per nos licebit, ſit ſervitus ſtillicidii modo ſervitus urbana, modo ruſtica, quid in ſe? Quinimo expungas licet ex definitione noſtra vocem *urbana*, ſi eandem ad exactiſſimas bonæ definitionis leges exigere velis, non refragabimur. 14

Sed vide, quomodo nodus nodum ſequatur. Vix hæc ſcribimus, cum multas objectiones nobis ab aliis JCtis præclaris moveri, ſentimus. Ita enim Antonius Faber *lib.* 19. *conject. c.* 19. adductus ad Weizenegg. *d. diſſ.* 3. *c.* 1. §. 13. inter alia ſcribit *Nemo unquam præter Neratium dixit, ruſticorum prædiorum ſervitutes illas eſſe, quas diximus urbanorum aut contra. Alioqui confunderentur jam omnia de ſervitutibus, ſi ex urbanis poſſint fieri ruſticæ, vel è contrario, pro locorum vel qualitatis prædii diverſitate. cum pleraque ſint inter ſervitutes urbanas & ruſticas differentiæ, quas alibi proſequemur.* Igitur non una ſecundum Fabrum, ſed plures ſunt differentiæ inter memorata ſervitutum genera, quod modò negavimus. Et ne in Fabri ſcriptis differentias illas diu conquirere opus habeamus, ecce ſuppeditat eaſdem ipſe Weizeneggerus *d. l.* §. 17. *p.* 355. *Alia*, inquit, *eſt urbanorum ſervitutum natura, alia ruſticorum*, (1). *Servitutes ruſticæ ſolo* 15

non

non uſu, ſive ſola ejus, cui debentur, ceſſatione amittuntur. l. ſi partem 19. §. 1. ff. quemad. ſervit. amitt. *Urbanæ non pereunt ſolo non uſu, ſed præterea opus eſt facto ejus, cujus prædium ſervit.* l. hæc autem jura 6. ff. S. U. P. (2). *Ruſticæ pignori dari poſſunt, ut omnes conſentiunt, urbana non poſſunt, ut vulgo probabiliter docent* per text. in l. ſi is, qui 11. §. ult. l. ſed an viæ 12. ff. de pign. & hypoth. (3). *Urbanorum ſervitutum nomine opus novum nuntiare poteſtis, cujus prædio debentur, ut nemo dubitat* l. de pupillo §. 5. ſed & bellè l. non ſolùm 8. in princ. l. ſi priuſquam 15. ff. de nov. op. nunc. *Ruſticarum nomine nunciatio permiſſa non eſt ex communi ac minus periculoſa Dd. ſententia,* l. qui viam 14. ff. de nov. op. nunc. vide diſſert. 1. c. 7. n. 30. *Ergo quælibet ſervitus, quamdiu eandem naturam retinet, ſpectato juris effectu, idem quoque nomen retinebit, ne ſi ruſticam dicas, quæ ſuâ naturâ urbana, aliter de ea judicemus, cum prædio urbano debetur.* Hactenus Weizenegger. Jam quid nos ad iſta reſpondebimus?

16 Fatemur, has allatas differentias mereri peculiarem atque fuſiorem inſpectionem, atque dignas eſſe leges, quæ pro earum confirmatione adductæ ſunt, ut ſingulæ ſeorſim explicentur. Sed quoniam iſtud quidem à noſtro ſcopo jam alienum eſt, breviter ſaltem conabimur nodum propoſitum ſolvere. Quare, ut à tertia ac ultima differentia incipiam, ipſe Weizenegg. dubitanter de ea loquitur: Et ſunt, qui ex adverſo arbitrantur, ſolarum ruſticarum ſervitutum nomine nunciationem eſſe permiſſam, non urbanarum, *vide Huber. poſit. ad ff. de N.O.N. th. 9. & ibi Dn. Præſid.* Occaſionem huic ſententiarum divortio dedi vexata *lex qui viam* 14. *d. t.* de cujus conciliatione cum aliis juris textibus plane deſperat Wiſſenbachius *ad Pandectas d. t. th.* 3. ſimul omnes Doctorum reſponſiones rejiciens. Verius eſt, novi operis nunciationem procedere in omnibus ſervitutibus, ſive ſint urbanæ, ſive ruſticæ, *d. l. 15. ff. de N. O. N. l. un. §. 3. de Remiſſ.* Quod verò allegatam legem de via concernit, in qua negat Julianus, eum, qui viam habet, novum opus nunciare poſſe, veroſimillimè intelligitur, quod non nunciare poſſit domino, ſed ſaltem tertio, uti & in aliis ſervitutibus receptum eſt. Et hanc conciliationem ſuadent non ſolùm verba ultima *d.l.* 14. *de N. O. N.* ſed & *d. l. un.* §. 4. *de remiſſ.* quorum uterque textus eſt Juliani.

De oppignoratione ſervitutum 17
(quæ ſecunda differentia erat,) difficilior eſt inſpectio, cum infinitis modis in explicandis *l.* 11. §. *ult.* & *l.* 12. *ff. de pign.* & *hypoth.* diſcrepent JCti, ut facilè horrorem incutiant, ſi quis ea ſaltem legat, quæ hanc in rem collegit idem Weizenegger. *diſſert.* 1. *c.* 7. §. 14. *ſeqq. p.* 109. *ſeqq.* Mihi præ reliquis placet expoſitio Duareni *lib* 2. *diſp. anniverſ. c.* 13. ita tamen, ut eam aliquo modo temperare liceat. Primò præſuppono, quod illi textus non agant de oppignoratione ſervitutum jam conſtitutarum, quaſi debitor, qui jus ſervitutis in ædes alienas habet, id creditori abſque prædio ſuo (nam, quin cum prædio oppignorari poſſit utraque ſervitus, nullum dubium reſtat,) oppignorare queat, ſi ſervitus ruſtica ſit, non, ſi urbana, ita ut creditor, ſi fortè fundum vicinum & ipſe habeat, poſſit v. g. jure viæ, fundo debitoris inhærente, interim ad ſuum proprium fundum uti. Quippe aperti juris

juris

ris eſt, quod ſervitutes conſtitutæ ab iis ſeparari & in alium transferri nequeant. Eſt enim ſervitutis prædii, non perſonæ, neque prædii cujuslibet, ſed ejus, cui ab initio acquiſita eſt. Quinimo ſervitus nihil aliud quicquam eſſe videtur, quam prædium ipſum, qualiter ſe habens; Ergo fieri non poteſt, ut oppignoretur ſervitus conſtituta, ipſo prædio non oppignorato. Faciunt *l. quid aliud* 86. *de V. S. l. cum eſſent* 33 §. 1. *ex meo* 24. *ff. de S. R. P.* in quarum ultima tamen nota diſſenſum, qui olim hac de re inter Labeonem & Proculum fuit. Igitur *d. l.* 11. §. 12 *de pignoribus* loquuntur de oppignoratione ſervitutis conſtituendæ, ſeu, an debitor, cujus fundus à ſervitute liber eſt, poſſit vicino creditori in ſecuritatem crediti interim jus ſervitutis in ſuum fundum concedere?

18 Inquit Marcianus *d. l.* 11. *pr. Jura prædiorum urbanorum pignori dari non poſſunt*, ſed quæ ratio? Haud dubiè illa, quod ſervitus ad tempus vel conditionem conſtitui nequeat, *l.* 4. *pr. de ſervit.* quo pacto Marcianus *urbanorum* prædiorum mentionem ſaltem fecit exempli loco, cum eadem ratio & in ruſticis locum habeat; Ita Duarenus. Quoniam tamen illa ratio magis in nimia JCtorum ſubtilitate, quam in uſu juris conſiſtit, *d. l. pr.* poſſes etiam pro explicando Marciano expoſitionem afferre, quæ faciat, ut vox *urbanorum* non ſit ſuperflua. Scilicet Marcianus, effectum juris reſpiciens, & conſiderans, quod, non obſtante iſta ratione ſubtili quoad effectum juris viæ, aquæductus &c. oppignoratio utilitatis gratia fieri poſſit, videtur penſitaſſe ſervitutes quaſdam urbanas, quæ ædium dilatandarum cauſa parentur, quales ſunt tigni immittendi, projiciendi, protegendi, oneris ferendi, & quæſiviſſe, an & in his utilitatis gratia oppignoratio fieri poſſit, & cum in his deprehenderet inſignem negandi rationem, quam ſtatim afferemus, in theſi ſua genus, i. e. *Jura prædiorum urbanorum*, ex feſtinatione pro nobilioribus iſtis prædiorum urbanorum ſervitutibus poſuiſſe.

Nimirum, ut hoc clarius intelligatur, ita circumſcribemus ſequentem Pauli *legem* 12. *d. t.* AN VIÆ, ITINERIS, ACTUS, AQUÆDUCTUS, PIGNORIS CONVENTIO LOCUM HABEAT, VIDENDUM ESSE POMPONIUS AIT. Etenim obſtare quidem regulam generalem, quod ſervitus ad tempus vel conditionem conſtitui nequeat, *d. l. pr. de ſervit.* Sed iſtam tamen ſubtilitatem jam temperari, ut, ſi tempus vel conditio fuerit adjecta, pacti vel doli exceptione occurratur ei, qui contra placita ſervitutem vindicare voluerit. Quare videndum eſſe, UT TALIS PACTIO FIAT, UT, QUAMDIU PECUNIA SOLUTA NON SIT EIS SERVITUTIBUS, quæ in pacto determinatæ ſunt, CREDITOR in prædio debitoris UTATUR, SCILICET, ſi & ipſe creditor VICINUM FUNDUM HABEAT. Quod ſi igitur pecunia ſolvatur, ceſſabit ſervitus, per pactum conſtituta, & actio confeſſoria exceptione pacti elidetur. Quod ſi verò pecunia non ſolvatur; quem uſum tunc ſervitus oppignorata præſtabit? Sanè alias inter fructus ſeu utilitates pignoris refertur, ut liceat pignus debitoris moroſi vendere. Ergo &, ſi expreſſè conventum ſit, ut SI INTRA DIEM CERTUM PECUNIA SOLUTA NON SIT, VENDERE EAS ſervitutes opignorat. ALII VICINO LICEAT, qui fortè prædium, cui ſervitus

ſervitus oppignorata etiam utilis eſſe poſſit, poſſideat pro tanta ſumma pecuniæ, quanta fuit in debito. Quæ ſententia, etſi videatur repugnare doctrinæ communi de ſervitutibus, quod eædem à prædio dominante ſeparari, & ab hoc in aliud transferri nequeant (per dicta §. 17.) tamen eadem propter utilitatem contrahentium admittenda eſt, tum, ut debitor poſſit creditorem facilius invenire, tum, ut ſarta tecta maneant jura pignoris, inter quæ præcipuum eſt de pignore vendendo, ſi debitor ſolvere pecuniam ceſſaverit. Neque habebit debitor, quod de translatione hac ſervitutis in aliud prædium conqueratur. Sive enim pactum de alienatione adjecit, voluntati ſuæ id imputare debet, ſive nihil expreſſe convenit de eadem, debet conſiderare, quod naturali contractui pignoris inſint, etiamſi non exprimantur.

20 Quæ rationes cum æque in ſervitutibus pleriſque urbanis locum habeant, quam in ruſticis, patet, deciſionem Pauli æquè de illis, quam de his intelligendam eſſe, & ſaltem ab ipſo exempla quædam ſervitutum ruſticarum eſſe adducta, tanquam in ipſis rerum argumentis frequentius occurrentia, vel certè magis evidentia. Cur enim v. g. uſus iſte temporarius, (hujus quippe applicatio ad ſervitutes urbanas magis pertinet ad noſtrum inſtitutum, unde de alienatione, tanquam á ſcopo magis aliena, & circa quam una & altera difficultas adhuc foret ſuperanda, ulterius dicere ſuperſedemus,) non æquè poſſit procedere in ſervitutes STILLICIDII, fluminis, cloacæ, altius non tollendi & ſimilibus? Facit ad hanc rem argumentum optimum, & regulis bonæ interpretationis omninò conveniens. Si enim æquè urbanæ ac ruſticæ ſervitutes poſſunt precariò concedi; cur non utræque etiam poſſent oppignorari, cum ſanè in precario uſus magis ſit temporaneus, quàm in oppignoratione? Atqui de precario perſpicua ſunt verba Gaji, in *l.* 3. *ff. de precario* exempla precarii recenſentis: *veluti*, ait, *ſi me precario rogaveris, ut per fundum meum ire vel agere tibi liceat, vel, ut tectum vel in aream ædium mearum ſtillicidium, vel tignum in parietem immiſſum habeas.*

Dixi: *in pleriſque* ſervitutibus urba 21
nis, non in omnibus. Nam. v. g. ſervitus tigni immittendi, oneris ferendi, projiciendi & protegendi, ad deciſionem Pauli ſunt ineptæ: Neque enim primò poſſunt in alium vicinum commodè transferri. Quæ immittat in parietem vicini mei ſiniſtri, qui mihi ſervitutem enim utilitas eſſet, ſi concederem vicino meo dextro, ut tignum immittendi oppignoraſſet? Quid quod, etiamſi forte caſus quidam obvenire poſſit, ſecundum quem translatio hujuſmodi ſervitutis exitum haberet, tamen illarum ſervitutum natura hæc eſt, ut, ſi ad tempus ſaltem concederentur, & creditum poſtea ſolvatur, id, quod in alienam columnam ædificatum foret, deſtrui non poſſet, neque tignum immiſſum in alienum parietem eximi, ne ſcilicet urbs ruinis deformetur, §. *cum in ſuo Inſt. de R. D. l. ult. ne quid in loco publ.* atque ita oppignoratio harum ſervitutum hujus temporarii intuitu non procederet. Unde obiter obſervo incogitantiam Gaji *in d. l.* 3. *d. precario*, quod inter exempla precarii retulerit etiam, ſi te rogaverim, ut in parietem tuum tignum immiſſum habeam, quod tamen ob dictas rationes planè non procedit.

Reſtat

22 Reſtat tertia differentia inter ſervitutes urbanas & ruſticas, quam primo loco recenſebat Weizenegger. *ſupra* §. 15. In hac tollenda non invenimus, qui nobis præiret, cum omnes, quos evolvimus Dd. (fuerunt autem non pauci,) eam agnoſcant, ut adeo, ſi auctoritatibus nobis pugnandum ſit, haud dubiè ſuccubituri ſimus. Sed non deſperandum erit propterea. Satis jam ſuſpectam doctrinam reddit, quod ipſe Weizeneg. *diſſ.* 1. *c.* 8. §. 10. *p.* 138. fateatur, non expeditum eſſe, quænam ſit ratio hujus diſſimilitudinis. & quod Harprecht. *ad Inſt. t. t. n.* 38. poſtquam varias variorum rationes examinaſſet, ad vulgare illud brocardicum, vel, ſi ejus abuſum reſpicias, ad vulgare illud aſylum ignorantiæ *l.* 20. *ff. de LL.* confugiat. Quare nos tentabimus, an non verba Caji *in l.* 6. *ff. de S. P. U.* quæ occaſionem dederunt communi iſti ſententiæ, ita exponere valeamus, ut & nobiſcum conveniat, & rationem quoque ejus ſententiæ reddere poſſimus. Quorum utrumque credimus eſſe facillimum.

23 Nimirum ait JCtus: HÆC AUTEM JURA (id eſt *hæ ſpecies urbanarum ſervitutum*: quæ recenſitæ erant à Gajo in l. 2. eodem, vel etiam *hæc jura prædiorum urbanorum in genere*,) SIMILITER UT RUSTICORUM QUOQUE PRÆDIORUM CERTO TEMPORE NON UTENDO PEREUNT: NISI QUOD HÆC DISSIMILITUDO EST, QUOD jura prædiorum urbanorum NON OMNIMODO, id eſt, non ſine diſtinctione PEREUNT NON UTENDO, SED quædam eorum, ITA demum, SI VICINUS SIMUL LIBERTATEM USUCAPIAT. VELUTI SI ÆDES TUÆ ÆDIBUS MEIS INSERVIANT, NE ALTIUS TOLLANTUR, NE LUMINIBUS MEARUM ÆDIUM OFFICIATUR, ET EGO PER STATUTUM TEMPUS FENESTRAS MEAS PRÆFIXAS HABUERO VEL OBSTRUXERO, ITA DEMUM JUS MEUM AMITTO, SI TU PER TEMPUS ÆDES TUAS ALTIUS SUBLATAS HABUERIS, ALIOQUIN, SI NIHIL FECERIS, RETINEO SERVITUTEM. Hujus deciſionis ratio eſt evidentiſſima. Nam cum ſervitutes affirmativæ ex parte domini prædii dominantis factum, & ſic uſum propriè dictum requirant, inde doctrina, quod non uſu ſervitutes amittantur, propriè ad ejuſmodi ſervitutes pertinet, cum in negativis ſolum non factum domini prædii ſervientis verſetur, cui nullus uſus propriè dictus ex parte domini, cui ſervitus iſta debetur, reſpondet. Jam autem ſervitus altius non tollendi eſt ſervitutis negativæ ſpecies, neque uſûs nomine accuratè in hac ſervitute venire poteſt, quod feneſtras apertas habeam, cum iſta apertura nitatur jure libertatis, non ſervitutis, &c. Jam videamus & alterum Gaji exemplum. Sic enim pergit: *Item ſi tigni immiſſi ædes tuæ ſervitutem debent, & ego exemero tignum, ita demum amitto jus meum, ſi tu foramen, unde exemtum eſt tignum, obturaveris, & per conſtitutum tempus ita habueris: Alioqui ſi nihil novi feceris, integrum jus ſuum* (imo *meum*,) permanet. Rationem hujus deciſionis iſtam eſſe arbitror. In ſervitutibus affirmativis, qualis eſt tigni immittendi, accuratè videndum, in quo conſiſtat uſus, ita, ut quoad amiſſionem ad regulam, quod non uſu ſervitus amittatur, requiratur, ut ſervitute *ſemel acquiſita* planè non utar, nec ex parte quidem. Igitur cum v. g. quoad itineris ſervitutem neque eo, neque equito per fundum ſervientem, ſervitus eſt omiſſa. At in tigni immiſſione

ſione ad uſum ſervitutis requiritur & foraminis fabricatio in muro vicini, & tigni mei immiſſio. Ergo, etiamſi tignum poſtea eximam, modò foramen retineam, ſervitute adhuc utor, neque ergo vicinus adverſus me urgere poterit, quod non uſu amiſerim. Quare & in ſervitutibus ruſticis, ubi eadem eſt ratio, idem dicendum eſſe, oportet. Ut ecce ſervitutem aquæductus habeo, & canales poſitos per alterius fundum, aquá tamen longo tempore non ſum uſus, vicinus libertatem non poterit uſucapere, niſi canales exemerit. Non obſtat reſponſum Pomponii *l. 19 princ. quemadm. ſervit. amit.* ubi dicit, quod ſi iter feciſſem aquæ, neque uſus eſſem, ſervitutem amittam. Satis enim aperte loquitur JCtus ibidem de eo, qui nunquam adhuc aquæductu uſus eſt, & ſaltem canales poſuit, qua in re adeo eſt ſimilis ratio in tigni immittendi ſervitute. Etſi enim foramen feciſſem in vicini parietem, non tamen unquam tignum immiſiſſem, ſervitutem conſtitutam æquè amitto. Unde Gaius non ſine ratione caſum format de eo, qui tignum ſemel immiſſum iterum exemerit.

24 Sentio, duo adverſus meam expoſitionem urgeri potiſſimum poſſe. Initio, quod τὸ NON OMNIMODO in textu Gaji expoſuerim particulariter, cum tamen expoſitio debeat fieri univerſaliter, ut ſenſus ſit: ſervitutes urbanæ *non omnimodo* pereunt non uſu, id eſt, *nullo modo* pereunt. Nam Richter. *de ſignific. adverb. voce omnimodo p.* 5[illegible]5. ſcribit: Particula *omnimodo*, juncta cum negativa, exponitur nullo modo, *l. 24. §. 4. in fin. d. minor. l. 31. in fin ff. loc. cond. l. 9. §. 4. de recept. arbit. l. 17. §. 2. init. ad SCt. Vellejan.* in quibus omnibus particula *non omnimodo* occurrit. Sed, quod Pace Richteri & Doctorum communiter dixerim, doctrina de æquipollentiis me aliud docet, ut *Omnis non* quidem inculcet, ac *nullus; Non omnis* verò habeatur pro *quidam non*. Igitur, etſi concedam; ſi in legibus occurrat: *omnimodo non*, quod tunc iſta locutio reddenda ſit per *nullo modo*, ut fuſius obſervavit Strauch. *in lex. partic. juris, voce: omnimodo non*; nullus tamen textus à Richtero adductus probat, quod *non omnimodo* etiam eandem ſignificationem habeat, quam *nullo modo*: ſed omnes quatuor leges, ab ipſo allatæ, expoſitionem noſtram, qua circumſcripſimus, illam locutionem per τὸ *non ſine diſtinctione*, ſeu *quodammodo, non*, perſpicuè admittunt: Quid quod ad *legem 17. §. 2. ad SCt. Velleji.* ne quidem ſine aperta violatione textus *nullo modo* accommodare poſſes.

Deinde interpretationi noſtræ textus Gaji iſtud graviter obſtat, quod ſecundum eam exceptiones, quas JCtus à regula facere vult, non contineantur ſub eadem, cum dixerimus, in ſervitute altius non tollendi nullum eſſe poſſe caſum *non uſus*, in ſervitute verò tigni immittendi, in formata ſpecie nullum adfuiſſe *non uſum*. Ergone JCtus ita impertinenter exceptiones à regula propoſuiſſet, quæ ad regulam omnino non quadrant? Fateor, non eſt de nihilo objectio illa. Sed penſita, JCtos fuiſſe homines, multa exſtare veſtigia in Pandectis non accuratæ ubique doctrinæ. Penſita, utrum tolerabilius ſit, an, ſi exceptiones cum communi Doctorum ſententia aptas ad regulam ex textu Gaji formemus, & fateamur, earum nullam aut inconvenientem dari poſſe rationem? an verò, ſi rationes exceptionum evidentes ſuppeditamus, & JCtum inculpe-

inculpemus, quod minus accuratè locutus fuerit? Sanè prius eſt peccatum in Juriſprudentiam & regulas æquitatis: poſterius autem eſt peccatillum, ſi ita loqui liceat, in regulas Logicæ de methodo.

26 Igitur, ut à digreſſione noſtra redeamus in viam, ſufficit, quod ſervitus ſtillicidii ſit ſervitus prædii: utrum prædii ruſtici, an urbani? in effectu juris nihil intereſt. Ergo pergendum nunc foret ad alia definitionis verba, niſi ea, quæ Paulus de ſtillicidii ſervitute, tanquam commune aliquid reliquis ſervitutibus, memorat, nobis aperiret novum diſputandi campum. *Stillicidii quoque immittendi*, ait *l*, 28. *in fine S. P. U. naturalis & perpetua eſſe cauſa debet.* Paulò ante verò regulam univerſalem poſuerat: *Omnes autem ſervitutes prædiorum perpetuam utilitatem habent.* Quæ regula etiam communiter à Commentatoribus ad Pandectas, tanquam ſalutare aliquod brocardicum, diſcentibus inculcari ſolét. Mihi tamen hactenus valde ſuſpecta, & quæ inutili Pauli & aliorum quorundam JCtorum ſubtilitate, jam antiquo tempore in praxi non attenta, ſit ſubnixa, viſa fuit, unde videamus hac occaſione, quid eadem habeat in receſſu.

27 Scilicet, ſi per iſtam regulam nihil aliud innumeretur, quam, quod ſervitutes, quoniam ipſis prædiis cohærent, & vero prædia perpetua ſunt, ideò & ipſæ tamdiu. ac prædia, durare & ſic perpetua eſſe debeat; quomodo eandem exponunt Frantzkius *ad ff. de Servit. n.* 48. & Antonius Faber *lib.* 19. *conject.* 9. non difficiles foremus in ejus tolerantia, quamvis concluſio, ex hac obſervatione oriunda, quod ſervitutes ad tempus vel conditionem conſtitui nequeat, & ipſa magis inter inutiliter ſubtiles, quam practicas referri debeat *l.* 1. *pr. ff. de ſervit.* præprimis quoad uſum hodiernum, ubi diſtinctio inter ſublationem actionis, quæ ipſi jure ſit, vel ope exceptionis, ne minimam quidem utilitatem præbet, quicquid contradicat communis Doctorum aſſertio. Sed hanc regulæ explicationem Paulus certè non intendit. Aliàs nec jus foraminis, proluendi pavimenti cauſa, nec aquæductum ex lacu & ſtagno, à ſervitutum claſſe excluſiſſet, quoniam & hæcjura ſecundum expoſitionem modò memoratam perpetuam cauſam habent. Neceſſe eſt igitur, ut conſideremus diſtinctius, quid velit Paulus?

28 FORAMEN, inquit, IN IMO PARIETE CONCLAVIS VEL TRICLINII QUOD ESSET PROLUENDI PAVIMENTI CAUSA, ID NEQUE FLUMEN ESSE, NEQUE TEMPORE ACQUIRI PLACUIT. Grœnvv. *de LL. arbrog. ad d. l.* 28. arbitratur, Paulum loqui de more antiquo Romanorum, quo ſpongiis madefactis conclavia extergere ſolebant, cujus mentio fit in *l.* 12. §. 22. *de Inſtr. vel Inſtrum. leg.* Sed præterquam, quod Paulus non abluendi, ſed *proluendi* pavimenti mentionem faciat, quod vocabulum magnam aquarum copiam præſuppponit, purgationi pavimentorum, qualis hodie in Belgio frequentatur, non abſimilem; quid opus fuiſſet *foramine* in imo pariete, ſi de exterſione per ſpongias madefactas locutus fuiſſet? Igitur quærebatur reverà, an, ſi per foramen ejuſmodi aquam in prædium vicini ejecerim, & per longum tempus hanc ejectionem uſurpaverim, utrum vicino, poſtea id prohibere volenti, poſſim opponere, quod jus in prædio meo & ſervitutem longo uſu acquiſiverim.

 verim.

verim. Ratio dubitandi erat, quia ſervitutes communiter præſcribuntur, & hæc ejectio videbatur ſervituti fluminis eſſe accenſenda, cum aliàs ſervitus fluminis ſit, quà aquam noſtram, in canalem collectam, cum impetu in prædium alienum avertimus, *arg. l.* 20. *§. pen. de S. P. U.* Sed reſpondet Paulus, *placuiſſe* nihilominus JCtis quibuſdam tempore hoc jus non acquiri, & ad rationem dubitandi regerit, quod non poſſit referri illa ejectio ad flumen. Rationem inſuper ſuæ negationis ſuppeditat: HOC ITA VERUM EST, SI IN EUM LOCUM NIHIL EX COELO AQUÆ VENIAT NEQUE ENIM PERPETUAM CAUSAM HABET, QUID MANU FIT, AT QUOD EX COELO CADIT, ETSI NON ASSIDUE FIT, EX NATURALI TAMEN CAUSA FIT, ET IDEO PERPETUO FIERI EXISTIMATUR. OMNES AUTEM SERVITUTES PRÆDIORUM PERPETUAS CAUSAS HABERE DEBENT In his verbis Paulus, etſi aliàs ſæpiùs obſcurè loqui ſoleat, tamen ita perſpicuè mentem ſuam expoſuit, ut mirandum ſit, Doctores quoſdam, & eruditos illos quidem, in exponenda ejus ſententia alienam omninò mentem ei affinxiſſe. Strauchius *diſſert. 6. ad Jus Juſtin. th.* 8. apertè aſſerit, in hac lege Paulum non negare, jus proluendi pavimenti ſervitutem non eſſe, aut non eſſe realem, ſed negare duntaxat, quod ſit ſervitus fluminis. Jam quid magis verbis Pauli adductis adverſatur, ſi hæc Strauchiana expoſitio non adverſatur,? Continet Pauli doctrina evidentiſſimè illas theſes: (1). omnes ſervitutes prædiorum perpetuas cauſas habere. (2). quod manu fit, perpetuam cauſam non habere. (3). quod ex naturali cauſa fit, habere perpetuam cauſam. (4). flumen in propoſito caſu non ex naturali cauſa procedere, neque enim ex cœlo cadere, ſed manufieri, quoniam aqua ab hominibus proluendi pavimenti cauſâ aportetur. Ex his theſibus omnibus alia concluſio ad mentem Pauli ſequi non poteſt, quam: Jus proluendi pavimenti plane non eſſe ſervitutem. Ac ut nullum plane dubium de ejus ſententia remaneat, ſubjicit exempla: ET IDEO, ita pergit, NEQUE EX LACU, NEQUE EX STAGNO, CONCEDI AQUÆDUCTUS POTEST, quia nimirum in his non viva aqua continetur, ſed ſtativa & collectitia, Frantzkius *ad ff. h. t. th* 52. Denique, quoniam magna ſimilitudo eſt inter ſervitutem ſtillicidii & fluminis, deciſionem ſuam extendit ad ſtillicidium etiam admonens: STILLICIDII QUOQUE IMMITENDI NATURALIS ET PERPETUA CAUSA ESSE DEBET.

Cum hac Pauli jam expoſita lege 29 conveniunt & alii, quamvis pauciores, juris civilis textus. Ipſe Paulus alibi *in l. 9. de S. P. R. Servitus*, ait, *aquæ ducendæ vel hauriendæ, niſi ex capite vel ex fonte conſtitui non poteſt* Ulpianus, etſi ſæpiùs aliàs Paulum, ſubtilitates juris ſequentem, derelinquat, & magis æquum & bonum ſpectet, tamen in hac de ſervitutibus regula videtur Paulo fuiſſe conſentiens. Huc refero *l. §. 7. de aqua quotid. & æſtiv. Hæc interdicta de aqua, item de fonte, ad eam aquam pertinere videntur, quæ à capite dicitur, non aliunde, harum enim aquarum ſervitus jure civili conſtitui poteſt.* item *l. un. § 4. de fonte: Hoc interdictum de ciſterna non competit. Nam ciſterna nonhabet perpetuam cauſam nec vivam aquam. Ex quo apparet, in his omnibus exigendum, ut viva aqua ſit. Ciſternæ autem imbribus concipiuntur. Denique conſtat, interdictum ceſſare, ſi lacus,*

eus, piſcinia, puteus, qui nam aquam non habet. Porro & Pomponius in *lege ſtatim ſubſequente* 29. *de S. P. U.* iſtam Pauli doctrinam de foramine approbavit. *Si quid igitur*, inquit, *ex eo foramine ex quo ſervitus non conſiſtit, damnum* per proluitionem aquæ *vicinus ſenſiſſet*, dicendum eſt, *damni infecti ſtipulationem locum habere.* Scilicet videbatur prima fronte dicendum eſſe, quod hoc caſu actio negatoria ab eo, qui damnum patitur, adverſus illum, qui foramen effecerat, competeret, jus ipſi non eſſe flumina ex ſuo in alterius fundum fluere, argumento *l.* 13. *ſi ſervit. vindic.* Sed reſpondere vult Pomponius, hanc ſententiam non procedere, tùm, quia iſtud foramen, per quod aqua cœleſtis non fluit, non ſit flumen, tùm quod ne quidem ſervitus ſit, cum tamen actio negatoria illi detur, qui negat, alteri ſervitutem competere. *l.* 1. *pr. ſi ſerv. vindic.* Ne tamen vicinus conquerendi occaſionem haberet, & invitus cogeretur aquam per illud foramen in ſuo recipere, indulget ipſi Pomponius ſtipulationem damni infecti, quam idem JCtus & aliàs in caſu, ubi negatoria commode locum non habet, concedit. *Si fiſtulæ, per quas aquam ducas, ædibus meis applicatæ, damnum mihi dent, in factum actio mihi competit. ſed & damni infecti ſtipulari à te potero.*

30 Jam videamus, quam male cohæreat illa JCtorum recentiorum Philoſophia, tùm cum propria ipſorum met hypotheſi, tùm cum principiis communibus de ſervitutibus. Prius quod concernit, planè non congruit rejectio aquæductus ex lacu, ſtagno & ciſterna extra claſſem ſervitutem, cum exemplo foraminis & deſcriptione perpetuæ cauſæ, à Paulo ipſo propoſitæ. Ait. Paulus *d. l.* 28. *quod ex cœlo cadit, etſi non perpetuo fit, ex naturali tamen cauſa fit, & ideo perpetuo fieri exiſtimatur.* Et ex hac ratione ſervitutes ſtillicidii & fluminis, prout communiter imponi ſolent, pro ſervitutibus propriè ſic dictis habet. Atqui jam ſubſumo, aqua, quæ in ciſterna colligitur, in lacu & ſtagno fovetur, ſæpiſſimè ex cœlo cadit, vel aliàs ex naturali cauſa in lacu & ſtagno continetur. Etſi igitur hoc reipſa non fiat perpetuò, propter illas tamen rationes Pauli æquè perpetuò fieri, ut in flumine & ſtillicidio exiſtimandum eſt. Probo aſſertum de ciſterna ex Ulpiani *l. un.* §. 4. *de fonte*, verbis: *Ciſternæ autem imbribus concipiuntur.* (vid. §. præced.) De lacu plus probo quam aſſerui, verbis ejuſdem Ulpiani *l.* 3. & 4. *ff. ut in flum. publ. Lacus eſt, quod perpetuam habet aquam. Stagnum eſt, quod temporalem contineat aquam, ibi ſtagnantem, quæ quidem aqua quidem aqua plerumque hyeme cogitur.* Sed condonemus Paulo conjunctionem lacus & ſtagni, quoniam utrumque conjunxit etiam Calliſtratus *l.* 12. *de acqui. Rer. Dom.* [*Lacus & ſtagna, licet interdum creſcant, interdum exareſcant, ſuos tamen terminos retinent.*) Sufficit, quod nullum remaneat dubium, æquè in lacu et ſtagno, aquam contineri ex naturali cauſa, non ex facto humano. 31

At verò, quod principia communia de ſervitutibus concernit, iter, actus, via, pecoris ad aquam appulſus, aquæ hauſtus, neque aſſiduè fiunt, neque ſine facto hominis unquam exercentur. & tamen haud dubie ſervitutes ſunt. Quam objectionem ut cum Pauli mente conciliarent Doctores quidam, in anguſtis conſtitui, ni fallor inter ſervitutes urbanas & ruſticas diſtinxerunt, quaſi regula Pauli tantùm de urbanis concepta ſit, quod apertè

apertè tamen & univerſalitati regulæ Paulinæ, & exemplo aquæductûs ab ipſo adducto, repugnat.

32 Sed fortè pro Paulo effugium quæres quacunque aliqua diſtinctione, diverſitatis rationem inter ſervitutes præfatas itineris, actus &c. & ſervitutem aquæductus, fluminis ac ſtillicidii inferente, conquiſita, & abſtractionibus fortè ſubtiliſſimis in ſubſidium vocatis, dices: in itinere, actu &c. etiam eſſe cauſam ſuo modo perpetuam. Igitur, ne in ære tuo maneamus, dabimus objectiones magis manifeſtas, & ſervitutes evidentiſſimè regulæ Paulinæ repugnantes. Servitutem fumi intelligo & cloacæ. De priori ſic Ulpianus diſſerit in *l.* 8. §. 5. *ſi ſerv. vind. Ariſto Cerellio Vitali reſpondit, non putare ſe, ex taberna caſearia fumum in ſuperiora ædificia jure immitti poſſe, niſi ei rei ſervitutem talem admittat. Idemque ait, & ex ſuperiore in inferiora non aquam, non quid aliud immitti licet; in ſuo enim alii hactenus facere licet quatenus nihil in alienum immittat; fumi autem, ſicut aquæ eſſe immiſſionem: poſſe igitur ſuperiorem cum inferiore agere, jus illi non eſſe, id ita facere. Alfenum denique ſcribere, ait, poſſe ita agi, jus illi non eſſe in ſuo lapidem cædere, ut in meum fundum fragmenta cadant. Dicit igitur Ariſto, cum, qui tabernam caſeariam à Minturnenſibus conduxit, à ſuperiore prohiberi poſſe fumu immittere; ſed Minturnenſes ei ex conducto teneri, agique ſic poſſe dicit cum eo, qui eum fumum immittat, jus ei non eſſe fumum immittere. Ergo per contrarium agi poterit, jus eſſe fumum immittere, quod & ipſum videtur Ariſto probare.* De poſteriori Ulpianus in *l.* 7. *de ſervit.* ſimiliter, ſed paucis ſcriptum reliquit: *Jus cloacæ mittendæ ſervitus eſt.* De priori tamen ſervitute fundi dubitatum fuit, ut Ulpianus *in* §. 6. & 7. *d. l.* 8. ſtatim ſubjungit, de cujus ſententia, quoniam ambigitur inter eruditos, paucis mentem meam periphraſi ejuſdem includam: *Apud Pomponium dubitatur libro* 41. *lectionum: an quis poſſit ita agere* actione confeſſoria, *licere fumum non gravem, puta ex foco, in ſuo facere*, qui immittatur poſteà in vicini ædes; *aut* actione negatoria. *non licere* alteri, qui ſervitutem conſtitutam non habeat, fumum immittere. *Et ait* Pomponius, *magis* probabile eſſe, *non poſſe agi* neque confeſſoria actione, neque negatoria; quia hæc materia non eſſet apta ad conſtituendam aut prætendendam ſervitutem, cum quilibet jure libertatis fumum in ſuis ædibus faciat. *Sicut* e. *g. agi non poteſt* actione confeſſoria, *jus eſſe, in ſuo ignem facere. aut ſedere, aut lavare*, neque negatoria jus alteri non eſſe iſta in ſuo facere. *Idem* Pomponius tamen, hac ratione dubitandi non obſtante, *in diverſum* pro affirmativa quæſtionis propoſitæ deciſione *probat* exemplo ſimilis ſervitutis conſtitutæ. *Nam & in balneis, inquit, vaporibus, cum Quintilla* domina balnei *cuniculum pergentem in Urſi Julii* domum *inſtruxiſſet*, per quem cuniculum balineus vapor (qui & ipſe fumus non adeo gravis eſt,) immitteretur in ædes Urſi, ac forte Urſus actionem negatoriam, aut Quintilla confeſſoriam inſtitueret, & dubitaretur, an iſtæ actiones convenienter fuiſſent inſtitutæ, *placuit, potuiſſe tales ſervitutes imponi.*

Jam age diſputemus ex hac Ulpiani & Pomponii de ſervitutibus fumi & cloacæ ſententia, contra doctrinam Pauli de foramine in imo pariete ſupra expoſitam, & ei applaudentem Pomponium. (vide ſuprà §. 29.] 33

Non

Non habet perpetuam cauſam, quod manu fit? Et quod perpetuam cauſam non habet, pro ſervitute haberi nequit? Atqui fumus manu fit, dum ignis excitatur in foco, neque enim, credo, apud Romanos ignem de cœlo cecidiſſe. Cloaca autem ad foramen in imo pariete quam proximè accedit. *Eſt enim cloaca locus cavus, per quem colluvies quædam fluit, ejuſque appellatione & tubus & fiſtula continetur, l. 1. §. 4 & 6. de cloacis.* Jam uti colluvies in omnibus cloacis, ſecundum ſenſum Juris Romani talibus, non ex aqua pluvia colligitur, nam collectio hæc ad flumen pertinet, ſed per eandem ſordes ædium, hinc inde vaſis collectæ, & à domeſticis eò projectæ fluunt, ita per foramen iſtud in imo pariete, cui haud dubiè tubus aut fiſtula erat inſerta, fluere debebat colluvies, per prolutionem pavimenti collecta, quare hactenus quidem non malè Paulus iſtam aquam non flumen eſſe, cum in flumine contineatur aqua pura vel pluvia, in eo tamen nimis ſubtilis fuit, quoad arbitratus eſt, planè non pertinere iſtud foramen ad ſervitutes. Quod verò Pomponius putat, poſitâ Pauli ſententia, ei in cujus aream aqua per foramen fluit, & ſimilibus caſibus, ſi id pati nolit, conſultum eſſe per cautionem damni infecti aut etiam per actionem legis Aquiliæ; (vide ſuprà §. 29.) adverſus illam aſſertionem multa notari poſſent. Ut enim nihil jam dicam, non adeo rectè conjunxiſſe Pomponium actionem legis Aquiliæ cum cautione damni, cum hæc cautio regulariter inventa ſit in eum caſum, ſi propter damnum datum, de quo cautum mihi non eſt, nulla actio mihi competat; &c. id ſaltem conſiderandum eſt, ex iſta Pomponii ſententia ſequi, quod vicinus nullam actionem *efficacem* adverſus Dominum foraminis habeat, quamdiu damnum ipſi per aquæ ejectionem non fit, ſed cogi ipſum pati, etiam cum ſumma ſua moleſtia, ut interim aqua ejiciatur, quoniam neque Actio legis Aquiliæ, neque cautio damni infecti ad moleſtiam [*Verdruſz*] porrigi poteſt, quod ſatis iniquum eſt, cum aliàs non teneatur pati, ut alter quid immittat per projectionem in aërem ſuum, etiamſi per illam projectionem nullum damnum ipſi excitetur. Et æquius omnino eſt, quod Ariſto ſcribit *d. l. 8. §. 5. ſi ſervit. vind. In ſuo alibi hactenus demum facere quid licere, quatenus nihil in alienum immittat.*

Igitur ut dicam, quid ſentio: diſ- 34
ſenſerunt antiqui JCti inter ſe circa regulam: An ſervitutes debeant habere perpetuam cauſam? quibuſdam, qui nimiam & ferè Metaphyſicam ſubtilitatem ſectabantur, id affirmantibus, aliis verò, & pleriſque id negantibus. Hunc diſſenſum Tribonianus centonibus Pandectarum inſeruit, & ita crucem interpretibus fixit; cum tamen jam temporibus ipſorum JCtorum, qui iſtas ſubtilitates defendebant, affirmantium ſententia fuerit exploſa. De ſervitute fumi, quæ ex hypotheſi Paulina ex claſſe ſervitutum erat expellenda, modò vidimus evidentem textum in §. 32. De ſervitute aquæductus, quam Paulus negabat poſſe in lacu, ſtagno, vel ciſterna conſtitui, idem alibi aſſertionem noſtram probat. Sic enim lego in *l. 9. de S. P. R. Servitus aquæ ducendæ vel hauriendæ, niſi ex capite vel ex fonte, conſtitui non poteſt. Hodie tamen ex quocunque loco conſtitui ſolet.* De foramine denique in imo pariete introductio & uſus ſervitutis cloacæ ſatis theſin noſtram confirmat.

Rideant

Digitized by Google

35 Rideant ergo, quicunque velint, & paradoxum meum æque ineptum judicent, ut olim circulationem ſanguinis cæci antiquitatis Adoratores, dico, ex regulis bonæ interpretationis; & ſalva reverentia Receſſuum Imperii, Judices & Interpretes juris ad Jus Romanum remittentium, invertendam eſſe ſententiam Pauli hoc modo: NULLAM SERVITUTEM DEBERE HABERE PERPETUAM CAUSAM. Ex quo ſequitur, idem de ſtillicidio, cujus gratia Diſputationem hanc incepimus [vid. §. 26.] contra Paulum pronunciandum eſſe: STILLICIDII QUOQUE IMMITTENDI NEC NATURALIS, NEC PERPETUA CAUSA ESSE DEBET. Dico: *debet.* Neſcio enim, an, quemadmodum in flumine poteſt conſtitui ſervitus per inferiores partes ædium, ut per eas aqua manibus apportata ejiciatur, ita etiam in ſtillicidio caſus aliquis ſit dabilis, ut de tecto alia aqua, quam pluvia & de cœlo cadens caſitet. Et quid opus, ulterius de doctrina noſtra verba facere, cum jam Imperatoris Antonini tempore illa ſubtilitas JCtorum de naturali & perpetua cauſa abrogata fuerit? Docet hoc Ulpianus *l. 2. ff. Comm. prædior. De aqua per rotam ſeu inſtrumentum hydraulicum tollenda ex flumine, vel haurienda, vel ſi quis ſervitutem caſtello impoſuerit,* in quod aqua manu & organis non ex cauſa naturali colligitur, *quidam dubitaverunt, ne hæ ſervitutes eſſent,* quia operam manualem ac artificialem requirerent; neque ita haberent cauſam perpetuam [unde olim ſecundum id jus ſubtile nec aquæ hauſtus videtur ad ſervitutes pertinuiſſe. Unde non ſine cauſa idem Ulpianus, poſtquam in *l. 1. pr. de S. P. R.* dixiſſet: *Servitutes ruſticorum prædiorum* SUNT *hæ:* iter, actus, via, aquæductus: *poſtea* §. 1. ſtylum mutat: *In ruſticis* COMPUTANDA *ſunt* ex officio prætoris vel ex conſtitutione principali: *Aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, jus paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ*] *Sed reſcripto Imperatoris Antonini ad Tullianum adjicitur; licet ſervitus* ejuſmodi *jure illo* ſubtili *non valuit; ſi tamen hac lege comparavit, ſeu alio quocunque legitimo modo ſibi hoc jus acquiſivit; tuendum eſſe eum* actione confeſſoria vel interdicto de ſervitutibus competente, *qui hoc jus poſſedit.* Conf. Gotofred. *ad d. l. 2. Commun. præd.* Duaren. *ibid.* & *adl. 1. §. 2. de S. P. R.* Cujac. *lib. 3. obſerv.* 28. De obſervantia judiciorum noſtrorum non ſinunt dubitare ea, quæ poſt alios diſſerit Dn. Schilter. *Exerc. ad Pandect.* 18. *th.* 16. *p.* 285.

Sufficiant hæc ad verba definitionis noſtræ *in 2. ſervitus prædiorum urbanorum.* Sequitur; *Vi cujus vicinus &c.* Communis doctrina eſt, eamque in rem ſunt argumenta variarum legum, in prædiorum ſervitutibus requiri vicinitatem, quamvis & hic ſint Doctores, qui diſtinguant inter urbanas & ruſticas, quaſi hæc ſaltem requirant vicinitatem, illæ non item, propter *l. 6. pr. ff. commun. præd.* Sed his prolixius ſatisfit à Weizeneger. *diſſert. 3. c. 2. §. 10. ſeqq. p* 363. *ſeqq.* Paucis: vicinitas non accipienda eſt ſemper immediata, ſed in laxiori ſignificatu, & talis nempe, ut prædia vel fundi, aut res aliæ intermediæ non intercipiant uſum ſervitutis. Unde pro diverſis ſervitutum ſpeciebus & earum uſu quoque vel minor vicinitas requiritur, modò immediata, ut in tigni immittendi, oneris ferendi, ſtillicidii &c. modò mediata, ut in itinere, actu, via, altius non tollendi 36

Digitized by Google

di ſervitute &c. Hoc eſt, quod Paulus innuere voluit, certè debuit *in l. 1. de S. P. U. Si intercedat ſolum publicum, vel via publica, neque itineris actuſve, neque altius tollendi ſervitutes impedit, ſed immittendi, protegendi projiciendi, item fluminum & STILLICIDIORUM ſervitutem impedit, quia cœlum, quod ſupra id ſolum* publicum *intercedit, liberum eſſe debet* ab omni ſervitute impoſita. Quam rationem tamen magis pro particulari habeo, quam pro univerſali. Nam quadrat ea quidem ad ſervitutem tigni immittendi, ut quis non poſſit citra conceſſionem Principis per viam publicam ex ſua domo, in vicini ex oppoſito domum, tignum immittere, extruendæ porticus cauſa. Quadrat etiam ad ſervitutem aquæductus, nam rectè de ea Paulus alibi in *l. 14 §. 2. de ſervit. Publico loco interveniente vel via publica, hauſtus ſervitus imponi poteſt, aquæductus non poteſt; A Principe autem peti ſolet, ut per viam publicam aquam ducere ſine incommodo publico liceat*; Quamvis hic non tam cœlum ſupra ſolum publicum, quàm ſolum ipſum liberum ſit à ſervitute aquæductus. Sed quod protegendi, projiciendi, fluminum item & STILLICIDIORUM ſervitutem arttinet, an & hic dicemus, à principe petendum fuiſſe, ut quis in ſolo publico tectum, mœnia, flumina ac ſtillicidia habeat? Non arbitror. Ergo, etſi tunc hæc jura, in ſolo publico exercita, ſervitutum nomine non poſſent venire, neque tamen Paulus accuratè dicere potuit, cœlum ſupra ſolum publicum intuitu horum jurium liberum eſſe. Igitur ſubſtituamus deciſioni Paulinæ genuinam rationem, quæ in eo conſiſtit, *quod ſervitutes iſtæ recenſitæ requirant vicinitatem immediatam*, adeoque *ut, ſi v. g. ſervitutem fluminis vel ſtillicidii in ſolum vicini exercere velim, neque aliud privatum ſolum intermedium eſſe poſſit.*

Cæterum inter publicum locum, 7
(quoad uſum ſervitutum,) & ſacrum, etſi aliàs intuitu privatorum æquè ſint extra commercium, aliqua eſt differentia. Dixerat Paulus, ſi intercedat ſolum publicum, ſervitutem itineris non impediri *d. l. 1. de S. P. U. Sacri vero & religioſi loci interventus*, eodem Paulo teſte *d. l. 14. §. 2. de ſervit. etiam itineris ſervitutem impedit, cum ſervitus per ea loca nulli deberi poteſt.* Ergo ratio diverſitatis hic non eſt in obſcuro. Sed quid jam de ſtillicidio reſpectu loci religioſi dicemus? Aſſeruimus modò, licere regulariter ſtillicidium in loco publico habere: annon & licebit in religioſo? Sanè ſepulchrum quidem commerciis & uſibus profanis privatorum exemtum eſt, at ſi ſtillicidium habeo, non tám ſepulchro utor, quam cœlo, quod eſt ſupra ſepulchrum. Sed arripio hanc rationem & inverto, Neque enim cœlo uti licebit in locis religioſis, quia regulariter cœlum eſt acceſſorium fundorum, recipiens adeo naturam, pro ipſorum diverſitate variam. Et quæſtionem adeo noſtram expreſſe dennit Venulejus *l. ult. §. 4. quod vi aut clam. Si quis*, inquit *projectum, aut ſtillicidium in ſepulchrum immiſerit, etiamſi ipſum monumentum non tangeret, rectè cum eo agi, quod in ſepulchro vi aut clam factum ſit, quia ſepulchri ſit non ſolum is locus, qui recipiat humationem, ſed omne etiam ſupra id cœlum: eoque nomine etiam ſepulchri violati agi poſſe.* Annon & actio negatoria hoc caſu locum habet? Sane JCtus ejus non meminit. Scio brocardicum, commune dicam, an vulgare: Unius poſitio non eſt alterius excluſio. Sed JCtus

tamen actionis ſepulchri violati facit mentionem, indicio, voluiſſe plenè hanc quæſtionem tractare, & omnes actiones, hoc caſu competentes, recenſere. Dicam, quid in mentem veniat. Venulejus forte ſubtilitatem Pomponii & aliorum, de quibus ſupra §. 29. ſecutus eſt, opinantium, non competere negatoriam, ubi non competere poſſit confeſſoria, quæ haud dubiè in ſepulchris non habet locum. Sed quoniam ſimul ſuprà iſtam ſubtilitatem rejecimus, intrepidè reſpondebimus, ſuccurrendum eſſe in hoc caſu domino agri, in quo ſepulchrum eſt, negatoria actione.

38 Sequitur in definitione noſtra *ſtillicidium.* Hic non notabo, unde hæc vox deſcendat, pertinet hoc ad Grammatiſtas & Lexica. De homonymia etiam prolixè monere non videtur eſſe opus, cum res ſit plana. Sumitur ſtillicidium vel pro ſervitute ipſa, vel pro tecto, unde guttæ decidunt, vel pro caſu ipſo guttarum, à tecto decidentium, *die Tach-Trauffe*, ut hic. Cæterum an ſtillicidium à flumine differat, dubitarunt olim Interpretes, quoniam ſæpe conjungatur utrumque ut in *d. l.* 1. *de S.P.U.* verbis: *fluminum & ſtillicidiorum ſervitutem.* Verior ſententia, & de qua ferè hodie non dubitatur, has ſervitutes à ſe differre, *arg. l.* 20. §. *eod.* verbis: *fit gravior ſervitus, id eſt pro ſtillicidio flumen.* Differentiæ potiſſimum duæ ſunt: Stillicidium guttatim de tecto caſitat, flumen cum impetu & in canales collectum fluit. Stillicidium ex alto tantum, ſive ſuperiore loco, conſtitui poteſt, Flumen & ex ſuperiore, & ex inferiore. Exempla quotidie cuivis ſunt obvia.

39 Cæterum definitio noſtra prægnans eſt, quoniam in reliquis verbis, quæ reſtant, continet ſimul diviſionem. Eſt enim ſervitus ſtillicidii duplex: Stillicidii *avertendi* una, altera *non avertendi.* Textus eam in rem eſt expreſſus in *l.* 2. *de S. P. U.* ſuprà §. 7. jam adſcriptus. Prior & aliis modis efferri conſuevit à JCtis. Alii enim ſtillicidii excipiendi vel ſuſcipiendi; *vid l.* 17. §. 3. *de S. P. U.* Alii ſtillicidii projiciendi; *l.* 20. *de S. P. U.* Alii ſtillicidii immittendi; *l.* 28. *eod. l.* 9. *ſi ſerv. vind. l.* 16. *eod. l.* 8. *quem ſerv. amitt. l.* 1. §. 17. *de aqua & aq. pluv. arc.* Alii denique ſtillicidii habendi, *l.* 16. *comm. præ.* mentionem faciunt. Quas appellationes tamen non omnes in ſenſu oppoſito ad ſervitutem ſtillicidii non avertendi poteris accommodare, cum videatur incongruum, ſi eandem velis appellare ſervitutem non projiciendi, non immittendi, non habendi ſtillicidii. Res facilis intellectu eſt; & ex modo dicendis fiet clarior.

Differentia harum duarum ſpecierum non commodius intelligi poterit, quam per earum exempla. Titius extruit ædificium in fundo ſuo proximè ad aream Caji, ita ut, ſi ſtillicidium ex tecto ædium Titii caſitet, naturaliter guttæ decidant in aream Caji. Cajus hoc non tenetur pati invitus, cum nemo poſſit facto ſuo aliquid immittere ex ſuo in alterius fundum. Ergo, ſi Cajus libertate ſua velit uti, neceſſe habebit Titius ſtillicidium retroducere in ſuam aream, vel in publicum. Quod ſi hoc ipſi videatur incommodum, idque evitare velit, pactum inibit cum Cajo, ut patiatur ſtillicidium ejus cadere in ſuum fundum, & hæc eſt adeo ſervitus *ſtillicidii avertendi.* Rurſus finge, Cajum non contradicere Titio, ſtillicidium in fundum ejus immitti, forte quod utilitatem ſentiat ex ſtillicidio, v. g. ad hortum 40

ſuum

ſuum irrigandum, ad implendam ciſternam aut in alium finem. Titius autem, cum & ipſe ſimilem utilitatem ex ſtillicidio ſuo ſentire poſſit, ſi id in aream ſuam recipiat, idem ab area Caji per poſitas fiſtulas avertere intendit. Poterit haud dubié id facere, etſi per hanc averſionem utilitatem Caji intercepturus ſit, cum quilibet Dominus re ſua pro lubitu uti queat, & qui jure ſuo utitur, nemini injuriam faciat. Ergo Cajus iſtam averſionem aliter impedire non poteſt, quam per conſtitutam ſervitutem, & cum conſenſu Titii, ut videlicet Titius non avertat ſtillicidium in aream propriam, vel in locum publicum, ſed patiatur id cadere, uti naturaliter caſitat. Habes ita ſervitutem *ſtillicidii non avertendi.*

41 Ergo differentia harum ſpecierum conſiſtit in modo utendi, & prædiis dominantibus. Stillicidii avertendi eſt affirmativa; quia per eam Dominus tenetur aliquid pati in ſuo; non avertendi eſt negativa, vicinum ad id obligans, ut aliquid in ſuo non faciat. In ſervitute ſtillicidii avertendi prædium dominans eſt ejus, qui ſtillicidium habet, in non avertendi autem eſt prædium ſervitus. Perſpicua res omninò, ut arbitror, & plana.

42 Quamvis vero eodem modo utramque ſervitutem quoad uſum hodiernum exponat Dominus Schilter *Exerc.* 18. *ad Pand. th.* 19. *ſeqq.* mirandum tamen eſt, quod idem addat *d. l. th.* 22. *p.* 228. ſervitutem ſtillicidii non avertendi ſic expoſitam non convenire Juri Romano, quamvis eidem illam affingant Accurſius & Cæpolla. Sed ſecutus Vir Conſultiſſimus haud dubie doctrinam Strauchii. quod ipſum patet *ex d. l. th.* 18. *p.* 226. *Quid ſit*, ait, *ſervitus non avertendi, non ſatis explicatum fuit. Nam ut eam Accurſius, & exinde Cepolla definiunt, certum eſt & à D. Strauchio*, diſſ. ad Pand. VII. 13. *ſatis demonſtratum, Juri Romano convenientem haud eſſe, cum ex omnibus juris illius locis, ubi de ſervitute aquæ pluviæ agitur, appareat, iſtam non quæri, ut prædio dominanti proſit, ſed ne noceat.* Mirum vero eſſet, ſi de ſervitutibus, quæ de aqua pluvia dantur, id in jure diſpoſitum eſſet, illam non quæri ad utilitatem prædii dominantis, cum in reliquis ſervitutibus ferè omnibus utilitas prædii poſitiva intendi poſſit. Ergo videamus Strauchium ipſum, & ejus demonſtrationes ex locis juris. Sic itaque ille: *Planè à re aliena communis iſta Cepollæ eſt explicatio, intendentis, ſibi jus eſſe, ut tu ſtillicidium in ciſternam ſuam immittas. Omnibus enim juris noſtri locis, ubi de ſervitute aquæ pluviæ agitur, apparet, non quæri, ut prædio dominanti proſit, ſed ne noceat,* L. 1. §. 21. de aq. & aq. pluv. arc. & l. 2. §. 5. in fin. eod. *dicitur, neminem cogi poſſe actione aquæ pluviæ, ut vicino proſit. Jam verò, ut ſe in agro habet actio aquæ pluviæ, ita in ædificio actio negatoria ſtillicidiorum & fluminum* d. l. 1. §. item 17. de aq. pluv.

Sed ſine cauſa per leges illas ſibi 43
hanc ſententiam imponi paſſi ſunt Viri Conſultiſſimi. Una eſt ad textus adductos reſponſio: nullum textum tituli *de aquâ & aq. pluv.* agere de ſervitute aquæ pluviæ. Actio aquæ pluviæ ex dominio libertatis oritur, *arg. d. l.* §. 17. *eod.* & eſt negatoria. Ergo ab hac ad ſervitutem ſtillicidii non avertendi, & quæ inde oritur, actionem confeſſoriam, argumentatio non procedit. Et igitur hoc quidem dicit textus *d. l.* §. 21. actione aquæ pluviæ, ex libertate oriundam, non poſſe me agere, ut alterius prædii aqua prædio

dio meo proſit, exinde tamen non ſequitur, ergo ſervitus non poteſt conſtitui ut alterius aqua proſit meo prædio. Idem ſenſus eſt *legis* 2. §. 5. ſcilicet: neminem actione aquæ pluviæ, ut quæ non ex ſervitute oritur, cogi poſſe, ut vicino proſit. Quid quod neque indiſtinctè ab actione negatoria aquæ pluviæ ad actionem negatoriam ſtillicidiorum inferre poteris; eſt quippe inter utramque illa differentia, quod aliquando, etſi ab omni ſervitute, per factum humanum impoſita, liber ſit ager meus, tamen actio aquæ pluviæ non ſemper locum habeat, ſi aqua ex vicino agro mihi damno futura ſit, ſi ſcilicet damnum illud ex loci natura proveniat. *l.* 1. §. 14. *ff. eod.* Semper eſt enim ſervitus quaſi naturalis inferiorum prædiorum, ut naturâ profluentem aqua excipiant. At ſtillicidium aut flumen ex ædibus alterius citra ſervitutem nunquam recipere cogor, ſed ſemper habeo actionem negatoriam, quia nimirum omnia ædificia ſunt ex facto humano, adeoque caſus numquam eſt dabilis, quo loci natura, facto hominis oppoſita, mihi nocere poſſit. Vide Dn. Præſid. *not. ad Strauch d. l. p.* 86. 87. Adde omnino Dn. Schilter *ad tit. de aq. pluv. exerc.* 42. §. 39. *p.* 36.

44 Superſedeo explicationem Strauchianam hujus ſervitutis ſtillicidii non avertendi, quam loco noſtræ ſubſtituit, examinare, cum id jam fecerit Dn. Præſes *d. l.* & ipſe Dn. Schilter *d. Exerc.* 18. *th.* 18. Neque expoſitiones aliorum, quas de ſtillicidio non avertendo adducunt, afferam. Fit enim id communiter à Commentatoribus, quos exſcribere nolo. Vide præ cæteris Weizenegger. *diſſ.* 3. *cap.* 6. *th.* 21. 22. 23. & Huberum *in prælect. ad Inſt. tit. de ſervit.*

Conſtituitur verò utraque ſervitus 45
ſtillicidiorum eo modo, uti ſervitutes reliquæ, teſtamento pariter, & actibus inter vivos. De priori textus eſt evidens *in l.* 16. *commun. præd.* ubi Cajus inquit: *Poteſt etiam in teſtamento heredem ſuum quis damnare, ut altius ædes ſuas tollat, ne luminibus ædium vicinarum officiat, vel ut patiatur eum tignum in parietem immittere, vel* ſtillicidia adverſus eum habere, *vel ut patiatur vicinum per fundum ſuum vel hæredis ire, agere, aquamve ex eo ducere.* Sed hæc quidem ferè non habent dubium.

Uti nec illud, quod de conſtitu- 46
tione per contractum inter vivos *in l.* 16. *ſi ſerv. vindic.* ex Juliano memorat Tribonianus: *Si à te emero, ut mihi liceat ex ædibus meis in ædes tuas ſtillicidium immittere, & poſtea te ſciente ex cauſa emtionis immiſſion habeam. quæro: an ex hoc cauſa actione quadam vel exceptione tuendus ſim? Reſpondi, utroque auxilio me uſurum.* Quæſtio à Juliano propoſita profectò Domitiana eſt, & illi, quæ *in l.* 27. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* ita ſimilis, ut ovum ovo: Quo jure enim ibidem Jubentius Celſus Labeoni reſpondebat: *Aut non intelligo quid ſit, de quo me conſulueris, aut valdè ſtulta eſt conſultatio tua. Plus enim quam ridiculum eſt dubitare, an aliquis jure teſtis adhibitus ſit, quoniam idem & tabulas teſtamenti ſcripſerit.* Eodem, & fortè majori jure Julianus iiſdem verbis reſpondere poterat: *Plus quam ridiculum eſt dubitare, an aliquis actione vel exceptione tuendus ſit, quoniam venditore ſciente, ſervitute ex emtione acquiſita, uſus eſt.* Sed JCtis quidem antiquis id vitio non vertimus, quod & ſtultas quæſtiones ſibi factas libris ſuis inſeruerint: vertimus id vitio Triboniano, quod quæſtiones ejuſmodi fatuas Pandectis inſeruerit, & tamen non veritus

tus

tus ſit, gloriari *in conſtitutione Tanta* §. 1. *de conc pt. ff* in iſtos quinquaginta libros, omne, quod utiliſſimum eſt, collectum eſſe.

47 Sed eodem pudore ſcilicet iſta à Triboniano jactata ſunt, quo in eadem conſtitutione *d. l.* deprædicat laborem ſuum, quod in pandectis omnes ambiguitates deciſæ, & nihil ſeditioſum relictum ſit, quod quàm cum rei veritate ſit conveniens, declarant tot antinomiæ, ab eruditis è Pandectis erutæ, & quæ adhuc eruuntur. Jam conſideremus alios textus, non tam de ſtillicidii conſtitutione, quàm de ejuſdem ad alium per emtionem translatione, loquentes. Ulpianus ait, *l.* 17 § 3 *de S.P.U. Hæc lex traditionis* [hoc eſt, iſta formula, qua venditor in traditione ædium aut etiam in contractu ipſo uſus fuit:] STILLICIDIA UTI NUNC SUNT, UT ITA SINT; quærebatur, quid denotet? utrum: onus ſtillicidii ædibus venditis incumbere, an: jus ſtillicidiorum in prædia vicina ædibus venditis cohærere? Reſpondet JCtus: *Hoc ſignificat illa formula, impoſitam vicinis neceſſitatem ſtillicidiorum excipiendorum: non illud, ut etiam emtor ſtillicidia ſuſcipiat ædificiorum vicinorum Hoc igitur pollicetur venditor, ſibi quidem*, ſeu ædibus venditis, *ſtillicidiorum ſervitutem deberi, ſe autem* intuitu illarum ædium *nulli debere ſervitutem.* Rationem hujus definitionis ſi deſideres, cum formulæ verba utramque expoſitionem admittant, dabit eam Pomponius *l.* 3. *de contr. emt. Cum in lege venditionis ita ſit ſcriptum.* FLUMINA, STILLICIDIA, UTI NUNC SUNT, UT ITA SINT, *nec additur quæ flumina, vel ſtillicidia*, id eſt, utrum jura ſtillicidiorum, an onera; *primum ſpectari oportet, quid actum ſit*, & nempe utrum verba antecedentia, aut conſequentia, vel aliæ conjecturæ me ad interpretationem ducant. *Si non id appareat, tunc id accipitur, quod venditori nocet, ambigua enim oratio.* Ratio itaque eſt, quæ & alibi in legibus inculcatur, quod in dubio interpretatio fieri debeat contra venditorem.

Quæ ratio clarior evadet, ſi caſus 48
potiſſimos, ad quos adductæ leges Ulpiani & Pomponii applicari poterunt, reſpicias. Prima ſpecies hæc ſit: Titius habet duas ædes vicinas, quarum una alterius ſtillicidium recipit. Non eſt hoc ſervitus, quamdiu Titius utrarumque ædium dominus eſt, quia res propria nemini ſervit. Quare, ſi ædes illas, ſtillicidium recipientes, vendat Cajo, neceſſe habet, ut in venditione ſervitutem imponat iiſdem, ſi velit, Cajum hoc ſtillicidium in poſterum pati debere. Ignarus autem forte juris & formularum, putat, ſatis ſibi proſpectum eſſe, ſi in venditione illam formulam adhibeat: *Flumina, ſtillicidia, uti nunc ſunt, ut ita ſint.* Ergo, poſtquam hac lege ædes vendiderat, Cajus ipſum forte actione negatoria convenit, ut ſtillicidium avertat. Excipit Titius, ſervitutem ſtillicidii impoſitam eſſe ædibus Caji. Replicat Cajus, tantum abeſſe, ut illa lege venditor ſibi jus aliquid reſervaverit, ut potius jus ſtillicidii cum ædibus vendidiſſe cenſeatur. Quæritur, pro quo pronunciandum? Reſponſio eſt ex dictis textibus pro Cajo. Debuiſſet ſiquidem venditor clarius loqui, quia impoſitio ſervitutis eſt nova utilitas, quam in venditione ipſe quærebat. In dubio autem contra eum, qui ex contractu irregularem aliquam utilitatem quærit, ſive is ſit venditor, [quod plerumque fit, unde & leges in enarranda hac regula

hujus potiſſimũ mentionem faciunt,] ſive emtor, interpretatio fieri debet. Accedit, quod ædes naturâ liberæ ſint, & ſervitutum impoſitio facta ſit, quod non præſumitur. Et hoc eſt, quod ipſe Ulpianus alibi *l.* 10. *comm. præd.* docet: *Quicquid venditor ſervitutis nomine ſibi recipere vult, nominatim recipi oportet. Nam illa generalis receptio:* QUIBUS EST SERVITUS, UTIQUE EST [quæ eſt analoga illi: *ſervitutes uti nunc ſunt, ita ſint*, ſic tamen, ut prior formula onus ſervitutis, ædibus incumbens, hæc autem jus denotet,] *ad extraneos pertinet*, quod illi ſervitutem in ædibus venditis habeant, *ipſi nihil proſpicit venditori ad jura ejus conſervanda, nulla enim* propriè dictæ ſervitutis *jura habuit, quia nemo ipſe ſibi ſervitutem debet.*

49 Secunda ſpecies. Titius vendidit Cajo ædes, quæ vicinis Sempronii ædibus ſervitutem ſtillicidii debebant. Addidit in lege venditionis: *Stillicidia uti nunc ſunt, ita ſint.* Cajus prætendit poſt venditionem: ut Sempronius ſtillicidium ſuum avertat. Oſtendit ipſi Sempronius, ſervitutem ſe acquiſiviſſe in ædibus Titii. Ergo convenit Cajus Titium ex emto, quod vitium ædium tacuerit. Excipit Titius, non tacuiſſe, ſed in illa formula: *Stillicidia uti nunc ſunt, ita ſint*, id indicaſſe. Reſpondet JCtus, formulam hanc contra venditorem eſſe interpretandam, ut qui ſcire debuiſſet, quod per illam formulam jura ſervitutum ſecundum ſtylum communem transferantur, in oneribus autem transferendis illa: *quibus eſt ſervitus, utique eſt* [vide §. præced.] vel alia ſimili utendum fuiſſet. In dubio autem formulæ, etiam in ſe ambiguæ, exponuntur ſecundum ſignificatum, ab impoſitione communi dependentem,

50 Nimirum: *De jure prædiorum ſancitum erat apud Romanos jure civili, ut his vendendis vitia etiam dicerentur quæ nota eſſent venditori. Nam cum ex duodecim tabulis ſatis eſſet cautum, ea præſtari, quæ eſſent linguâ nuncupata, quæ qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubierit, à Juris Conſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. Quicquid enim ineſt prædio vitii, ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtari oportere.* Verba ſunt Ciceronis 3. *de offic. p. m.* 492. *edit. Rachel.* Neque adeo per formulam: *Stillicidia uti nunc ſunt, ita ſint*, ſe à præſtatione intereſſe liberabat venditor, ut ne quidem indiſtinctè liberatus fuerit per alteram; *Quibus eſt ſtillicidium, utique eſt*, quamvis ipſa alias denotaret, ſervitutem incumbere ædibus [*vid.* §. 48.] *Qui fundum tradit*, inquit Scævola *l.* 49. §. 5. *de eviction. & cum ſciat, certam ſervitutem deberi, perfuſoriè dixerit:* ITINERA, ACTUS: QUIBUS SUNT, UTIQUE SUNT, RECTE RECIPITUR, *evictionis quidem nomine ſe liberat, ſed quia decepit emtorem emti judicio tenetur.* Clarius hoc exponit Modeſtinus *l.* 39. *de act. emti. Et hoc apud veteres relatum eſt*, [teneri venditorem ex emto,] *in ejus perſona, qui dixerat:* SERVITUTES, SI QUÆ DEBEBUNTUR, DEBEBUNTUR. *Etenim Juris Autores reſponderunt: Si certus venditor, quibuſdam perſonis certas ſervitutes debere non admonuiſſet emtorem*, quæ ſervitus cui debeatur, *ex emto eum debere teneri*, *quando* [ſeu: quoniam] *hæc generalis exceptio*, ſervitutes, ſi quæ debebuntur: debebuntur: vel: ſervitutes, quibus ſunt, utique ſunt, *non ad ea pertinere debeat, quæ venditor novit, quæque ſpecialiter excipere & potuit & debuit, ſed ad ea, quæ ignoravit, & de quibus emtorem certiorare nequivit*, ut tum

tum demum per illam formulam generalem à præſtatione intereſſe liberetur.

51 Reſtat tertia ſpecies, ad quam applicari poterit, deciſio, §. 47 poſita, magis tamen dubia, quam præcedentes. Titius ædes, quæ nullum jus ſtillicidii habebant, vendidit Cajo ea lege: *Stillicidia, quæ nunc ſunt, ita, ſint.* Cajus, putans, ſtillicidiorum jus ſibi in ædibus Sempronii competere, poſtea vero deprehendens, rem ſe ita non habere, convenit Titium ex emto, ut intereſſe ſibi præſtet. Urget Titius, ſe Cajo non teneri, adducens forte pro ſe textum Venuleji *l.* 75. *de evict. quod ad ſervitutes prædiorum attinet, ſi tacitè ſecutæ ſint, & vindicentur ab alio. Quintus Mucius & Sabinus exiſtimant, venditorem ob evictionem non poſſe. Nec enim evictionis nomine quemquam teneri in eo jure, quod tacite ſoleat accedere, niſi* UT OPTIMUS MAXIMUSQUE ESSET *traditus fuerit fundus: tunc enim liberum ab omni ſervitute præſtandum. Si vero emtor petat viam vel actum, venditori teneri non poſſe, niſi nominatim dixerit, acceſſurum iter vel actum: tunc enim teneri eum, qui ita dixerit. Et vera eſt Quinti Mucii ſententia, ut qui optimum maximumque fundum tradidit, liberum præſtet, non etiam deberi aliis ſervitutes, niſi hoc ſpecialiter ab eo acceſſum ſit.* Hoc textu motus Duarenus *ad l.* 17. § 3. *d. S. P. U.* arbitratur, ex præfata formula venditorem non teneri, ut ædes vicinæ venditis ſerviant, cum id diſertè & ſpecialiter expreſſum non fuerit, *per d. l.* 75. *in fin.* Mihi verò contrarium videtur verius. Ut enim taceam, ſenſum *d. l.* 75. non ita benè à Duareno ad præſentem caſum fuiſſe applicatum, de quo forte alibi contra Titium ſequentia controverſiam dirimunt. Aut Titius decipiendi emtoris cauſa formulam iſtam adjecit, haud dubie tenebitur intereſſe præſtare. *Herennius* enim *Modeſtinus reſpondit in d. l.* 39 *de act. emt. ſi quid circumveniendi emtoris cauſa venditor facit, ex emto actione conveniri poſſe.* Aut ex juris & formularum ignorantia per illam legem *Stillicidia, uti nunc ſunt, ita ſint*, venditorem non inducere voluit, ut crederet, ſtillicidiorum jus ædibus venditis ineſſe, ſed ſibi potius jus ſtillicidii in ædibus venditis reſervare voluit, tùm petitio Caji nititur textibus noſtris, §. 47. memoratis, quod lex iſta traditionis hoc ſignificet, impoſitam vicinis neceſſitatem ſtillicidiorum excipiendorum, & quod in dubio illa formula debeat exponi in odium venditoris.

Modò in hoc ultimo caſu Cajus per 52
adjectionem illius formulæ deceptus fuerit, ac tempore venditionis putaverit, deberi ædibus venditis ſervitutem à vicinis, ita enim ſpeciem formavimus §. *præced.* Quodſi verò ſciverit, nullum ſtillicidium inhærere ædibus Titii, & ſaltem paſſus fuerit à Titio illam formulam adjici, quod videret, ideo id fieri, quod Titius, vana opinione perſuaſus, velit ſibi per eandem ſervitutem ſtillicidii reſervare, tùm ſanè iniquiſſimum foret, ſi poſtea actione emti Titium ad præſtandam ſervitutem adigere vellet. Huc refero reſponſum Ulpiani *l.* 1. §. 1. *de act. emt. Venditor, ſi cum ſciret, deberi ſervitutem, celavit, non evadet ex emto actionem, ſi modo eam rem emtor ignoravit. Omnia enim, quæ contra bonam fidem fiunt, veniunt in emti actionem &c. Et generaliter dixerim, ſi improbato more verſatus ſit in celanda ſervitute, debere eum teneri, non ſi ſecuritati ſuæ proſpectum voluit. Hæc ita vera ſunt, ſi emtor ignoravit ſervitutes: quia non videtur*

detur eſſe celatus, qui ſcit, neque certiorari debuit, qui non ignoravit.

53 Ex iis, quæ hactenus diximus, illuſtrari poterit locus Ciceronis. Cur enim omitteremus occaſionem hanc, commode ſe exhibentem, illuſtrandi dicta Viri diſertiſſimi, ex cujus dictis magnam lucem capiunt plurima Juris noſtri loca, per nimiam Triboniani diligentiam obſcurata? Introducit Cicero *lib.* I. *de Oratore* inter alia Craſſum, graviter differentem de prudentia Juris, Oratori neceſſaria, qui ut declaret, in multis negotiis, oratori obvenientibus, ſine Juris peritia operam Oratoris eſſe fruſtraneam, exempla nonnulla adducit, inter quæ & iſta duo ſunt *p. m.* 352. *edit. Aud. Talæi. Quid nuper, cum ego C. Sergii Auratæ contra hunc noſtrum Antonium judicio privato cauſam defenderem, nonne omnis noſtra in jure verſata defenſio eſt? Cum enim Marius Gratidianus ædes Auratæ vendidiſſet, neque ſervire quandam earum ædium partem in mancipii lege dixiſſet, defendebamus quicquid fuiſſet incommodi in mancipio, id ſi venditor ſciſſet, neque declaraſſet, præſtare debere. Quo quidem in genere familiaris noſter Bucculejus, homo, neque meo judicio ſtultus, & ſuo valde ſapiens, & à juris ſtudio non abhorrens, ſimili in re quodammodo nuper erravit. Nam cum ædes L. Fuſio venderet, in mancipio lumina, ubi tunc eſſent, ita recepit. Fuſius autem ſimul atque ædificari cœptum eſt, in quadam parte urbis, quæ modo ex illis conſpici poſſet, egit ſtatim cum Bucculejo, quod cuicunque particulâ cœli officeretur quamvis eſſet procul, mutari lumina putabat.*

54 Quod primum caſum de Gratidiano concernit, obſcurius hoc loco illum quidem commemorat [tanquam qui tùm tēporis publicè fuerit notus,] & quem ex paucis iſtis verbis non poſſes tibi imaginari. Sed diſtinctius eundem format in 3. *de Offic. p. m.* 495. *edit. Rachel. M. Marius Gratidianus propinquus noſter C. Sergio Oratæ vendiderat ædes eas, quas ab eodem ipſe paucis antè annis emerat. Hæ Sergio ſerviebant. Sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Adducta res in judicium eſt. Oratam Craſſus, Gratidianum defendebat Antonius. Jus Craſſus urgebat: quod vitium venditor non dixiſſet, ſciens, id oportere præſtari: æquitatem Antonius: quoniam id vitium ignotum Sergio non fuiſſet, qui illas ædes vendidiſſet, nihil fuiſſe neceſſe dici: nec eum eſſe deceptum, qui id, quod emerat, quo jure eſſet, teneret.* Ergo ædes, à Gratidiano venditæ, ſerviebant Sergio jam ante venditionem. Gratidianus in lege venditionis tacuerat illam ſervitutem. Agit Sergius & petit intereſſe ob hanc taciturnitatem. Habet Sergius utique pro ſe juris regulam, ſupra §. 47. recenſitam. Gratidianus ſe tuetur interpretatione reſtrictiva, à ratione legis deſumta, (confer. §. 47.) Cicero non memorat, quomodo lis finita fuerit, quin imo in officiis *d. l.* verba mox ſequentia aliquatenus eò inclinant, quaſi Cicero magis à Sergii partibus ſteterit, quàm à Gratidiano. Sed profecto; quantumcunque aliàs Craſſus præ Antonio excelluerit, Antonius pro Gratidiano convenientius doctrinæ interpretationis differebat, uti ſupra *d.* §. 47. vidimus.

Sed quid in altero caſu de M. Buc- 55
culejo ſibi velit Cicero, non æquè conſtat. Vendiderat Bacculejus Fuſio ædes, & *in mancipio lumina, uti tunc eſſent, ita receperat*, ſc. ſe præſtaturum eſſe eadem Fuſio, quod idem eſt, ac ſi ſecundum formulam ſupra expoſitam dixiſſet: *Lumina uti nunc ſunt, ita ſint*, per quam utique ſervi-

tus

tus impoſita vicinis eſſe intelligebatur, *d. l.* 17. §. 2. *de S. P. R.* Sed in qua parte hic erravit Bucculejus? erroris enim ipſum accuſat Cicero. *Si in quacumque parte urbis, etiam procul ab ædibus venditis ædificantur, agebat Fuſius & prætendebat mutari lumina, quod cuicunque particulæ cæli officeretur.* Sanè calumniator videbatur Fuſius hac actione ſua, neque erroris præterea arguendus videbatur eſſe Bucculejus. Initio quippe agebat Fuſius ex ſervitute, ne luminibus officiatur, cum tamen per formulam illam Bucculejus videretur ſaltem ſervitutem luminum conſtituiſſe: Dixerat enim *Lumina uti nunc eſſent*, non vero: *ne luminibus officeretur*, quæ duæ formulæ differunt *l.* 23. *de S. P. U. l.* 4. *ff. eod.* At in ſervitute luminum is, qui debet, poterit altius ædificare & aliquatenus obſcurare lumina, modo non tota tollat. Duar. *lib.* I. *diſp. c.* 33. Deinde, etiamſi ponamus, quod per eam formulam, ſervitus, ne luminibus officiatur (ut videtur,) fuerit impoſita, quæ tamen dementia erat, quod Fuſius ageret, ſi etiam procul ab ædibus quid ædificaretur, quodquamcunque particulam cœli auferret. Scio, vim huius ſervitutis ita efferri, ut vicinus non poſſit ædificare, ita *ut minuat lumina noſtrorum ædificiorum d. l.* 4. *de S. P. U. ne lumina obſcurentur, ne lumini noceat. l.* 15. *eod.* Scio, *lumen* à Paulo exponi per *cælum. Lumen*, ait, *l.* 16. *eod.* id eſt, *ut cælum videretur.* & Ulpianus *l.* 17. *pr. eod.* arborem quoque contra hanc ſervitutem poni dicit, quia & arbor efficiat, *quo minus cælum* videri poſſit. Sed nunquam mihi imponi patiar, hos textus quicquam pro cavillatione Fuſii facere. Per cœlum ibi vel cœlum, quatenus feneſtras meas illuminat, vel etiam lumen cœleſte, non perſpectus cœli quaqua verſum intelligitur. Luminibus officitur, ſi lumina *obſcurantur d. l.* 15. at ſi procul ab ædibus meis quid ædificatur, neque cælum obſcuratur, neque lumen cœleſte, in ædes meas incidens. Denique per iſtam formulam, *Lumina uti nunc ſunt, ita ſint*, ſervitus utique cum ædibus erat tranſlata, *d. l.* 17. §. I. *de S. P. U.* ſed una ſervitus, credo, non infinitæ, hoc eſt, ſi hæc formula eſſet adhibita, poterat emtor venditorem adigere, ut minimùm unum vicinum procuraret, ſervitutem hanc debentem, non uti omnes circumcirca redderet obſtrictos, *arg. l.* 35. *de S. P. U.* Quanta igitur erat impudentia Fuſii, ut adverſus Bucculejum ageret, *ſi in quacunque parte urbis ædificaretur.*

Talæus *in prælect. ad Cicer de Orat. p. m.* 348. vel non ſenſit hanc difficul- 56
tatem; vel, ſi ſenſit, eam tamen aſtutè diſſimulavit, & tanquam in re aperta nec difficili nihil aliud addidit, quam ut illuſtrationis gratia provocaret ad locum Pomponii in *d. l.* 23. *de S. P. U. Hac de re*, inquit, ita ſcribit Pomponius: *Si ſervitus impoſita fuerit: lumina, quæ nunc ſunt, ut ita ſint, de futuris luminibus nihil caveri videtur: Quodſi ita ſit cautum: ne luminibus officiatur*, —— *humanius eſt, verbo generali omne lumen ſignificari, ſive quod in præſenti, ſive quod poſt tempus conventionis contigerit.* Sed profectò quæſtio, quam Pomponius h. l. tractat, ad quæſtionem, quæ erat inter Bucculejum & Fuſium, nihil omninò conducit, ſed diverſiſſimam ab iſta tractat ſpeciem.

Quid ergo dicemus? & in quo er- 57
ravit hoc pacto Bucculejus? Non erravit ſimpliciter, ſed *quodammodo* ſaltem erravit, ait Cicero. Quodammodo igitur? Vel eò puto reſpexiſſe Ci-

ceronem, quod, atiamſi non diffitendum ſit, Fuſium fuiſſe calumniatorem, nec obtinuiſſe: in eo tamen quodammodo erraſſe Bucculejum, quod per verba magis perſpicua non præciderit occaſionem calumniandi Fuſio, cum providus JCtus, & cavendi prudentia inſtructus, non ſolùm æquitatem reſpicere ſoleat in condendis contractibus, ſed & nequitiam hominum, verba captantium, noſſe debeat, ut verba pacti ita perſpicuè & expreſsè ponat, ne ullam ejuſmodi temerarii litigatores viam invenire poſſint, aliquid contra conventionem tentandi. Quodſi verò hæc explicatio non placeat, cedo aliam. Ait Cicero: Bucculejum in mancipio recepiſſe lumina, uti tunc eſſent. Fiebat autem mancipium iſtud in venditionibus certis ſolennitatibus, (*vid. Briſſ. Form. l. 6. p. m. 613.*) actionum pariter & verborum Unde non improbabile eſt, receptionem ejuſmodi à venditore factam eſſe per ſtipulationem. Stipulatio erat actio ſtricti juris, in qua judici *non licebat à verbis recedere*, ut notum eſt: quam regulam forte tempore Ciceronis nimis rigidè obſervarunt JCti, & ita in dato caſu rigore hoc abutens Fuſius provocabat ad verba, prout jacent, & Bucculejo, ad æquitatem ſeu æquam interpretationem provocanti, regerebat, æquitatem ad bonæ fidei contractus pertinere, ſe ex ſtipulatu cum Bucculejo agere: Accedere, quod & in bonæ fidei judiciis interpretatio verborum dubiorum fieri debeat contra Venditorem (vid ſup. §. 47.) adeoque verba accipienda eſſe ſecundum ſuam, Fuſii, expoſitionem &c ſane hanc conjecturam non parum adjuvat, quod alibi ſcribit Cicero *lib. 3. Offic. p. 500. ſeqq. Nos veri juris germanaque juſtitiæ, ſolidam & expreſſâ effigiem nullam tenemus, umbræ & imaginibus utimur: eaſque ipſas utinam ſequeremur!... Quinctus quidem Scævola, Pontifex Maximus, ſummam vim eſſe dicebat in omnibus iis arbitris, in quibus adderetur: EX FIDE BONA &c.*

Jam redeamus in viam, & videamus diſtinctius, quam utilitatem & quod onus offerat ſervitus ſtillicidii? 58
De ſervitute ſtillicidii non avertendi pauca dicemus, quoniam rara ejus eſt in legibus mentio. Id poſſi num occaſione hujus ſervitutis quæritur, ſi ſtillicidium ſit ex parte corruptum, vel etiam totum corruerit, quis reficere illud & reſtituere teneatur? Cæpolla *de S. P. U. cap. 2. n. 2. p. m. 37.* putat, quod dominus ſtillicidii, *arg. l. 6. §. 2. ſi ſerv. vind. & l. 33. de S P U.* Contrà Manzius, Weizenegger. & communis Dd. ſchola pugnant pro Domino ſervitutis, quia ſecundum communem naturam ſervitutum is, qui eam debet, nihil facere teneatur, ſed ſaltem pati aut non facere, & ſervitus ferendi ſit ſaltem exceptio quædam à regulâ, contra diſpoſitionem juris communis inventa quæ adeo non ſit tradenda ad conſequentiam. Quo pacto ſententia Cæpollæ videtur planè omnibus regulis bonæ interpretationis deſtituta. Sed videtur ſaltem.

Quodſi enim leges Romanas accuratius paulò penſitemus, apparebit, ſententiam Cæpollæ non quidem evidentiſſima probatione niti, ſed nec eſſe tamen ita deſtitutam magna probabilitate, ut communiter videtur. Admittimus regulam Aquilii Galli: *non poſſe ita ſervitutem imponi, ut quis facere aliquid cogeretur, ſed ne me facere prohiberet, d. §. etiam* 2. Sed id in quæſtione eſt: an exceptio quoad ſervitutem oneris ferendi contra rationem 59

nem juris recepta ſit ? Hoc verò in mente textus Ulpiani & Pauli nequaquam videtur. Nam præſuppono, quod ſervitus tigni immittendi & oneris ferendi, reſpectu utilitatis, quam prædio dominanti afferunt, & reſpectu cujus aliàs ſervitutes differentias ſuas ſpecificas ſortiuntur; omnino non differant. Qui ſervitutem oneris ferendi habet, poteſt etiam immittere tignum, & qui ſervitutem tigni immittendi habet, poterit etiam imponere aliquid ædibus ſervientibus. Quare differebant ſaltem formulis, quibus mancipari ſolebat ſervitus. In ſervitute oneris ferendi erat iſta formula: PARIES (columna) ONERI FERUNDO, UTI NUNC EST, ITA SIT: In ſervitute tigni immittendi ſtipulabatur Dominus, UT IN PARIETEM ALTERIUS TIGNA IPSI IMMITTERE LICEAT, SUPRAQUE EA TIGNA V.g. PORTICUM AMBULATORIAM FACERE, SUPERQUE EUM PARIETEM COLUMNAS STRUCTILES IMPONERE, QUÆ TECTUM PORTICUS AMBULATORIÆ SUSTINEANT. Iam Servius, cujus ſententia contra Aquilium prævaluit, à formula in ſervitute oneris ferendi recepta, ſumebat occaſionem ſtatuendi, quod dominus parietis debeat reficere parietem. Ita enim argumentabatur, referente Paulo: Dominum ædium ſervientium per illam formulam apertè promiſiſſe, *parietem eſſe debere in perpetuum.* Neque enim per illa verba id indigitari, *ut in perpetuum idem paries æternus eſſet*; quoniam hoc ne fieri quidem poſſet, ſed, *uti ejuſdem modi paries in perpetuum eſſet, qui onus ſuſtineret*, adeoque quoad ſententiam illam promiſſionem id inculcare, ac ſi promiſiſſet, *quod velit ſervitutem præſtare, quæ onus alterius ſuſtineret, & ſi ea res, quæ ſervit, & alterius onus ferret, periiſſet, aliam in ejus locum extrui debere.* Et hinc etiam inter actiones & formulas tigni immittendi & oneris ferendi nulla alia eſt differentia, quam, quod hæc locum etiam habeat ad compellendum vicinum reficere parietem ſuum, illa verò locum habeat ad hoc ſolùm, ut tigna ſuſcipiat, quod non ita eſt contra naturam reliquarum ſervitutum. Quæ poſuimus hac theſi, non ſunt figmenta noſtra, ſed continentur in *d.l.* 33. *de S. P. U. d. l.* 6. §. 2. *l.* 8. §. 2. & 2. *ſi ſerv. vind.*

6 Jam igitur ex illis textibus pro ſententia Cæpollæ ſic ratiocinari poſſumus. Formula in ſervitute ſtillicidiorum, ut ſupra vidimus, ſæpius hæc erat: STILLICIDIA UTI NUNC SUNT, ITA SINT. Igitur Dominum prædii ſervientis apertè promiſiſſe, *ſtillicidia debere eſſe in perpetuum*, neque enim promittere potuiſſe *ſtillicidia æterna*, ſed ut ejuſmodi *ſtillicidium in perpetuum eſſet, quod utilitatem præberet prædio dominanti.* Ergo ex doctrina juſtæ interpretationis promiſſionem factam fuiſſe, ut *ſtillicidium præſens, quamdiu id eſſet incolume, utilitatem alteri præberet, & ſi contingeret illud ruere, novum ſtillicidium in ejus locum ſurrogaretur.* Vides eandem argumentationem, ut in ſervitute oneris ferendi. Nec obſtat, quod urgere velis, in ſervitute ſtillicidii avertendi eandem eſſe formulam (ut & in aliis ſervitutibus, & tamen ibi refectionem ſtillicidii pertinere ad dominum prædii dominantis. Nam reſpondeo, quoniam ibi ſtillicidium non pertinet ad dominum prædii ſervientis, ideoque etiam formula non poteſt admittere illum ſenſum, quod hic velit reficere ſtillicidium, ſed non alia tunc eſſe poterit formulæ iſtius ſententia, quam, quod, qui ſervitu-

tem debet, promittat, QUOD NON VELIT IMPEDIRE, *quod Dominus ſtillicidia alterius in poſterum ſinat, uti nunc ſunt.*

Ergo, ſi ſententiam communem
61 Dd. velimus nihilominus defendere, ex tribus viis una erit eligenda. Vel enim dicendum eſt, Servii & Pauli ſententiam de onere ferendo non niti regulis bonæ interpretationis, ſed contra jus eſſe receptam, quod durum nimis & legibus repugnans eſſet. Vel aſſerendum, formulam illam: *Stillicidia uti nunc ſunt, ita ſint*, ſaltem in ſervitute ſtillicidii avertendi, non verò in non avertendi fuiſſe uſurpatam, quod & ipſum eſt minus probabile: Vel denique oſtendenda eſſet ratio diſparitatis inter formulam illam de ſtillicidiis, & formulam ſervitutis oneris ferendi; *Paries oneri ferundo uti nunc eſt, ita ſit* Quod forte ſic procedet. Per Parietem in hac formula nullo loquendi uſu recepta poterat intelligi ipſa ſervitus oneris ferendi, ſed haud dubiè locutus erat promiſſor de corpore parietis. At in formula de ſtillicidiis non opus eſt, ut per ſtillicidium intelligamus ipſas tegulas, unde ſtillicidium caſitat, quod in argumentatione pro Cæpolla præſupponebatur, ſed poterit commodè intelligi ipſa ſervitus ſtillicidii, quia hic ſignificatus legibus non eſt infrequens. Quapropter ſenſus tunc erit: *Uti nunc vicinus utilitatem percipit ex ſtillicidio meo, ita & in poſterum percipiat per me, ita ut ego non poteſtatem habeam eam utilitatem facto meo intercipiendi.*

Videamus, quid liceat facere oc-
62 caſione ſervitutis ſtillicidii recipiendi, tàm domino prædii ſervientis, quam dominantis. Sedes quæſtionis eſt in *l.* 20. *ff. de S. P. U.* ubi Paulus variis exemplis declarat hanc quæſtionem, circa quorum tamen expoſitionem diſſentiunt Doctores, cum Paulus pro more obſcurius locutus fuerit, & ita anſam dederit variantibus & diverſis explicationibus. Quare, ut normam evadendi ex his diſſenſionibus nobis paremus, ante omnia tentandum, quænam ſit ratio, quam in deciſione iſtorum exemplorum ſecutus fuerit Paulus, utrum communis aliqua, ex doctrina de ſervitutibus deſumta, an particularis, in ſpecie naturam ſervitutis noſtræ reſpiciens? Et probabiliſſimum nobis videtur, Quod Paulus axioma generale de jure ſervitutum in mente habuerit; quod nempe ſervitutem debens non poſſit impedire ſervitutis uſum liberum, & quicquam facere, ex quo dominus ſervitutis in ſuo prædio damnum vel incommoditatem probabiliter pati poſſit. Iterum quod nec Dominus prædii dominantis poſſit quiſquam in prædio ſuo innovare, per quod vicini conditio reddatur deterior, quam antea fuit. *Conf. Duaren. ad d. l.* 20. Quo præſuppoſito quæritur, utrum Dominus, ſervitutem ſtillicidii debens, poſſit in eo loco, ubi ſervitutem recipere debet, ædificare? Reſpondet Paulus ad hanc quæſtionem *in duobus paragraphis d. l.* 20. Initio enim *in* §. 3. *ibid. ſi ſervitus*, inquit, *ſtillicidii impoſita ſit, non licet Domino ſervientis area ibi ædificare, ubi caſitare cœpiſſet ſtillicidium.* Repetit hanc eandem controverſiam mox *in* §. 6. non tamen, ut explicaret breviter & generalius dicta in verbis modò adductis, ſed credo, ut ſtudio implicaret magis. Sic enim pergit: *Qui in area, in qua ſtillicidium cadit, ædificat, uſque ad eum locum perducere ædificium poteſt, unde ſtillicidium cadit: recte. Sed etſi in ædificio cadit ſtillicidium. ſupra ædificare ei conceditur, dum tamen ſtilllicidium recipiatur.*

Reſpon-

63 Reſponderat Paulus in §. 2. ad quæſtionem propoſitam ſimpliciter & negativè. In §. 6. affirmat, ſed limitatè, ut adeo non putes antinomiam ſubeſſe. At, in quo nervus limitationis conſiſtat, obſcurum eſt. Obſcura eſt & legis ſententia. Nam quid ſignificat: *perducere ædificium in area ad eum locum, unde ſtillicidium cadit*? Duplex ſiquidem acceptio hic latet, quarum una reſpicit terminum latitudinis in parte inferiore exſtructi novi ædificii, altera terminum ejuſdem altitudinis. Finge, ſtillicidium cadere duos pedes in vicini aream. Hoc caſu, ſive vicinus ædificium perducat uſque ad duos pedes areæ ſuæ, & poſtmodum, quacunque velit altitudine, illud exſtruat, ſive etiam intra illos pedes duos incipiat ædificare, ſed ea ſaltem altitudine, ut ſtillicidium vicini maneat ſuperius, quo id in tecto ſuo recipere poſſit, utrobique, ſi phraſin ſpectes, dici poterit, perduxiſſe ædificium ad eum locum, unde ſtillicidium cadit. Et uterque etiam ſignificatus videtur prima fronte ad mentem Pauli *d.* §. 6. quadrare, quoniam utrobique nihil videtur domini prædii dominantis intereſſe, ſi modò ſtillicidium recipiatur, & id etiam innuere videntur verba finalia *d.* §. 6. Et huc inclinavit Gloſſa, mentem Pauli in §. 2. ex *d.* §. 6. ſic limitans, quod non liceat ædificare in area, ſi per illud ædificium receptio ſtillicidii impediatur.

64 Ex adverſo Cæpolla *c.* 28. *n.* 7. diſtinguit inter *aream* & *ædificium*, eam faciendo applicationem, quod planè non poſſim ædificare in areâ, ubi caſitare incipit ſtillicidium, ſeu ubi ſtillicidium cadit, etiamſi ædificando vellem ſtillicidium recipere, quia qualitas mutetur, & qualitas loci ſervitutem debentis inſpiciatur; at ſi ſtillicidium in meum ædificium cadat, poſſe me etiam hoc ædificium ſupra tollere, modò ſtillicidium rectè recipiam. Probat hanc expoſitionem Cæpolla per verba *ſed & ſi in d.* §. 6. ut pote quæ indicent, diverſum eſſe caſum poſteriorem à priori, & diverſimodò decidendum, quia hæc particula diverſificare ſoleat. Sed præterquam, quod argumentum hoc Cæpollæ à verbis *ſed & ſi* ut mox videbimus, non procedat hoc loco, quoniam oſtendemus, ea potius eſſe ampliativa, inſuper etiam ratio differentiæ dubia eſt, cur, quod in ædificio licet, non liceat in area. Suggerit quidem Cæpolla differentiam iſtam, quod facilius permittatur, ut ædificium altius tollatur, quod jam eſt exſtructum, quam ut in area vacua ædificium de novo ædificetur. Sed profecto iſta ratio aliena videtur eſſe ab hoc negotio, præprimis, cum aliàs ædificiorum, quà novorum, quà noviter extructorum, favor magnus fit in legibus.

Weizenegger. *diſſ.* 3. *c.* 6. §. 5. & 67
6. *p.* 421. *ſeqq* opinionem Cæpollæ legibus ait eſſe convenientem, ſed explicationem tamen Gloſſæ pro humaniore habet, quia ſcilicet ædificatio, ſive in area, ſive in ædificio fiat, modo ſic fiat, ut ſtillicidium recipiatur, domino ædificanti proſit, & vicino non noceat, quare & in hanc inclinat, licet eam putet textibus deſtitui, *arg. l.* 2. §. *item Varus ff. de aq. & aq. pluv. arc. verbis: qui factus quidem mihi prodeſſe poteſt, ipſi verò nihil nociturus eſt: hæc æquitas ſuggerit, etſi jure deficiamur.* Verùm ex hoc textu vix probabit Weizenegg. doctrinam ſuam, cum

cum à ſupplemento æquitatis, jure deficiente, ad correctionem non deficientis, ex æquitate aliqua deſumtam in legibus civilibus non procedat argumentatio. Supplere jus deficiens ex æquitate, eſt officium JCti, quatenus interpretationem extenſivam adhibet. Corrigere jus iniquum, eſt officium Principis, quod involare JCtus non debet. Ergo, ſi Cæpollæ explicationem legi convenientem arbitratur, ſequenda eidem quoque erit, etſi durior ipſi videtur.

66 Mihi igitur, ſalvo aliorum judicio, Gloſſæ expoſitio menti Paulinæ videtur eſſe convenientior. Et nempe Paulus prius quæſtionem formavit: an in area ſua dominus, ſervitutem ſtillicidii debens, ædificare poſſit? Reſpondit in §. 2. *ſi ſervitus ſtillicidii impoſita ſit, non licet domino ſervientis areæ ibi ædificare, ubi caſitare cæpiſſet ſtillicidium.* Poſtmodum, cum §. 3. & 4. dictæ legis abſolverat Paulus, ſenſit in iſto reſponſo §. 2. non ſolum obſcurum eſſe, quid ſignificet: *ibi ædificare, ubi caſitare cæpiſſet ſtillicidium*, ſed & quæſtionem ſupereſſe, quid liceat vicino intuitu ædificii, in quo jam ſtillicidium recipit; Ergo, ut una fidelia duos parietes dealbaret, reaſſumſit in §. 6. quæſtionem illam, & quoad aream reſpondit, dominum areæ non poſſe ædificare ita, ut impediatur ſtillicidium vicini, neque poſſe ædificium extendere ſupra ſtillicidium vicini, poſſe tamen ædificium eò perducere, donec perveniat ad tectum vicini, ex quo ſtillicidium cadit. Ergo, ſi v. g. ſtillicidium duos pedes cadat in fundum Titii, puto, Paulum in reſponſo hoc id innuiſſe, quod Titius poſſit etiam intra duos pedes ædificare in area, uſque ad ſtillicidium. Id enim innuunt verba *d.* §. 6. *ad eum locum perducere ædificium poteſt, UNDE ſtillicidium cadit*, cum alias, ſi ſaltem voluiſſet, ultra iſtos duos pedes ædificari poſſe, dicere debuiſſet: *IN QUEM ſtillicidium cadit.* Accedit & ratio, quod, etiamſi intra illos duos pedes ædificet Titius, modò uſque ad ſtillicidium ædificet, in ſuo recto ſtillicidium recipiat, & ita Domini prædii dominantis non interſit. Unde ex identitate rationis jam deciſionem ſuam extendit ad caſum ſimilem de ædificio: *Sed etſi in ædificio* valde depreſſo cadit ſtillicidium, *ſupra* iſtud ædificium *ædificare*, vel id altius tollere *ei conceditur*, *dum tamen ſtillicidium rectè recipiatur*, h. e. modò non tollat iſtud ædificium ſupra ſtillicidium. In quibus verbis Paulus haud dubie loquitur de ædificio, quod jam antea intra ſtillicidii ſpatium extructum erat. Nam ſi id fuiſſet extructum, v. g. ultra duos pedes ſtillicidii, non opus erat limitatione illa, *dum tamen ſtillicidium rectè recipiatur*: quia neque antea ſtillicidium recipiebatur ab ædificio, ſed ab inſula ſeu loco, intra duas ædes intermedio, neque per ejus extructionem altiorem ſtillicidio vicini offici quicquam poterat.

Facilè verò prævideo, diſſentientes à mea explicatione provocaturos eſſe ad *legem ult ff. fin. reg.* non poſſe videlicet meam expoſitionem ideo conſiſtere, quod dixerim, Paulum voluiſſe, ut etiam vicinus in area ædificium extruere poſſit intra ſtillicidium meum, modò id in tecto ſuo recipiat. Stillicidia communiter dimidium pedem, vel etiam pedem integrum, rariùs duos pedes aut ultra caſitare in vicini aream. Si ergo liceret intra ſtillicidia ædificare vicino, neceſſe eſſe, ut liceret intra duos pedes, vel etiam intra unum vel dimidium pedem ab 67

ædibus

ædibus vicini ædificare, quod tamen *d. l. ut.* repugnet, utpote in qua lex Græcorum, quam Solon Athenis tulit, à Romanis etiam obſervari memoratur. Dixerat verò Solon: *Si quis ſepem ad alienum prædium fixerit, infoderitque, terminum ne excedito: ſi maceriem, pedem relinquito.* Si verò domum, pedes duos. *Si ſepulchrum aut ſcrobem foderit, quantum profunditatis habuerint tantum ſpatii relinquito, ſi puteum paſſus latitudinem. At vero oleam aut ficum, ab alieno ad novem pedes plantato, cæteras arbores ad pedes quinque.* Igitur, ſi ſemper is, qui domum ad alienum prædium ædificare vult, debet pedes duos relinquere non poterit is, qui ſervitutem debet, intra duos pedes ædificare, ne ſit melioris conditionis, quam is, cujus fundus à ſervitute liber eſt. Ita pronunciat *Cepolla c. 28. n. 8. p. m.* 70. eumque ſequitur Weizeneg. *d. diſſ. 3. c. 6. n. 8. p.* 422. Sed quod pace ipſorum dixerim, parum convenienter doctrinæ juris. Solon in illa lege non de quovis prædio, ſed de ruſtico, vel accuratiùs loquendo, de agro loquitur, eademque pertinet ad caput de regendis finibus. Vide Pandulphum Pratejum *in Vet. Juriſpr. leg. Solon.* 25. Quare & monente ipſo JCto in *d. l. ult. fin. reg.* Romani legem illam in doctrina finium regundorum receperant. Ac ne dubium ſuperſit, ita legis ſummam exhibet Plutarchus in Solone *p. m.* 86. ut apertè agri mentionem faciat: τὰς μὲν αἰγείρους φυτεύοντας ἐν ἀγρῷ &c. cum verba legis, Cajo *in d. l. ult.* recenſitæ, χωρίω (prædii) vocem generalem adhibuerint. (Conf. Meurſ. Solonem. *c. 19. p. m. 68. ſeq.* ubi d. Plutarchi locum ex allegata lege emendat: ut pro: βόθρους τι καὶ τάφους: *Scrobes & foſſas*, prout editiones Plutarchi habent, legendum ſit: βόθρους τε καὶ τάφους *ſcrobes & ſepulchra*) Jam autem inter agros & ædificia ingens intercedit differentia, neque doctrina de finibus regundis ad ædificia applicari poteſt, cum ii, qui ædificia juxta ſe invicem poſſident, non confines ſint, ſed vicini. *Vide Dd. commun. ad tit. de fin. reg.* Quod à Cæpolla & Weizeneggero non fuiſſe obſervatum, ſupinæ promemodum negligentiæ adſcribi meretur.

Quodſi verò per ſtatutum aliquo 68
in loco ita receptum ſit, ut ædificia extruere volentes, duos vel tres pedes ab ædificio vicini abſtineant, tum haud dubiè hic, qui ſervitutem ſtillicidii alteri debet, non poterit intra ſpatium prohibitum ædificare, etiamſi ſtillicidium in novo ædificio velit recipere, non quidem propter jus aliquod vicini, ſed propter prohibitionem legis communem Hic enim valet ratio Cæpollæ, quod hujus conditio non poſſit eſſe melior conditione ejus, cujus fundus à ſervitute liber eſt. Cave tamen, hanc rationem ita invertas, ut deterior eſſe debeat, quia, etiam ſi ſit æqualis, non eſt melior. Igitur quando jam quæritur, à quo ſpatio illi duo pedes, à ſtatutò requiſiti, in caſu ſervitutis debitæ computari debeant, utrum à termino ædium vicini, an à ſpatio quo ad utendam ſervitutem eſt opus? Cæpolla quidem pronuntiat, quod à ſpatio illo computatio fieri debeat, quo ad utendam ſervitutem eſt opus, & ita, ſi per tres pedes ſtillicidium cadat ſupra illos tres pedes debere relinqui adhuc duos pedes, ſive ſpatium in quo ſtillicidium caſitat, ſit ipſius vicini, cujus eſt ſtillicidium, ſive domini areæ, qui ædificare vult; eamque ſententiam vult notari tanquam ſpecialem,

lem, & in qua obtinuerit ipſe Cæpolla in quadam cauſa Veronæ contra quendam Epiſcopum, cum ita judicatum fuerit ex conſilio trium doctiſſimorum JCtorum. Sed his tamen non obſtantibus, dico, ſententiam Cæpollæ neque ullo textu, neque ratione aliqua ſufficiente probari. Quamvis enim fundamenti loco præſupponat *d. l. fin. reg.* tamen nec iſte textus, ut jam diximus, huc quadrat, nec etiamſi de limitibus ædificiorum loqueretur, ex iſto textu firmi quiddam inferri poterit pro opinione Cæpollæ. Unde fortè iſti tres doctiſſimi JCti vel communem erroris cauſam habuerunt cum Cæpolla, vel, quod fieri ſolet, forte autoritate Cæpollæ ſibi imponi paſſi ſunt. Senſit aliquatenus inbecillitatem ſententiæ Cæpollæ Weizenegg. *d. l. n.* 8. *p.* 420. unde aſſerit, quod illa valeat ſaltem, quando ſolum ſtillicidio ſubjectum eſt ejus, ex cujus tecto aqua pluvia cadit, ſed & hoc caſu putarem, adſpicienda eſſe verba ſtatuti, utrum velint, quod vicinus ædificans debeat abſtinere duos pedes ab ædibus vicini, an à ſolo etiam, quod ad iſtas ædes pertinet, ita, ut poſteriori ſaltem caſu procedat opinio Weizeneggeri, non in priori, de quo quærimus. Quare reſponſio noſtra ad quæſtionem propoſitam eſt iſta, ſpatium duorum pedum computandum eſſe à termino ædium vicini, etiamſi ſtillicidium per tres pedes caſitet, modò tunc in ædificio meo, noviter extructo, recipiam ſtillicidium, per *d. l.* 20. §. 3. & 6. *de S. P. U.*

69 Nunc ad alteram partem tractationis progrediamur, luſtraturi, quid poſſit dominus ſtillicidii vi juris ſui? Reſpondet Paulus in *d. l.* 20. §. 5. *ff. de S. P. U. Omnino ſciendum eſt, meliorem vicini conditionem fieri poſſe, deteriorem non poſſe, niſi aliquid nominatim in ſervitute imponenda* circa obſervationem hujus canonis *immutatum fuerit.* Quare, ſi Dominus prædii dominantis velit ædificium ſuum mutare, conſiderandum eſt, an præjudicium ex hac mutatione fiat, debitori ſervitutis, an minus, ita ut priori caſu mutatio non procedat, ſed ſaltem poſteriori. Et hactenus quidem benè. Sed quando hæc regula ad ſpecies negotiorum applicanda eſt, tum potiſſimum circa probationem præjudicii & deterioris conditionis vicini controverſia exiſtit; quapropter ipſe Paulus melioris illuſtrationis gratia ſpecies aliquot definire voluit, unam in §. 4. alteram in *d.* §. 5. *d. l.* 20.

De priore ita ſunt verba concepta: 70 *Si antea ex tegula caſitaverit ſtillicidium, poſtea ex tabulato, vel ex alia materia caſitare non poteſt.* Textum hunc communiter Doctores ſicco pede tranſeunt, tanquam res omnis eſſet plana, cum tamen & ſententia & mens Pauli ita obſcurior ſit, ut iis ad diſſentiendum occaſionem dederit. Videamus de ſingulis circumſtantiis ſeorſim. Stillicidium meum caſitavit ex tegula *von Tachziegel.* Benè, & hic nullus eſt ſcrupulus. Jam volo ita ædificare, ut caſitet ex tabulato vel alia materia. Quid hoc eſt? Cæpolla ità explicat *d. c.* 28. *n.* 3. *p. m.* 66. quod velim extruere canalem ligneum vel lapideum ſub tegulis, vel ſupra eaſdem, per quem aqua caſitet. Quodſi hic ſit ſenſus Pauli, ratio aſſertionis ejus eſt evidens, quod non poſſim invito vicino hunc canalem extruere, quia per aquam, in canalem collectam, haud dubiè deterior redderetur ipſius conditio, dum aqua non guttatim, ſed cum impetu caderet, & ſic ex ſtillicidio facerem flumen,

men. Cæterum vereor, ut hic caſus, à Cæpolla ſuppeditatus, quadret ad mentem Pauli in dicto textu. Nam Cæpolla loquitur de mutata non ſolùm materia ſtillicidii, ſed & de ipſius forma. At Paulus ſaltem materiæ mutatæ mentionem injicit. Deinde de ſpecie Cæpollæ dici non poteſt, quod aqua per canalem collecta caſitet, ſed quod fluat. Caſitare enim eſt, guttatim decidere. Et Paulus dicit, quod poſtea non poſſit ſtillicidium ex alia materia caſitare.

71 Ergo alia ſpecies nobis quærenda eſt. Quidſi per tabulatum ſimpliciter intelligamus tectum, aſſeribus ligneis exſtructum, cui apud nos correſpondent *die Schindeldæcher*, vel ex quacunque alia materia præter tegulas, qualia ſunt apud nos v.g. *die Schieferdæcher* Quæritur ergo, an, ſi prius ex tegulis caſitaverit ſtillicidium, poſtea ex tectis, quoad materiam mutatis, caſitare poſſit? Paulus negat. Sed cur? Sane ipſa materia tecti, unde ſtillicidium cadit, per ſe neque deteriorem conditionem vicini facit; neque, credo hac parte Manzio *de ſervit. p. m.* 185 *n.* 134. hanc rationem ſuppeditanti, quia ex tegula tenacius & remiſſius, ex tabula velocius & cum majore impetu cadat aqua. Et, ſi hæc ratio vel maxime aliquando locum haberet, non tamen eſſet perpetua. Senſit hanc inconvenientiam deciſionis Paulinæ, ſi ita generaliter accipiatur, Gloſſa, quare ipſa oculum intendens ad axioma, ab ipſo Paulo in *d.* §. 5. adductum, limitat ſententiam *d.* §. 4. ut tum procedat, ſi ex illa nova materia gravius caſitaverit ſtillicidium.

72 Non diffiteor tamen, ſi ſaltem §. 4. abſque reſpectu ad verba conſequentia conſideres, Gloſſæ expoſitionem videri minus accomodatam dictæ legi, cum Paulus generaliter loquatur, & indefinite cujusvis materiæ mutationem memoret, ut adeo magis ad hanc ſimpliciter, quam ad damnum inde emergens, quod ex accidenti eſt, reſpexiſſe videatur. Unde Weizeneg. *d. diſſ.* 5. *c.* 6. §. 14. *p. m.* 428. etiam Paulum ſimpliciter de materia exponit. *De materia*, ait, *ex qua ſtillicidium cadit, cavetur, tempus conſtitutæ ſervitutis imprimis ſpectandum eſſe, ut, ſi antea ex tegula caſitaverit ſtillicidium, poſtea ex tabulato vel alia materia caſitare non poſſit, l. ſervitutes* 20. §. *ſi antea, de S. P. U.* Sed hic rationem legis ita expoſitæ deſidero, quam Weizeneggerus tacet, neque enim, credo, aliquam habuit. Confugiemusne verò ad iſtud aſylum ignorantiæ *ad l. non omnium ff. de LL.*? Abſit. Quid ergo? Suppeditat aliquam rationem Gottofredus *in notis ad d.* § 4. *lit. g. Cur ita?* inquit *Collige ex l.* 9. *ſupra de ſervit.* & *ex l.* 13. §. 1. *infra de S. P. R.* Age videamus.

Celſus *in d. l.* 9. *de ſervit. Si cui ſim-* 73 *plicius via per fundum cujuſpiam cedatur vel relinquatur, in infinito (videlicet per quamlibet ejus partem,) ire, agere licebit.*

Verum conſtitit, ut quà primum, viam direxiſſet, ea demum ire, agere deberet. nec amplius mutandæ ejus poteſtatem haberet, ſicuti Sabino quoque videbatur, qui argumento rivi utebatur, quem primo quolibet ducere licuiſſet, poſteaquam ductus eſſet, transferre non liceret, quod & in via ſervandum eſſe, verum eſt. Similia ſcripſit Javolenus *in d. l.* 13. §. 1. *de S. P. R. Si totus ager itineri aut actui ſervit, dominus in eo agro nihil facere poteſt, quo ſervitus impediatur, quæ ita diffuſa eſt, ut omnes glebæ ſerviant. At ſi iter actusve ſine ulla determinatione legatus eſt: modò determinabitur, & quà primum iter determinatum eſt, ea ſervitus conſiſtit, cæteræ partes agri liberæ ſunt. Igitur arbi-*

ter dandus eſt, qui utroque caſu viam determinare debet. Ex his verò textibus non aliam video collectionem pro ſententia Gottofredi, ad oſtendendam rationem legis Paulinæ, quam iſtam. Quemadmodum ante determinationem viæ vel aquæductus, poſſum quoquo modo & in quacunque parte agri & prædii viâ uti, & aquam ducere, poſt determinatiouem viæ vel aquæductus, in aliam partem uſum ſervitutis extendere non poſſum, ita & in ſervitute ſtillicidii, ante extructionem domûs forte impoſitâ, poſſum ædes ex quacunque materia extruere, poſtquam verò ſemel ex certa materia ædes extructæ ſunt, poſtea ex alia materia novas vel renovatas extruere nequeo.

74 Sed condonabit nobis Gottofredus, quod ad hanc collectionem regeramus, cum inferre à maximè diverſis, à mutatione loci, ad mutationem materiæ. Ratio de via & aquæductu in eo conſiſtit, quod in omni ſervitute is, qui jus ſervitutis habet, non poſſit ultra determinatum modum ſervitute uti, quatenus præjudicium evidens eſt, vel eſſe poteſt in mutatione loci. At jam diximus, in mutatione materiæ regulariter non intercedere aliquid, intuitu cujus vicini interſit, illam mutationem non eſſe factam.

75 Igitur in hac ſententiarum diverſitate mihi quidem probabiliſſima videtur eſſe Gloſſæ expoſitio, §. 71. memorata, quia pauciſſimis difficultatibus premitur. Etſi enim verba, quæ Paulus in *d.* §. 4. uſurpat, generaliter de materia loquantur, & limitationi, quam Gloſſa iis addit, videatur obſtare canon vulgatus, lege non diſtinguente, non pertinere ad JCtum, ut diſtinguat: tamen, quia ex verbis Pauli generaliter, & prout jacent, intellectis, ſequitur abſurditas quædam, & iniquitas, quippe cum nulla ratio hujus deciſionis dari poſſit, & verò doctrina bonæ interpretationis jubeat, ad evitandam ejuſmodi abſurditatem, admittere interpretationem etiam impropriam, ſi nihil aliud haberemus, quod pro Gloſſa poſſemus afferre, hoc, credo, ſufficeret. Cùm verò ulterius interpretationis regulæ jubeant, ſenſum orationis dubiæ inveſtigare ex conjunctis loco, ſeu ex antecedentibus & conſequentibus: atque ex iis pro diverſitate circumſtantiarum vel verba generalia, alibi poſita, limitare, vel arctiora extendere, & axioma, quod Paulus in *in§ ſtatim ſubſequente* §. poſuit (*vide* §. 69.) clarè oſtendat, ſpecies, quas illo loco recenſet, ejus declarationi inſervire debere, profectò metuendum eſſet, ut graviter in principia Juriſprudentiæ impingere ſtudio vellemus, ſi de veritate expoſitionis Gloſſæ ulterius ſuſtineremus dubitare.

Pergimus adeò ad illam alteram ſpeciem, recenſitam à Paulo *in d.* §. 5. 76
Stillicidium, ait, quoquo modo acquiſitum ſit, altiùs tolli poteſt: levior enim fit eo facto ſervitus, cum quod ex alto cadat, levius interdum direptum, nec perveniat ad locum ſervientem, inferius demitti non poteſt, quia fit gravior ſervitus, id eſt, pro ſtillicidio flumen. Eâdem cauſâ retroduci poteſt ſervitus, quia in noſtro magis incipiet cadere, produci non poteſt, ne alio loco cadat ſtillicidium, quam in quo poſita ſervitus eſt. Lenius facere poterimus, acrius non &c. Pertinet & ipſa ad illuſtrationem regulæ, ſupra §. 69. jam adductæ. Oſtendunt hoc non ſolùm verba modò allata, ſed &, quod ipſa regula à Paulo immediatè poſt hæc verba proferatur. Quod ſi accuratius ſenſum verbo-

verborum horum rimeris, etſi unum caſum videatur definire velle Paulus, reverà tamen duæ ſpecies & quæſtiones ſub iſtis verbis latent. Una, an dominus ſtillicidii intuitu altitudinis ædium poſſit in novo ædificio variare? Altera, an idem poſſit intuitu latitudinis? Reſpondet Paulus ad utramque: Poſſe Dominum variare, ſi non deteriorem faciat conditionem prædii ſervientis.

77 Cùm verò hæc reſponſio generalis nullam habeat dubitationem, & ſaltem de applicatione caſuum ad eandem dubium remaneat, Paulus etiam quoad utramque ſententiam ſuam aperit. Incipiemus de poſteriore, tanquam minus dubiâ. Retroduci poſſe ædificium, dicit, quia per hoc conditio prædii ſervientis fiat melior, ut pote cum ſtillicidium tum cadat in aream prædii dominantis, & ſic prædium ſerviens à ſervitute vel in totum vel ex parte liberetur. At verò produci non poſſe, quia per productionem incipiat cadere ſtillicidium in majori ſpatio areæ prædii ſervientis, quam in quo poſita eſſet ſervitus, & ita ſervitus extendatur, ultra quam conventum ſit. Quæ omnia hæſitatione carent, modo illud exinde notemus; non poſſe dominum ſtillicidii facere, ut id cadat alio loco, in quo poſita ſervitus non eſt.

78 Utinam verò æque minus dubia eſſet applicatio alterius caſus de altitudine. Ait Paulus, per ædificationem altiorem, leniorem fieri ſervitutem, per depreſſiorem autem fieri graviorem. At hoc non ita eſt evidens, ſed rationibus aſſertionis opus eſt. Dat eas Paulus, & lenitudinem ſervitutis in aucta prædii altitudine exinde deducit; quod gutta altius cadens caſitet lenius, & ſæpius non perveniat ad locum ſervientem, à vento direpta, quo pacto ſanè minus patietur prodium ſerviens. Aliam rationem, à contrario argumentatur, dicit eſſe, ſi ædificium inferius demittatur, quia tunc ex ſtillicidio flumen fiat. Flumen verò graviorem ſervitutem eſſe, quam ſtillicidium, nemo ignorat.

Sed, quod pace Pauli dixerim, videtur ejus aſſertio de lenitate & gra- 79
vitate ſervitutis apertè repugnare evidentiæ ſenſuum, quæ quoniam pro primo veritatis omnis criterio habenda omninò eſt, riſum totius humani generis mereremur, ſi Paulo, aliquid huic criterio adverſum nobis perſuadere cupienti, aſſurgeremus. Quis enim non rideret eum, qui ſibi imponi pateretur, nivem eſſe atram?

Scilicet & in phyſicis doctrina de 80
motu, & quotidiana cujuſvis experientia quemlibet certum reddit, motum omnis corporis, à peripheria ad centrum tendentis, gravius ferire terminum, ad quem tendit, quo remotius ab eodem fuerit motùs initium. Quare tantum abeſt, ut gutta, altius caſitans, pro leniore habenda ſit, quam ſi caſitet ex loco inferiore, ut potius gravior omnino ejuſdem caſus habendus ſit, ſi ædificium altius extruatur. Ita excavatio lapidis ex ſtillicidio citius peragetur ex loco altiore, quam ex depreſſiore. Et iſta quidem haud dubiè procedunt, ſi caſus ſtillicidii fiat perpendiculariter.

Videtur iſta prævidiſſe Paulus. 81
Quapropter, ut hanc objectionem elideret vel eluderet, refugium quærit in ea circumſtantia, ſi aëris tranquillitas vento aliquo leviori etiam turbata ſit, ita ut guttæ ab aëre in terram non perpendiculariter deprimerentur, ſed per lineam tranſverſam aut curvam, quo pacto diffitendum non

 eſt,

eſt, ſtillicidium interdum lenius fieri. Sed parum ad prima iuris principia facit hæc Pauli limitatio. Aër, cum tranquillus exiſtit, eſt in ſtatu ſuo ordinario, cum vento diſpelluntur corpuſcula aërem replentia, id fit rarius & extra ordinem. Deciſiones verò caſuum controverſorum fieri profectò debent ſecundum id, quod fit frequentius, quod adeo Paulus hoc loco nequaquam obſervavit.

82 Accedit, quod & in ſtatu iſto extraordinario multa Paulus præſupponat, evidentiæ ſenſus adverſa. Dicit: *Stillicidium direptum* à vento *non pervenire ad locum ſervientem.* Quo ergò? Utrum à vento in nihilum forte redigitur, aut in materiam primam, idolum iſtud Scholaſticorum, reducitur? Atqui hoc quidem nos nequaquam credemus. Neceſſe eſt potius, ſtillicidium, quocunque modo direptum, pervenire ad locum aliquem. Sed, regeret forte Paulus, neque hoc nego, ſiquidem negávi ſaltem, quod perveniat ad locum ſervientem. Et facilè doctrinam meam experientia quotidiana declarare potero: Quid enim, annon interdum accidit, ut ventus, ſtillicidio adverſus, idem, antequam ad aream perveniat, rejiciat in parietes ædificii dominantis? Annon hoc pacto lenius fit conditio prædii ſervientis?

83 Ita eſt equidem, Paule optime. Sed quis aſſecurabit vicinum, qui ſtillicidium recipere cogitur, ut ventus ſemper ſtillicidio adverſus exiturus ſit? Annon ſæpius ventus adverſus ſtillicidium ita direptum ultra locum conſuetum in prædio ſerviente abjiciet? Gravior profecto hoc pacto fiet ſervitus, argumento certiſſimo, a propria tua deciſione, de ædificio producto, deſumto. Quin imo finge, vicinum prope ſtillicidium extructum habere murum quendam vel parietem. Transferet tum omnino ventus guttas in iſtum vicini parietem, & hoc pacto quoque conditionem ejus reddet deteriorem.

Illa quoque, quæ de tranſmutatione ſtillicidii in flumen docet, ſi ædes deprimantur, fabulis accenſeri debent. 84
Flumen & ſtillicidium ex tecto, unde cadunt, dijudicari debent, utrum aqua é ſingulis tegulis per guttas cadat, utrum per canalem collectum deſuper fluat? Ergo, quemadmodum ex flumine non fit ſtillicidium, etiamſi forte ventus flumen diripiat, ut guttatim decidat, ita nec ex ſtillicidio, quod ſemel tale eſt, in medio caſu poterit flumen fieri.

Ergo parum abeſt, quin concludamus adverſus Paulum, deciſionem 85
quæſtionis propoſitæ plane invertendam eſſe, & ex ipſa Pauli regula, hoc paragrapho inculcata, dicendum, ædificium, ex quo ſtillicidium cadit, altius tolli non poſſe, quia facile contingere poſſit, ut ſtillicidium direptum latius projiciatur, quàm conventum eſt, & quia idem, etiamſi non diripiatur, gravius tamen decidit. Poſſe vero deprimi, quia tunc lenius decidat, & difficilius á vento ita diripi poſſit. Sed ſuſpendamus pauliſper hanc deciſionem. Sæpe JCti veram aſſertionem ponunt, etſi non appoſuerint genuinas & convenientes rationes. Fortè Commentatores rationes Pauli emendarunt, & meliores attulerunt. Hos igitur ante omnia audire poſtulat Juris Conſulti genuini officium. Age audiamus.

Memorabile eſt, quod Cæpolla 86
de ſervit. cap. 28. *num.* 5. *p. m.* 67. de Thomaſio quodam, equite de Aretio refert, quod Paduæ in diſputatione publi-

publica, à Paulo de Aretio, Juris utriuſque Doctore, interrogatus de hac quæſtione, reſponderit contra Paulum, & hanc rationem attulerit, quod fortius cadat ſtillicidium ex alto, quàm ex depreſſo. Neque contentus Cæpolla hac relatione ſimplici, pro ſententia illius Thomaſii plures rationes collegit. *Potuiſſet*, inquit, *etiam alia ratio allegari: quia major videtur communitas eſſe loci ſervientis, quod cadat ex loco depreſſo magis, quàm ex alto, ergo videtur, quòd poſſit deprimi & non tolli, quoniam ſi ex alto cadit, propter ventum nulla quandoque pars ſoli ſub ſtillicidio remanet tecta cum effectu, quia aqua cadit ubique, & ſic non poteſt ibi in area ſub ſtillicidio quicquam collocari, quod tutum ſit ab aqua. Item, quia nec commode poteſt ſtari vel iri per aream ſub illo ſtillicidio: quod non eſſet, ſi caderet ſtillicidium directè ex loco magis depreſſo. Item etiam, quia ex loco magis alto magis occupatur lumen areæ, quam per locum depreſſum. Item potuiſſet alia ratio aſſignari, ſi paries ſeu murus, ſuper quo eſt tectum ſeu ſtillicidium, eſſet communis, quia quanto cadit altius aqua propter vim ventorum, tantò magis indirectè cadit. Et ideo aqua ſæpius diſcurrit per parietem ſive murum, & ipſum corrumpit, maximè, ſi eſt paries ligneus, quod non eveniret, ſi aqua ex loco depreſſo caderet &c.*

87 Rarior aliàs Thomaſiorum inter eruditos mentio fit. Fuerunt tamen ex hac gente, undecunque oriunda, Viri quidam etiàm aqud exteros celebres. Memorantur potiſſimum Michaël, Jugurtha, Petrus, & Vincentius Thomaſii. Michaëlem Thomaſium citat Schottus *in Bibliothecâ Hiſp. p.* 601. ejuſque obſervationes ad Lactantium in eruditarum manibus verſantur. De Jugurtha hæc memorat Piccolom. *Eth p.* 441. *Senis inter humanæ ſapientiæ interpretes ſplendidè intueor refulgere Jugurtham Thomaſium, Virum doctrina prudentia & ingenii dexteritate inſignem.* In Witiburgenſi Academia jura publicè profeſſus eſt Petrus Thomaſius, Ravennas, Vir incredibilis memoriæ, cujus mentionem ampliorem injiciunt Guido Panzirolus *de clar. leg. interpret. c.* 138. *p.* 312. Miræus II. *Biblioth. p.* 6. Rubeus *hiſt. Ravenn. fol.* 410. quamvis hic communiter ſub nomine Petri Ravennatis alias citari ſoleat. Reliquit filium Vincentium Thomaſium, qui & ipſe Juriſperitus in Academia Witiburgenſi clarus habitus eſt. *Panzirol. d. l. p.* 414. *Rubeus fol.* 410. *Agricola in proverb. p.* 87 *Zincgr. in apophtheg p.* 281. Ad alium quendam Petrum Thomaſium, Philoſophum & Medicum inſignem, compluſculæ extant Philelphi Epiſtolæ, quarum prima eſt in ordine decima ſexta. Et adhuc alium à prioribus duobus, Petrum Thomaſium, cognomine Mingonum, diverſum à ſuperioribus duobus, recenſet Rub. *Hiſt. Raven. f.* 522. Quartum Petrum Thomaſium innuere videtur Voſſius, dum in *de vit. ſerm. p.* 648. citat Philippi Mazzerii vitam æqualis ſui S. Petri Thomaſii. Inſpicere mihi licuit libellum hunc, cujus iſte eſt titulus: *Vita S. Petri Thomaſii ex ordine futurum B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo, Epiſcopi Pactenſis & Coronenſis, Archiepiſc. Cretenſis & Patriarchæ Conſtantinopolitani ac Legati Apoſtolici, ſcripta ab oculato teſte Philippo Mazzerio, Cancellario Cypri, & à Gothofredo Henſchenio, Societatis JESU, illuſtrata. Antverpiæ* 1659. Floruit hic Petrus Thomaſius in ſeculo decimo quarto, & ex Aquitania

ortus eſt. Citatur etiam Thomaſius quidam à Martin *in lexic. Philoſ.* 1493. Igitur repræſentavi hactenus paucis his lineolis Thomaſios, Philoſophos, Medicos, JCtos, Theologos, Sanctos. Quis autem fuerit iſte Thomaſius, qui tam audacter definitioni Pauli JCti ſententiam ſuam oppoſuit, mallem Cæpolla demonſtraſſet diſtinctius, Vocat eum mirandæ memoriæ dominum, quod prædicatum alias Petro Thomaſio Ravennati dare ſolent ſcriptores, ſed videtur tamen Thomaſius noſter non JCtus, ſed Philoſophus fuiſſe, ſecundum ea, quæ circa finem memorat Cæpolla. Poſtquam enim pro ſententia Thomaſii rationes, in §. *præcedente* deſcriptas, adduxiſſet, nullam aliam reſponſionem iſtdem ſubjungit, quàm verba ſequentia: *Unde ex his patet deciſio Pauli Juris Conſulti in d. l.* ſervitutes quæ ex ſuperficie §. ſtillicidium de ſervit. urb. præd. *Et non mirandum, ſi Dominus Thomaſius, Vir præclariſſimi ingenii, in ea erravit, & propterea cavendum ab hujuſmodi actibus publicis de quolibet, quia ſunt periculoſi, maximè quando quis vult ponere falcem in meſſem alienam, contra id, quod ſcriptum eſt* in c. & habetur 6. q.3.c.1. & in c. venerabilem extr. de elect. & in clement. paſtoralis §. rurſus in fine de jud. Quæ enim hic Cæpolla de falce in alienam meſſem miſſa, diſſerit, videtur Thomaſium noſtrum à Jureperitorum claſſe excludere.

88 Quicquid hujus ſit, Cæpolla ſanè, tantum abeſt, ut in verbis iſtis dubia, ſententiæ Paulinæ à Thomaſio oppoſita, ſolvat, ut potius ea vi majore ad inſtar nodi Gordii rumpat. Quid enim? Pro Pauli doctrina nulla argumenta nova præfert, ſed rationes ſaltem Pauli, enerves illas ac ſuperius dexteriter rejectas, repetit. Ad firmiores verò iſtas Thomaſianas magis mutus eſt, quàm piſcis. Et tamen per ſuum UNDE perſuadere vult Lectori, erraſſe Thomaſium, & graviter in leges impegiſſe, quo falcem immiſerit in meſſem alienam. Quid eſt cæcum abſurdæ doctrinæ obſequium, præ oculata ratione commendare, ſi hoc non eſt? Ergo profecto, ſi alii JCti meliora non afferant, quam Cæpolla, actum erit cum opinione Pauli.

Weizenegger. *d. diſſert.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. 421. diſſentire equidem hac 89
parte à Paulo apertè noluit, ſed neque proderunt etiam ejus dicta quicquam defenſioni ejuſdem. Poſtquam enim recenſuiſſet textum Pauli, ſequentia ſubjicit: *Hactenus dicta ab Ulpiano* (Paulo dicere debebat,) *deciſa non tamen difficultate carent, ſi rationibus quis contra certare vellet. Et omnino fatendum eſt, ſæpe prædio ſervienti commodius eſſe ut ſtillicidium inferius demittatur, idque in ſervitute conſtituenda pacto caveri poſſe, ut ſcilicet depreſſum habeatur ſtillicidium, & altius non tollatur.* Manzius eadem, quæ ex Weizeneggero adduximus, repetit ſaltem, nihilque addit de ſuo. Nec mirandum, Fuit enim Manzius JCtus exigui judicii, quamvis Commentarius ipſius rationalis ad inſtituta, ubique plurimas rationes crepet, ſed inanes pleraſque, ineptas, ac otioſas.

Igitur nullas rationes deprehendo 90
hæſitandi amplius, ſed confidenter pronuncio, deciſionem Pauli *in d. l.* 20. §. 5. eſſe rationi & juris principiis ab ipſo met poſitis adverſam, atque adeo eum, cui ſervitus ſtillicidii debetur ædificium altius tollere non poſſe, poſſe verò idem deprimere jure ſuo, fruſtraque contradicente vicino. Nec metuo hac parte vituperium, quo me fortaſſe aggredientur non pauci

ex

Digitized by Google

ex iis, qui JCtorum titulo ſulgent. Quippe eoſdem audire videor me inſectantes. Heus bone vir! Itane audacter iis contradicis, quæ ſummus JCtus Paulus ita perſpicuè, ita conceptis verbis definivit, quæque à Triboniano, ut legis vim haberent, in Pandectas relata ſunt, & non uſu ſolùm communi Germaniæ, ſed & legibus publicis, quæ Judicis ad normam Juris Cæſarei judicare adigunt, recepta? An neſcis, duras leges ſequendas eſſe, ſi modo ita ſcriptæ ſint? An oblitus es officii Juris interpretis, qui violentas manus legibus inferre nequit, eaſque non emendare aut corrigere poteſt, ſed ſaltem ſenſum eundem ex lege artis eruere? An denique affectatum ignorantiam ſimulas, ſub gravi pœna prohibitum eſſe, ne quis contra leges diſputet, ſed ut diſputationibus ſaltem de legibus ſit contentus? Quid non proferent denique ultima hæc tempora, hominibus audaculis abundantia, principia omnia & ſapientiæ tradita turbare ac evertere cupientibus?

91 Non poterimus objectionem hanc, ſpecie gravem, reipſa nullius momenti, plane omittere. Quare ſic paucis tene reſponſionem noſtram. Non diſputamus contra leges, neque eaſdem ſubvertere intendimus. Multa ſunt in Corpore Juris Juſtinianeo, quæ legum nomen non merentur, quoniam legis definitio ad eadem applicari non poterit. Ergo neque iſta aut uſu, aut lege publica dici poſſunt eſſe recepta in Germania, Tale quid etiam eſſe arbitror ſententiam Pauli, hactenus refutatam. Axioma iſtud, dominum prædii ſervientis non poſſe deteriorem conditionem vicini facere, poſſe meliorem, juris principium eſt, receptum legibus Germaniæ: quomodo verò conditio vicini reddatur deterior, quæſtio facti eſt, non juris, quæ ad JCtum non pertinet, ſed ad hominem quemvis, ratione utentem. Unde, ſi JCtus aliquis in ejuſmodi negotio falſa apertè tradiderit, ſententia ejus vim legis habere nequit. Et profectò, qui putant, altius ædificari poſſe cum Paulo, non poſſe depreſſius, iis legibus adverſum quid ſtatuunt, cum admittant, poſſe vicini conditionem deteriorem fieri, non poſſe meliorem, utpote quod per deducta evidenter ex hac opinione ſequitur, & ita contradicunt axiomati Paulino.

Sed, inquient, minimè contradicimus. Etſi enim vel maximè in rei veritate hæc ita ſe habeant, credimus tamen hactenus Paulo, contrarium afferenti, per ædificium altius conditionem vicini fieri meliorem, deteriorem contrà per depreſſius. Et melius certè eſt, atque JCto decentius, ſi cum lege loquatur ſine ratione, quam ſi rationes habeat ſine lege. Putabam ſcire leges ad JCtum pertinere, non credere iis. Cur non itidem creditis, uterum fœminarum habere quinque receptacula, & ridetis Medicos, in Anatomia cadaveris humani longe aliud demonſtrantes? Nam & hæc falſitas Juri Juſtinianeo inſerta eſt. Cur non creditis Juſtiniano, ex ejuſmodi ſimulata ſapientia pronuncianti, diſcretum poſſe eſſe vitium naturale ejus, qui ſurdus natus eſt, ut non ſimul mutus ſit? Quo & ipſo nihil unquam magis ab evidentia & ratione abſonum fuit traditum. Sed incidimus in tempora, ubi, cum emortua planè & extincta deberent eſſe autoritatis vetuſtæ præjudicia, eadem potius adoleſcere, & robur quotidie majus ſumere videntur. 92

Oritur ex ſervitute ſtillicidiorum, 93
ut

ut ex aliis ſervitutibus, actio confeſſoria. Planus eſt hanc in rem textus ejuſdem Pauli *l. 9. pr. ſi ſerv. vindic. Item Julianus ſcripſit: Si vicinus in ſuo ædificando effecerit, ne ſtillicidium meum reciperet, poſſe me agere de jure meo, id eſt, jus eſſe immittendi ſtillicidium.* Competit etiam ex adverſo, ſi quis ſtillicidio damnum det qui ſervitutem non habet, actio negatoria, cujus mentionem injicit. Ulpianus in *l. 8. §. 5. ff. eod.* deque ejus differentia ab actione aquæ pluviæ arcendæ tractat idem *l. 1. §. 17. 19. 20. ff. de aq. pluv. arcend. Item ſciendum eſt,* inquit, *hanc actionem non alias locum habere, quam ſi aqua pluvia agro noceat. Cæterum: ædificio vel oppido noceat, ceſſat actio iſta, agi autem ita poterit, jus non eſſe ſtillicidia, flumina immittere. Et ideo Labeo & Caſcellius aiunt, aquæ quidem pluviæ arcendæ actionem ſpecialem eſſe, de fluminibus & ſtillicidiis generalem. & ubique ea agi licere, Itaque aqua, quæ agro nocet, per aquæ pluviæ arcendæ actionem coercebitur. Caſſius quoque ſcribit, ſi aqua ex ædificio urbano noceat, vel agro, vel ædificio ruſtico, agendum de fluminibus & ſtillicidiis, Apud Labeonem autem invenio relatum, ſi ex agro meo aqua fluens noceat loco, qui eſt intra continentia, hoc eſt, ædificio, non poſſe me aquæ pluviæ arcendæ conveniri, quodſi ex continentibus profluens in meum agrum defluat, eique noceat, aquæ pluviæ arcendæ eſſe actionem.* Igitur paucis: actio aquæ pluviæ locum habet, ſi ex agro aqua pluvia noceat agro, item ſi ex ædificio noceat agro, quamvis hic diſſenſerit Caſſius: non habet locum, ſi ex agro vel ædificio noceat ædificio: Sed hic opus erit actione de fluminibus & ſtillicidiis, per quam hoc loco intelligi actionem non confeſſoriam, ſed negatoriam, in aperto eſt. Eadem tamen actio negatoria de fluminibus ſemper etiam locum habebit in caſibus, ubi datur actio aquæ pluviæ arcendæ. Nam generalem eam vocat cum Labeone Ulpianus, & qua ubique agere liceat.

Quæ cum ita ſint, videbatur plane 94
otioſa eſſe actio aquæ pluviæ, & fruſtraneæ adeo diſquiſitiones JCtorum, utrum ea locum haberet, nec ne, cum ſemper ſecurus ſim actione fluminum & ſtillicidiorum. Adeoque deliraſſe alicui videri poſſet populus Romanus quod lege publica actionem ſupervacaneam & difficultatibus obnoxiam introduxerint. Sed reſpondeo, procederent iſta, ſi vel actio aquæ pluviæ poſterior eſſet actione ſtillicidiorum, aut ſimul cum eadem in forum producta. At jam probabile eſt, eam actione ſtillicidiorum fuiſſe multo antiquiorem, quippe cum jam legibus XII. Tabularum fuerit prodita. *Vid. l. 21. ff. de ſtatu lib. Fragm. LL. XII. Tabb. tab. 8. p. m. 291.* Quanquam non diffitendum ſit, inventa poſtea actione ſtillicidiorum, ſuperſedere aliquem poſſe actione aquæ pluviæ, atque hodie in praxi diſceptationes illas ſubtiles JCtorum Romanorum, non magnum habere uſum.

Reſtat, ut videamus, quid notatu 95
dignum in amiſſione ſervitutis ſtillicidiorum occurrat. Servitutes communiter non uſu amittuntur, ut notum eſt, & adeo uſu conſervantur. Uſus in facto conſiſtit. Ita ſi per conſtitutum tempus fructus non perceperim, per alterius fundum non iverim, aquam ex ejus fonte non hauſerim, ſervitus, uſusfructus itineris, aquæ hauſtus, & ita porro amittitur. Quare ſi per factum conſervantur ſervitutes, & per omiſſionem facti amittuntur, non videbatur conſervari poſſe ſervitus ſtillicidii, utpote in qua nihil fa-

cit dominus ædium, ſed ſtillicidium ſaltem habet.. Habere autem non eſt facere aliquid? Reſpondet ad hoc dubium Paulus *l. 20. pr. S. P. U. Servitutes, quæ in ſuperficie conſiſtunt, poſſeſſione retinentur. Nam ſi forte ex ædibus meis in ædes tuas tignum immiſſum habuero, hoc ut immiſſum habeam, per cauſam tigni poſſideo habendi conſuetudinem. Idem eveniet, et ſi mænianum in tuum immiſſum habuero, aut* ſtillicidium in tuum projecero, *quia in tuo aliquid utor, etſi quaſi facto quodam poſſideo.* Varie hunc textum emendare intendit Gothofredus in notis. Mihi exceptis verbis ultimis, (ubi pro *etſi* legendum eſſe *& ſic*, contextus oſtendit,) ſententia Pauli videtur eſſe videns. Reſpondere enim vult JCtus. ad modò memoratam objectionem, continuatam poſſeſſionem rei meæ in alieno, in quibuſdam ſervitutibus haberi pro quaſi facto, & hoc quaſi factum ad uſum, per quem conſervetur ſervitus, ſufficere. Ut verò hæ ſervitutes eò melius cognoſci queant, deſcribit eas, quod ſint illæ, quæ in ſuperficie conſiſtunt, hoc eſt, quarum utilitas pertinet ad ſuperficiem ædium, ut ſunt ſervitus tigni immittendi, oneris ferendi, luminum, protegendi & ſimiles. Puto autem, Paulum has ſervitutes ſaltem exempli loco adduxiſſe, non, ut aſſertionem ſuam ad eas reſtringeret. Neque enim omnes ſervitutes quæ in ſuperficie conſiſtunt, ſola hac poſſeſſione continuata conſervantur, ſed quædam inſuper & factum poſitivum requirunt, neque omnes ſervitutes, quæ non in ſuperficie conſiſtunt, facto poſitivo opus habent, ſed & inſuper aliæ quædam per continuatam poſſeſſionem rei meæ in alieno conſervantur. Prioris aſſertionis exemplum cape in ſervitute cloacæ, quatenus cloaca in ſuperficie eſt *wann mein Goſzſtein in des andern Hoff gehet*, item in ſervitute fumi. Si enim per conſtitutum tempus per negligentiam fumum aut aquam non exmittam per foramen ſuperficiei etiamſi foramen poſſideam continuò, puto ſervitutem eſſe miſſam. Poſterioris exemplum ſuppeditabit ſervitus æquæductus, quæ non in ſuperficie, ſed in ſolo conſiſtit, & tamen hic nullum aliud eſt factum domini ſervitutis, quam quod habeas rivum vel canales in alieno poſitos. Ex quo ſimul & illud patet, non adeo à Gloſſa efferri mentem JCti, dum iſtam legem ſcribit: *Urbana ſervitus poteſt retineri per poſſeſſionem. Et de hoc ponit duo exempla, in quibus ſi habeo immiſſum tignum in murum tuum, retineo ſervitutem.* Videtur enim Gloſſa per ſervitutem, quæ in ſuperficie conſiſtit, intellexiſſe omnem ſervitutem urbanam, adeoque hac parte differentiam quæſiviſſe inter urbanas & ruſticas, quod tamen ut exemplo ſervitutis æquæductus, quæ ruſtica eſt, patet, non procedit.

96 Porro quæritur: An interitu prædii ſervitus ſtillicidii quoque intereat? Reſpondet idem Paulus *d. l. 20. §. 2. Si ſublatum ſit ædificium, ex quo ſtillicidium cadit, ut* (forte legendum *&*, quamvis & altera lectio tolerari poſſit,) *eadem ſpecie & qualitate reponatur, utilitas exigit, ut idem intelligatur. Nam alioquin, ſi quis ſtrictius interpretetur, aliud eſt, quod ſequenti loco ponitur. Et ideo ſublato ædificio uſusfructus interit, quamvis area pars eſt ædificii.* Vis hujus aſſertionis ut intelligatur, præſupponenda eſt doctrina generalis de interitu ſervitutis, propter interitum prædii, præprimis cum hic Doctores mirificè varient, ita vix duos deprehen-

dere poſſis, qui ex æquo inter ſe conſentiant. *Vide Weizenegger de ſervit. diſſert.* 1. *cap.* 8. *n.* 23. *p. m.* 148 *Struv. Exerc.* XIII. *th.* 15. *Frauzk ad tit. quemadm. ſervit. amitt. p.* 289. *Schiiz. ibid. p.* 110. Textus legum Civium, in quibus hujus doctrinæ ſedes eſt, ſunt ſequentes: Javoleni *l.* 14. *pr. quemadmod. ſerv. amitt. l.* 24. *quemadm. uſusfructus amitt. l.* 13. *de ſerv. ruſt. præd.* Pomponii *l.* 23. *quemadm. uſusfr. amitt.* Ulpiani *l.* 5. §. 2. *quemadm. uſusfruct. amitt.* Marcelli *l.* 71. *de uſufr.* & Pauli modò recenſita verba. Sed varias Doctorum opiniones hic prolixius diſcutere mei inſtituti non eſt, quare ſententiam meam paucis aperiam.

97 Regula juris civilis fuit, *rei interitu extingui ſervitutem, ſive realem, ſive perſonalem.* De perſonali concepta ſunt Pauli verba finalia *in* §. *præcedente.* Cum quo conſonat Ulpianus *d. l.* 5. §. 2. & 3. *quib. mod. uſusfr. amitt. Rei mutatione interire uſumfructum placet Veluti: uſusfructus mihi ædium legatus eſt, ædes corruerunt, vel exuſtæ ſunt. Sine dubio extinguitur. An & area? certiſſimum eſt, exuſtis ædibus nec areæ nec cementorum uſumfructum deberi. Et ita & Julianus. Si areæ ſit uſusfructus legatus, & in ea ædificium ſit poſitum, non mutari, & uſumfructum extingui conſtat. Plane ſi proprietarius hoc fecit, ex teſtamento vel de dolo tenebitur.* De reali iterum loquitur Paulus in *d.* §. *præced.* Simile quid colligitur ex aſſertione Javoleni *arg.* 14. *pr. quemadm. ſervit. amitt. verbo: renovare. Conf. modo* §. 98. Intelligo autem hic per Jus Civile interpretationem JCtorum, quod Ulpianus in præfato textu indicat, dum dicit: PLACET interire rei mutatione uſumfructum: hoc eſt: JCti per regulas bonæ interpretationis hoc Axioma ex natura negotii deduxerunt, haud dubie inde, quia jura ſervitutem tam realium, quam perſonalium, hærent prædiis, inconveniens autem eſſe videbatur, ut jus, ſine ſubjecto, cui inhæreret, ſubſiſteret. Cæterum tamen non videtur illa regula ab omnibus JCtis eſſe approbata, quod idem verbum PLACET in textu Ulpianæo declarare videtur, utpote quod plerumque diſſenſſionis inter JCtos nota eſt & præterea eò etiam inclinant verba: ET ITA ET JULIANUS; quæ ſuperflua fuiſſent, ſi JCti in ea doctrina fuiſſent unanimes. Sed quicquid hujus ſit, diſſenſus ille, ſi quis fuit, fuit forte pauciorum, quorum adeo fragmenta, quantum mihi conſtat, in Pandectis non apparent; etſi hic liber antinomiarum & diſſenſionum alias ſit fertiliſſimus. Et ſufficiet nobis, quod Ulpianus & Paulus, qui ferè nunquam conſentiunt, hac parte eidem ſententiæ ſubſcripſerint.

Quamvis autem regula iſta à JCtis 98
fuerit approbata, in applicatione tamen ad caſus ſpeciales ejus uſum non ita magnum fuiſſe, arbitror. Siquidem fere in plerîſque exemplis ob æquitatem, ſervitutem ipſo jure extinctam, reſtituendam, aut quod magis huc pertinet, renovandam eſſe, iidem, qui regulam approbarunt, reſponderunt. *Si locus*, ait Javolenus, *l.* 14. *pr. quemadm. ſerv. amit. per quem via aut iter, aut actus debebatur, impetu fluminis occupatus eſſet, & intra tempus, quod ad amittendam ſervitutem ſufficit, alluvione facta, reſtitutus eſt, ſervitus quoque in priſtinum ſtatum reſtituitur. Quod ſi id tempus præterierit, ut ſervitus amittatur, revocare eam cogendus eſt.* Habes exempla de ſervitutibus prædialibus.

Cæterum

Cæterum eadem & in perſonalibus obtinuiſſe, docent leges Pomponii & ejuſdem Javoleni. Sic enim Pomponius *l. 23. quemamod. uſusfruct. amitt. Si ager, cujus uſusfructus noſter ſit, flumine vel mari inundatus fuerit, amittitur uſusfructus, cum etiam ipſa proprietas eo caſu amittatur: ac ne piſcandô quidem retinere poterimus uſumfructum, ſed quemadmodum, ſi eodem impetu diſceſſerit aqua, quo venit, reſtituitur proprietas, ita & uſumfructum reſtituendum dicendum eſt.* Javolenus verò *l. 24. eod. Cum uſumfructum horti haberem, flumen hortum occupavit deinde ab eo receſſit, jus quoque uſusfructus reſtitutum eſſe Labeoni videtur, quia id ſolum perpetuo ejuſdem juris manſiſſet. Ita id verum puto ſi flumen inundatione hortum occupavit. Nam ſi alveo mutato, inde manare cæperit, amitti uſumfructum exiſtimo, cum is locus alvei publicus eſſe cæperit, neque in priſtinum ſtatum reſtitui poſſe. Idem juris itinere & actu cuſtodiendum eſſe, ait Labeo, de quibus ego idem, quod in uſufructu ſentio.*

99 Sentio autem, quid hic velis objicere. Dices forte, leges adductas non probare exceptionem à regula allata, cum per inundationem ager non intereat, atque ſic ea, quæ de renovatione ſervitutis in illis textibus dicuntur, nequaquam ad eum caſum debere accommodari, ubi ſervitus interitu rei fuerit extincta. Quinimo diſertè ex *d. l. 24. quib. mod. uſusfruct. amitt.* contrarium demonſtrari poſſe, cum Labeo aliud eſſe afferat in inundatione, aliud, ſi ex agro alveus fiat, ejuſque differentiæ non aliam eſſe rationem, quam quod per inundationem ſpecies non mutetur, per alveum verò ager intereat. Sed ut à poſteriori incipiam, nego, genuinam hanc eſſe rationem diverſæ deciſionis in caſu agri inundati, & per alveum excavati; alias enim Labeo dixiſſet, in caſu alvei novi ideò uſumfructum amiſſum non poſſe reſtitui, quoniam ſpecies mutata ſit. Jam verò aliam cauſam diſerte ſuppeditat, ideò reſtitutionem uſusfructus denegans, quod novus alveus non ſit amplius res privatorum, ſed publicas eſſe cœperit, quo pacto per argumentum à contrario ſenſu inferre poſſes, ſi publicus factus non eſſet, reſtituendam ſimiliter fore ſervitutem, non obſtante, quod per alveum ager interierit.

Cæterum, quoniam argumenta à 100 contrario ſenſu non adeo magnum ſemper probabilitatis gradum continent, & adhuc prius dubium, quod per inundationem ſpecies non planè extinguatur, doctrinam noſtram aliquatenus urget, poterimus ſententiæ §. 98. allatæ probationem clariorem aliunde oſtendere. De ſervitutibus realibus ſane Paulus noſter in lege §. 96. deſcripta ſtatuit; ſi ædes deſtructæ ſint, & aliæ in earum locum poſitæ, ſtillicidium ipſo jure exſtinctum, utilitatis cauſa reſtituendum eſſe. De perſonalibus eſt lex Marcelli, *in l. 71. ff. de uſufruct. Si in area, cujus uſusfructus alienus eſſet, ædificaſſet intra tempus, quo uſusfructus perit, ſuperficie ſublata reſtitui uſumfructum, veteres reſponderunt.*

Quænam verò ſit ratio illa utilitatis 101 & æquitatis, ob quam JCti reſtituendas eſſe ſervitutes contra jus ſtrictum reſponderunt, dubitari poſſet: Dicam, quod ſentiam; putarunt forte, quod, etiamſi ædificium noviter extructum non videatur eſſe idem ſpecie cum præcedenti, tamen rem à potiori parte eſſe definiendam, ſcilicet à ſolo, quod cum idem remaneat, & ad ſe trahat novam ſuperficiem, inde mo-

tali æſtimatione & hanc videri eandem cum præcedenti eſſe. Quò pertinent verba Pauli: (in §. 29. ſupra) *utilitas exigit, ut* idem *intelligatur*. Verum cautè in hac æquitate admittenda proceſſerunt, &, ſi alia æquitas fortior videbatur contrarium ſuadere, (quod tamen rarius accidebat,) manebant in definitione ipſius regulæ. Inde ædibus exuſtis uſusfructus extinguitur, nec reſtituitur novis ædibus extructis *arg. d. l.* 5. §. 2. *quib. mod. uſusfruct. amitt. d. l.* 20. §. *de S. P. U. vide* §. 96. 97. Iniquum enim eſſet, eum, qui ſuis impenſis ædificium de novo extruxit & civitatem ruinis deformari non paſſus fuit, contra regulam juris civilis novæ ſervitutis impoſitione onerari. Quæ ratio æquitatis cum etiam in caſu ſervitutis ſtillicidii non avertendi adſit, putamus, ſententiam Pauli in §. 96. reſtringendam eſſe ad ſervitutem ſtillicidii avertendi, quamvis verba ſint paulò generaliora. Quoniam enim in ſervitute ſtillicidii non avertendi domus, ſtillicidium habens, eſt prædium ſerviens, grave foret, ſi Domino, novum ædificium extruenti, priſtina ſervitus imponeretur. At in ſervitute ſtillicidii avertendi domus noviter extructa eſt prædium dominans.

102 Denique; quemadmodum ſervitutes ſtipulationibus conſtituuntur, ſic & pactis & ſtipulationibus iterum remittuntur. De expreſſa remiſſione non eſt dubium. Cæterum ſunt & tacitæ ſervitutem remiſſiones, ſi quis alteri concedat ejuſmodi factum, quod uſum ſervitutis tollit. De ſervitute ſtillicidii in ſpecie ſic Paulus *in l.* 8. *quem. ſerv. amitt. Si ſtillicidii immittendi jus habeam in aream tuam, permiſero tibi jus in ea area ædificandi, ſtillicidii immittendi jus amitto.* Quoniam nempe per ædificium impeditur receptio ſtillicidii mei. Sed quid eſt, quod Pomponius ſcribat *in l.* 21. *ff. de S. P. U. Si domus tua ædificiis meis utramque ſervitutem deberet, ne altius tolletur, & ut ſtillicidium ædificiorum meorum recipere deberet, & tibi conceſſero, jus eſſe, invito me, altius tollere ædificia tua, quod ad ſtillicidium meum attinet, ſic ſtatui debebit, ut, ſi altius ſublatis ædificiis tuis ſtillicidia mea cadere in ea non poſſint, ea ratione altius tibi ædificare non liceat: ſi non impediantur ſtillicidia mea, liceat tibi altius tollere.* Ergo ſecundum Pomponium tantum abeſt, ut conceſſa poteſtate ædificandi, ſtillicidii ſervitus remiſſa cenſeatur, ut potius eadem ſubſiſtat adhuc, & ædificatio ita inſtitui debeat, ne fiat in ſervitutis præjudicium. Sed ſalva res eſt. Species ſunt diverſæ Pomponius loquitur de conceſſione poteſtatis ædificandi, ſi præter ſervitutem ſtillicidii etiam quis habeat ſervitutem altius non tollendi. Paulus de ſola ſervitute ſtillicidii. Ratio diverſitatis in eo conſiſtit. Diximus ſupra, quod, qui ſervitutem ſtillicidii debeat, aliquo modo in ſua area ædificare poſſit, ſed ita, ne ſervituti fiat præjudicium. At in caſu, quem Pomponius format, ne quidem hactenus ædificare poterat, propter concurrentem cum priori ſervitutem altius non tollendi. Igitur cum poteſtatem altius ædificandi impetravit, intelligatur ſaltem id factum eſſe, ut uni non ut duabus ſervitutibus præjudicium creetur. Sed in ſpecie Pauli non poteſt non ipſa ſervitus eſſe remiſſa; quia aliàs pactum foret fruſtraneum, cum etiam citra iſtud licuiſſet ſtipulanti ædificare uſque ad ſtillicidium.

Et ita diſcurſum noſtrum, DEO 103
ſit gloria, de ſervitute ſtillicidii abſolvi-

ſolvimus, cum nullus, quod ſciamus. in Jure Juſtinianeo textus ſuperſit de eadem diſponens, quem non pro virili enucleaverimus. Liceat tamen corollarii loco addere reſponſum Scævolæ, & ipſum de ſtillicidio loquens, at non de ſervitute ſtillicidii, quamvis Tribonianus pro more ſuo id in *l. ult.* § 1. *de S. U. P.* & ſic alieno loco retulerit. Cæterum cum idem præ reliquis optimè videatur expoſuiſſe Duarenus *l.* 1. *Diſp. anniverſ. cap.* 32. age ipſius verba faciemus noſtra. *Januam*, ait, *in publica aperire, ſicut & ſtillicidium habere, cuique licet, modo id abſque vicinorum incommodo fiat, ut Scævola reſpondit. Quod priſcis temporibus Romæ permiſſum non fuiſſe, argumento eſt; quod memoriæ proditum eſt, cum bene meritis de Repub. Imperatoribus publicè decernerentur areæ, ad exædificandas domos, ſummum illorum honorem fuiſſe adjici decreto, fores extra aperirentur, & janua in publicum rejiceretur. Aſcon. in Orat. Cicer. in Piſo Plin. lib.* 36. *cap.* 15. *Ariſt. lib.* 2. *œcono. Scævolæ verba hæc ſunt cap. ult. de S. U. P.* Lucius Titius aperto pariete domus ſuæ quatenus ſtillicidii rigor & tignorum protectus competebat, januam in publico aperuit. Quæro, cum neque luminibus Publii Mævii vicini, neque itineri officeret, neque ſtillicidium in vicini domo caderet: an aliquam actionem Publius Mævius vicinus ad prohibendum haberet? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, nullam habere. *Cæterum ſtillicidii rigorem hic accipe quatenus labitur aqua per protectum: antequam vergere, & flecti deorſum incipiat, l.* 1. *ff. de fluminib. Nam rigidum flexo opponitur apud Latinos Autores. Hinc rigorare, verbum, quo Plinius utitur. Quod autem refert Scævola, Lucium Titium quatenus ſtillicidii rigor & tignorum protectus competebat januam in publico aperuiſſe: non ita accipiendum eſſe arbitror, ut vulgus putat, quaſi ob ſtillicidium vel protectum id ei licuerit. Nam de ſtillicidio non minus apud Scævolam dubitatur, quam de janua. Sed quod non ultra protectum ſolerent veteres januas ſuas in publicum rejicere; veriti ſcilicet, ne pluvia & aëri intemperie corrumperentur.*

TANTUM.

INDEX
RERUM & VERBORUM LOCUPLETISSIMUS,

Quæ in toto hoc Tractatu continentur, ordine alphabetico diſpoſitus;

In quo prior numerus marginarum, numerum Summariorum, poſterior paginam denotat,

A

A Bartholo ſcripta ſervitutis demonio aſſerta à Neotericorum calumniis, p. 6 n. 477

Accipitrem vel falconem cum ſonaleis argenteis in pedibus junctis ſi quiſpiam acceperit: an priori domino reſtituere teneatur, 7. 409

Acquiſitam ſervitutem confirmari, & ſervitutem per partes retineri, diverſam habere ſignificationem, 1 505

Actio confeſſoria datur contra quemlibet impedientem, vel turbantem, ubi ſervitus exiſtat, 12. 8

Actio de aqua pluvia arcenda ad hoc ut competat quæ requirantur, 2. 359

Actio negotiorum geſtorum quo caſu competat, 18 133

Actio perſonalis fundum non conſequitur, 6. 6

Actio quænam ſit quæ pro cloacis competat, 12. 154

Actio quæ competat ſocio reficere volenti in caſu permiſſo contra alium ſocium prohibentem, 7. 179

Actio qualis competat contra protendentes pannos in aliorum præjudicium, 6. 190

Actio quæ competat illi in cujus fundo contra ſervitutem debitam quiſpiam paſcitur, 17. 389

Actio quam quis diuturno uſu, & longa quaſi poſſeſſione nactus eſt, cur utilis appelletur, 7. 638

Actione in noxali emendatio damni eſt in obligatione: & datio damni pro noxa eſt in ſolutione, 45. 395

Actionem negatoriam in corporalibus non uſurpari, 1. 531

Actionem negatoriam vi, ac poteſtate confeſſoriam eſſe, 3. ibid.

Actione injuriarum ſi agam, quia percuſſiſti me in facie cum pugno, & de percuſſione in ſpatulis probetur, an abſolutio ſequi debeat, 9. 66

Actiones ſuas remittentibus regreſſus dandus non eſt, 44 394

Actioni de via publica, an fidejuſſor accedere poſſit, 76. 289

Accuſatio vel requiſitio de crimine ſi fiat, quod certo die vel loco commiſſum dicitur, ſi de alio die vel loco probetur, numquid ad condemnationem ſufficiat, 8. 66

Actum qui habet, an iter quoque habere dicatur, 2. 257

Actus

Actus eſt jus agendi vel jumentum vel vehiculum, 1. ibid.
Actus & iter in quo differant & conveniant, 3. 257
Actus & via in quo differant, 5. 258
Actus latitudo quanta eſſe debeat, 6. ibid.
Actus electio ad quem ſpectet quando ſine ulla loci determinatione conſtituitur, an ſcilicet ad conſtituentem, & ejus hæredem an illi, cui actus ſerv. conſtituta fuerit, 9. 259
Actum per certum locum ſi quiſpiam alicui ceſſerit, an poſſit poſtea pluribus per eundem locum cedere; actum, 10. ibid.
Actus ſervit in fundo habens, an per quamlibet ejus partem ſervit. actus uti poſſit & aliquando per unam, aliquando per aliam, 8. 258
Actus ſerv. ſi fundus debeat, & vi fluminis pons occupatus ſit: & poſtea alluvione reſtituta: ſerv. amiſſa in priſtinum ſtatum reſtituatur, 12. 259
Actus ſervi. locus debens ſi quis inundatus fuerit, an Dominus fundi pati teneatur: quod poſſit ille cui ſerv. deberetur, in alia parte fundi agere, 13. ibid.
Actus uni; ſi deberetur: ut vehiculis trium generum uteretur, & alio genere uſus fuerit: vel quid ſuperfluum egerit: an per hoc ipſam ſervitutem amiſerit, 11. ibid.
Actus agentium ultrà eorum intentionem operari non debent, 27. 385
Ædificio an nedum præſenti ſed etiam futuro, ſervitus imponi vel acquiri poſſit, 2. 16
Ædificandum ſi ſit in prædio ſervitutem debente, cujus expenſis ædificandum ſit, 8. 60
Ædificatum quicquid eſt in meo, & per me poſſeſſo ſolo meo cedit, 9. 88
Ædificet ſi quiſpiam, vel dimittat, vel protendat tignum in alienum, vel pub. qua actione conveniri poterit, 13. 92
Ædificatio excellens numquid ad vicini mei æmulationem fieri præſumatur, 3. 119
Ædificaverit ſi quiſpiam ſuper pariete alieno quid juris, 10. 125
Ædificium ſuper pariete, cedit parieti inferiori, 20. 131
Ædificans in ſolo ſicut alieno alterius ſumptus non repetit ſi ſcienter ædificaverit, ita etiam ſcienter muro communi ſuperædificans, 29. 133
Ædificia inferiora habens, ſi ignem faciat, & per foramen vel per feneſtras fumum in ſuperiora ædificia immittat, an poſſit 1. 166
Ædes duæ eadem contignatione contextæ ſi pluribus legentur, quiſque legatarius habebit quatenus pars ſua ſibi legata duret, nec unus contra alium agere poterit, ut tigna non exiſtant, ſicuti teſtamenti, vel mortis tempore erant, 1. 173
Ædificandi licentia in loco publico ſine incommodo & damno alterius conceſſa intelligitur, niſi expreſſe dicatur etiam cum alterius damno & incommodo 5. 186
Ædificium juxta plateam authoritate publica ſi deſtruatur, an platea ampliatur, & utrum via juxta illud ædificium deſtructum deſinat eſſe, platea, an via remaneat, ſicut erat primo, 11. 267
Ædium appellatione, omnes ædificii ſpecies continentur, 9. 462
Æſtas quando dicatur, 104. 351
Aer ejuſque uſus communis eſt ſicut mare, & littora maris, 1. 459
Aër quando malus eſt, numquid quis ibi ſtare vel venire teneatur, 4. 560
Æqualitas plani qualis eſſe debeat, 2. 419
Aggeres Valla fluminum eſſe dicuntur, 1. 451
Aggeres in fundo ſuo ſi vicinus ex vetuſtate vel pacto habeat, an Dominus ſuperior inferiorem cogere poſſit, ipſos, aggeres munire, 3 451
Aggeres rumpentes fluminis Nili, qui in Ægypto eſt, qua pœna puniantur, ubi etiam quid de aggeribus Padi apud Ferrariam, 7. 452
Aggerem qui in fundo vicini ſuperioris erat, ſi aquæ vis dejecerit, &c. quid juris, 4. 451
Aggeribus in meis ſi ego propter aquarum inundationem coronellas fecerim elevando ipſas, ne aqua excedens aggeres conſuetos fundum meum inundaret, an eas etiam pro arbitrio meo propria authoritate impunè removere poſſim, 6. 452
Agro meo in inferiori ſi magna aquarum abundantia fuerit, ex agro ſuperiori proveniens, an aggeres & foveas mihi habere liceat, 2. 451

Aliter

Aliter quam hactenus explicata L. quod ad ſervitutes, ff de evict. 3. 475
Alluvionis materia, remiſſivè, 1. 446
Alveus mutatus vel relictus quando dicatur, 6 444
Alveus propriè eſt fluminis venter, & alia multa de alveo, 1. 442
Alveus quomodo publici juris eſſe intelligatur, 2. 443
Alveus ſi mutatus fuerit, an novum flumen dicatur, 5. 444
Annulii ferrei lapidibus infixi, in quibus equi alligantur, ad civitatis ornamenta fiant, 15 128
Animal qui in fundo reperit, in quo ſibi juris paſcendi ſervitus debetur, an ipſum occidere poſſit, vel retinere, donec damnum reficiatur, quod dedit, vel donec cujus ſit animal illud cognoſcatur, 10. 387
Animal dimiſſum in paſcuis an per illum poſſideatur, quis id ibi dimiſit, 48. 396
Apes alienas, ſi quis fumo facto fugaverit, vel necaverit, qua actione teneatur, 2. 166
Aqua cadens in curte tua naturaliter, ſi per ſe ad curtem meam currat, an licitum ſit mihi aliquid facere, per quod decurſus impediatur, 2. 27
Aqua cadens in curte mea naturaliter & per ſe ſi ad curiam tuam diſcurrat, an tibi in curte tua aliquid facere licitum ſit, ut aquæ curſus impediatur, & in curte mea remaneat, 4. 149
Aqua pluvia dicitur, quæ de cœlo cadit, aut imbre excreſcit, vel colorem mutat, 1. 359
Aqua quando aliquid moderate, vel immoderate fieri dicatur, 84. 342
Aqua ſi ad vicini fundum per plures rivos diſcurrere ſolita fuerit, an in unum rivum tantum tranſmitti valeat, 82. 241
Aqua ſi ex fundo meo ſuperiori ad tuum inferiorem deſcendat, & totum fundum tuum inundet ex magna aquarum abundantia: quæritur an ego qui ſum dominus fundi ſuperioris aquam in fundo meo retinere cogar faciendo foſſam, aggeres &c. Secundo, poſito, quod non cogar retinere, an te inferiorem cogere poſſim, ut eam in fundo tuo recipias, vel patiaris quod aqua deſcendat ex meo ad tuum, & ex tuo ad alium inferiorem, 71. 334
Aqua ſi diſcurrat à fundo Titii ſuperiori in fundo Sempronii inferiori per venas ſubterraneas: demum Sempronius fudit in ſuo fundo, & venas aperit ita ut tota aqua ad fundum ipſius Sempronii deſcendat, & deſinat ad ſuperficiem fundi Titii aſcendere, quid juris, 67 333
Aqua quando diſcurriſſe dicitur jure facultatis tantum, non autem ſervitutis, 57. 324
Aqua ſi de unius molendino exeat, & alter eam capere velit, & ad molendinum ſuum ducere adeo quod primum molendinum non impediat, an poſſit, 41. 314
Aqua per ipſam fluens, an præſcriptionem, vel conſuetudinem inducere poterit, 25. 312
Aqua ſi ex certo fundo ſuperiore oriatur, & per quendam alveum ad partes inferiores deſcendat, aquiſque aliquando pluvialibus adeo creſcat, ut in alveo contineri nequeat; an tunc ille qui eſt in parte ſuperiori, ripas ita elevare cogatur, ut uſque ad mare diſcurrat, 27. 307
Aqua per ſeipſam fluens, an præſcriptionem, vel conſuetudinem inducere valeat, 4. 57
Aqua Stillicidii vicini ſi jure ſervitutis cadat ſupra domum meam vel aream per tegulas, quæ vulgariter cuppi nuncupantur, an facere poſſim, quod cadat per viam unius canalis lignei, vel lapidei etiam canalis exiſtentis ſuper ipſius cuppis, 3 79
Aquæductum loco cloacæ uſque ad viam publicam an facere liceat, 8. 54
Aquæductum alicui in ſuo habere non licet, per quem aqua in alienum fluat, & quomodo contra eum agi poſſit? 1. 206
Aquæductum, an per vicini fundum facere liceat, 2. 207
Aquæductus in ſervitute quid veniat & quid non, 11. 200
Aquæductus ſervitus quomodo acquiratur, 21 304
Aquæductus ſervitutem totam quis habere & concedere poſſit, & quis etiam ad aquam ducendam cogi valeat, 27. 303
Aquæductus ſervitus cui vel quibus concedi poſſit, 29. 307
Aquæductus ſervitutem, ſi uni conceſſi, an alteri poſtea concedere poſſim, 30. ibid.

Aquæductus ſervitutem ſi tu; cui primo conceſſi, vis poſtea aliis concedere, an poſſis, 31. 308
Aquæductus ſervitus quomodo, qualiter, & quando, & per quemlocum conſtitui, vel acquiri poſſit, 32. ibid.
Aquæductus ſervitus ſi ex flumine debeatur, & ipſum flumen alveum mutaverit, qui juris, 35. 309
Aquæductus ſervitute, quomodo & qualiter quis uti poſſit, 47. 317
Aquæ ducendæ ſervitutem ad molendinum ſi quiſpiam habeat, propter aquarum abundantiam aliud molendinum conſtruere non poterit, 48. 318
Aquæ publicæ de ductu inter duo caſtella quæſtio erat, inter ſe fuit lata ſententia, demum Imperator unam de illis caſtellis mihi conceſſit: numquid illam ſententiam ſervare teneat? 49. ibid.
Aquæ ducendæ jus qui habet, ſi aliam aquam admiſcuit, numquid prohiberi poſſit, 68. 331
Aquæ ducendæ de rivo qui jus habet, an cuniculum ſubterraneum, per quem aquam ducit, facere valeat, 89. 448
Aquæductus ſervitus qualiter retineatur, & in ea quis retineri debeat, 93. 345
Aquæductus ſervitus quomodo amittatur, 95. 347
Aquæductus ſervitus propter fluminis inundationem, an pereat, 96. 438
Aquæ alterius per immiſſionem, de qua nulla ſervitus debetur, an aquæduct. ſervitus amittatur, 98. ibid.
Aquæductus circa materiam, quomodo in judicio procedatur, 99. 349
Aquæductus ſervitutem per fundum tuum ad fundum meum ſi mihi debeas, non poteris in fundo tuo fodere, vel aliud facere per quod aqua corrumpatur, 2. 405
Aquæ ſervitutis materia, 1. 420
Aquam de domo tua in curtem meam, vel è contra ſine aliqua ſervitute, an projicere poſſis, 2. 93
Aquam duxiſſe jure ſervitutis, vel jure ſimplicis facultatis, quando quis dicatur, 54. 322
Aquam ducendi jus ſervitutis per fundum tuum ſi habeam, & per rivum apertum duxerim, & nunc rivum ſubterraneum facere velim, an poſſim, 61. 318
Aquam ducendi per vicini fundum ſi quiſpiam jus habuerit, & duxerit per rivum, & demum velit novum canalem vel fiſtulas in rivo collocare, quæ nunquam habuerit, an poſſit, 61. 319
Aquam ex ſuo ſtillicidio ſupra ſtillicidium, vel arcam vicini, an quis regulariter divertere poſſit, 2. 75
Aquam in vicini fundum, an amittere licitum ſit, 1. 205
Aquam ex flumine, an cuilibet ducere licitum ſit per occupationem factam propria authoritate, 19. 313
Aquæ propter inundationem ſi propria autoritate in rivo ſive fovea, vel in aggeribus coronellas feceris, ne aqua ſubabundans in fundum flueret, an impunè eas removere poſſim, 78. 340
Aquam qui excludit, quam naturaliter, ſervitute jure in fundum recipere tenebatur ne in ſuum fundum veniat, ſed in alium derivetur, an aquæ pluviæ arcendæ teneatur, 75. 337
Aquam ſi duo ex flumine publico ad fundum ſuum ducere velint, ſe invicem impediant, quis præferetur, 45. 315
Aquam ſi quiſpiam habeat, jus claudendi certis horis numquid ita claudere poſſit, ut nihil quo aliàs ſtillare conſueverat ad partes inferiores ſtillare poſſit, 60. 327
Aquam per fiſtulas, vel canales ſi primo per vicini fundum duxerim, & nunc per rivum ducere, velim, an poſſim, 63. 329
Aquam vel alias immunditias: in ſtratum publicum, vel alium locum publicum, an projicere liceat, 2. 205
Aquam ut illic projicias, ſi duos tibi terræ pedes concedam, an proprietas vel uſus concedi videatur, 4. 206
Aquarolus quid propriè ſit, 1. 204
Aquarolo vicini mei, ſi aquam deſcendentem videam, & ex ſuo ad curiam meam cadentem: an aliquid in meo facere poſſim propter quod aquæ fluxus impediatur: ita quod in vicini ſolo remaneat, 3. 204
Aquarolo vicini, ſi aqua in fundum meum deſcendat, quid juris? 4. ibid.
Aquarolo tuo, ſi aqua in via publica deſcendat, num quid ego vicinus contra teagere poſſim, 5. 205

Aquarolum ſi quis in ſuo habeat, & aquam per unam tegulam ducat, quæ cadat in ſuum putà in curiam, vel hortum: deinde illa aqua paullatim in fundum, vel penum vicini, vel communi deſcendat, an cogi poſſit ut dictam aquam in ſuo retineat, ne in alium veniat, 2. 204
Arbor ſi radices miſerit in fundum meum, ſeu in murum domus meæ, an eas propria authoritate incidere valeam, vel cum authoritate judicis, 3. 224
Arbor ex fundo tuo in viam publicam ſi ita caderet, ut itineri impedimento eſſet, eamque pro directo habeas quid juris, 9. 227
Arbor cujus eſſe videatur, radicibus in vicini fundo arboraliter illatis, 11. ibid.
Arbor ſi in fundum vicinum radices porrexerit, an vicino eas incidere liceat, 10. ibid
Arbor tua ſi ſupra domum meam, vel fundum meum pendeat, an illud totum, quod ex arbore ſuper meo pendet, authoritate propria abſcindere poſſim, 4. 225
Arbore tua ſupra domum meam pendente, quod remedium competat, 5. ibid.
Arborem ſi quis in ſuo plantaverit, juxta alterius regionem, legitimo dimiſſo ſpatio: & poſteà radices in tantùm exceſſerint, quod domus meæ fundamento ruinæ periculum afferat, an contra eum qui plantaverit, vel qui plantatum habeat agere potero, 2. 224
Arbore ex mea ſi fructus in fundum tuum cadant, an mihi colligere licitum ſit, 15. 228
Arbores alienas ſi quiſpiam in ſuo plantaverit, vel ſuas in alieno cujus erunt, 12. 227
Arbores alienas incidens, Aquilia, & arbor. furtim cæſarum tenetur, 13. 227
Arboris appellatione quid veniat, 14. ibid.
Area, an prædium urbanum dicit poſſit, 9. 25
Areæ uſumfructum habens numquid ædificare poſſit, 5. 120
Areæ alicujus dominus, an poſſit claudere aream vicini ex parte ſua verſus curiam, januæ tabulas affigendo, ita quod areæ dominus in aream ſuam exire non poſſit, 7. 143
Arbores ſi dominus cædere voluerit, & nauta arboribus navem ligare velit, quid juris, 4. 431
Aream ſi quiſpiam habeat in qua frumentum ventare ſolet, ut à palea excutiatur, an vicinus in ſuo ædificare poſſit, ita ut illi areæ ventum auferat, 7. 460
Armatura machina dicatur illa, ſuper qua operarii ad ædificandum ſtant, 1. 213
Armatura regulariter in ſolo alterius poni nequit, 5. ibid.
Armatura ſi malè ligata fuerit, vel in ea pertica, vel funes poſitæ fuerint, quæ vetuſtæ erant propter quod unus de armatura cecidit, an magiſter de armatura teneatur, 6. ibid.
Armaturam vicinus ædificans, an ſupra vicini ſolum ad murum ponere poſſit, ut laborantes valeant ſuper illa armatura ſtare ad laborandum, 2. ibid.
Armaturam in fundo vicini, an ponere licitum ſit, 3. ibid.
Armaturam ſi quiſpiam in ſuo muro habeat, & eam in vicini muro ponere velit, ita quod in ea requieſcat, quid iuris, 4. ibid.
Attamen quæ verba ad conſtitutionem ſerv. pertinent, ea non ad factum, ſed ad jus ſerv. referri, 3. 514
Avis, vel aliud quodpiam animal cum eſt in arbore, in aëre eſſe dicitur, non autem in terra, 9. 460
Aucupari, vel venari in fundo alieno licitum eſt, & de conſuetudine uſurpatur; ſi tamen dominus volentem ingredi fundum ſuum cauſa venandi, vel aucupandi prohibeat, non erit licitum, 1. 408

B

Balneum vel ſtufam facere etiam invito ſocio in communi licitum eſt, dum tamen ex hoc communis paries non lædetur, alias ſecus, 1. 200
Balneum conſtruere in pariete proprio juxta vicini parietem, an licitum ſit, 2. 165
Balneum qualiter de jure conſtrui poſſit, 1. ibid.
Balneum ſeu ſtufam, an uſufructuarius poſſit in fundo uſufructu. conſtruere, 4. ibid.
Balneum ſeu ſtufam ad uſum publicum, an

an inquilinus vel uſufructuarius deputare poſſit, 5. ibid.
Balneator vel ſtufar. an de recepto teneatur ſicut nautæ, caupones, ſtabularii, 6. ibid.
Balneorum & Thermarum calefactiones, an munera perſonalia eſſe dicantur, 7. 166
Banna malorum in flumine commiſſorum, ſi alicui conceſſa fuerint, non venient banna in fluminis ripa commiſſa, 11. 449
Barones & Comites & alii ſuperiores colligentes pedagia, vectigalia, ſtratas ſecuras tenere debent, 91. 345
Bello capti inter Chriſtianos, ſervi non efficiantur, 4. 1
Beneficium quid ad ſuam collationem habet non cadit in generali expectantium impetratione, 2. 100
Beſtia fera, ſi in laqueo alieno reperiatur, an occupantis erit, 4. 408
Beſtiam feram ſi unus vulneret & alius capiat, cujus erit, 5. 501
Bona fides in præſcriptionibus an præſumatur, 2. 48
Bona fides in quibus caſibus allegari debeat, 3. ibid.
Bona fides an in libertate præſcribenda requiratur, 4. ibid.
Bononienſes licite de flumine Recii aquam ducunt, quæ poſtea in Padum intrat, 40. 313

C

CAminum faciens, an vicino invito murum in ſolario communem poſſit, 5. 198
Caminum quandocunque aliquis in pariete communi ædificare velit, & murus ita debilis exiſtat, ut pro faciendo ignem temperatum etiam pro uſu ſuo torreretur: an poſſit facere murum parvum à parte ſua unius pedis altitudine, ut communiter ipſa flamma aſcendere poſſit, 9. 199
Camini tubus, an & ubi & quomodo fieri debeat, 11. 200
Campanea an prædium urbanum vocetur, 6. 24
Capellam vel Eccleſiam ſi quiſpiam fecerit & in memoriam ſui inſignia ſua apponi fecerit, an clerici ea delere poſſint & alia imponere, 10. 210
Caſa quid proprie dicatur: & quid capanna, 4. 403
Caſtella ſeu forticilia numquid in ſuo ſolo ædificare licitum ſit, & maxime in confinibus territorii, 7. 121
Caſtellum quid propriè dicatur, 2. 156
Caſtro conceſſo munitiones quæ ad caſtri defenſionem exiſtunt conceſſæ intelliguntur, 12. 436
Cauſa poſſeſſionis jurium quotidie conſtituitur non ut corpora eo ſolo tempore quo vendicantur, 4. 529
Cautela ducendi aquam ex flumine, 44. 315
Ciſternas habens, ſi ciſternas legaverit, an debeatur aqua in ea regione, in qua aqua venalis eſt, ut in regione Africæ an Ægypti, 9. 152
Ciſternas habentem, & ſervitus vel obligatio perſonalis ſequatur, 10. ibid.
Ciſternam ſi quis aperuerit vel foderit, & eam non cooperuerit, cecideritque bos vel aſinus in eam, an talis teneatur, 5. ibid.
Civitas vel caſtellum quod habet merum imperium ſi occupetur a Tyranno, ipſe retinet ſuam quaſi poſſeſſionem imperii ſeu juriſdictionem, 3. 57
Civitas Paduæ non poteſt facere aliquod ſtatutum nec aliquid alienare, ſine Venetorum licentia, apud quos omnis adminiſtratio exiſtit, 23. 272
Civitas vel villa ſi de novo unam viam facere velit & onus rebus pro viæ vel pontium expenſa imponere voluerit, an etiam Eccleſiis imponi poſſit, 50. 281
Civitatem aliunde quam per portas ſub pœna capitis egredi non licet, 10. 143
Civitates in mari fundatæ ipſorum ædificantium ſunt, 4. 422
Civitates maritimæ, an etiam in mari diſtrictus habeant, 27. 427
Civitatum quæ ſuperiorem non recognoſcunt, ut eſt Civitas Venetiarum & Florentiæ ſi una alterius bona occupaverit, illa per vim recuperare poteſt, 12. 91
Clauſtrum unde dicatur, 1. 144
Clerici ad viarum reparationem, an teneantur, 48. 281

Cloaca quid proprie ſit, & quid ejus appellatione veniat, 1. 153
Cloacam inter ædes meas & tuas, te etiam invito, & contradicente an de novo mihi facere liceat: & ſi denuncias novum opus, tuam denuntiationem contemnere poſſim, 4. 153
Cloacæ uſum aliquis ſi habeat, vi clam vel precario; & velit cloacam reficere, vel purgare, an contra impedientes ſibi interdictum cloacæ prohibitorium competat, 5. 154
Cloacam in muro communi invito altero ſocio, an uni ſocio facere liceat, 6. ibid.
Cloacam in fundo vel domo ſua an facere licitum ſit, & ex ea aquam in viam publicam mittere, 7. ibid.
Cloaca quid ſit, & quid tubus, & quid fiſtula, & quid eorum appellatione veniat, 1. 362
Collis quid ſit, & unde dicatur, 1. 418
Colligere pomum ex arbore mea, vel ex ciſterna mea aquam haurire, an ſervitus perſonalis eſſe dicatur, 9. 8
Columbas capiens de alieno columbario, etiam in ſuo furtum committit, 1. 2. 8
Communioni ſtare nemo cogitur, 19. 190
Communitas ſeu vicinia ſi habeat unum puteum, vel furnum, vel porticum communem, qui purgatione vel refectione egeat, & quidam ex vicinis collectæ expenſam evitare volens uſui vel commodo illius renunciare velit, an poſſit, 4. 150
Conceſſio quæ in jus ſonat, quando eſt reſpectu incerti, ſed certificandi per eum cui ſit, qualis ſervitus colligatur, 8. 7
Concedam ſi tibi caſtrum cum toto territorio, an in ea conceſſione locus Sylveſtris, vel uſus aquarum veniat, 11. 436
Conceſſionis verba quando ſonant in jus, quæ ſervitus eliciatur, 7. 6
Conceſſi tibi aream, ut ibi domum ædifices, in qua me cum ſociis meis tranſeuntibus recipere debeas, an ipſa domo deſtructa, quocunque caſu novam reædificare tenearis, 5. 110
Conceſſerim ſi alicui, ut nemore meo ligna incidere poſſit, & ad ſui libitum accipere, an poſteà alteri concedere poſſim, 15. 417
Conceſſum ſi fuerit alicui, quod in aliquo nemore pro ſe, & familia ſua ligna incidere deberet, & multis relictis familiis decedat, an, & quantum incidere poſſit, 18. 161
Conclave in neutro genere, vel conclavis in fœmino quid ſit, 2. 145
Conduxit ſi quiſpiam unum molendinum cum quatuor rotis, & convenit præſtare modios decē pro qualibet rota, & poſtea conductor ibi aliam rotam conſtruxerit, an illa nova rota aliquid ſolvere teneatur, 9. 160
Confuſione ſervitutes extingui, & quæ ſit ejus 1. i ratio, 1. 527
Confuſione ſervitutes extingui non eſt verum in iis prædiis, quæ poſſeſſione retinentur, quamdiu facto aliquo poſſidentur, niſi in hæredis perſona quia & purè legati aditione hæreditatis efficiatur dominus, 2. & 3. ibid.
Conſequentia non valet, aliquis habet poteſtatem, vel jus ducendi aquam ex flumine publico, vel privato, ergo habet ſervitutem aquæ ducendæ, 46. 316
Conſtituta ſimpliciter ſervitute, utendi modus arbitrarius eſt, quod domino ſervientis fundi non obſit, 3. 508
Conſtitutione ſimplici ſervitutis eundi abſque alia expreſſione, an licentia faciendi ſcalas conceſſa videatur, 7. 59
Conſuetudo, vel ſtatutum ſi dictaverit, quod ponticelli ſuper viam publicam fieri poſſint, & duo ſint, unus ex parte ſtratæ, & alius ex alia, an eorum quilibet cum ponticellis ad Stratæ medietatem ſe extendere poterit, 7. 178
Conſuetudo, vel ſtatutum ædificandi uſque ad certam menſuram, ædificationem ſimpliciter prohibere poteſt: & in multis etiam caſib. 2. 128
Conſuetudo in ædificiis faciendis attendenda eſt, 10. 133
Conſuetudine, vel Statuto quis poteſt habere jus aquam tollendi per rotam ex flumine, vel caſtello, 4. 207
Contentio ſi oriatur de his quæ in mari geſta ſunt, vel ad mare ſpectent, qualiter judicandum, vel faciendum erit, 22. 426
Contrarium receptum eſt in ſervitute oneris ferendi quam in iis prædiorum ſervitutibus

vitutibus, & quæ ſit ejus rei cauſa, 2. 524
Contrarium eadem eſt diſciplina, 8. 159
Conventio ad incognita non extenditur, 19. 161
Conventio quando nulla extat, nec loci natura ſervitutem imponit, quid juris, ubi etiam quid ſervitus per vetuſtatem, ſeu præſcriptionem acquiſita operetur, 79 140
Converſantibus per viam publicam ubi eſt domus ruinoſa, per quod remedium ſuccurratur, 3. 178
Creditor, an debitorem prohibere poſſit, ne ex ea ſylva navem faciat. 8. 415
Creditor ſi hypothecaria agat contra ipſum poſſeſſorem: & poſſeſſor confiteatur rem de bonis debitoris fuiſſe, ſed negat fuiſſe obligationis contractæ tempore, quid juris? 15. 380
Culturæ favore non poteſt unus ventum impedire, ne ad alterius prædium tranſeat, 5. 399
Cum per communem fundum unus ex Dominis ſervitutem conſtituit, noviſſima demum ceſſione ſuperiores confirmantur idque qualem vim ac poteſtatem habet interpretatio L. receptum comm. præd. ff. ſatis oſtendit, 8. 490
Cujuſque rei facultatem jure ſervitutis deberi non poſſe, 3. 405
Cuppa Camini, an & quo caſu à ſocio fieri poſſit, 7. 198

D

De aquis quid ſervandum eſt, quando non eſt aliqua conventio, nec loci natura aliquid declarat nec loci vetuſtas ſubeſt, 83. 341
Debitor meus ſi quidam ſit, & in executione ſententiæ feci ipſum pignorari, an potuerunt pro pignore capi tegulæ domus vel plumbeum vel ligna, 9. 139
Decimæ, an ſolvi debeant de his, quæ in hortis naſcuntur, 10. 2 7
Decimarum in præſcriptione, & in aliis rebus Eccleſiaſticis, an temporum duplicatio, de quibus in jure, locum habeat, 5. 63
Decimas numquid ruſtici in horrea ad Eccleſias deferre debeant, 4. 222
Delictum ſi eſſet commiſſum in mari inter duas civitates punctualiter æque diſtantes in cujus confinio ipſum delictum commiſſum eſſe dicatur, 20. 4 6
De incendio quod in dominibus vel hoſpitiis ſine dolo fit, an dominus teneatur, ſi domus erat aliena vel de rebus alienis in domo combuſtis, 11. 463
Depictus ſi eſſet quiſpiam in aliquo loco publico tanquam proditor & quiſpiam ſine principis licentia illam picturam deleret, an in aliquod edictum incideret, 11. 210
Depingi facere poteſt inſignia ſua ille cujus pecunia publicum opus factum ſit, 9. 210
Depingi non poteſt facere inſignia ſua poteſtas officialis, vel privatus quiſpiam, vel nomen ſuum in ædificio publico ponere, 8. ibid.
Dictio Ad, cujus naturæ ſit. 14. 437
Dictio in aliquando pro de ponitur, 6. 226
Differentia inter uſumfructum & proprietatem quænam ſit, 5. 115
Differentia inter æternum, ſempiternum, & perpetuum, quænam ſit, 2. 109
Differentia an ſit inter ſervitutem altius non tollendi cum hac conditione, ne luminibus meis officiatur, & illam altius non tollendi & non officiendi luminib. 3. 105
Differentia quænam ſit quantum ad tempus inter locum publicum & privatum, 59. 3 6
Differentia inter ſervitutes ruſticas, & urbanas, in quibus conſiſtat, 2. 40
Digiti menſura ſecundum Iſidorum quid ſit, 33. 309
Diſtributiones quotidianæ qualiter præſtandæ ſint, 15. 302
Diviſio domus vel alterius fundi ſi inter plures facta fuerit, non videtur actum quod unus aditum per alterius partem habeat, ſicut prius habebat, niſi nec inter eos ſpecialiter conventum ſit, 2. 113
Diviſionis titulus non præſumitur ex diuturna poſſeſſione rerum ſupra modum inæqualium, 11. 574
Dominium rei incorporalis, & quaſi dominium rei incorporalis ipſo jure eodem modo tranſeunt, 2. 56

Digitized by Google

Diei aut conditionis adjectionem efficere ut non prædiis ſervitus, ſed magis perſonæ facultas quæſita intelligatur, in eo verà ratio ſtatuitur, 2. 512

Dominium qui utile habet, ſicut eſt emphyteuta, vel libellarius, an ſervitutem imponere poſſit, 2. 31

Dominium partis alicujus rei quæ refectione indiget an in reficientem ipſo jure tranſeat, vel requiratur ſententia, & numquid tranſeat etiam poſſeſſio, 9. 180

Dominus fundi, qui ipſum alteri, aut fiſco obligavit, putà ſi pecunia certo tempore ſoluta non ſit & vendi valeat, an poſſit ſervitutem ipſi imponere, 7. 32

Dominus directus, an fundo ſuo ſervitutem imponere poſſit, 5. ibid.

Dominus eum qui eſt in quaſi poſſeſſione juris eundi per fundum ſuum, quomodo expellere poterit, 17. 250

Dominus fundi in quo alius uſumfructum habet, an illi fundo ſervitutem imponere poſſit, 8. 33

Dominus qui adhuc non eſt, vel quaſi, ſed proximo, vel continuo futurus eſt, an ſervitutem imponere poſſit, 13. 34

Dominus qui non eſt verus, ſed quaſi ſicut eſt bonæ fidei emptor, an prædio alieno per ipſum bona fide emptor ſervitutem imponere valeat, 1. 30

Domino tecti, an ligare tectum, ſive tegulas, ſive plumbum, ſive tigna alteri domui, 8. 139

Domus partem ſuperiorem habitans, ſi aquam per ſolarium ſuperius projiciat quæ aqua ad inferiora deſcendat, an loci inferioris dominus conqueri poſſit, & etiam ne hoc fiat prohibere, 3 93

Domus una ſi habeat plura ſolaria diverſarum perſonarum, ita quod quando pluit, deſcenditque aqua ad ſolarium inferius, an poſſit cogere dominum ſuperiorem ad ipſum ipſius ſumptibus reficiendum, 7. 139

Dominus domus an poſſit obſcurare lumina domus locatæ alteri, vel in quod alius de domo locata uſumfructum habeat, 9. 195

Domus uſumfructum ſi quis habebat, an etiam ſibi peculiaria tanquàm domus inſtrumenta veniant, ita quod proprietarius non poſſit prohibere uſufructuarium illis uti, 2. 196

Domus commoditas multis modis legari, vel concedi poteſt, 4. 18

Domus habitationem ſi quiſpiam uni legaverit, cui etiam hortus contineatur, ad quem per eam aditus habeatur, an legatarius ipſi hæredi aditum præſtare teneatur, 6. 217

Domus, vel res quando aliena fuerit, an & quomodo, & per quem refici debeat, 5. 178

Domus appellatione, an porticus contineatur, 5. 145

Domus Dominus ſuperior, ſi projiciat aquam in fundum vicini inferiorem, ubi de jure non poteſt, vel ſtercus aut urinam, ubi haberet ſervitutem: Vel dominus inferior divertit fumum ad locum domini ſuperioris, ubi non poteſt, actione injuriarum conveniri poterit, 6. 95

Domus ad habitandum, vel pro ſua habitatione ſi alicui legetur vel etiam alimenta, quid juris? 1. 18

Domus locator, an nedum ipſam domum, ſed etiam ſtabulum reficere teneatur, 2. 214

Domus vel fundus, qui undique ſunt, ſi unius tantùm eſſent, an ille ſolus viam publicam claudere poſſet, 28. 274

Domus refectio, an pia cauſa dicatur, 27 181

Domus diruta ſi deformitatem in civitate pariat, quod remedium contra dominum intentandum eſt, 4. 178

Domus duæ, vel duo muri ſi reperiantur, & in medio reperiantur ſolum dimiſſum per pedem unum, aut duos, vel plures, & non appareat quis ædificando dimiſerit, nec quis primo ædificaverit, an in dubio commune eſſe debeat, 9. 125

Domus, vel fundus in gaudimentum ſi alicui legetur, an ipſa proprietas relicta videatur, 5. 12

Domus ſi legetur, vel vendatur, an ſervitus impoſita videatur, vel ſuſtineat onera pertinentia, quæ actu ipſo ſuſtinebat, 8. 112

Domus tua ſi domui meæ duas ſervitutes debeat, una ne alterius tollatur, alia, ne ſtillicidium ædificiorum meorum recipere debeat, & tibi conceſſero jus etiam

etiam invito me altiùs tollere ædificia tua, & ſic remiſerim tibi ſervitutem altiùs non tollendi, an per hoc tibi conceſſiſſe videar, ut poſſis tollere quantum cumque vis, ita etiam quod ſtillicidia mea recipere non tenearis, 11. 80

Domum inter feudatarii, & domum domini ſi unus puteus tantùm exiſtat, cujus aqua non ſufficit utrique, quis præferatur, 1. 150

Domum inter feudatariam, & domum domini ſi una curia ſit, ſeu plateola, quomodo dividatur, 3. 149

Domum ſi tibi locaverim, & in locatione convenerim, ne ignem in domo haberes attamen tu habuiſti, ſi fortuito caſu incendium ortum fuerit, an tenearis, 2. 461

Domum multum delectabilem non habere vel ut vicinus ſuam altiùs elevet, quomodo noſtra interſit, 2. 70

Domum ſupra ſolum vicini habens, an ſuper ipſum ſolum quicquam ædificare poſſit, licet in ſolo non requieſcat, 2. 96

Domum unam ſi ab utraque parte viæ habeam & pontem ſupra ſolum publicum, vel etiam ſupra privatum, vel communem in caſu præmiſſo: an ſi unam domum de domibus meis vendam, videar pontem vendere, qui in alia domo requieſcat, 10. 187

Domum unam ſi aliqui habeant, quam diviſerunt, & uni contingat in diviſione una pars cum curia, alii alia pars domus, quæ pariete dividitur, an ſi priùs erat oſtium in dicto pariete & diviſionis tempore nihil de oſtio dictum fuit, vel ſit dictum, quod clauſum ſiet, an poſſit alter cogi, quod pariete ſive muro claudat, 5. 142

Domum ſi quiſpiam habeat cum tribus, vel quatuor cluſis, & in earum medio una curia, ſive curtis exiſtat, in qua fortè eſt unus puteus, & in quolibet dictorum cluſorum eſt unum oſtium, & ipſe vendat, ſeu leget unum ex dictis cluſis, ſive curiam, an legatarius, ſive emptor dicto oſtio uti poſſit, ex quo ad dictam curiam venitur, 2. 148

Domum habens juxta vicini hortum ex illa domo in illum hortum quicquam ponere poteſt, 8. 227

Domum ſuam per directum verſus viam publicam, ſi quiſpiam habeat cum ſtillicidio protendente, verbi gratia, per tres pedes ſupra ſolum publicum & vicinus habeat aliam domum per indirectum à latere, & velit facere oſtium in muro ſuo proprio, cauſa exeundi de domo ſua per ſolum publicum, quod eſt ſub vicini ſtillicidio numquid poſſit, 3. 141

Domum verſus viam publicam per directum, ſi quiſpiam habeat cum ſtillicidio caſitante ſupra ſolum publicum, & vicinus habeat domum continuam à latere depreſſiorem, ac ipſam altius elevaverit, quàm ſit alia domus vicini, an facere poſſit, quod aqua ſtillicidii ſui ſuper vicini ſtillicidium caſitet, vel contra, 5. 139

Domum inferiorem habens, an poſſit facere tam grandem fumum, ut ſuperiori noceat, 4. 462

Domum ſi quiſpiam vicinus elevare velit juxta murum ſocii elevatum, & pónere culmen æqualiter cum culmine domus vicini, vel etiam ſupra obſcurando feneſtras vicini ipſo invito; an poſſit, 5. 193

Domum quis vendere poteſt, hoc pacto, quod emptor ibi talem artem exercere non poſſit, 2. 421

Domo in ſua privata quis non poteſt exercere artem, per quam malus odor, ſeu fœtor vicinis fiat, 3. 153

Domo aliqua ſi quiſpiam gratis habitaret, numquid ad viæ refectionem teneatur, 55. 183

Domorum in venditione, an etiam ſervitutes veniant, 3. 156

Domos unica contignatione contextas, ſi quiſpiam habeat, & unam vendat, aliam autem ſibi reſervet, an emptor venditore invito, tigna, aut cæmenta retinere poterit, quæ in domo vendita requieſcunt, 4. 174

Domos duas unica contignatione contextas ſi quiſpiam habeat, & unam vendit: alteram ſibi retinuit, non poterit emptor invito venditore retinere tigna, quæ requieſcunt in domo vendita, niſi forma contractus aliter ſe habeat, 6. 119

Duas

Duas domos ſi habeam habente sclauſtrum, vel porticum communem in illarum ædium medio, unam ſimpliciter vendam, & aliam retineam, cujus erit ipſum clauſtrum, 7. 146
Duorum locorum interpretatio. LZ. §. apud Labeonem, & §. apud Alphenum, ff. de aqua plu. arcend. 3. 646

E

Eccleſia, & Clerici, an teneantur ad reparationem murorum, ſeu refectionem furticiliorum civitatis, & pontium, & viarum, & portarum, & aquæductuum, 21. 182
Eccleſiæ, ex ædificatione, ſi jus patronatus acquiratur, etiam ex refectione, vel reparatione quæratur, 23. 182
Eccleſiam parochialem, an laici parochiani teneantur reficere, an vero clerici, 22. ibid.
Egerit ſi quiſpiam contra vicinum ſuum, qui viam publicam in fundum ſuum rejecerit, & per viæ rejectæ actionem intereſſe ſuum conſecutus fuerit, an poſtea viam claudere poterit, 43. 279
Electio ſervitutis quando facienda eſt, ad quem ipſa electio ſpectet, an ſcilicet ad illum qui debet ſervitutem, vel ad illum cui ſervitus debetur, 4. 59
Emphyteuta maritus, vel feudatarius, vel ſimiles, qui jus in re habent, an arbores fructiferas incidere valeant, 13. 416
Emphyteuta, vel vaſſallus ſi fundo emphyteutico, vel feudatario ſervitutem impoſuerit, & poſtea emphyteuſis, vel fundum finiatur, ſervitutis impoſitio extinguitur, 3. 62
Emphyteuta, livellarius, ſeu feudatarius, an fundum: vel quid aliud reficere teneatur, ubi etiam quid de re dotali, 18. 19. 99
Emphyteuta, vel fructuarius vel ſimiles, ſi incidant arbores fructiferas eo caſu quo non poſſint, numquid à jure ſuo cadant, 14. 416
Emphyteuta qui ſylvam, nemus in emphyteuſim recipit; an invito domino ſylvam, & nemus extirpare poſſit, & ad prata, vel culturam reducere, ac plantare vites vel arbores fructiferas; 10. 414
Emphyteuta vel livellarius, an viam publicam ante domum emphyteuticam reficere teneatur, 52. 282
Expenſa ubi creſcit, & labor, pretium ſeu ſalarium creſcere debet, 14. 160
Expenſa aliqua quando facta eſt in dubio, à quo facta intelligatur, 3. 215
Expenſas quotidianas viritim collegii Prætor dare debet dato quod unus pluſquam alter comederet: ut faciebat Bononiæ ſcholaris unus Polonus qui ſolus comedebat tantùm, quantùm quatuor alii, 16. 302
Ex conſtitutionis forma, & adjacentibus multis, ſæpè non prædiis plenam ſervitutem, ſed perſonæ facultatem quæſitam, 3. 495
Explicatio duorum locorum verbi modi, alter Pauli in L. cùm de operis, ff de oper. ſerv. alter Celſi in L. item ſi fundi, §. fin. de uſufr., 3. 616
Explicatio. L. arbor. §. aquarum iter cùm divid. ff. verbo tenus, 2. 618
Expoſita, L. preſes, C. de ſerv. & aqua, 2. 625

F

Fabri, an in domo ſua ita malleare poſſint, ut ex mallei ſono doctoris vicini mentem diſturbent, 3. 460
Famulus ſi convenit ſtare cum tribus ſcholaribus pro certo pretio quolibet menſe, & unus ſcholaris moritur, vel recedit, ſalarium minui debet, 25. 160
Fredericus Imperator condidit quandam legem Græcam quæ jus procomiſeos vocatur, 35. 277
Feneſtra, ſive locus neceſſarius ad ſedendum, an & quando in muro proprio, vel communi fieri poſſit, 2. 200
Feneſtram in ſuo, an quis facere poſſit etiamſi per eam in vicini fundum inſpiceret, 1. 190
Feneſtram in alieno, domino invito, an quis facere poſſit, 6. 194
Feneſtram de ligno, quod dicitur balconus an facere licitum ſit: & ipſam aperire in publico ſupra ſolum vicini, 7. 194

Feneſtram in muro communi ignorante, vel invito ſocio, an quis facere poſſit, 3. 192
Feneſtrarum vitra, vel tela fracta eſſent, adeo quod in alterius domo videri poſſit, an debens ſervitutem ſuis ſumtibus reficere teneatur, 12. 195
Feneſtram in muro communi elevato pro ſua utilitate tantùm an quiſpiam facere poſſit, 4. 195
Feneſtras vitreas ligneas, papyreas, an quis imponere cogatur, & in feneſtris ſui parietis tenere, 11. 195
Feneſtrarum, & balconorum materia ubinam ſit, remiſſivè, 13. ibid.
Feneſtras ſuas ferreas, ſi quiſpiam verſus ſolum, vel domum vicini habeat, quæ ſic per triginta, vel quadraginta annos ſteterunt: & ipſemet eas tollere velit, vicinus autem contradicat, quid juris, 2. 171
Feneſtras, ſi quis verſus domum, vel etiam fundum vicini habeat per quas in domum vicini ire poteſt, an cogi poſſit, ut feneſtras ferratas ponat, ut ſibi dicta facultas intrandi tollatur, 3. ibid.
Feneſtras vitreas: ligneas, papyreas, quæ vulgò ſphæræ dicuntur, an quis domui apponere poſſit, 10. 195
Feneſtris ſuis, ſi quiſpiam fecerit apponere ferratas protendentes extra murum ſuum ſupra vicini ſolum, an poterit, 1. 171
Fiſtulæ quid propriè ſint, 1. 156
Flumen ſi alveum mutaverit, jus aquæ uno impetu perditur, & tunc aliud flumen videtur, 36. 310
Flumen ſi alveum omnino dimittat, quid juris, 3. 443
Flumen publicum ſi multum excreverit & prædia mea inundaverit, an aggerem adhibere valeam, vel aliam munitionem facere, ut prædium meum tuear, 4. 452
Flumen quid ſit, & de ejus multiplici differentia, 1. 441
Flumen ſi in agrum meum lignamina duxerit, an mea efficiantur, remiſſivè, 9. 436
Flumen ſi inter duos montes diſcurrat, an à culmine ipſorum montium ripæ eſſe dicantur, 2. 446
Flumen à rivo in quo differat, 3. 414
Fluminis caput eſt unde aqua naſcitur, 8. 436
Flumen ſi navigabile ſit prætor concedere nequit aquæductum, 16. 437
Flumen ſi per civitatem diſcurrat, & unus ab utraque parte ripæ domos habeat, an pontem ſuper flumen facere poterit, per quem de una domo, in aliam ire valeat, 2. 207
Flumen privatum tribus modis poteſt dici alicujus eſſe, 28. 306
Flumen ſi ad antiquum alveum redierit, an ſervitus amiſſa reſtitui debeat, 38. 312
Fluminis alvei per mutationem in caſibus, in quibus aquæductus ſervitus amittatur, an de æquitate reſtituenda ſit, vel ex nova, vel novis alveis debeatur, 37 ibid.
Fluminis impetus ſi abſtulerit mihi ſimul, & ſemel, vel ſucceſſivè totum agrum meum, non applicando vicino, ſed ſibi ipſi fluminis alveum, ſeu lectum fecerit, poſteà in breve tempus vel longum alio impetu locum mutaverit, an ager meus mihi de æquitate reſtituatur, an verò ipſi vicini lucrari debeant, 4. 443
Fluminis publici cujus ſit uſus, ſi proprietas eſſe dicatur, 4. 433
Flumine ex publico non perenni de prætoris æquitate ſervitus conſtitui poteſt, 94. 346
Fluminibus, & in portu jus piſcandi omnibus commune eſt, 3. 457
Flumina numquid veniant in cōceſſione ſurdorum regalium, ſi fortè uſque ad tale flumen concedantur, vel de tali flumine uſque ad tale, 13. 437
Flumina privata quæ dicantur, 1. 438
Fluminum publicorum uſus communis eſt ſicut viarum, publicarum & littorum, 6. 435
Fons ſi ex aliquo fundo oriatur per tempus longiſſimum, cujus non extat memoria in contrarium, & aqua per inferiores partes diſcurrere cœperit patientibus illis, quorum fons erat, an habentes ſuperiorem fundum in quo aqua oritur, ipſam pro libito voluntatis ſuæ divertere poterunt, 51. 320
Fons ſi exaruerit, ex quo aquæductum habeo:

beo: iſque poſt conſtitutum tempus ad amittendam ſervitutem ad ſuam venam redierit, an aquæductum amiſerim, 4. 455
Fontis caput ipſe fons dicitur, 3. ibid.
Fonte aquæ ſi quiſpiam uſus fuerit, nec vi, nec clam, nec precario, quominus utatur, vim fieri prætor prohibet, 1. ibid.
Forma, ſeu formula, vallum, & ſeriola an idem ſint, 42. 315
Fornacis propter ignem ſi villa vel domus exuſta fuerit, an contra fornacis dominum agi poſſit, & qua actione, 5. 164
Fornacem, an quis in muro proprio juxta vicini murum conſtruere poſſit, 2. ibid.
Fornacem, an quis in muro vel fundo communi conſtruere poſſit, 1. 163
Fornace ſi ignis periculum exiſtat, ne vicini paries flamma corruat, quid juris, 3. 164
Foſſata an cavari debeant, & mundari per colonum vel dominum, 2. 438
Foſſata ſive foſſæ, quæ ſunt inter viam publicam, & fundum privatum, cujus eſſe debeant, 23. 410
Foſſam urſorum, luporum aut cervorum capiendorum cauſa in via publica, aut itineribus publicis, aut in ſylva publica ſi quiſpiam fecerit, & bos vel aliud animal in eam ceciderit, qua actione contra facientem agere potero, 2 221
Foſſæ, an ſub ſolo publ. fieri poſſint, 3. ibid.
Foſſæ ſi in agris eſſent inter fundum, cum ipſe fundus venditur an in menſura veniant, 8. 448
Foſſæ quæ inter fundum ſunt, qualiter cum fundo menſurari debeant, an ſcilicet menſurari debeat ſuperficies, quæ à latere foveæ exiſtit, an vero cum toto agro, ſicuti ſi planæ foſſæ eſſent, 9. ibid.
Foſſas aprorum urſorumve capiendorum cauſa facere an licitum ſit, 12. 410
Foveam qui in ſuo facere velit, juxta tamen fundum alterius, quid obſervare debeat, 1. 222
Fructus, vel reditus alicujus fundi vel domus ſi legetur, refectio ipſa ad quem ſpectabit, 20. 182
Fundus venditus ſi ſervitutem alteri debeat, an in hoc emptori, venditor teneatur, 17. 238
Fundus ruſticus, aut urbanus quando dicatur, 10. 300
Fundus ſi vendatur; in quo piſces in piſcinis exiſtunt, illi piſces non ſunt ædium, neque fundi non magis quam pulli aut cætera animalia, quæ in fundo ſunt, 7. 458
Fundus ſi locatus eſt vel etiam domus, refectionis impenſa ad quem ſpectat, 17. 181
Fundus inferior, an aquam ex fundo ſuperiori ſupervenientem recipere teneatur, quando natura loci ſubeſt, nec pactio aliqua intervenerit, 77. 318
Fundus ſervitutem itineris debens alluvione occupatus, quomodo in priſtinam ſervitutem reſtitui debeat, 21. 240.
Fundi ſervientis & dominantis dominus, qualiter ſervientis fundo uti poſſit, & ad quid dominus fundi ſervientis teneatur, 15. 236
Fundi ſervientis per quam partem aquam ducere poſſit, ſi non exprimetur quid juris, 14. 309
Fundi, vel pecorum vel temporis paſcendi jus habens, an alium cogere poſſit, 38. 289
Fundi venditor qualiter teneatur, quando ſervitutem non expreſſit, quæ in fundo vendito debetur, vel fundi venditi conditionem, & eam emptor ignoravit, 18. 239
Fundi ſui in finibus, an alicui plantare licitum ſit & ſi radices in vicini fundum intraverint, vel frontes aut rami protendentes, an vicinus eas propria authoritate incidere valeat, 3. 405
Fundus ad uſumfructum vel ad uſufructuandum ſi alicui relinquatur, an tunc uſuſfructus vel proprietas relicta videatur, 4. 12
Fundi uſumfructum, in quo columbarium ſit, ſi quiſpiam habeat, quomodo & quando columbarum comodo uti poſſit, 2. 218
Fundi ſi quiſpiam uſumfructum habeat, & alius proprietatem, & aliqua impenſa neceſſaria pro cloaca, vel ob aquæductus formulam occurrat: illa ad uſufructuarium, & non ad proprietarium ſpectat, 92. 345

Fundo

Fundo ſuo an quiſpiam ſervitutem imponere valeat, in quo alius habet ſervitutem realem, an ipſius tamen præjudicium, 9. 33

Fundo vendito, vel legato, an videantur vendita paſcua quæ ſunt, vel in aliis prædiis venditoris debentur, 7. 175

Fundo ſuo unicuique ſeminare herbas, & arbores plantare, vites putare, &c. licitum eſt, 1. 405

Fundum per alienum, an quis ire ſeu tranſire valeat, & an dominus volentes ire vel tranſire per fundum ſuum, prohibere poſſit, 22. 241

Fundum ſi vendiderim, & acceperim arborem & ea ceciderit, demum ejus radices pullos emiſerint, an eos vendicare poſſim, 16. 228

Fundum in alicujus ſi fluminis impetu ligamina vel vegetes, vel aliæ res projectæ ſint, quid de illis fieri debeat, 5. 429

Fundum ſi quis habuerit, per quem ſolebat ire ad caſas fundo junctas, & ipſum alteri legaverit: an ſi legatarius ſibi fundum legatum petat, hæredes excipere poſſit ſervitutem dictis caſis deberi, 3. 408

Fundum vel domum ſi quiſpiam legaverit, vel vendiderit, an conceſſum videatur, quod ex fundo exterioris, vel vendentis viam habere debeat: vel ſi duo fratres ſint, aut ſocii & unum fundum dividant, an in dubio actum videatur, quod unus per alterius partem viam habere debeat, 17. 278

Fundum alienum, an cuilibet ingredi liceat, & uvas vel ſpicas colligere, 3. 407

Fundum meum ingredi volentem propria manu & authoritate repellere poſſum, 23. 242

Fundum per alienum quod quis iverit ſaltem per 10. dies: & propter hoc in quaſi poſſeſſione eſſe dicatur, quæ utilitas reſultat, 34. 249

Fundum ſuperiorem ſi quiſpiam habuerit, in quo aqua naſcatur, quæ per ſubterraneos meatus ad fundum vicini inferiorem deſcendat, deinde revertatur ad fundum ſuperiorem, ad fundi inferioris dominus poſſit, 66. 332

Fundorum dominantium ad pluralitatem plures ſervitutes reſultant, etiam ſi unus tantùm fundus pluribus ſerviat, 8. 264

Fumus ſi aſcendat de fornace ad vicini domum, an propter hoc contra fornacis dominum agi poterit, 4. 164

Fumus qui de tubo camini exit quomodo manifeſtet, an murus proprius communis exiſtat, 12. 200

Fumo corrupto ſi quiſpiam aliquem peremerit, pœna extraordinaria tenetur, 5. 460

Furnum ſeu, molendinum in aliqua villa, vel vicinia, ſi quiſpiam habuerit, & habeat; & omnes de d. loco jam longiſſimo tempore, etiam ejus, cujus in contrarium memoria non exiſtat, ſemper venerunt ad dictum furnum, ſeu molendinum pro pane coquendo, ſeu macinando: & alius furnum noviter conſtruere velit, an, ne conſtruat prohibere poſſit, 2. 158

Furnum ſi juxta communem parietem habeas, & damnum parieti dat: vel veriſimiliter dare poteſt, an tecum agi poſſit, 1. 157

Furnum in muro communi invito ſocio, vel juxta vicini murum eo invito, an facere liceat, 23. 163

G

Gabella pro plauſtribus, & curribus quæ pro viæ refectione ad portam ſolvitur ſi imponatur, an eccleſia teneatur, 49. 281

Generalis conceſſio ſemper intelligitur, quod ſine damno, & alterius incommodo fiat, 4. 185

Glans ex arbore tua, ſi in fundum meum ceciderit, an tibi ipſam auferre liceat: & ſi prohibeam, quo interdicto teneat, 4. 405

Glandis appellatione, an omnes fructus contineantur, 5. ibid.

Glandem tuam, quæ in fundo meo cadit, ſi pecus meum comederit, qua actione tenear, 6. 406

Gonellæ magni Buffonis facetia, qui cùm eſſet bannitus ſub pœna capitali ne Ferrariam accederet, emit unum plauſtrum Paduæ, & terram Paduanam in dicto

poſuit quam aſcendit: & poſteà Ferrariam profectus, dicebat ſe eſſe in territorio Paduano, 8. 460
Guerræ tempore ſi Princeps locum meum fortificaverit, ut habiliter guerram faceret, finita guerra, ſi locum meum petam, Princeps autem velit, ut expenſas reficiam, quid juris, 9. 121
Gulfus ſive mare Adriaticum cur Venetorum eſſe dicatur, 4. 37

H

Habeas ſi ſervitutem eundi ad domum tuam per caſtellum meum, vel domum, vel curiam, vel ſcalas meas, an ego nocte januam claudere poſſim, 1. 112
Habeam ſi jus eundi per fundum tuum ad domum meam, an hoc ſervitus eſſe dicatur, 11. 25
Habet qui minus, minus etiam offendi debet, & hac ratione plus habet pauper, quàm dives, 1. 100
Habent confundendi vim, ac poteſtatem acquiſitiones etiam illæ, quæ perpetuæ non ſunt, 4. 528
Contrarium vero illius obſervatur in uſufructu, 5. ibid
Hæredum ex perſona conditionis obligatio mutari non debet, 11. 160
Habitatio ab uſu in quo differat, 1. 17
Hæres eo caſu quo aditum præſtare teneatur, an ipſi prædio legato ſervitus conſtituta ſit, ita ut legatarius confeſſoriam contra impedientem intentare poſſit, 7. 116
Hæres rei legatæ, an ſervitutem imponere poſſit, 6. 32
Homini privato, an ſuper locis publicis, verſus vias publicas ædificare licitum ſit, ſicut communiter reperiuntur Paduæ, & Bononiæ, 4. 145
Hominibus armorum, vel aliis ſi per unum territorium vel alium comitatum tranſitus concedatur, ipſi debent tranſire per partem concedenti minùs damnoſam, 2. 58
Horreum, an prædium urbanum denominetur, 5. 24
Horreum in ſolario communis quis habeat, an ipſum frumento, vel aliis mercibus implere poſſit, 1. 212
Horreum frumentarium novum ex tabulis ligneis mobile factum ſi quiſpiam in alterius loco opppoſuerit, an ipſi ſolo cedat, 3. ibid.
Horreum ſolus onuſtum, ſi multùm ponderet, ita quod ſolarium ſuſtinere nequeat, quid juris, 2. ibid.
Hortus cui cedat, ſi duo fratres domos diviſerint, in quarum medio hortús fuerit, 5. 217
Hortus, an domus appellatione contineatur, 2. 216
Hortus, an veniat, ſi alicui contenta in domo legata fuerint, 4. 217
Hortus, an prædium urbanum, vel ruſticum appelletur, 4. 24
Hortum vicinus qui certo tempore pratum irrigare ſolebat, ſi pratum fecerit aſſiduaque poſtea irrigatione vicino nocere cœperit, quid juris, 7. 406
Hortum ad pratum quis reducere poteſt, 7. 217
Hortum, an dare videatur, qui domum dat, 1. ibid.
Horto ſuo quilibet, ad libitum ædificare poteſt, dimiſſo tamen legitimo ſpatio, 9. ibid.

I

Idoneitas intelligitur, quando in extremo non peccat: Quoniam nullum extremum laudabile eſt, 6. 178
Ignis ſi dolo immittatur in alienas ædes, vel frumenti acervum, quid juris, 8. 462
Ignis pœna, vel alia, an contra incendiarios locum habeat, 10. 463
Ignis ſuper ſolario facientis fieri poteſt, niſi vicinus incendii periculum timeat, 2. 197
Ignis piſcatorum, ſi naves in periculum aliquod duxerit, quid juris, 7. 462
Ignis fornacis & furni an vicino nocere debeat, 5. ibid.
Ignem juxta parietem communem, an facere, licitum ſit, 1. 461
Ignem in ſtipulam ad paludem ſi quiſpiam immiſerit, & alicui damnum dederit quid juris, 6. 462
Ignem juxta parietem communem etiam maximum, ſicuti ſolet nuptiarum tempore fieri, quo caſu ſocius facere poſſit, 6. 198
Ima-

Digitized by Google

Imaginem Dei vel Sanctorum percutiens, qua pœna puniri poſſit, 12. 210
Imagines Sanctorum Leo Imperator cur deleverit, 15. 211
Imagines Sanctorum qualiter adorare debeamus, 16. ibid.
Imperator ſeu Princeps, vel ſenatus privato concedere poteſt, per viam publicam aquam ducere, ſine tamen vicinorum incommodo, 14. 15. 34
Imperator, ſi mihi civitatem aliquam donaverit, omnes ejus pertinentia donare videtur, 19. 426
In camino quot principaliter conſideranda ſint, 1. 197
Incendio quod in domibus, vel hoſpitiis ſine dolo fit, an dominus teneatur, ſi domus erat aliena, vel de rebus alienis in domo combuſtis, 11. 463
Incommodum maximum, vel parvum, judicis arbitrio dicitur, 6. 186
Incruſtationes quid proprie ſint, & quomodo capiantur, 3. 209
Infectionis timor ubicunque fuerit, etiam de civitate expulſio fieri poterit, 21. 382
Infinitas evitanda eſt, 17. 161
In fluminibus & portu jus piſcandi omnibus commune eſt. 3. 457
Ingreſſus alicujus loci publicus cujus eſſe præſumatur, 5. 215
Ingreſſus, ſeu introitus quid dicatur, 1. 214
In jure corporali quomodo quis tradere teneatur, 14 55
Inſignia, vel arma in muro ſculpta, quid probent, 16. 128
Inſula quando eſſe dicatur, 4. 439
Inſula Sardiniæ Italiæ dicitur, licet ab Italia modico freto diſtet, 16. 426
Inſula quando deſinat eſſe inſula, 14. 441
Inſula quot modis contingat, 3. 419
Inquiſitio, vel accuſatio cum ſanguinis effuſione ſi proba ta fuerit, & ſimplex percuſſio probata ſit, an condemnatio de ſimplici percuſſione ſequi debeat, 10. 67
Inſpicitur multoties quod evenire poteſt, 7. 159
In aquæductu ſi ego privatus aliquod jus habeam, numquid à ſoli curſu diverti poterit, 3. 207
Inſula maris ſi eſſet in mari alto à qualibet regione diſtans ultra centum miliaria quid juris, 15. 425
Inſula caſualis, ſeu accidentalis qualis eſſe dicatur, 6 419
Inſula in medio fluminis nata in cujus eſſe dicatur, 7. 440
Inſula aquis circumdata quotuplex ſit, 2. 439
Inſula propinqua, vel modico ſpatio diſtans quæ dicatur, 13. 425
Inſula tribus modis accipi poteſt, 1. 419
Inſulæ uſus reſpectu cujus ſit, 9. 440
Inſulæ portus cujus ſit, 8 ibid.
Inſulæ menſuratio qualiter fieri debeat, ut cujus ſit cognoſcatur, & pro quanta eorum quantitate, qui prope ripam prædia poſſident, 11. 441
Inſulæ dominium per occupationem quomodo acquiratur, 10. 440
Inſulæ poſſeſſio qualiter acquiratur, 12. 441
Inſulæ maris ſicuti Corſica, & Sardinia, vel etiam fluminis cujus ſint, 5. 419
Inſulam quoad juriſdictionem, quis occupare poſſit, 11. 441
Inſtrumenta antiqua, ſi reperiantur in quibus prædiorum poſſeſſores à latere emerunt prædiorum, & pro fine foſſarum appoſitum fuerit, numquid ad illos pertineant, 3 453
Interdictum de arboribus cædendis tam directum, quàm utile tribus in caſibus competit, 7. 26
Interdictum de via publica ſive ſit unum, ſive duo, quæ neceſſaria ſint ad hoc ut iſta interdicta dentur, 67. 285
Interdictum de cloacis, & quando locum habeat, 3. 363
Interdictum de cloacis locum habet: etiam ſi aliquis eo utatur vi, clam vel precario, 6. 365
Interdictum de fonte, an illi competat, qui uti prohibetur puteo vivam aquam non habente, 6. 151
Interdictum de itinere, actùque reficiendo aliud ſit, ab interdicto de itinere, actuque privato, & ita, an duo interdicta ſint, vel unum tantùm, duo capita habens, 19. 252
Interdictum de aqua quotidiana cur factum ſit, an ſit aliud ab æſtiva, 105 151
In ſervitutem, & jurium incorporalium præſcriptione ſeptem requiruntur, 8. 51

In fornace ſi ignis periculum exiſtat, ne vicini paries flamma corruat, quid juris, 3. 164
In poſſeſſione juris illud vulgare locum habet, vim vi repellere licet. 35. 250
In aquarum ſervitutibus circa vetuſtatem, ſeu præſcriptionem, quantùm temporis requiratur 80. 340
Illæ ſervitutes in quibus facto opus eſt, ut non niſi domino, ita nunquam niſi adverſus domum dantur, 6. 532
In amittendis ſervitutibus conjunguntur tempora autoris, cum temporis ſucceſſoris, 6. 518
In condemnatione eventus is eſt, ut caveat condemnatus, 6 530
In conſtituenda ſervitute cur non opus ſit Labeonis cautione, 5. ibid.
In eo conſtituitur ratio reſponſi Modeſtini, in L. 10. per ſingula ferè verba hypotheſi explicatæ, 2. 511
Interdictis de facto tantùm quæritur utentis, non de jure ſervitutis, 4 505
In imponenda ſervitute, & eorum quibus jam debetur, voluntatem exquiri, ſed non ſemper, 5. 488
In nonnullis actibus, non jus, ſed factum ſpectatur, 2. 514
In omnibus obligationibus quales quales ſint, ſemper illa inſunt ſine quibus nobis nihil cautum eſt, 1. 507
In qua tandem ſpecie verum ſit meum eſſe quod cum alio commune habeo, 4. 487
In pleriſque actibus non factum, ſed juris poteſtas ſpectatur, 1. 514
In quo continuarum, ſi modo ſunt aliquæ, & diſcontinuarum non eſt diverſa natura 3. 516
In ſervitutibus, quia ex vitio juris, quod adverſarius prætedit cauſam quiſque probat ſuam, contrarium receptum eſſe, 2. 531
In ſervitutibus non niſi modus civilis tranſferendæ poſſeſſionis intelligi poteſt, 2. 529
In ſervitute conſtituenda, aut prædiorum, aut hominum intereſſe, oportet, non quovis modo, ſed principaliter, 2. 504
In ſervitutibus utilitatem ejus cui debetur, ſine incommoditate ejus qui eam debet ſpectandam eſſe, 5. 509
In jure corporali quomodo quis tradere teneatur, 14. 55
In ſolo, ſeu area domum quis ædificare poteſt, aut aliud ædificium altius conſtruere etiam uſque ad cœlum, 1. 117.
In area communi, an quiſpiam ædificare poſſit, 6. 120
Interdictum de via publica ad hoc, ut contra impedientem reficere competat; quæ neceſſaria ſint, 63. 284
Interdictum de aqua quotidiana, an eo caſu competat, quo interdictum de aqua æſtivâ, 106. 351
Interdictum de fonte, in lacu etiam locum habet, 5. 412
Interdictum aquæ ducendæ ad hoc ut competat, quæ requirantur, 103. 351
Interdictum prohibitorium, & reſtitutorium, ad hoc ut competant, quæ neceſſaria ſint, 13. 154
Interdictum de cloacis, coram quo judice intentari poſſit, 4. 364
Interdictum de rivis ad hoc ut competat, quæ requirantur, 113. 354
Interdictum de itinere, actûque privato reficiendo quibus competat, & quæ ac quot ipſum conſequantur, 38. 251
Interdictum de itinere, actûque privato reficiendo quare quiſpiam duo probare neceſſe habeat, ſcilicet ſe uſum hoc anno fuiſſe, & ſervitutem ſibi conſtitutam eſſe, 41. 253
Interdicta de via publica quomodo actiones, & rei poſitiones formari debeant, 65. 284
Interdicto de via publica, quomodo libellus formari debeat, 64. ibid.
Interdicto de itinere actuque, &c quare ſi me eſſe in quaſi poſſeſſione viæ, itineris, vel actus probem, neceſſe probare habeam quod ſervitus mihi invito conſtituta ſit, &c. quæ ſequantur, 42. 254
Inter duos communicatis prædiis quæ mutuò ſervirent, ab altero ſervitus alteri remitti non poteſt, 6. 488
Interdicto de itinere, actûque privato reficiendo quis ſervitutem conſtitutam probare neceſſe habeat, 40 253
Interdicto de fonte, &c. & de fonte reficiendo ad hoc ut competant, quæ requirantur, 21. 370

In via vicinali, an quis ſine principis licentia ædificare poſſit, 7. 216
In horto ſuo quilibet ad libitum ædificare poteſt, dimiſſo tamen legitimo ſpatio, 9. 217
In interdicto aquæ ducendæ libelli forma quæ ſit, 2 100. 350
Intelligere, an aliqua ſervitus ſit realis, vel perſonalis, quæ utilitas ſequatur, 11. 9.
Interruptio naturalis longiſſimi temporis in juribus incorporalibus præſcriptionem impedit, 9. 52
In univerſum individuum, vel natura, vel lege dici, & illud priùs de ſervitutibus dici, & quæ ſint ejus rei cauſæ, 1. & 2. 525
In uſucapione ſervitutum non conjunguntur tempora autoris cum temporibus ſucceſſoris, 5. 517
Ire ab ambulare in quo differat, 2. 211
Ire per civitates & domos alienas licitum non eſt, 12. 54
Iter, ſeu actus, an, & quomodo debeatur, & an talis ſervitus ſit præſtanda ab hærede uſufructuario, vel legatario, vel è converſo, & aliis etiam habentibus utile dominium, vel directum, 4. 114
Iter eſt jus hominis eundi, ambulandi nec non jumentum agendi, vel vehiculum, 1. 233
Iter actus, viæ & aquæductus per fundum tuum ſi emerim, an ad vacuæ poſſeſſionis traditionem tenearis, 16. 237
Iter ſi excipere deberem, putà quia ſic in contrahendo conveneram, & tamen fundum liberum per errorem tradidi, quomodo mihi ſuccurratur, 20. 239
Iter, vel alia ſervitus ſi legetur ſine ulla loci determinatione, electio ad quem ſpectabit, an ſcilicet ad promittentem, ſeu ejus hæredem, an illi, cui ſervitus legata, vel promiſſa fuerit, 8. 135
Iter qui habet inſtrumenta agrorum ducere nequit, ſed qui actum habet, ſic, 4. 258
Iter ad prædium duorum commune ſi legetur, nec legatarii de itineris loco conſentiant, quid juris, 9. 135
Iter aut actum per certum locum ſi quiſpiam alicui ceſſerit, an poſſit uni vel pluribus per eundem locum, vel iter, vel actum cedere, 12. 136
Itineris ſervitutem qui habet, an poſſit ire nedum pedes, ſed etiam eques, 4 234
Itineris, ſive eundi in fundum meum, ut quis in quaſi poſſeſſione ſit, itaque eum quo minus eat, impedire non poſſim: & ſi impediam, de interdicto actuque privato tenear, quot requirantur, 24. 243
Itineris ſervitus ſicut in certa in fundi parte conſtitui poteſt, ita etiam pro certâ temporis parte, 14. 236
Itineris latitudo quanta eſſe debeat, 10. 235
Itinere per vicini fundum ſi quiſpiam uſus fuerit, uſque ad illum locum, ad quem eſt ingreſſus, eſt in quaſi poſſeſſione, & ei competit interdictum de itinere actuque privato, 29. 246
Itinere per ſeipſum quod aliquis uſus fuerit an ſufficiat, & an ſatis ſit, quod alius pro ſe iverit, 28. ibid.
Itinere vel actu ſi quiſpiam uſus ſit, ſufficit, nec deſideratur quod ſervitus conſtituta fuerit, vel debeatur, 31. 247
Itinere vel actu quod quis uſus fuerit non vi, non clam, nec precario, quomodo probatur, & cui hoc onus probandi incumbat, 32. ibid.
Jura prædiorum non ſolum ſervitutes exiſtunt, ſed etiam libertates, 3. 21
Juriſdictionem potius comparari ſervituti perſonali uſusfructus quàm ſervituti reali, 7. 456
Jus cretæ vel lapidis eximendi ſi quis habeat, an iſtud ſervitus dicatur, 4. 198
Jus inferendi in ſepulchrum qui habet an ſepulchro ſervitutem imponere valeat, 12. 34
Jus calcis coquendæ vel arenæ fodiendæ ultra quam opus fuerit, pro fundo dominanti ſi promittatur, an talis ſervitus conſtitui poſſit, 2. 198
Jus ducendi aquam per fundum alterius ſi quiſpiam habeat, quando & quomodo ipſam aquam ducere poterit, 22. 303
Jus ducendi aquam per alienum fundum, an ſit ſervitus realis, vel jus tantum perſonale, quomodo cognoſcatur, 2. 297

Jus

Jus aquæ ducendæ ad piſcariam meam vel ciſternam ſi mihi concedatur: an ſervitus realis ſit, 5. 458
Jus eundi per viam publicam, an præſcribi poſſit, 20. 270
Jus canonicum & civile quoad præſcriptionem, an differant, 7. 65
Jus aquæ ducendæ ex fundo tuo ad hortum meum, &c. an ſit ſervitus ruſtica vel urbana, 9. 300
Jus aquæ ducendæ ad piſcariam meam, vel ciſternam aut puteum, an ſit ſervitus ruſtica vel urbana, 7. 299
Jus aquæ ducendæ ex fundo tuo ad hortum meum irrigandum, an realis ſervitus ſit, 8. ibid.
Jus ducendi aquam ex fundo tuo ad fundum meum ſi mihi debeatur puta per fiſtulam, cauſa ſerviendi familiæ meæ pro coquina, & equis, & aliis pro domo & familia mea, an erit tunc ſervitus realis, an vero jus perſonale, 5. ibid.
Jus ſervitutis perpetuum quod dicatur, 3. 112
Jus cloacæ immittendæ quod ſit, 1. 400
Jus aquæ ducendæ ad piſcariam meam vel ciſternam, aut puteum, ſi mihi concedatur, an ſit ſervitus realis, an vero jus perſonale, 6. 299
Jus pecoris appulſus ad aquam ſervitus ſit, 2. 371
Jus ducendi aquam ex fundo ſuo ad fundum meum, ſi quiſpiam mihi conceſſerit cauſa faciendi balneum tantum in fundo meo, in quo panni lavari poſſint, vel pro alio aliquo uſu, qui fundum meum non concernat, an tunc ſervitus realis vel perſonalis erit, 4. 299
Jus agendi ſeu prohibendi aliquid, an ſolum ædibus, vel habentibus curam civitatis, vel aliis competere habeat, 10. 154
Juris paſcendi ſervitus pro certo pecudum num. ſi uni debeatur, & ipſe ampliori uſus fuerit, an propter hoc ipſa ſervitus amittatur, 5. 175
Juris paſcendi pro ſervitute, qua actione agi debeat, 16 188
Juris paſcendi poſſeſſio vel quaſi ſervitus quomodo probetur, 25. 184
Jure aliquo ſuo quòd quiſpiam uſus fuerit, quomodo probatur, 27. 245
Juris tertii regulariter opponere poſſum quando juris agentis, excluſivum eſt, 64. 310
Juriſdictio quando ſit in territorio mari cohærentis, & uſque ad quod ſpatium 12. 414
Juriſdictio in dubio cuique civitati uſque ad medium flumen competit, 4. 215
Juriſdictio & multa alia incorporalia, quæ perſonæ & non rei debentur, hæredem tranſeunt, 10. 8
Juriſdictionem potius comparari ſervituti perſonali uſusfructus, quàm ſervituti reali, 7. 466
Juriſdictionem in terra habentes: habent etiam in mari uſque ad centum milliaria tantum, ultra vero ſolum Imperatoris Juriſdictio eſt, 17. 416

L

Laborat ſi quiſpiam ædificando ſuper re communi, & ejus luminibus officit, an hoc poſſit, obſcurando lumina alterius domus, quæ dicti ſui conſocii proprie ſit, 10. 107
Lacus eſt qui perpetuam aquam habet, 1. 432
Lacus fructus ſi à Peruſii communi emerim, commune autem habebat ibi proprias naves ad piſcandum quarum etiam uſum volo, quid juris, 7. 43
Lacu vel ex ſtagno aquæductus ſervitus concedi non poteſt, 3. 432
Lacuum ſeu ſtagnorum alluvione ſi uni aliquid detrahatur, & alteri addatur, quid juris, 6. 432
Lapides ex fundo dotali cæſos an maritus habere debeat: & quid ſi in cædendo expendit, an expenſa ſibi reſtitui debeat, 5. 413
Lapides & tigna in fundo meo de voluntate mea, precario concedente ſi poſueris, an ea authoritate propria, ſi inde ea non exportas removere poſſim. 5. 220
Lapides vel quid aliud in curia, vel domo mea ſi poſueris, an abſque alia denunciatione propria authoritate tollere, & ejicere valeam, 4. 220
Lapides in fundo ſuo, an quis cædere poſſit, ita ut lapidum fragmenta in fundum alienum perveniant, 3. 412

Lapi-

Digitized by Google

Lapicida ſi cædat lapides in domo vel area ſua: & ſi fragmenta in vicini fundum cadant, an hoc facere poſſit; vel ſibi prohiberi valeat, 4. 94
Lapicidinæ & argentifodinæ, cum in montibus reperiantur, an in alieno fundo lapides cædere licitum ſit, 2. 412
Legatum uſufruct. à legato redditus numquid differat, 7. 13
Legatum fructuum annuorum talis fūdi, vel legatum fructuum ejusdem fundi in quo differant, 8. ibid.
Legata ſervitute neque hæredis neque legatarii abſolute facultas eſt per quam velit partem conſtituendi, 4. 508
Legato vel conceſſione uſusfructus quid veniat, 9. 13
Legaverit & promiſerit ſi quiſpiam alicui habitationem, an proprietatem relinquere videatur, 2. 18
Legem ſi fundum tuum ſervientem, liberationem legare non videor, 1. 29
Lex ult. fini. reg. an habeat locum non ſolum quando ædificatur juxta fundum vicini ruſticum, ſed etiam urbanum, 2. 214
Libellus interdicto quando quis ædificabit in viam publicam, vel aliquid immiſſum, aut ædificare vel immittere velit, quomodo formabitur, 69. 183
Libellus & poſitiones in actionibus popularibus quomodo formari debeat, 14 155
Libellus in interdict. de fon. & de fon. reſic. quomodo formari debeat, 12. 370
Libellus in interdicto de rivis quomodo fieri debeat, 115. 355
Libellus in interdicto, ut liceat ire agere, &c. quomodo formari debeat, 72 188
Libellus quomodo ſuper via privata formari debeat, quando dicitur quod viæ ſervitus debetur, 77. 289
Libellus in interdicto de aqua, ex caſtello, &c. quomodo fieri debeat, 109. 353
Libellus in actione de cloacis quomodo formandus, ſit, 5. 365
Libellus in actione de aqua pluv. arcen quomodo formari debeat, 4. 361
Libellum de aliqua aqua ſi quiſpiam per ſeptos, vel cuniculum, vel ſpecum de puteo concipiat, an in interdictum de rivis recte proponatur, 116. 355
Libertas quanto tempore præſcribatur adverſus ſervitutem conſtitutam, 19. 470
Libertatis adverſus ſervitutem præſcriptio, an requirat, titulum, 20. ibid.
Libertatis præſcriptio, an poſſit procedere circa factum præſcribentis, 21. ibid.
Libertatis præſcriptio adverſus ſervitutem an exigat bonam fidem præſcribentis, 22 ibid.
Libertatis præſcriptio an requirat ſcientiam & patientiam adverſarii, 23. 471
Licentiam habens à principe vel ſuperiore avertendi aquam ex publico, debet eam ducere per caſtellum, vel per fiſtulas, ne matrices fiſtulæ corrumpantur: & contra faciens conceſſionis beneficium perdit, & etiam in corpore punitur, 1. 156
Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum, 4. 168
Litus maris eſt quatenus hybernus fluctus maximus excurrit, 1. 428
Littora ſub cujus imperio eſſe dicantur, 2. 428
Littore maris quæ fieri licitum ſit, 3. ibid.
Locatorem inter & conductorem ſi conventum fuerit, ne in domo fœnum aut palea poneretur, & conductor poſuerit, deinde ſervus igne allato ſuccenderit, quid juris, 1. 462
Loca publica privatorum uſibus deſervire jure civitatis, non quaſi propria cujuſque, idque quam habeat poteſtatem, 4. 521
Locus medius, an ſervitutes impediat, 1. 40
Locus ex ſoli odore ſi peſtilentioſus ſiat, ſcilicet ex fœtore etiam terræ privatæ, ut puta quia ſulphuraria fiant an faciens interdicto, ne quid in loco publico, teneatur, 2. 459
Locus ſacer, vel religioſus ſervitutem impedit, 1. 40
Locum ſervientem an reficere licitum ſit, 9. 60
Locum religioſum unuſquiſque ſua voluntate facit, dum mortuum infert, 2. 329
Loco ſerv. itineris ſi dubitetur, arbiter, vel communis amicus qui hoc dirimere debeat aſſumi debet, 6. 235
Loco publico, ſicut ſunt flumina, &c. ædificare non licet, 5. 414
Loco in quibus debetur ſervitus; vel jus

calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, vel cretæ, aut lapidis eximendi, quomodo nominetur, 5. 198
Loca publica, an vendi, vel alienari poſſint, & per quem, & quomodo, 22. 270
Longa conſuetudine veluti jure impoſita ſervitus videtur, 52. 321
Longe diverſa eſſe ſervitutem temporibus ſecerni, & dividi, 1. 501
Longe diverſa eſt cauſa poſſeſſionis jurium & corporum, 3. 652
Lumen quid ſignificet, 1. 104
Luminibus qui tenetur non officere nihilominibus aliquid ædificare poteſt, propter quod ſol prædio dominanti auferatur, dommodo lumen aliter non obſcuretur, 5. 106
Lupus, vel milvus, vel accipiter, vel canis, ſi acceperit avem vel pecudem vel aliud animal unius, & quidam tertius ſurripuerit de ore lupi, milvi, accipitris, vel canis, an priori domino quod acceperit reſtituere teneatur, 6. 409

M

MAceriem juxta regionem vel fundum alterius ſi quis ædificare voluerit, nullo ſpatio medio relicto poteſt, dummodo terminum ſuum non excedat, 1. 219
Maritus qui fundum dotalem juxta viam publicam habet, an ad ipſam refectionem teneatur, 54. 282
Maritus, an poſſit extirpare nemus ſibi in dotem datum, & ad culturam reducere 12. 416
Maritus ſi reliquerit uxorem dominam & uſufructuariam ſicut communiter fieri ſolet an proprietas vel uſufructus, vel alimenta relicta videantur, 6. 23
Maritus an fundo dotali ſervitutem imponere valeat, 10. 33
Mare quid ſit, 21. 417
Mare vel aliquem maris uſum, aut juriſdictionem, an aliquis præſcribere valeat, 3. 422
Mare poſſediſſe vel quaſi, vel aliquam in eo juriſdictionem habuiſſe, quomodo quis dicatur, 9. 424
Mare an aliquis tanto tempore præſcribere poſſit, cujus initii memoria in contrarium non extet, 6. 422
Mare qualiter deſignabitur, 25. 427
Mare, in quo aliquis non exercuit juriſdictionem, ut poſſit dicere ipſam præſcripſiſſe an ſit alicujus dominii ratione, vel ſaltem quod ad juriſdictionis jus, ut maleficia quæ ibi committuntur, punire poſſit, & an gentes quæ ibi ad habitandum accedunt, poſſit judicare, 11. 424
Mare rubrum, an reperiatur, 29. 427
Maris fines an reperiantur, 24. ibid.
Maris proprietas aliqua præſcriptione, vel conſuetudine præſcribi non poteſt, 8. 423
Maris in eadem particula ſi plures habitent, vel ad ipſos pertineat, & ibi delictum commiſſum fuerit, quis primò cognoſcere debeat, 21. 426
Mari, quod natura omnibus patet, ſervitus privata imponi non poteſt, 1. 421
Mari exiſtens, quod per civitatem maritimam regitur, puta per Venetos, Januenſes an extra diſtrictum eſſe dicatur, 28. 427
Mari, vel maris in litore an quis ædificare valeat & an ædificium ſuū efficiatur, & quando, 1. 422
Mari per privatum, an ſervitus imponi valeat, 3. 17
Meſſem, vel vindemiam cuilibet domino, vel colono in fundo ſuo facere licet, prohibens autem injuriarum actione tenetur, 1. 406
Miles unus ſi in alterius nemore ligna colligere voluerit an poſſit, 17. 417
Miliaria centum per mare eſt minus duabus dietis, 14. 425
Mœnianæ legi an ſtandum ſit, ubi aliqua conſuetudo non fuerit, 4. 189
Mœniano ſeu ſolario, aut ponticello pannos, linteamina, aut alia, an extendere liceat, & per quæ vicinis tegmen tollatur, 5. ibid.
Mœniana ſi quis in muro ſuo ædificare velit, verſus domum vicini privatum, vel ædificium publicum verſus, quantum ſpatium dimittere debeat, 3. 188
Mœniana dicuntur ſolaria, ſeu ponticelli, qui-

qui in muro ſunt, & ita projecti, ſeu immiſſi provehuntur: ut nunquam requieſcant, ſicut ſubgrunda, 1. ibid.
Mœniana ab immiſſis in quo differant, 1. ibid.
Modi transferendæ poſſeſſionis multi ſunt 1. 529
Modus, *ind.* §. 1. *l.* 4. *ff. de ſerv.* qualem habeat ſignificationem, 1. 499
Molendinum an prædium urbanum ſit, 8. 25
Molendinum commune ſi duo habeant, & unus molas meliores imponere velit an etiam alter ad expenſas teneatur, 8. 176
Molendinum in flumine publico, ſi facere velim, an ripam viæ publicæ tigna immittere potero, 5. 174
Moles in mari projectæ, cauſa faciendi, vel muniendi portus, an jaci poſſint, 6. 430
Monachi ſinguli in cauſa ſuæ univerſitatis teſtificari poſſunt, 3. 378
Monaſterium ſi promiſit mihi, & familiæ meæ molere frumentum, non teneretur hæredibus molere in majori quantitate, quàm mihi teneretur, 20. 161
Mons à colle in quibus diſtinguatur, 1. 418
Mons quid ſit, & unde dicatur, 1. 411
Multùm intereſſe conſtituta ſit ſervitus, an promiſſa tantùm, 1. 511
Multò magis præſentem utilitatem requiri in conſtituendis ſervitutibus, eamque ex veritate, non ex opinione paſciſcentium æſtimari debere, 1. 522
Murum ſub ſolario vicinus inferior occaſione incendii evitandi quibus expenſis facere poteſt, 4. 198
Murum ſeu parietem proprium, ſi quis juxta ædes, vel domum ſui vicini habeat, & paſſus fuit, quod vicinus poſuerit in eo muro aliqua tigna tacitè, & nihil dicendo, vel dicendo concedo quod hæc tigna in muro meo immittere poſſis; an ille vicinus poterit me domino invito alia nova tigna remittere, 5. 85
Murum oneris ferendi caſu quo vicinus reficere teneatur, qualiter iſta refectio fieri debeat, 6. 175
Murum, vel domum juxta domum vicini ædificans, cujus ſtillicidium, in medio caſitat, an ſolum incruſtare teneatur, & aquam extra ducere, ita quod murus vicini, non materia creſcat, nec damnum propter aquæ refectionem in dicto loco patiatur, 7. 125
Murum juxta alienum etiam non dimiſſo ſpatio unius pedis quiſpiam alium murum, ſine fundamento, vel etiam modico facere poteſt, 10. 200
Murum communem ſi duo habeant, qui contra ædium communia ſuſtineant, & eorum alter ipſum deponere velit, & melius fundare, ac graviora pondera ſuper imponere, an altero ſocio invito facere poſſit, 7. 126
Murum communem quando quis altius tollere velit, vel in eo aliquid fabricare, cujus expenſis hoc facere debeat, 2. 132
Murus, ſeu paries propriè cum calce dicitur, 1. 219
Murus vicini, ſi ſervitutem oneris ferendi debeat, domus corruat, & refectione indigeat: & ipſe vicinus non vult reficere. ſed ei cedere, & mihi relinquere, an poſſit, 5. 175
Murus altius elevatus, ſi reperiatur, nec appareat quis ædificaverit, & cujus expenſis, quid juris, 32. 135
Murus quomodo cognoſcatur, an communis, vel non, & an ſit communis pro diviſo, vel indiviſo, 2. 172
Murus, vel ſepes ſi fiat per extraneum in fundo domini, in quo ego ſervitutem non habeam, & propter hoc ego ſervitute illa uti impediar, an poſſim illum murum rumpere, & deponere, vel ſepem propria authoritate deſtruere, 10. 90
Murus communis quis dicatur, & quot modis, 11. 126
Murus, vel domus vicini juxta aream meam, vel hortum, ſi reperiatur, an ſolo ſuo dimiſiſſe præſumatur, 8. 125
Murus, an ſit communis inter vicinos vel proprius unius tantùm, qualiter cognoſcatur, 13. 127
Muro in communi, an ſocius ædificare valeat, 19. 130
Murariis, & aliis in arte peritis credendum eſt, 14. 227

N

NAtura omnium ſervitutum quænam ſit, 1. 26
Navis an prædium urbanum exiſtat, 7. 25.
Navigationis tempus eſſe dicitur Calendis Aprilis uſque ad Calendas Octobris, 5. 431
Neceſſarium plenum habens ſi ipſum purgare velit, an poſſit, 8. 202
Neceſſarium quot partes habet, 1. 201
Neceſſarii fovea, an pro voluntate domini fieri poſſit, 6. 202
Neceſſarii cava, an & quomodo in proprio, vel communi muro fieri poſſit, 3. 201
Neceſſarii fovea, an & qualiter in muro communi, vel proprio fieri poſſit, 5. ibid.
Neceſſarii cava, an in muro proprio ſupra ſolum publicum vel vicini fieri poſſit, 4. ibid.
Neceſſarii fovea murata, vel non murata, ſi humor, vel putredo exeat, & in puteum, vel vicini ciſternam deſcendat, vel in ejus venas, aut etiam in penu, an cogi poteri ad reficiendum dictam foveam, ita, & taliter quod puteo, vel ciſternæ, aut alii vicini loco nocere non habeat, 7. 302
Negatio totum negat, ſed affirmatio non totum affirmat, & ideo plus negat negatio, quàm affirmat affirmatio, 2. 101
Negativa quomodo probetur remiſſivè, 9. 45
Nemus, vel ſylvam ſi quiſpiam vendidit, cum pacto de retrovendendo, an emptor ſylvam extirpare poſſit, 11. 415
Nemoris alieni ruſtici, vel alii ſi uſum habuerint, putà quia in eo longiſſimo tempore ligna accipere uſi fuerint, quando iſte uſus expiret, 1. 418
Nemore ſe uſos ruſtici ſi dixerint tanto tempore, quo in contrarium memoria non extat, an juvat eos ſi dixerint ſe acquiſiviſſe jus utendi, & fruendi in illo nemore, 19. 417
Nemore alieno ſi capreoli, vel cervi vel alia animalia capiantur, domino ignorante, vel contradicente, an capientis vel domini nemoris efficiantur, & an propria authoritate ea dominus retinere poſſit, 18. ibid.
Nobiles, & milites privilegiati ſunt, ut cum canibus, & avibus venentur, 9. 409

O

OBligatio non faciendi, obligatio faciendi dicitur, 42. 398
Obligationibus facti, obligatio ad intereſſe venit, 29. 387
Occidere aliquem ſi alicui licitum ſit, an ſit licitum etiam alteri demandari, 11. 60
Occupare, vel ædificare incepiſſe vel aquam ex publico loco ducere, quid remiſſivè 45. 316
Olivam, vel ficum in ſuo plantans quid obſervare debeat, 1. 223
Opera ſeu miniſterium ſervorum, qualiter, & in quibus conſtituantur, & qualiter reſtituantur, & amittantur, remiſſivè, 2. 29
Opus novum, an nunciari poſſit ædificium, vel cloacam reficienti, 26. 138
Opus ſi quiſpiam fecerit, ut aquam excluderet ne ad fundum ſuum veniret, quæ ex paludis inũdatione in agrum ejus fluere ſolebat, ſi ipſa palus aqua pluvia amplietur, eaque repulſa opere facto agro ſui vicini noceat, aquæ pluv. arc. actione tollere cogitur, 4. 455
Opus ſi quiſpiam arando faciat, ex quo aqua pluvia vicino nocére poſſit, ſi alter fundus coli non poterit, actione aquæ pluviæ arcendæ, non tenetur, 2. 403
Oſtium de novo verſus fundum, vel domum vicini in ſuo pariete proprio, an quiſpiam vicino invito facere poſſit, 1. 131
Oſtii janua, an poſſit alicui legari vel in executione ſententiæ pro pignore capi, 143

P

PActum ſi fecerim cum furnario, ut coqueret panem pro me, & familia mea ſingulis annis, vel perpetuo, & quod ſibi darem omni anno decem libras, ſed tunc habeam duos filios tantùm, & poſteà mihi plures alii filii nati ſunt, & ſic familia mea aucta eſt, an mihi panem pro

pro eodem prętio coquere teneatur, 5. 159
Pactum circa ædificationem contrarium an valeat. 4. 120
Papa ſi in mari moriatur, in illa civitate ſucceſſoris electio fieri debet, 8. 426
Paries ligneus intermedius ubi eſſet, an ædificari poſſit, etiam affigendo ipſum in via in ſuo, in confinibus nullo ſpatio dimiſſo ad ſimilit. volentis ſepem, & maceriem conſtruere, 4. 124
Paries qui in medio eſt, an communis remaneat, ſi ex duabus domibus una vendatur, 34. 135
Paries alienus ſi per medium pedem in alterius domum inclinaverit, an contra ipſum agi poſſit, ut ipſum erigat, reficiat, 14. 181
Paries, vel columna ſervitut. debens, ſi reficiatur, ad quem ædificiorum fultura ſpectabit, ne corruat, 6. 111
Paries, murus, & maceries, quid ſint, & in quo differant, 1. 123
Parietis refectio oneris ſervitutem debentis ad quem ſpectat, 12. 180
Pariete communi, licet per unum ex ſociis ſerv. imponi non poſſit, benè tamen ipſi domui imponi poterit, 21. 131
Parietem communem ſi unus ex ſociis reficere velit, alter verò timeat, ne ex ea refectione ſibi damnum immineat, qualiter ſibi ſuccurratur, 11. 180
Parietem communem unus ex ſociis etiam altero invito, an dealbare, & pingere poterit, 2. 209
Pariete in communi, an ſit licitum mittere canale recipiens aquam de cœlo cadentem, vel aquam de ciſterna diſcurrentem, aut de aliquo aquæ receptaculo quod caſtellum appellatur, 6. 205
Pariete in communi, an uni ſocio facere feneſtram liceat, pro ipſo lumine acquirendo, 11. 107
Pars in l. 7. §. prædium, ff. de ſervit. intelligitur dominii pars, tametſi poſſit, & ſervitutis, 2. 506
Partem hic appellari, quæ nulla diviſione prædii facta pro indiviſo poſſideatur demonſtrata tantùm, & determinata, 1. 103
Paſcendi jus præter juſtitiam per tyrannum in prædiis alienis acquiſitum, an in Eccleſiam tranſeat, 23. ibid.
Paſcendi jus villæ, vel univerſitati competens, an per 10. homines villæ, vel univerſitatis probari poſſit, 28. 385
Paſcua ſi aliquod commune emerit, & de communi unus vendiderit fundum ſuum proprium cum omni jure ſibi ſpectante, an per hoc ſervitutem, vel ſaltem ipſius jus paſcendi amiſiſſe videatur, 35. 388
Paſcua quæ & quotuplex, 3. & 4. 775
Paſcui in poſſeſſione ſi quis fuerit, & eo certo anni tempore utatur, an per hoc ſuam poſſeſſionem retineat, 50. 396
Paſcuis cum pecoribus morboſis, ſeu peſtiferis, nullus uti poteſt, 20. 382
Paſcere in agro alieno, an, & quando liceat, 46. 395
Paſcere in paſcuis publicis, & privatis, in quibus ipſa ſervitus impoſita non eſt, an & quando liceat, 47. 395
Paſtor ſi animalia per inſidioſa loca ad paſcendum conduxerit, & ea amiſerit, an de culpa teneatur, 49. ibid.
Paterfamil. cum Abbate, & conventu ejuſdem monaſterii, ſi pactus fuerit, quod molendinum dicti monaſterii ſibi, & familiæ ſuæ pro certa penſione molere deberet ſine læſione dicti Monaſterii pacti initi tempore, & poſteà filiorum quilibet habet ita magnam familiam ſicut habebat paterfamilias celebrati cótractus tempore, & quilibet ipſorum vult molere ad molendinum, ſicut eorum pater faciebat, quid juris, 10. 160
Pecoris ad aquam appulſus quid ſit, 1. 371
Pecoris appellatione continentur omnes quadrupedes, quæ gregatim paſcuntur, 2. 374
Pedagium colligere an ſervitus debita colligenti exiſtat, 5. 21
Pedagium qui colligunt ab his qui per viam publicam vadunt, an de jure poſſint prohiberi exigere, & colligere, 74. 289
Penum ſubterraneum ſi velim facere quatenus ſe protendit ſolum meum, uſque ad finem ſoli vicini, numquid poſſim, 1. 147
Penum ſubterraneum ſi quiſpiam facere velit, & fodere ſubtus ſolum publicum, vel domum vicini, numquid poſſit, 2. ibid.
Penum ſubterraneum ſi quiſpiam habeat, quod à pacto ſuperiori in ſolo publico lumen recipere velit, numquid poſſit, 1. ib.

Perpetuò ſeu in perpetuum quis ſe obligare poteſt, 22. 162

Perſona Eccleſiaſtica vel etiam ſecularis ſi pro beneficiorum alicui eccleſiæ collatorum recognitione certum annuum cenſum, vel hoſpitium ſibi reſervaverit, & ipſo veniente non recipiatur an domum propria auctoritate ingredi liceat, & intrandi cauſa oſtia vel feneſtras domûs rumpere, 11. 90

Pedis menſura quænam ſit, 5. 262

Per viam publicam an privato licitum ſit, aquam ſimpliciter ducere, vel per conductum ligneum vel lapideum, 24. 271

Permagni intereſſe legata habeant commodum pecuniarium, an aliud, 7. 513

Permagni intereſſe uſucaptæ ſint ſervitutes, an conſtitutæ, vel quæ conſtitutarum loco habeantur, 9. 518

Planities terræ quid dicatur, 1. 148

Plani appellatione quid contineatur, 3. 419

Pictores & miniatores pingentes cum adulterinis coloribus, an dominus ad intereſſe teneantur, 13. 211

Pictura an cedat tabulæ vel chartæ aut è contra, 14. ibid.

Picturæ ſi in pariete communi exiſtant, an cauſa imponendi tigna alter ſocius pulſare poſſit, & qua pulſatione damnum illis picturis contingere poſſit, 5. 209

Picturarum & incruſtationum an ratio habeatur, ſi de aliquo muro damno infecto cautum ſit, 4. ibid

Picturas habere in pariete communi, an ſocio liceat, 1. ibid.

Pingi ſi velim facere in eccleſia crucifixum, vel aliquid aliud, an poſſim, 6. 209

Piſcari quilibet in littore poteſt, etiam ante ædes meas & oſtium, & ſi ipſum piſcari prohibeam, actione injuriarum teneor, 2. 457

Piſcari cuilibet in mari licitum, quòd natura omnibus patet, 1. ibid.

Piſcatum aliquem fuiſſe, per 20. vel 30. annos an ſufficiat, ad hoc ut ſupervenientem prohibere poſſit piſcari, 4. 458

Piſcandi jus fluminibus & portu omnibus commune eſt, 3. 457

Piſcium uſumfructum qui vivariis exiſtunt ſi quiſpiam habeat, illos occidere poteſt, & alios ſubſtituere, propter eorum difficilem diſcretionem, 6. 458

Pons an viæ publicæ appellatione veniat, 5. 208

Pons dicitur ille, qui eſt de lignis, non autem de lapidibus, 1. 207

Pontis reficiendi & faciendi onus ſuper flumine publico, ad quem ſpectat per quem iter tranſeuntibus neceſſarium ſit, 4. 208

Pontis partem, puta decem pedum longitudine, numquid in flumen quis facere poſſit per quem poſſit ire ad hauriendum aquam, vel ad lavandum pannos ſtare, 3. 208

Ponticellum ædificare ſuper ſolum publicum ex conceſſione facta à principe, vel ſenatu, aut gubernatione civitatis, vel ex conſuetudine, vel ex forma ſtatuti, ſi licitum ſit, & quis in dictis caſibus velit ædificare pontes ita latos, & longos quod inferatur damnum, vel incommodum, & impedimentum vicinis, ſeu tranſeuntibus cum plauſtris, & animalibus oneratis, qui commodè pertranſire non poſſunt an hujuſmodi ponticellos ædificare poſſunt, 3. 185

Ponticelli ſuper ſolum commune per unum ex ſociis an ædificari poſſint, 9. 187

Ponticellos, ſeu pontes facere, an ſuprà viam publicam licitum ſit, 25. 273

Ponticellos ſeu pontes ſuper domibus privatorum appenſos, & pendentes ſuper viam, vel ſolum publicum, an de jure communi quis tenere poſſit, 1. 184

Porticus quid propriè dicatur, 1. 145

Porticum vel clauſtrum cum columnis, ſi quiſpiam facere velit, an poſſit imponere columnas, quæ unius Eccleſiæ fuerunt, 9. 146

Porticum, aut ſtillicidum, ſi quiſpiam in ſepulchrum immiſerit, qua actione contra eum agi poſſit, 6. 229

Porticum, vel clauſtrum cooperientem ſolum ſuum ſi quis habeat, & in alieno requieſcat, an dominium ejus ſuum ſit, 8. 146

Portus ſtatio, & angiportus quid propriè ſint, 1. 429

Portus maris hominum ingenio fabricati, an omnium populorum publici ſint, an vero ædificantium, 4. 430

Portus, & flumina publica ſunt, licet Civitates Italiæ de conſuetudine ea ſicut imperium præſcripſerint, 2. 429

Portus

Portus omnis in ſolo inſula eſt, 1. 410
Poſſeſſio vel quaſi aquæ per majorem inundationem, ſicut poſſeſſio territorii, an perdatur, 97. 148
Poſſeſſio 100 annorum quomodo probetur remiſſivè, 6. 43
Poſſeſſionem ſoli mei, & ædificii in eo per alium facti, an habeam, 8. 121
Poſſeſſionem qui tenetur vacuam tradere, an liberetur, ſi rem tradat, quæ alteri ſervitutem prædialem debeat, 19. 219
Poſſeſſionem in juribus incorporalibus dare non eſt, 58. 325
Poſſeſſione juris illud vulgare locum habet, vim vi licet repellere, 35. 250
Poſitio allegati titulum, quod titulum non habuerit, fieri poteſt, 8 44
Poſitiones actoris in interdicto de aqua quotidiana, quomodo fiant, 107. 351
Poſitiones rei in actione de aqua, &c. quomodo fiant, 8. 362
Poſitiones actoris, & rei in tali interdicto qua forma formari debeant, 70. 287
Poſitiones actoris in actione de aqua pluv. arcend. quomodo formari debant, 7. 362
Poſitiones actoris in interdicto de aq. & Caſtello, &c. quomodo fiant, 110. 353
Poſitiones rei in interdicto de aqua, &c. quomodo fiant, 108.
Poſitiones rei in actione de cloacis, quomodo formari debeant, 8. 362
Poſitiones actoris in interdicto de rivis quomodo fiant, 117. 355
Poſitiones actoris in interdicto de cloacis quomodo formari poſſint, 7. 362
Poſitiones de interdicto, de fonte & de fonte refic. quomodo formentur, 13. 370
Poſitiones in interdicto ut liceat, &c. quomodo formari debeant, 71. 288
Poſitionum rei forma in interdicto de rivis qualis eſſe debeat, 118. 356
Poſitionum actoris forma in interdicto aquæ ducendæ quænam ſit, 101.
Poſitionum rei tenoer in interdicto aquæ ducendæ qualis ſit, 102. ibid.
Poſitionum rei forma in interdicto de aqua ex Caſtello & cæt. qualis eſſe debeat, 111. 354
Poteſt fundo quem quis vendit ſervitus imponi, & ſi non ſit utilis: quanquam, non ſufficiat amœnitatem habere, 5. & 5. 522
Prædia urbana vel ruſtica, quæ nominentur, 2. 24
Prædium meum ſi tibi vendidi ad quod iri non poterat niſi per aliud meum prædium, non videtur actum ut illud tibi ſervitutem debeat niſi expreſſè dictum fuerit, 3. 114
Prædium urbanum vel ruſticum quando dicatur, 1. 216
Prædium ruſticum qua ratione diſtinguatur ab urbano, 1. 465
Prædium ſi quiſpiam alicui monaſterio dederit, ut perpetuo ad ſuum molendinum ſibi & filiis ſuis granum molere deberet, & poſtea filii ſuperexcreverint, quid juris, 19 161
Prædii ſervientis dominus an poſſit loca, in quibus alteri ſervitutem debet, & etiam jus paſcendi puta paſcua & ligna, ad culturam reducere invito domino prædii dominantis, cui jus paſcendi ſervitus debetur, 40. 392
Prædii nomen immobilia tantum complectitur, 2 4
Prædii dominantis dominus an non ſolum cogere poſſit dominum prædii ſervientis ut fundum ſuum purgari patiatur, ſed etiam dominus fundi ſuperioris ſervientis, qui jure ſervitutis tenetur habere foſſam in fundo ſuperiori, ne aqua noceat vicino inferiori, ſi foſſa refectione indigeat, an poſſit contra dominum prædii dominantis agere, ut eam reficiat, ne fundo ſuperiori ſervienti nocere habeat, 74. 337
Prædii ſervientis dominus ſi reduxerit paſcua ad culturam, puta ad ſegetes, vites, propter quod paſcua impediuntur ei, cui ſervitus juris paſcendi debetur, an cogi poſſit ad reducendum prædia ad paſcua. ſicuti tempore ſervitutis impoſita erant, an vero ad intereſſe agi debeat, 42. 392
Prædio ruſtico, an actio de pluv. arc. competere poſſit, 1. 160
Prædio communi an unus ex ſociis ſervitutem legare valeat, 2. 36
Prædium ruſticū qua ratione diſtinguatur ab urbano, 1. 465
Prædiorum ſervitutes non homines debere, ſed prædia prædiis, 1. 524
Præſcriptionem longi temp. locum habere in

in his, pro quibus competit publiciana, 4. 465
Præſcripto prædio, an cenſeatur præſcripta ſervitus ei cohærens, 5. 466
Præſcripto caſtro, an præſcripta ſit juriſdictio ei cohærens, 6. 466
Præſcriptio non inducitur per ſcientiam & patientiam ejus, qui vi, clam, vel precario poſſidet, 15. 469
Præſcriptio ſervitutis cujus patientiam requirat, an poſſeſſoris, an proprietarii, an utriuſque, 16. ibid.
Præſcriptio rerum corporalium, in quo differat à præſcriptiõe incorporalium, 17. ibid.
Præſcriptio contra Eccleſiam omnino titulum requirit, 7. 51
Præſcriptio ſervitutis, an contra ignorantes ſe jus ſervitutis habere currat, 6. 64
Præſcriptio quandoque plus poteſt quàm pactum, 11. 53
Præſcriptione quomodo ſcientia & patientia adverſarii requiratur, 5. 49
Præſcriptione, ſcilicet non utendo, regulariter ſervitutes amittuntur, 4. 63
Præſcriptionem longi temporis locum habere in his pro quibus competit publiciana, 4. 465
Prætorium quid propriè dicatur, 2. 400
Prætorium vel protectum habere licere in fundo, quæ ſervitus eſſe dicatur, 1. ibid.
Prætorium quod aliàs protectum dicitur, quid ſit, 3. 401
Princeps in mari ſervitutem imponere poteſt, 18. 15
Privato vel forenſi, an competat jus agendi, vel prohibendi aliquid in actione populari, 11. 154
Privilegiatus & privilegii cauſæ quando paris potentiæ fuerint, poſſidentis potior conditio eſt, 70. 331
Probabiles rationes L. 4. ff. de ſervitut. 1. 496
Prodeſſe ſibi unumquemque dum aliis non noceat, non prohiberi, 1. 522
Promittens ſolam patientiam, aut per alia verba ſervitutem promittens, non videtur ſervitutem conſtituere, ſed perſonaliter obligare, 3. 28
Promiſſione, an ſervitus acquiratur, 1. 55
Promittat ſi quis uni iter, an jus & ſervitutem ſibi promittere videatur, ſecus qui factum promittit, 3. 233
Promiſit ſi quis mihi ſervitutem ne luminibus meis officiatur, an poſſit plantare, vel arbores ante feneſtras meas habere, 4. 106
Promiſit, ſi quiſpiam mihi ſervitutem, ne luminibus meis officiatur, ſed ante impoſitionem ſervitutis exiſtens in fine cameræ meæ cœlum videre poteram, & ipſe vult altius ædificare, ita quod cœlum videre non potero, niſi in cameræ medio exiſtens, vel prope feneſtram, an fieri poſſit, 2. 105
Promiſerim ſi tibi dare viam ad fundum tuum per fundum meum, an ſupra viam pontem facere potero, 8. 187
Promiſerim ſi vicino ſub certa pœna non facere feneſtram in muro domus meæ: & poſtea illam domum vendam, an emtor feneſtram facere poterit, 8. 194
Promiſerim ſi alicui, ut de nemore meo quædam ligna incidere poſſit, an pro libito ſuo incidere poterit, 16. 417
Promiſerit ſi mihi quiſpiam coquere panes in furno ſuo pro tota mea familia, an hæc ſervitus vel obligatio perſonalis eſſe dicatur, 3. 159
Promiſerit ſi quiſpiam alicui ſervitutem de coquendo panem in furno ſuo pro tota ejus familia, an hoc etiam ſervitus dicatur, 1. 21
Promiſerit ſi ruſticus quidam cuilibet Canonico pro anniverſario 10. dare, & promiſſionis tempore non erant niſi 10. Canonici, deinde 20. exiſtant, an omnibus teneatur, 21. 161
Promiſerit ſi quiſpiam mihi ſervitutem pecoris appellendi ad fontes cauſa agri mei ſtercorandi, an hoc ſervitus eſſe dicatur, 2. 21
Promiſerit ſi aliquis alicui, quod per pontem ſuum ſine gabella tranſire poſſet, ſicut promiſere Veneti Placentinis, an hoc ſervitus dicatur, 4. ibid.
Promiſerit ſi aliquis mihi, & Titio quod poſſim coquere in furno omni hebdomada 10. ſeſtaria frumenti, & Titius deceſſit, utrum Titii portio mihi accreſcat, 4. 159

Promi-

Digitized by Google

Promiſerit ſi quidam nobilis comitatenſi cuidam reficere pontem, qui pons tunc parvus erat, & poſteà in tantùm aqua crevit, quod pontem creſcere neceſſe fuit, qualiter iſte nobilis teneatur, 11. 180
Pro ſervitute aquæ hauſtus qua actione agatur, 9. 369
Promiſerit ſi mihi quiſpiam, ut per aream ſuam in domum meam, vel ex domo mea in aream ſuam ire poſſim, nec de plano aditus ſit, quoniam area mea domo ſua altior eſt, an ſcalas, vel gradus aut clivos in meo facere debeam, 1. 141
Proprietas columbarum, quibus prædicatores æquiparantur quæ nam ſint remiſſivè, 1. 218
Protegere quid ſit, & quid protectum, 1. 96
Protectum, quod ſupra ſolum meum exiſtit, cujus ſit, 4. ibid.
Protectum, an ſuper ſolum commune facere liceat, 3. ibid.
Protectum, an aliquis tenere poſſit, puta ponticellum ſupra eum locum, quo vulgò iter fieret, vel in quo conſiſteret. 5. 97
Puteus communis ſi inter duos vicinos ſit, an dividi poſſit, & quo judicio, 2. 150
Puteum ſi in domo mea aperiam, quo aperto venæ tui putei præciſæ ſint, an tenear, 5. 151
Puteum, vel ciſternam, aut lavellum prope vicini fundum fodere an licitum ſit nullo ſpatio interpoſito, 7. 152
Putredinem aliquam, putà lavaturam, vel aliud putridum, ſi pediſſequa, vel famulus projecerit, vel ſuper veſtem vel caputium tranſeuntis per viam publicam vel ibi ſtantis deſcenderit, an ejus dominus teneatur, 1. 205

Q

QUæ ſi poſſeſſio ſervitutis, ut acquiratur, duo principaliter requiruntur, 2. 38
Quæ cura fuit majorum circa prædia, quum urbana, tum ruſtica, 1. 474
Quæ de ſervitutibus actiones competunt, an fructuario competant, 4. 431
Quatenus in locis publicis facere prohibeamur, 1. 620
Quam ſignificationem habeat, quod reſponſum eſt, ad privatas cauſas accommodata eſſe interdicta non ad publicas, 3. 520
Quæcunque gerimus ex noſtra perſona debent initium ſumere, 4. 511
Quænam ſit neceſſaria dijudicatio prædiorum urbanorum à ruſticis prædiis, 4. 495
Qualem recipiat interpretationem, L. uſufructuarius novum rivum, §. ædificium, Digeſtis de uſufruct. 3. 510
Quam ob cauſam proprietatis dominus, non conſentiente quidem fructuario, ſervitutem imponere poteſt, 1. 487
Quam ob cauſam in multis juris locis traditum ſit, viam, iter, actum, ſub conditione legari, & promitti, vel ab eo qui fundum non habet. Sub conditione verò ſervitutum promitti, aut ab eo qui fundum non habet, nuſquam legitur, 4. 498
Quam ob cauſam viæ latitudo L. 12. tabularum definita eſt, ut in porrectum octo pedes habeat in anfractum, 16. aliarum ſervitutum latitudo nulla ſit, legitima, 4. 515
Quam ob cauſam in actione quam quis diuturno uſu, & longa quaſi poſſeſſione nactus eſt interdum id tempus decurſum neceſſe eſt, quod hominum memoriam excedat, 8. 518
Quidquid ſolo ſuper ponitur ipſi cedit, ſecus tamen in aqua, 2. 420
Qui ſervitutem luminum debet, ædificare poteſt, & altius tollere, 4. 106
Qui ſit verus ſenſus l. 3. ff. de ſervit. 2. 494
Quid ſit in publicis tantùm juris habere ad obtinendum quantùm habet quilibet ex populo ad prohibendum, 2. 520
Quid ſit non pertinere ad temporis cauſam, ſed ad modum conſtitutæ ſervitutis, 2. 499
Quomodo excipiendum ſit Pauli reſponſum in L. 1. ff. de ſervit. legat. 5. 476
Quoddam quid eſt, quod in facto conſiſtit, 1. 20
Quod ſi fundo communi ſerviens, fundus in commune redemptus ſit extinguitur ſervitus, 7. 489
Quo ſenſu reſponſum ſit ſervitut. nec in bonis, nec extra bona eſſe, 4. 476

R

REceptus ſenſus reſponſi ad l. 3. ff. de ſervit. quibus ex cauſis meritò non probetur, 1. 483
Refectio, vel depreſſio, aut levatio ſervitutis cujus expenſis fieri debeat, 12. 61
Refectio rei ſervitutem debentis ad quem ſpectat, 25. 183
Reficere quid proprié ſit, 1. 177
Regalia quæ propriè dicantur, 17. 268
Regula quæ dicit, quod ædificatum cedit ſolo, an in muro ſine calce ædificato locum habeat, 3. 220

Regula, in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter, quomodo intelligatur, 12. 300
Regula quod quis in ſuo invito vicino feneſtram facere poſſit, quas fallentias patiatur, 2. 191
Religioſi non habentes in loco ſuo locum eis congruum, petere poſſunt, quod propter religionis favorem loca eis concedentia aſſignentur, 5. 229
Religioſi ſi concedant, ut in aliquo loco ſepulturam facere poſſim, & ibi ſepelire cœperim ſi poſteà cum eis conveniam, ne ſepeliam, niſi uſque ad certum numerum, & quod non poſſim in ibi monumentum cum lapidibus niſi uſque ad certam menſuram extruere, an talis conventio valeat, 2. 402
Res dicuntur poſſideri, quando cauſam continuam habent, 10. 46
Res pro diviſo duobus modis capitur, 12. 126
Res propria nemini ſervit, 1. 61
Rei uſufructuariæ refectio ad quem ſpectat, 16. 181
Rem uſufructuariam reficiendi onus, ad quem ſpectat, 15. ibid.
Rem propriam an quis reficere teneatur, 2. 177
Retia, ſeu laqueos tendere, aut quælibet alia inſtrumenta ad capiendas venationes, an licitum ſit, 8. 409
Ripa fluminis unus de populo aliquod novum ædificium facere non poteſt, invito eo, prædiis cujus adhæret, & ſi fecerit, ripæ dominus autoritate propria deſtruere poteſt, 6. 447
Ripa qualiter munienda, vel reficienda ſit, 13. 450
Ripa prædii verſus flumen ſi naturaliter ſe extendat, quid juris, 10. 448
Ripa eſt, quæ flumen continet naturalem rigorem curſus ſui retinens, 1. 446
Ripæ cujus dicuntur, ſi via publica eſſet in medio inter flumen & agrum vel domum: ſicut eſt Veronæ apud pontem navium, in contrata caudæ longæ, 4. 447
Ripæ an cum fundo commenſurari debeant, 7. ibid.
Ripæ mutari quando dicantur, 3. 524
Ripæ ſi propter aquarum inundationem elevatæ eſſent, numquid etiam deprimi poſſent, 12. 450
Rivus, ſpecus, ſepta, & incile, quæ loca dicantur, 112. 354
Rivus eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrit, 1. 457
Rivum an quiſpiam ſimpliciter cavare poſſit, 20 303
Rivum ſi reficere velim & adverſarius meus contra me negatoriam intentet, an refectione prohibendus ſim, 114. 825
Rivum, eſto, quod aliquis de jure vel ex permiſſione facere poſſit an prædii dominantis dominus illum purgare & reficere poterit, 21. 303
Rivos manutenere, & eos purgare, & aggeres reficere, quis teneatur, & cujus expenſis, 90. 344
Rivos manutenere, & etiam expurgare an quis teneatur, 2. 457

S

SCalæ an domus appellatione veniant, 8. 170
Scalæ lapideæ an juxta murum communem per unum ex ſociis apponi poſſint, 2. 167
Scalæ in muro alieno, an & quomodo apponi poſſint, 5. 167
Scalas in ſolo publico juxta domum ſuam ſi quiſpiam ædificare voluerit, an poſſit, 6. ibid.
Scalas in muro ſupra ſolum vicini vel publicum an quis facere poſſit, 2. 170
Scalas apponere muro alterius cauſa ingrediendi ejus domum, quæ pœna ſit, 10. ibid.
Scalas nõ ſolum ſi quiſpiam velit appropinquare, ſed etiam tigna vel lapides immittere, an poſſit, 3. 168
Scalas muro communi apponere licitum eſt uni ex ſociis, ſi nullum damnum parieti fiat, 1. 167
Scalis admotis ſi quis muros civitatis aſcenderit, quomodo puniatur, 9. 170
Seclarium quid ſit & quot partes habeat 1. 203
Seclarium ſi quis juxta parietem in communem ædificare velit, an poſſit, 2. ibid.
Seclarii murus ſi communis eſſet, & propter pondus ſuppellectilis appenſæ debilitaretur, an prohiberi poſſit, 4. 204
Seclarii foramen, & fovea ac ejus camera qualiter ſe habere debeaſit, 6. 204
Seclario ſi aqua ſpargatur, & deſcendat per ſolarium ad partem vicini inferiorem, vel ſolarium commune madefaciat, an prohiberi poſſit ne amplius ſpargat, 3. 203
Sepem præcidere, mundare vel mundari facere in fundo vicini, vel per vicini fundum aquam ducere, an ſervitutem arguant, 56. 328

Sepes

Sepes in finibus fundi ſui, an facere licitum ſit, 14. 410
Servitus aquæ hauriendæ ex fonte conſtitui poteſt, 4. 455
Servitus ſi de pecudibus ſimpliciter, conſtituta ſit, & reperiantur pecudes nobiles, ſicut ſunt Veronenſes, & ignobiles, ſicuti aliæ Italicæ: an de omnibus indifferenter ipſa ſervitus conſtituta intelligatur. 19. 381
Servitus aquæductus præſcripta quanto tempore inducatur, & quæ, & quot ad iſtam præſcriptionem inducendam requirantur, 55. 322
Servitus perſonalis quæ dicatur, 1. 1
Servitus realis activè & paſſivè ad hæredes transfertur, 11. 9.
Servitus quædam qualitas eſt, non autem ſubſtantia, 4. 5
Servitus actus ſi tam anguſto loco conceſſa fuerit, ut neque vehiculum, neque jumentum per locum perduci poſſit, an actus, vel iter eſſe dicatur, 7. 258
Servitus in bonis noſtris non eſt, nec extra bona, 4. 28
Servitus, an extinguatur, quando unus fundus ſerviens uni vel omnibus ſociis prædii dominantis, omnibus ſociis, vel uni particulari acquiritur, 2. 61
Servitus oneris ferendi, an perſonalis actio eſſe dicatur, 4. 175
Servitus, ne proſpectui officiatur duobus modis capi poteſt ſcilicet in genere & ſpecie, 1. 98
Servitus aquæductus ſi fundo meo qui eſt decem jugerum debeatur, & poſtea actus fuerit, an propter hoc aquæductus ſervitus creſcere debeat, 18. 303.
Servitus cui debetur per rivum aquæductus in vicini fundo, ſi velit juxta pontem foſſam facere in qua aquæ congregentur & ipſas poſtea per rivum ducere, an poſſit, 88. 343
Servitus appulſus pecoris ad aquam an nominata, vel innominata ſit, 3. 372
Servitus navi imponi non poteſt, ut cum in portu erit ſemper merces deferre teneatur, 1. 431
Servitus juris paſcendi quomodo amittatur, 31. 388
Servitus juris paſcẽdi qualiter acquiratur, 6. 375
Servitus aquæductus, eſt jus ducendi aquam per fundum alienum, 1. 297
Servitus quo jure introducta fuerit, 2. 2
Servitus aquæ hauſtus quomodo amittatur, 8. 368
Servitus aquæ hauſtus quid propriè ſit, 1. 366
Servitus vel paſcendi jus ſi in fundo alieno conſtituta fuerit, an cum omni pecore cujuſcunque generis paſcere poſſit, 18. 381
Servitus aquæ hauſtus quomodo, & qualiter, & quando conſtitui poſſit, 6. 365
Servitus aquæductus cui debetur, an cauſa aquæ ducendæ lapideum arcum facere teneatur, 85. 343
Servitus an nedum in toto fundo, ſed in ſolo tantum vel in ſuperficie tantum conſtitui poſſit, 1. 36
Servitus luminum, & ſervitus ne luminibus officiatur, quomodo differant, 1. 101
Servitus ſimplex ſi in fundo debeatur, ad quem ſpectat, in qua parte ſervitutes habere debeat, 3. 58
Servitus ex parte fundi ſerviẽtis in patientia eſt, 2. 29
Servitus aquæ hauſtus an ſit nominata vel innominata, 4. 367
Servitus non eſt, ubi quis nihil concedit, aut permiſit in ſuo exceptis à caſibus legibus conſtitutis, 2. 69
Servitus altius tollendi quare alia eſt ruſtica, & alia urbana, 2. 398
Servitus numquid locari poſſit, 5. 29
Servitus à prædio dominante denominatur, 1. 93
Servitus una vel plures quando dicatur, & quomodo cognoſcatur, 7. 263
Servitus juris paſcendi quid propriè ſit, 1. 374
Servitus an pro parte acquiri, vel retineri poſſit, 1. 56
Servitus altiùs non tollendi, an requiratur, quod ſemper per vicinum ponatur, 4. 73
Servitus quando cauſam continuam, vel diſcontinuam habere dicatur, 81. 341
Servitus juris paſcendi, an perdatur, ſi locus ſervitutem debens per tyrannum occupatus fuerit, qui illis paſcuis uſus ſit, 34. 388
Servitus aquæductus, cur ex lacu fieri non poſſit, 3. 431
Servitus aquæ hauſtus an ſervitus dicatur, 2. 306
Servitus proſpectus, an differat à ſervitute ne proſpectui officiatur, 3. 100
Servitus pactionibus, ſtipulationibus, teſtamentis, & contractibus conſtituitur,
Servitus aquæductus eſt ſicut anima intellectiva tota in toto, & tota in qualibet parte, 11. 301
Servitus ſi luminibus impoſita ſit, tam de præſentibus, quam de futuris ſimpliciter intelligitur 6. 159
Servitus navigandi, ſi lacus perpetuus in meo fundo ſit, ut ad fundum meum perveniatur imponi poteſt, 2. 431

Servitus neque ad tempus, neque ex tempore, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem conſtitui poteſt, 1. 38
Servitus in re propria, vel communi an imponi valeat, 5. 17
Servitus aquæ tollendæ per rotam ex lacu, an imponi poſſit, 4. 412
Servitus urbana qualis ſit, & quomodo noſcatur, 10. 25
Servitus cui debetur, an in prædio ſerviente ædificare licitum ſit, 6. 59
Servitus propter peccatum ortum habuit, 1. 3
Servitus oneris ferendi ad factum competit, 3. 175
Servitus cloacæ fundo ruſtico, quando deberi dicatur, 2. 400
Servitus, ne proſpectui officiatur, in quo differat à ſervitute, ne luminibus officiatur, 2. 98
Servitus una, vel plures ſi cognoſcantur, quæ utilitas reſultet, 9. 266
Servitus ne luminibus officiatur, an tam de præſentibus, quam de futuris intelligatur, 9. 107
Servitus realis quæ dicatur, 1. 4
Servitus aquæ hauſtus, an realis, vel perſonalis ſit, 1. 367
Servitus altius tollendi triplex eſſe dignoſcitur, 1. 398
Servitus juris paſcendi cum certo pecudũ genere, ſi uni debeatur, & ipſe cum alio genere ſervitute uſus fuerit, an propter hoc ipſa ſervitus amittatur, 33. 288
Servitus aquæ hauſtus, an ſit ruſtica vel urbana, 5. 367
Servitus uſusfructus dividua eſt: cæteræ autem individuæ, 1. 34
Servitutis natura non eſt, ut quis aliquid faciat, 3. 102
Servitutis à principio conſtitutæ ſi fundus dominans aqua indigebat, & nunc ex aliqua cauſa non indigeat, an ſervitus in perpetuum competere deſinat, 17. 103
Servitutis ad præſcriptionem, quot neceſſaria ſint, 1. 47
Servitutis realis definitio quænam, 3. 4
Servitutis aquæductus in conceſſione, ſine alterius damno ſubintelligitur, 23. 304
Servitutum quædam cauſam continuam habent, quædam quaſi continuam, quædam vero diſcontinuam, 2. 465
Servitus uſus & habitationis non præſcribitur ſine titulo quemadmodum nec uſufruct 8. 466
Servitus negativa ex quo tempore præſcribi incipiat: quid in aliis ſervitutibus, 9. ibid.
Servitus diſcontinua non quæritur ex longa patientia & poſſeſſione, ſed neceſſe eſt allegare titulum, 12. 467
Servitutis uſus proceſſerit nec ne ex bona fide quomodo probetur, 13. 468
Servitus vel libertas quanto tempore præſcribatur contra Eccleſiam, 18. 470
Servitutem non præſcribi ex ſola quaſi poſſeſſione civili, nec ex ſola quaſi poſſeſſione naturali, 17. 469
Servitutem qui debet, facere non cogitur, ſed pati, 73. 335
Servitutem ſi mihi conceſſeris, ut opere manu facto aquam fluentem in meo ex tuo derivare poſſim, etiamſi tibi noceat, an intelligatur etiamſi ultra modum noceat, 76
Servitutem itineris qui habet, an poſſit facere pontem ſupra locum, per quem aqua ducitur, invito eo cui aquæductus ſervitus debeatur, 87. 343
Servitutem fundo communi, an unus ex ſociis acquirere, vel retinere poſſit, 2. 56
Servitutem ſtillicidii avertendi in aream meam ſi vicinus meus habeat quod ſtillicidium ſuper aream meam per duos pedes protenditur, an ego in area ædificare poſſim, ubi ſtillicidium caſitare cœperit, 7. 76
Servitutem projiciendi in fundum vicinum habere, an ſtercus, vel urinam fœtidam, vel alia ſimilia projicere poterit, 5. 95
Servitutem itineris habens, ſi locum elegerit licet amplius variare non poſſit, ille tamen qui ſervitutem conceſſit, bene poteſt ſi abſque alterius incommodo fiat, 7. 235
Servitutem inter affirmativam & negativam quæ differentia ſit, 26. 244
Servitutem qui debet oneris ferendi, etiam aliam, an ſuis expenſis reficere debeat, 4. 110
Servitutem altius non tollendi ille qui debet, an ſupra eam latitudinem arborem, vel ædificium habere poſſit, 2. 72
Servitutem altius non tollendi ſi mihi debeas cum hac conditione, ne luminibus meis officiatur, quomodo hæc verba intelligantur, 3. 72
Servitutem qui debet, ne luminibus officiatur, non cogitur in eadem gratitudine lumina ſervare, niſi ad gratitudinem locus deputatus eſſet, 6. 106
Servitutem qui debet, ne luminibus officiatur non poteſt plantando, ſeu ædificando, aut aliter ſolem prædio dominanti auferre, 7. 106
Servitutem aquæductus habens, an rivum in ſervien-

ſervienti fundo fundo facere poſſit, per quam ad fundum dominantem ducat, 19. 303
Servitutem habenti ruſticam, jure magis conſulitur, quam habenti ſervitutem urbanam, 13. 248
Servitutem itineris habens, ſi velit ducere jumentum, & plauſtrum oneratum frumento, vel aliis rebus & etiam ipſe aſcendere, an ſuper ſervientis fundum tranſire valeat, 5. 334
Servitutem habens alteri eam concedere non poteſt, niſi hoc ei permiſſum fuerit, 16. 34
Servitutem altius non tollendi ille qui debet an poſſit ſaltem altius ædificare, 1. 72
Servitutem alicui fundo qui imponere poſſunt an eidem etiam acquirere valeant, 1. 35
Servitutem ſi quis mihi debeat, ut ſuis parietibus trabem ſeu tigna habeam, per quæ ſolarium meum ſuſtineatur an iſta ſervitus tigni injuncti, vel oneris ferendi eſſe dicatur, 7. 111
Servitutem vel jus aquæ ducendæ habens, an poſſit arcum ſeu pontem lapideum facere ſupra alium aquæductum alienum, 86. 343
Servitutem debens ne luminibus officiatur, an poſſit deponere ædificium, vel arboris ramos, quo facto locus quondam opacus ſole plenus eſſe incipiat, 8. 106
Servitute altius tollendi exemplum quomodo procedat, cum quis regulariter poſſit tollere domum ſuam uſque ad cœlum, etiamſi ſervitus impoſita non eſſet, 4. 399
Servitute aquæ hauſtus, quomodo quis uti debeat, 7. 368
Servitute altius tollendi exemplum quomodo ponatur, 3. 399
Servitute appulſus pecoris ad aquam qualiter quis uti debeat, 4. 372
Servitute juris paſcendi quomodo quiſpiam uti debeat, 17. 381
Servitute appulſus pecoris ad aquam qua actione aliquis uti debeat: & ut competat quot neceſſaria ſint: & quomodo libellus, & poſitiones formentur, 5. 372
Servitute aquæ hauſtus qua actione agatur, 9. 369
Servitutes urbanæ, & ruſticæ quare dicantur, 1. 24.
Servitutis mixtæ ſpecies quot ſint, 2. 10
Servitutes reales & prædiales ipſo jure non recipiunt certum tempus ex parte ante ad originem impediendam, ſed conditionem, 13. 54
Servitutes innominatæ quæ dicantur, 1. 401
Servitutes non conſtituuntur, ut aliquid in tuo facias, 10 52
Servitutes multiplices ſunt, & quæ ſint ſervitutes habentes cauſam continuam, & quaſi continuam, 2. 41
Servitutes quibus præſcribuntur 10. ann inter præſentes, & 20. inter abſentes quæ dicantur, 4. 42
Servitutes uſus & habitationis non præſcribuntur ſine titulo, quemadmodum nec uſusfructus, 8. 466
Servitus diſcontinua non quæritur ex longa patientia & poſſeſſione, ſed neceſſe eſt allegare titulum, 12. 467
Servitutes negativæ ex quo tempore præſcribi incipiant, & quid in aliis ſervitutibus, 9 466
Servit. uſus proceſſerit nec ne ex bona fide quomodo probetur, 144. 68
Servit. quædam cauſam continuam habent, quædam quaſi continuam, quædam vero diſcontinuam, 1. 465
Servit. non præſcribi ex ſola quaſi poſſeſſione civili nec ex ſola quaſi poſſeſſione naturali, 18. 470
Servit. vel libertas quanto tempore præſcribatur contra Eccleſiam, 19. ibid.
Servit. nomine quæ tacitæ ſecutæ ſunt venditum fundum, ob evictionem fundum non teneri, 2. 475
Servit. cur aliæ perſonarum, 1. 482
Servitutes rerum dicuntur interdum non eſſe fundi, 3 483
Servitutum cur aliæ rerum appellantur. 2. 482
Servitute conſtituta, tacitè illa jura ſequentur, quæ ad conſervandum pertinent, 1. 509
Servitutes prædiorum in jure non in parte côſiſtere, atque ideo incorporales eſſe, 1. 516
Servitutes non eſſe totas in toto, & totas in qualibet parte, ſed eſſe tamen in parte qualibet efficaces, 3. 525
Servitutes quæ deberi non niſi dominis, & à dominis poſſunt ubi cæperunt, adverſus quemvis vendicantur, 4. 532
Servitutibus modum facit prædiorum quibus acquiruntur neceſſitas, 2. 522
Servitutes nominatæ quæ apellentur, 3. 23
Servitutes calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ an ſint nominatæ, vel innominatæ, 3. 398
Servitutes terræ quæ ſint, & quibus imponantur, 1. 402
Servitutes reales, vel prædiales quando ſint, quomodo cognoſcantur, 5. 5
Servitutes mixtæ, quæ dicantur, 1. 10

Servitutes quæ per quatuor elementa verſantur, 2. 401
Servitutes perſonales tantum res ſunt, videlicet uſusfructus, uſus & habitatio, 3. 363
Servitutes calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ, an ruſticæ eſſe dicantur, 1. 397
Servitutes habentes cauſam diſcontinuam, quæ ſint, 3 298
Servitutes urbanæ & ruſticæ quæ dicantur, 1.22
Servitutes urbanæ quædam ſunt affirmativæ, quædam negativæ, ruſticæ autem omnes affirmativæ ſunt, ut ire, agere, 2. 69
Servitutes innominatæ quænam ſint, 2. 22
Servitutum, & jurium incorporalium præſcriptione ſeptem requiruntur, 8 51
Servitutibus in præſcribendis, an titulus requiratur, 6. 50
Servitutibus corporalibus quæ cauſam diſcontinuam habent, quiſpiam in quaſi poſſeſſione eſſe dicitur, etiam ſi nullo modo ſufficienti tempore uſus eſſet. 36. 250
Sepeliri apud quam Eccleſiam unuſquiſque debeat, 9. 230
Sepulchrum ſi quiſpiam effodere voluerit, quantum ſpatii relinquere debeat, 1. 2 9
Sepulchrum eſt locus, ubi corpora, oſſave hominis condita ſunt, 1. 228
Sepulchra antiquorum quæ erant, & quid recentioribus temporibus de cadaveribus ſepeliendis cautum fuerit, 7 230
De ſepulturæ loco quantum ad effectum non curatur, quoniam domini eſt terra, & plenitudo ejus, 8. 230
Si alterius quoque jus ſibi præripit, quæ ſit adverſus illum cautio, 2. 484
Si ex conventione alternis annis, vel menſibus aqua ducitur, perinde una ſervitus eſt, ac ſi die tantùm ac nocte tantùm ducatur, 4 500
Si legaverit, & promiſerit quiſpiam alicui habitationem, an proprietatem relinquere videatur, 2. 8
Si conſtituat quiſpiam mihi, quod in fundo ſuo omni anno unum frumenti ſtarium recipiam, vel unum pomum in viridario, an hujuſmodi ſervitutes dicantur, 1. 21
Si promiſerit quiſpiam mihi ſervitutem pecoris appellendi ad fontes, cauſa agri mei ſtercorandi, an hoc ſervitus eſſe dicatur, 2. ibid.
Si promiſerit quiſpiam alicui ſervitutem de coquendo pane in furno ſuo pro tota ejus familia, an hoc etiam ſervitus dicatur, 3 ibid.
Si habeam jus eundi per fundum tuum ad domũ meam, an hoc ſervitus eſſe dicatur, 11.25
Si lego fundum tuum ſervientem, liberationem legare non videor, 1. 29
Si conceſſiſti aquam Titio, quæ in fundo tuo oritur ut eam ad fundum ſuum ducere poſſit, an poſtea eadem mihi concedere valeas, 17. 34
Si quidam nobilis promiſit cuidam comitatenſi reficere pontem; qui pons tunc parvus erat, & poſtea in tantum aqua crevit quod pontem creſcere neceſſe fuit, qualiter iſte nobilis teneatur, 13. 180
Si tibi conceſſerim ſimpliciter ut aliquid in meo apponeres an videar ad meum bene placitum conceſſiſſe, an vero animo donandi, & in meo ſervitutem conſtituendi, 6 220
Si quis egerit contra vicinum ſuum, qui viam publicam in fundum ſuum rejecerit, & per viæ rejectæ actionem intereſſe ſuum conſecutus fuerit, an poſtea viam claudere poterit, 43. 279
Si per ſervientis conventionem factum fuerit ut ſuperior vicinus aquam in fundo ſuo retinere teneatur: vel inferior teneatur eam foſſa recipere: numquid ſuperior vel inferior teneatur purgare, vel aggeres facere aut munire, 72 335
Si quis ex prædiis ſuis præſtare aliquot arundinis millia juſſerit, & quæcunque ſunt ei facultati ſimilia, qualia ſint, 7. 479
Socio an liceat facere in pariete communi fiſtulam, vel canale aliquod, per quod aqua pluvia arceatur, ſive recipiatur, 4. 156
Sociorum unus ſi ſuo ſumptu ædificium commune jure ſocietatis ſeu communionis reficiat ad uſum ad quem paratum, ſeu deſtinatum erat, verbi cauſa, domum ruinoſam, aut molendinum in flumine, aut parietem communem, an contra illum, qui recuſavit, agere poterit, 8. 179
Si promiſerit aliquis alicui quod per pontem ſuum ſine gabella tranſire poſſet. ſicuti promiſere Veneti Placentinis, an hoc ſervitus dicatur, 4. 21
Socius ſi non vult altius murum communem tollere, niſi pro una parte tantum, & murus ita elevatus longior ſit, cujus ſumptibus id facere teneatur, 11. 134
Socius alicujus rei, qui rem reficit, an ſuo vel cõmuni nomine rem refeciſſe dicatur, 10. 180
Socius quilibet muri communis in qualibet ipſius particula portionem habet, 8 199
Socius ſi primo ſuper muro communi ædificaverit ipſum altius ſuis expenſis tollendo, altius poſtea ſocius ſuper dicto muro vult iterum

Digitized by Google

rum reædificare, vel in aliquid fabricare, vel immittere an teneatur ſolvere dimidium illius muri, primo elevati per alium ſocium ſuis ſumptibus, 37. 112
Socius an murum communem cooperire poſſit, 22. ibid.
Socius in muro communi an tignum immitere valeat, 23 ibid.
Socius in communem parietem poſſit imponere, vel reſtituere, vel reficere, 24. ibid.
Socius an muro communi an facere poſſit feneſtram, vel factam claudere, 25. ibid.
Solarium ſi quiſpiam ædificare velit ad hoc, ut ſuſtineatur, in quo loco ipſum affigere debeat, 1. 172
Solarium ſuperius domus alicujus ſi quiſpiam habeat in quo quotidie habitantes currant, vel eius pueri ſaltent, vel pulſent ita quod exiſtentibus in parte inferiori impedimento ſint, quid juris, 5. 173
Solarium quod eſt infixum muro communi vel alieno jure ſervituris, an pavimento vel lateribus cooperiri poſſit. 3. 172
Solarium unum vel plura ſi una domus habeat, & pars inferior ſit unius, pars vero ſuperior alterius, ſicuti Venetiis contingit, ſi ille, qui partem ſuperiorem babet non habeat aditum veniendi ad ipſam, niſi per ſcalas, vel partem inferiorem, numquid per illam venire poteſt. 4. 174
Solarium ſi commune ſit, & ille qui eſt inferior incendii periculum metuat cautio damni infecti peti poteſt, 3. 197
Solo ſeu area domum quis ædificare poteſt, vel aliud ædificium altius conſtruere etiam uſque ad cœlum, 1. 117
Solum quod relinquitur pro introitu, cujus eſſe debeat, 2. 215
Solum ingreſſus ſive introit quid dicatur, 1. 214
Spatium quod relinquitur inter medium, an relinquentis vel utriuſque eſſe debeat, 5. 124
Species ſervitutum urbanorum prædiorum quot ſint, 1. 68
Specularia ſunt, quæ vulgo geloſiæ dicuntur, 1. 196
Specularia an indiſtincte feneſtris apponi poſſint, 3. ibid.
Stabulum inferius non domui conjunctum, an ruſtica ſervitus eſſe dicatur, 1. 108
Stabulum dicitur locus qui tantum equos recipit: & quid de communi uſu loquendi, 1. 214
Stabulum an prædium urbanum dicatur, 3. 24
Stabulum domus an uſufructuarius locare poſſit pro ſtabulo ad recipiendum jumenta, 2. 214
Stagnum eſt quod temporalem continet aquam ibi ſtagnantem, 1. 432
Statutum ſi dictaverit, quod ſi quis offenderit aliquem in domo puniatur in tantum, an offendens in oſtio ſtatuti pœna teneatur, 2. 152
Statutum Paduanum loquens de cohærentium præſentatione, an locum habeat, etiam ſi via in medio exiſtat, 5. 417
Statutũ ſi dixerit, quod gentes loci teneãtur ſequi uſque ad alveum novum fluminis, an ultra alveũ deſiccatum gẽtes ſequi teneãtur, 7 415
Statutum ſi dictaverit quod in platea pœna duplicetur, ubi platea ſit, & incipiat, 12. 267
Statutum ſi ſit in civitate, ut in talibus pratis homines beſtias ad paſcendum intra terminos deſignatos tenere nequeant, & ſic in certa prati parte paſci poterit, & in certa non: & quidam accuſatus fuerit, quod in dictis pratis beſtias tenuerit, nec fuerit dictum in accuſatione intra terminos deſignatos, ſed ſimpliciter probatum fuerit, an ex hoc condemnatio ſequi valeat, 13. 180
Statutum ſi puniat committentem maleficium in domo, an porticus etiam comprehendatur, 6. 145
Statutum ſi ſit, quod ſi quis fundum vendiderit, cohærens ſeu confinis aut collateralis idem pretium præſentare poſſit, & fundum venditum ab emptore vendicare ſi aliquis fundum vendet, & vicinus qui habet alium fundum propinquum via tamen publica interveniente, vigore dicti ſtatuti pretium præſentare velit an poſſit, 34. 277
Statutum loquens quod nullus poſſit altius elevare, ſeu tollere ædificium ſuum, ſi per illud vicini luminibus noceat, an forenſem liget cujus eſt domus quæ altius tolli debet, 5. 71
Statuti forma, ſi magnatis non poſſit intrare palatium ante pulſationem campanæ ſub certa pœna, an condemnatio ſequi poſſit, niſi introitus explicitè probetur, 14. 380
Statuti forma ſi licitum ſit ad vindictam aliquem occidere, an etiam ſit licitum amicos congregare, qui ipſum adjuvent, 10. 60
Statuto ſi caveatur, quod vulnerans in via publica magis puniatur, quàm ſi alibi vulneret, & aliquis percuſſit in via privata, per quam tamen iter publicè fiebat, an puniatur, ac ſi in via publica vulneraſſet, 13. 276
Statuto ſi prohibeantur mulieres portare perlas, an fictas & contra factas portare valeant, 10. 369

Statuto ſi caveatur ut quis poſſit ducere aquam ex fundo ſuo per fundum vicini medium, ad aliquem fundum ſuum inferiorem ſolvendo vicino damnum cavationis, & qui velit ducere aquam per fundum vicini ad ſuum, in quo fundo vicini ſunt venæ aquarum, ſi aqua ſua cum vicini aqua miſceatur, & utraque ad fundum inferiorem tranſeat an poſſit, 69 111
Statuta ſi dictaverint ne quis poſſit vindemiare vel meſſem facere etiam in ſuo niſi certo tempore, ut vel colonus partiarius non poſſit incidere meſſem, niſi præſente locatore, vel niſi notificatione ſibi facta: quibus ſervanda eſſent, 2. 407
Statuta de refectione viæ loquentia, an purgationem comprehendant, & quid purgare dicatur, & quomodo etiam libramentum capiatur, 60. 283
Stercoris acervum ſi quis in fundo aut agro meo poſuerit, an actione vi aut clam contra eum agere potero, 2. 219
Sterquilinatio quid ſit, & breviter totam ejus materiam remiſſivè, 1. 498
Sterquilinium, an veniat vendito vel legato fundo, 4. 219
Sterquilinium in domo habens ſi faciat ipſum projicere juxta murum communem, vel alienum, an poſſit, 1. 218
Stillicidium quid ſit, 1. 74
Stillicidium ſi in aliqua parte fractum eſſet, puta ejus canale, per quod ducitur, vel tegulæ ruptæ eſſent, quis reficere teneatur, & cujus expenſis, 2. 82
Stillicidium ſupra ſolum vel aream vicini, verbi cauſa per tres pedes ſi quis habeat, an tunc in muro proprio oſtium facere poſſit cauſa veniendi ad ipſum ſolum, ſive aream, 2. 141
Strata quid proprie ſit, 3. 262
Stillicidium, cui debetur ſervitus avertendi in vicini aream, ſi protendatur ultra parietem ſupra vicini aream per medium pedem, & caſitet in aream vicini etiam per medium pedem, vel circa an vicinus poſſit ædificare in illa area uſque ad illum locum, ubi caſitet, & ſic uſque ad medium pedem prope murum domini prædii dominantis, 8. 78
Stillicidium ſive tectum, an unicuique licitum ſit extra parietem pro libito voluntatis porrigere, 2. 137
Stillicidium & tectum an idem ſignificent, 1. ibid.
Stillicidium antiquum habens ſupra aream, vel domum meam in dubio an jure ſervitutis, vel dominii habere præſumatur ex quod inferius pro ſtillicidii rigore ſuum dicatur, 10 79
Stillicidii avertendi ſervitus quomodo intelligatur, 1. 82
Stillicidii per ædificationem ſuper ſolum publicum, illius ſoli dominus al quis non efficitur, 2. 185
Stillicidii ſervitutem acquiſitam habens an poſſit altius tollere, vel elevare, vel deprimere murum, vel ædificium, ſuper quo habet ſtillicidium cadens ſuper domum vel aream, 5. 75
Stillicidii domino non eſt licitum claudere locum inferiorem ſub ſtillicidio, neque ipſum tanquam proprium occupare, 4. 142
Stillicidii ſervitutem ſibi debitam ſi quis habeat, & ſublatum fuerit ædificium, ſive corruerit, ex quo ſtillidium cadit, an per hoc ſtillicidii ſervitus cum effectu in totum extincta intelligatur, 6. 76
Stillicidio ſive tecto an luminaria facere licitum ſit, 3. 138
Stipulationem ſemel cuique acquiſitam, non ſolere ad alium tranſire, quam ad hæredem, vel alium juris ſucceſſorem, 3. 511
Subjecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant, 14. 301
Sufficit etiam quod ille cui ſervitus debetur luminum, cœlum videre poſſit, 3. 99
Sulcos vel foſſas ſi quiſquam in vicini inferioris damnum ſeu ex latere facere poſſit dato quod non poſſit, quomodo ei ſuccurratur, 1. 404
Superficiarius an fundo ſuperficiario ſervitutem imponere poſſit, 4. 31
Supra ſtillicidium an ſit licitum ædificare: verbi cauſa, ſolarium, ſicut Venetiis ſit, hortulos, ſicut in Cathalonia, cenattationem, ſicut in civitate Neapolis, 4. 138
Sylva cædua & ſylva paſcua quæ judicetur, 6. 413
Sylva ſi creditori pignorata ſit, & debitor ex ea navem, vel aliam materiam fecerit, an illa navis, vel materia pignori erit, 7. ibid.
Sylvæ uſufructuarius an arbores, & pedamenta pro uſu ſuo incidere poſſit, ac etiam vendere 9. 414

T

Tecti ſeu ſtillicidii appellatione an veniat ſolum illud, quod eſt de tegulis puta cuppis, laſtis, an etiam veniat illud, quod de plumbo exiſtit, 1. 137
Tempus, cujus non extat memoria in contrarium, quod dicatur, & quomodo probetur, remiſſivè, 5. 43

Tem-

Tempus aliquod punctualiter ubicunque de ſubſtantia fuerit, ad victoriam reportandam, illud tempus liquidò & punctualiter probari debet, 16. 380

Terra quæ eſt in mari, vel arena maris cujus eſſe dicatur, 4. 428

Territorii alicujus appellatione an etiam mare comprehendatur, & diſtrictus per illam civitatem, 26. 427

Teſtamentum factum in portu civitatis Soldani an dicatur factum in Terris Soldani, 5. 430

Teſtator ſi uxori domus habitationem reliquerit, de qua non liquet, cum plures domos habeat, de qua ſenſiſſe videatur, 5. 18

Teſtator ſi dixerit, relinquo uxori meæ habitationem in domo cum filiis ſuis, numquid talis ex tacita defuncti voluntate etiam alimenta habere debeat, 7. 25

Teſtator ſi domus ſuæ habitationem vel uſumfructum uxori reliquerit, deinde eodem teſtamento eandem domum alteri legaverit, an ex hoc legato uſusfructus vel habitatio eidem uxori adempta videatur, 6. 19

Teſtis examinatus in cauſa univerſitatis puta paſcui, ſi ſentiat commodum, & dicat quod non an falſum dixiſſe intelligatur, 12. 379

Teſtes ubi plures quàm duo haberi poſſint, duo de univerſitate non ſufficerent, 10. 377

Tignum in vicini fundo immittere an licitum, 2. 84

Tignum ſi per aliquem in fundo meo, & ſic in alieno immitatur, an illud propria authoritate tollere, vel incidere poſſim, 3. ibid.

Tignum unum vel una tigni contignatio, ſi unam domum tegat, & poſtea inter plures dividatur, illud tignum ſociorum cuilibet proprium eſt quatenus tigni longitudo verſus partem ſuam ſe extendit, 1. 173

Tigni appellatione quid veniat, 1. 83

Tigni immittendi inter ſervitutem, & oneris ferendi quæ differentia ſit, 1. 175

Tigna immiſſa debent immiſſa remanere, tempore quo domus pluribus vel inter vivos vel in ultima voluntate aſſignatur, ſicut prius ante aſſignationem vel diviſionem extiterant, 3. 174

Tigna an quis in muro vel pariete communi immittere poſſit, 4. 84

Tigna ſupponere, ſurrogare an aliquis poſſit, 6. 78

Tigna habens cum aliquibus ſignis in muro, qui eſt inter ipſum & vicinum, an præſumatur habere jus ſervitutis vel communionis 17. 129

Tigna immiſſa in muro meo, proprio vel communi vel etiam in publico, vel etiam protendentia in meo, vel communi, vel publico, an licitum ſit propria authoritate evellere vel deſtruere, 8. 88

Tigna alia vel ſigna ſi in principio vel in fine muri fuerint ab una parte tantum, an eo caſu, quo per illa ſigna murus communis vel ſervitus cenſeretur intelligatur eſſe murus communis in totum, vel ſervitus in toto muro impoſita, an vero in parte illa, in qua ſigna ſunt 18. 129

Titulus allegatus an probetur aut præſumatur ex patientia longi temporis, 10. & 13. 468

Titulus diviſionis non præſumitur ex diutina poſſeſſione rerum ſupra modum inæqualium, 11. 467

Torrens eſt, qui in hyeme currit, & perenne non eſt, 1. 453

Torrens eſt, qui hyeme currit, 2. 451

Torrens flumen ſi vicinus avertit, ne aqua ad eum perveniat, & hoc modo effectum eſt, ut vicino noceat, an aquæ pluv. arcen. actio. contra eum agi poſſit, 4. 454

Torrentia cujus exiſtant, 2. 453

Tres trium capitum interpretationes L. ſi. ff. quot. bon. L. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid & æſtiv. & L. mela. § quidam libertus ff. de aliment. & cib. leg. 8. & 9 480

Tugurium quid dicatur, remiſſivè, 2. 403

Tugurium in fundo alieno facere an licitum ſit, 1. ibid.

Tutor, an pupilli ædificia collapſa & deformata reficere poterit, 24. 182

V.

Vadi materia, quo flumine tranſitur, remiſſivè, 14. 450

Valles ſi excreverint, & alienum occupaverint prædium, illius ſunt valles, cujus prædium erat, & ſi decreverint, illius erit prædium cujus erant valles, 1. 454

Valles aut paludes ſi quiſpiam conduxerit ut ibi piſcari poſſet, & in eis reperiatur certa pars terræ ab alveo elevata quæ tori appellantur, piſceſque omnes in hyeme ſub eis reducant, ut in vallibus Paduæ contingit, an licitum conductori ſit dictos toros aperire & omnes accipere, 8. 458

Vallis quid dicatur, 1. 419

Vallis improprie quid dicatur, 4. 320

Vallibus cuilibet piſcari licet, vel cannellas,

aut herbas incidere, vel poſci ſi publicæ fuerint, 2. 454
Vallibus ſi terra cum herba reperiantur & cannellæ natæ, quæ de loco ad locum moveantur, tori appellatæ, an ipſi tori publici aut privati erunt, 3. 454
Vaſſallus utile dominium in fundo habens, an hujuſmodi fundo feudali ſervitutem imponere valeat, 3. 31
Venando vel aucupando in fundo alieno ſi quiſpiam aliquid ceperit, an domino fundi reſtituere teneatur, 2. 408
Venator an in fundo retineri poſſit, ut reddat quod perceperit, 3. ibid.
Venari cum armis an licitum ſit, 10. 410
Venatio clericis & monachis, an & quando licita ſit, 11. ibid.
Venas aureas aut argenteas in meo, an mihi fodere licitum ſit, & fodiendo ſub vicini fundo tranſire, 4. 412
Venditio non prohibetur, etiamſi poſſideretur vel fundus alicujus, vel uſufructus ejus, eo ſciente & patiente, 7. 44
Venditione molendini per aliquem facta, quo caſu etiam alterius molendini poſtea veniat, etiamſi in venditione de eo mentio facta non ſit, 9. 376
Vendito equo quo caſu ornamenta vendita videantur, 65. 331
Veneti qui gulphum maris Adriatici, cujus memoria in contrarium non extat poſſederunt, ipſum mare quoad ejus Juriſdictionem præſcripſerunt, & ſimiliter Januenſes in mari ſuo, 7. 423
Veneti in mari Adriatico, an poſſint imponere gabellas & merces conductas contra Venetorum ſtatuta confiſcare, 10. 424
Verba promitto ferre, vel ſuſtinere onera domus tuæ, quid importent, 2. 175
Verba debent interpretari pro eo in cujus favorem apponuntur, 5. 59
Verbo in dubio ſecundum præſens tempus intelliguntur, ſicut contractus in dubio intelligitur rebus ſic ſtantibus, 11. 160
Verba ne proſpectui officiatur, futuri temporis ſunt, quæ actum prohibendi reſpiciunt, ſeu proſpectum impediendi de futuro, 4. 101
Verba contractus intelliguntur ſecundùm quod apparet contractus tempore, 12. 260
Veſtibulum quid proprie ſit, 11. 143
Via media quæ dicatur, 13. 267
Via cujus latitudinis eſſe debeat, 11. 36
Via ſi cui ſimplici uſu concedatur, an per quamcumque fundi partem quo voluerit, vel per totum fundum ire poſſit, 1. 58
Via publica quæ eſt in una contrata, ſi claudatur, an alius de alia contrata, cujus paratum aut nihil intereſt, agere poſſit, ut dicta clauſura deſtruatur, 31. 275
Via eſt jus eundi, agendi & ambulandi, 1. 262
Via publica duarum communitatum ſi ſit, per quam eant currus communitatis utriuſque cui ex dominis territorii applicanda ſit, 32. 275
Via vicinali, an quis ſine principis licentiâ ædificare poſſit, 7. 216
Via qualiter publica, vel privata aut vicinalis dicatur, 68. 285
Via publica, an per privatum aliquo modo occupari poſſit, 26 274
Via rejecta ut moveatur, ſi agatur, quid juris, 41. 279
Via publica ſi deſtructa non fuerit, ex antiquitate vel caſu, ſed aliquis ipſam exaravit, ſeu aliter deſtruxit, an ipſi vicini teneantur, 57. 283
Via publica in actione, an procurator conſtitui poſſit, 57. 289
Via publica an privato licitum ſit aquam ſimpliciter ducere, vel per conductum lignum, vel lapideum, 24. 273
Via quotuplex eſſe dicatur: 16. 268
Via publica, an claudi poſſit, 27
Via publica ſi acquis inundata, aut aliter deſtructa fuerit, an per vicini fundum iri, 38. 278
Via in publica ſi quiſpiam aliquid ponat, vel ædificet, vel mittat eo caſu quo non poteſt, quo jure contra ipſum agetur, 66. 285
Via publica cujus ſit, 21. 270
Via communis ſi ad caſtrorum frontes exiſtat, ad cujus juriſdictionem prædia pertinere præſumantur, 36. 278
Via & actus an inter ſe differant, 2. 262
Via ſi alicui occupata reperiatur, ita quod per eam tranſire non poſſit an ſine pœna per vicini fundum iri poſſit, 11. 67
Via publica ire, & agere, plauſtrum ducere, cum regulariter conceſſum ſit, ſi quis ab aliquo qui prohibere non poteſt, impediatur, quo remedio ei ſuccurretur, 71. 288
Via in publica, an unicuique ire licitum ſit, & ducere currum, vel plauſtrum aut lapides, 19. 269

Viæ

Digitized by Google

Viæ menſuratio unde incipere debet, 15. 268
Viæ caput quantum ſpatium occupet, quantum pes, ſeu finis, & quantum medium, 14. 267
Viæ vel Stratæ latitudo, in qua ſervitus non debetur, quænam ſit, 6. 263
Viæ rejectæ in actione quomodo libellus formari debeat, 45. 279
Viæ rejectæ actio quæ competit, & quæ etiam neceſſaria ſint ad hoc ut competere habeat, 40. 279
Viæ latitudo quænam ſit quando viæ ſervitus promiſſa fuerit, 4 262
Viæ rejectæ actio propter quid competere dicatur, 41. 279
Viæ caput, finis, & medium, & latera quo in loco eſſe dicantur, 10. 266
Viæ vicinales quæ dicantur, 6. 216
Viæ rejectæ in actione quomodo actor & reus poſitiones formare debeant, 46 280
Viæ ad rejectionem an ſcholaris, vel qui domum conduxit, teneatur, 51. 282
Viæ uſum ſciente & patiente adverſario an retinere neceſſe ſit, 30. 246
Viam an quis reficere teneatur, ſi prius domui cedere voluerit, quam juxta viam habet, 56. 283
Viam munire vel reficere, an quilibet teneatur, 47. 280
Viam publicam ſi quiſpiam in vicini agrum rejecerit, an is per cujus fundum via publica facta ſit, contra ipſum agere poſſit, 19. 278
Viam ſi aliquis clauſerit, an propria authoritate clauſuram frangere valeam, 30 275
Viam eſſe publicam ad probandum quid requiratur, 18. 269
Viam ſi quiſpiam deſtruxerit, & non habeat unde ſolvat, an vicini ipſam reficere cogantur, 58. 283
Viam publicam ſi quiſpiam reficere voluerit, & ab alio impediatur, qua actione in impedientem agetur, 62. 284
Viam publicam ſi quiſpiam impediat, vel claudat, an contra claudentem, vel impedientem agi poſſit, 29. 275
Viam privatam ſi quiſpiam per vicini ſui fundum rejecerit, numquid actione privata agetur, 44. 279
Viam publicam ſi quiſpiam reficere voluerit, an poſſit, & quomodo, 59 283
Viam publicam qui purgare tenetur, quid facere debeat, 61
Viam ad ſepulchrum qui non habet precario à vicino impetrare poteſt, & ſi concedere noluerit qua actione cogi poterit, 14. 229
Viatorem ſi quiſpiam invitaverit, & poſtea eum pœnituerit, an contra ipſum agi poterit, 7 221
Vicinus ſi habeat ſtillicidium domus ſupra ſolum murum, puta per duos pedes, & ego murum in ſolo meo ædificare velim, an à vicini muro per unum pedem remotus ſtare debeam, an vero à loco in quo vicini ſtillicidium caſitet, 3, 124
Vicinus loci privati ſuperioris ſi ita per ſulcos araverit atque per porcas, ut ad inferiorem fundum aqua venerit, an poſſit, an vero aquæ arcendæ judicio cogi poſſit ut in alteram partem aret, 1. 403
Vicinus in muro ſuo an oſtium facere poſſit per quod ad ſolum meum venire valeat, 6. 125
Vicinus ſi vicinum turbaverit in veniendo ex aliquo oſtio ad ſuam curiam, an poſſit cogi ad cavendum de amplius non veniendo, 6. 142
Vicinus meus ſi habeat ſtillicidium domus ſuæ cadens in fundo, vel horto meo, vel in area extra murum domus ſuæ, verbi cauſa, per duos pedes, an fundus vel area eatenus quatenus ſtillicidii rigor ſe protendat, ſit vicini vel mei, 9. 79
Vicinus meus ſi ſuper aream meam vel tectum domus meæ per duos pedes ſervitutem habeat, an ultra producere ſeu extendere poſſit, 4. 75
Vicinus an poſſit immittere tigna in alterius vicini muro tangendo ipſum murum, vel an poſſit imponere non tangendo murum alienum, ſed protendendo ſupra locum alienum vel communem vel publicum, 7. 87
Vicini civitatis vel loci, an ad locum communem, ut puta furnum, contribuere teneantur, 2. 150
Vicini incommoditas aquæducendæ quæ dicatur, 50. 319
Vicini duo ſi areas contiguas vel hortos contiguos habeant, & parietem in medio propter clauſuram fecerint, alter tamen vicinus ex latere ſuo ſuper communi pariete ædificare velit, quo ædificio facto area vel hortus convicini deterior fiat, ſed tamen ab uno latere aër, ſol, & ventus liberi ad aream vicini remanent, quid juris, 33. 135
Villæ alicujus vel caſtelli dominus ſi locaverit, dicendo villam vel territorium, vel terrena loca, an rivos aquarum, vel pontes

vel alia ſylveſtria loca locaſſe videatur, 10. 416
Ultramontanus ſi juraret ſe de menſe Auguſti Romæ moraturum, non teneretur morari, ne talis juramenti occaſione vita temporalis amitti poſſet, ſi Romæ moraretur, 1. 364
Univerſitas alicujus villæ ſi rem non communem emerit, ut jus paſcendi haberet, & aliquis de dicta villa ſua prædia vendiderit, an veniat in dicta venditione jus paſcendi quod dictus venditor habebat, 8. 356
Univerſitatis 10. vel 20 ſi aliquo nemore tanto tempore uſi fuerint quod non exiſtet memoria in contrarium, an ipſi univerſitati jus quæſitum videatur, 26. 384
Unus ex dominis cur ſervitutem conſtituere non poteſt, 1. 484
Urinam fœtidam aut ſtercus ſi quiſpiam in ſolo publico vel privato projicere voluerit, propter quod malus odor & fœtor vicinis exhalet, an poſſit, 3. 219
Uſusfructus an præſcribatur longo tempore, 3. 465
Uſufructuarius, an ad viæ refectionem teneatur, 51. 282
Uſufructuarius alicujus domus, an poſſit domus alterius aditum inferiorem vel poſteriorem claudere, 8. 141
Uſufructuarius ædium an ipſas altius tollere poſſit, 6. 139
Uſufructuarius vel inquilinus, an in domo uſufructuaria vel conducta poſſit facere pingi inſignia ſua, quæ vulgo arma dicuntur, 29. 109
Uſufructuarius, an fundo, in quo uſumfructum habet, ſervitutem imponere poſſit, 11. 33
Uſufructuarius arbores etiam infructuoſas excidere non poteſt, quæ deambulationes opacas & amœnas reddunt, 17. 218
Uſumfructum, formalem alicujus fundi ſi quiſpiam emerit, & poſtea ſterilitas contingat, an mercedis remiſſionem petere poſſit, 10. 14
Uſumfructum in fundo vel cloaca publica ſi quiſpiam habeat, & refectione, vel reparatione indigeat; an iſtud onus ad ipſum ſpectet, 9. 154
Uſusfructus odorum vel aromatum an conſtitui poſſit, 6. 460
Uſusfructus formalis & cauſalis qui dicantur, 1. 11
Uſusfructus vel uſus legatus quanto tempore duret, 12. 14
Uſusfructus quid & quotuplex ſit, 2. 211
Uſus definitio quænam propriè ſit, 1. 15.
Uſus quotuplex exiſtat, 2. ibid.
Uſus quot modis capiatur, 3. ibid.
Uſus in quantum ſervitus eſt, quid in ſe contineat, 4. 16
Uſus domus vel ædium in ſpecie quid comprehendat, 5. ibid.
Uſus ædium habitationis, fundi ſervitutis, pecoris, boum; armenti, & equi, quid fiat remiſſivè, 6. ibid.
Ut interdum ex cauſa conſtitutæ ſervit. utendi modus, immutari, & gravior. ſerv. cauſa fieri poſſit, 2. 509
Ut nec earum cauſa, quam omnes perpetuam habere debent, diverſa eſt natura, 4. 517
Ut pomum decerpere liceat, ut ſpatiari, ut cœnare in alieno poſſimus, neque rerum neque perſonarum ſervitutes eſſe, 1. 504
Ut ſtipulatio ſervi fructuarii ſemel acquiſita fructuario, ad proprietarium tranſeat: id magis ex occaſione, quàm ex tunc contingere, 6. 512
Urbana prædia à ruſticis quomodo diſtinguantur, 3. 495
Ut tamen ſentis ſit ſervitutes utiliter cœpiſſe, aut incipere poſſe volente eo cui acquiruntur, 4. 644
Ut vendicationem ex præſenti poſſeſſione dicimus, ita omnes quæ ex maleficiis ſunt actiones, quaſi ex præſenti damno naſci, idque quam habeat vim, 5. 522

F I N I S.

2516429 D

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BNCF B.14.-.173

Digitized by Google

Digitized by Google